EGVINARII BARONIS IVRECONSVLTI, AD

τὰ πρῶτα Digestorum seu Pandectarum ab Iustiniano Cæsare editarum, perpetui commentarij.

Quorum particula prior Romanum, posterior Gallicum ius ad singulos titulos complectitur.

AD CHRISTIANISS. MAXIMV'MQVE PRINcipem, *Francorum Regem Henricum eius nominis secundum.*

Accessit Haloandro lectionum uarietas, tam ex Tusco codice, quàm ex uetustißimo exemplari quo author utitur: in quo capitum omnium inscriptiones quoque extant.

Οὕτως ὀλεθρίων ἀπέχου τῶν ἡδονῶν.



Sic perniciosis voluptatibus abstine.

CVM PRIVILEGIO REGIO.

PARISIIS.

Apud Iacobum Gazellum, sub scuto Coloniensi in uia Iacobea, & ad Collegium Cameracense, sub Inuidiæ typo.

1548.

Ex libris Jos. ...

Cartusiæ Romanæ

PRIVILEGE.



HENRY PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE. Au Preuost de Paris, Seneschal de Lyon, Bailly de Berry: Et à tous noz aultres iusticiers & officiers, ou leurs lieutenans, salut. Nostre cher & bien amé EGVINAIRE BARON docteur es droictz, nous a faict dire & exposer que puis nagueres il a cõposé ung liure intitulé, Ad τα πρω̃τα digestorum seu pãdectarum commentarij: Et ung aultre intitulé Ad τα πρω̃τα digestorum seu pandectarum manualium liber singularis: lesquelz liures il feroit uoluntiers imprimer, tant à ce qu'ilz soient publiez & manifestez à ung chascun aymant les lettres, que pour aulcunement se recompenser du long temps qu'il a employé, peine & labeur qu'il a prins à la composition d'iceulx: mais il doubte que apres ce qu'ilz auront esté ueuz & manifestez, comme dict est, aulcuns Imprimeurs & Libraires, aultres que celluy à qui il a deliberé les faire Imprimer, s'esforcent les uouloir Imprimer & uendre: qui seroit chose qui luy tourneroit, & audict Libraire à qui il les fera Imprimer, à grand preiudice & dommaige, si par nous ne luy estoit pourueu de remede conuenable, sur ce humblemẽt requerant icelluy. POVRCE EST IL, que nous ce consideré, desirans l'illustration & augmentatiõ des bõnes lettres en cestuy nostre royaulme, & donner moyen aux personnes, qui auront uacqué & trauaillé pour seruir à icelles, d'eulx aulcunemẽt recompenser du trauail & labeur qu'ilz y auront prins, à icelluy Eguinaire Baron pour ces causes & aultres à ce nous mouuans, auons permis & octroyé, permetons & octroyons par ces presentes, que durant le temps & terme de neuf ans entiers & cõsecutifz, à cõpter du iour & date de ces presentes, il puisse & luy loise par tel Libraire ou Imprimeur que bõ luy semblera, faire Imprimer, exposer, & mettre en uẽte tãt de fois que bõ luy semblera lesdictz liures, Ad τα πρω̃τα digestorum seu pandectarum commentarij, & Ad τα πρω̃τα digestorum seu pandectarum manualium liber singularis: sans ce que durãt ledict temps de neuf ans autre Libraire ou Imprimeur, que celluy qui luy plaira, les puisse Imprimer ou faire Imprimer, exposer ne mettre en uente. Si uous mandõs & expresseémẽt enioignons, & à ung chascun de uous si comme à luy appartiendra: Que de noz presentes grace, cõgé, permission & octroy, uous faictes souffrez & laissez ledict Eguinaire Baron, & tel Libraire ou Imprimeur que bon luy semblera, iouyr & user plainement & paisiblement ledict temps de neuf ans entiers, à compter du iour & date que dessus: en faisant ou faisant faire expresses inhibitions, & defenses de par nous, sur certaines & grãdes peines à nous à appliquer: & de perdition & confiscation desdictz liures, & d'amende arbitraire, à tous Imprimeurs, Libraires & aultres, que durãt ledict temps, ilz n'ayẽt à Imprimer ou faire Imprimer lesdictz liures, en les contraignãt à ce faire & souffrir par toutes uoyes & manieres deues & raisonnables, nonobstant oppositions ou appellations quelzconques, pour lesquelles ne uoulons estre differé: Car tel est nostre plaisir. Donné à sainct Germain en Laye, le uingtseptiesme iour de May. L'an de grace mil cinq cens quarante & sept. Et de nostre regne le premier.

Ainsi signé, Par le Roy à uostre relation. L. Hurault.

Et scellé soubz simple queue de cyre iaulne.

CHRISTIANISSI-
MAXIMO'QVE PRINCIPI, FRANcorum Regi Henrico eius nominis secundo.

Eguinar. Baro.

S. D.

REgum creandorum originem & caussam, Christianiss. maximéq; Princeps, huiusmodi fuisse, ex sacris profanisque libris didici. Deus enim mundi uniuersi dominus, Rex, atque Imperator, partẽ hanc quam mortales colunt, hominum primo ex argilla & luto facto, hæredibúsque fruendam dedisse fertur. Cuius beneficij nomine tributum nullum, uectigal nullum imposuit, sed tãtùm ut se dominum præter cætera obseruarent, fide & obsequio, sanctè religioséque colerent, præcepit: ut si rationem nobis sequi permittamus, terram homini à Deo immunẽ ac liberam datã, fide & obsequela astrictam: beneficiũ sub arctiore fidelitatis & obseruantiæ conditione subiectum, immune, Regale, plenum, antiquũ, paternum, perpetuũ dicamus. Hoc indiuiduum tãtisper uoluit, dum humanæ societatis utilitas, certa ratione inter hæredes partiendum suasit. Veram enim illam & summam legem, rectam rationem omnibus mortalibus inseuit, qua beneficium principiò indiuiduum, si usus, si necessitas, si sociorum, si cohæredum mores requirerent, inter se dispertirent. Itaque multiplicatis in eum modum primi illius parentis hæredibus, ut commodè, non dicam eandem domum, uel ciuitatem, sed nec regionem unam, uel alteram incolere possent: dispertitæ gentes ac nationes, sapientissimos simul ac fortissimos quosque quibus belli domíque pareretur, iustitiæ fruendæ, & pacis retinendæ gratia sibi delegerunt: & hi Reges, aut alioqui principatum tenentes appellati sunt. Et quoniam (quæ hominum est improbitas atque peruersitas) neque ab extraneorũ atq; hostium excursionibus fines suos tueri, ac defendere sine armis, neque suos in officio continere sine legibus ullo modo possunt: duas res eis potissimum curæ esse Deus uoluit: rem militarẽ, & legum scientiam. Rei enim militaris scientia, qua ratione iustum bellum cum hoste administrandum sit, edocet: qui legibus nostris ferè non paret. Lex est iustorum, iniustorúmque distinctio, ad illam antiquissimam, & rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur: quæ ciuiles controuersias dirimunt, supplicio improbos ciues afficiunt, & defendunt ac tuentur bonos. Quibus rebus salus regni, & ciuium inter ipsos societas, uitáque quasi communitas continetur. Ex legibus aliæ diuinæ sunt, aliæ humanæ. Illis imperatur erga Deum religio, pietas aduersus parentes, & in omnes iustitia & bonitas: his eadem ferè omnia, pœnis & iudicijs constitutis, sanciuntur: nisi quòd tacitæ cupiditatis, & cogitationis pœna nulla dependenda sit: ut nec omissæ religionis, pietatis, charitatis, uindicationis, gratiæ, obseruantiæ, ueritatis multa peti solet: extra quàm si ea res neglecta, labefactare ac conuellere ciuitatis tranquillitatem, & ocium possit. Vtræque leges summo Regum studio, Doctores & antistites habere debent, paucos quidem sed selectos: qui non uerbis modò, &

uoce alios instituant, & legum sacra administrent, sed uita ac factis praeire queant, quod legibus continetur. Fictas enim & commentitias fabulas populus eas leges habet, quas magister ipse & disceptator perfringit: nec ob id fidem his & authoritatem potest adiungere. Neque solùm obsunt uitiosi praeceptores & magistratus, quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpunt, plúsque exemplo quàm peccato nocent. Altera cautio est, ut has ipsas leges puras, & sine adulterinae doctrinae admistione ciuibus tradant, sacra ex eis conficiant, iuráque reddant: ne si semel uel unguem latum à sententia, & uoluntate legum, eos discessisse populus odore quodam suspicionis senserit: uniuersas leges sine delectu, suspectas atque inuisas habeat. Si quid autem in his ambiguum, atque controuersum erit (quod natura euenire solet) interpretatione prudentium, & Regum constitutione, illicò sectis occurri oportet: & ueritatis studio dissentientes, instituendo, & persuadendo (si modò ratione, & authoritate legum, id firmari possit) non minis, & ui, ac metu, rursus in pristinam concordiam reduci: perfidia, & studio contradicendi distractos, pro modo improbitatis coërceri, ac reprimi. Haec nisi summa cura à Rege prouideantur, partium factionúmque contentione, diuina humanáque iura perturbari, litibus uexari populares, & fortunis omnibus euerti necesse est. Equidem, Christianissime Princeps, de militum tuorum delectu, déque omni bellica uirtute, & disciplina, nihil iudico: nisi quòd in huius tutela ac praesidio, omnes res urbanae, & rusticae, omniáque haec nostra studia lateant: ut si quando bellum infoeliciter cum hoste geratur, artes continuò omnes, legésque conticescant, & miserè in ciuitatum ruinis, sordibus ac luctu, iaceant. Diuinas leges, aliquot iam per annos, tam uariè tractari & explicari, tacitus obseruo, ac noto: ut christianae plebis literarum nesciae (quibus Dei praecepta continentur) quanta commoueat misericordia, nulla oratione satis exprimere possim. Ille ait, Credite: hic uerò, Ne credite. Vnde tam multae in oppidis primùm seditiones, atque discordiae: deinde postquam magistratus eorum sententiam confirmare qui haec sentiunt: ijs uerò qui in alia omnia discedunt, saeuitiam adhibere coeperunt: silent inter factiones, qui legem Dei doctrina, praeceptis, & arte didicerunt: nisi qui uel diuino spiritu afflati, concitatique uehementiùs sunt, uel quos furiae agitant & insectantur, non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae, & fraudis cruciatu. Sed hi aliquantò tolerabiliores, qui alterutram ex duabus sectam, uitaéque rationem, bona fide sequuntur: quàm genus hominum perniciosissimum, quod fictè atque simulatè, uel ab alterutra parte, uel ab utraque stare interdum uidetur. Nam inter illos de diuina lege conuenit, & si de interpretatione qua quaedam capita olim controuersa, concilijs deinde antistitum diiudicata & confecta fuerant, adhuc contentio sit. Huic contrà perfidiosae hominum pesti, omnis in hoc cura est, ut ex inimicitijs alienis faciant quocunque modo rem. Quae etsi eiusmodi dissensiones non sint, ut regni statum disturbare, ac euertere possint: serpunt tamen indies longiùs in perniciem innocentiae. Quid? Simul atque lis cuipiam illata est ciuiliter, capitis ex aduerso lis intenditur: confingitur aliquid criminis: nec difficile est inuenire in diuersa factione, qui eum premat testimonio, quem occidere fas putet. Eiusmodi occulta ciuium odia, (quae tacitis nunc discordijs continentur) ne in optimi cuiusque fortunas erumpant, tua authoritate finem aliquando habitura speramus, & optamus. In legibus humanis quidem certè ediscendis primùm, deinde pòst interpretandis, in hanc aetatem consenui: & post

& post multos in euoluendis, & explicandis aliorum ad easdem commentarijs, exceptos labores, id demum exploratum atque cōpertum habeo, iudicia iam olim bona parte Europæ fortè potiùs quàm legibus regi. Quod uerbum inuidiosum multis, atque offensum futurum est, nisi rationem mox subijcio. Eius rei duas caussas animaduerti: altera est, partim ob menda codicum, quibus ius ciuile continetur, partim ob ignorationem latinæ linguæ, uaria interpretatio eorum qui post Iustinianum Magnum, circa leges uersati sunt: altera quòd optimo cuique, & prudentissimo iudici, legum capita (quæ innumera sunt) excidant plærumque: ut in memoriam redire non possit, in litibus præsertim ex tempore, & memoriter iudicandis, quid potissimum pronunciari oporteat. Statueram non addere quod plùs habet offensionis, atque inuidiæ: quæ plærosque lacerare solet. Attamen audendum est, cùm sit è Republica. Vt in græcis artificibus, eos aulædos esse aiunt, qui citharœdi fieri non potuerint: sic plærosque uidemus, qui iureconsulti euadere non potuerunt, ad formulas iudiciorum deuenire. Qui mihi quidem uidētur initio multò iuris ciuilis scientiam maluisse: pòst, cùm eam assequi non potuissent, eò potissimùm sunt delapsi, ut natura magis quàm doctrina, æqui & iniqui discrimen apparere contendant. Quæ uox etsi solatium sit, atque profugium ignauiæ: tamen ea persuasione non modò ad honores multi olim iuris imperiti obrepserunt, sed etiam ut Principes legem ferrent extorsere, Ne iureconsulti in consilium magistratuum adhiberentur, nisi qui triennium iam in eo foro uersati essent. Ex eodem fonte illud etiam mali in academias tuas manauit, ut bona pars iuuentutis, hisce studijs à parentibus destinata: exhausto suo, & parentum patrimonio, non aliam sciētiam domum referat, quàm quod didicerit militariter, imò nequiter agere. Hi tribunalibus, & prouincijs deinde præfecti, quales in administranda Rep. futuri sint, nemo non intelligit. Certè (ut prouerbio dicitur) gladium dari uidemus, qui se occidat. Quo enim semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Ego id non inuitus concedam, naturam sine doctrina, plùs ualere in dirimendis hominum controuersiis, quàm doctrinam sine natura: sed idem contendo, cùm ad naturam ratio quædam, confirmatióque doctrinæ, & ius ciuile accesserit, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere in ijs, qui iura reddunt, caussas in foro agunt, & consuluntur. Hanc igitur diffidentiam iuris ciuilis percipiendi, ac continendi fideliter, cùm superioribus annis euellere ex eorū animis statuissem, qui ex diuersis Europæ partibus, certatim hùc ad iureconsultos diuertunt: bipertitum commentarium primum ad Iustiniani legumlatoris Institutiones, in communem adolescentium omnium usum edidi. Quem cùm non displicuisse iuris studiosis, & fautoribus animaduerti: cœpi consilium euulgandi commentarium ad τὰ πρῶτα Digestorum seu Pandectarum eiusdem legumlatoris, eadem uia atque ratione à me concinnatum. In quo primùm opinionum uarietatem suppressi, & quod legum uerbis, aut sententiæ, conuenire uidebatur, breuiter ac dilucidè complexus sum. Deinde ius Gallicum, cùm ex moribus regionum, tum ex maiorum tuorum coustitutionibus, ordine eodem ferè adhibui: ne qui se mihi dant ad docendum, posthac imperiti omninò iuris Gallici, uel magistratus ambiant, uel in foro ac iudicijs caussas agant, uel denique in cousilijs iudicum adsideant, & responsitent consultoribus: ut omittam hac collatione, & qui Romanum ius didicerūt, nullo negocio apud Galliam fieri pragmaticos, & qui ius Gallicum tenent, ad ius Romanum fieri aptiores. Adieci omnium, quæ ἐν τοῖς πρώτοις extant, epitomen: qua ad leges,

S.C. edicta

S. C. edicta magistratuum (in quibus uelut in cardine commentarij iureconsultorum, responsa, opiniones, quæstiones, &c. uertuntur) ueluti ad fontes ipsos omnia reduxi: ut perlectis commentarijs, intellectum aliquando ius ciuile, qui posthac ex nostris hominibus in foro atque consilijs uersabuntur, nullo negocio ex hisce manualibus ediscant. Atque utinam aliquando tua authoritate compositum ius ciuile habeamus, quod nullo negocio præstare nō solùm tuis Gallis, sed omni Europæ potes: utpote qui sub tua ditione cùm multas habeas Athenas, tum præcipuè tantam iureconsultorum copiam, quanta nusquam gentium extat: quibus ego discendi studio cuperem esse librarius. Intereà cùm hos meos qualescunque labores ante paucos menses dixissem me editurum, & tibi tum Delphino nuncupaturum: cùm ob alias caussas, tum quòd Britannia Celtica mihi patria esset, quæ morte præstantissimæ fœminæ Claudiæ matris tuæ, Francisci Britãni filiæ, ad te peruenerat: præstò mihi fuit uir doctus, & amicus: imò, inquit, τὰ πρῶτα τῷ πρώτῳ deuouebis: hisce uerbis admonens, ut patri tuo maximo Europæ Regi, & disciplinarum omnium fautori summo, dedicarem. Ecce interposita mora, Deus (penes quem Regum quoque uitæ, necisque potestas est) fecit ut & Britanniæ Celticæ Duci (quod apud me statueram) & maximo Europæ Regi, bipertitum meum ad τὰ πρῶτα Digestorum seu Pandectarum commentarium: & Manualium ad eadem lib. singularem inscriberem, & consecrarem. Quæ mea opuscula ut hilari fronte tua maiestas suscipiat, etiã atque etiam oro. Id si feceris, animum mihi alacriorem ad reliquam legislationem similibus commentarijs, & manualibus illustrandam, mirum in modum addes: & corpus improbo iam labore fatigatum recreabis, & reficies. Si contrà tibi hæc mea displicuerint, quasi pingue quiddam, & Britannicum sonantia: certè illud optauerim, ut ea me conditione dimittas, qua Sylla olim malum poëtam de populo. Qui cùm ei libellum subiecisset, quòd epigramma in eum fecisset tantummodo alternis uersibus longiusculis, sedulitatem eius boni consuluit, sub ea conditione ne quid posteà scriberet. Bene uale, & perge maxime Princeps rei militaris uirtute, & legum diuinarum, humanarúmque cura, & studio singulari excellere: atque his uelut duobus gradibus in cœlum ascendere. Dat. Biturigibus Gallorum Calend. Maij, Ann. à Christo

1 5 4 7.

EGVINARII BARONIS IVRECONSVLTI

ad librum I. [illegible] Iustiniani Cæsaris, commentarij: quorũ particula prior Romanum, posterior Gallicum ius, ad singulos titulos complectitur.

AD TRES CONSTITVTIONES DIGESTIS

Florentinus præpositas summatim.

Argumentum.

Quibus temporibus legislatio Iustinianea emissa sit. An sint in ea leges adhuc contrariæ, quas ἀντινομίας Iustinianus appellat.

COMMENT. PARTICVLA PRIOR.



CODICEM vnum constitutionum (quem per excellẽtiam Codicem nunc appellant) Iustinianus indictione septima sui imperii edidit. [a] Quinto pòst anno, nimirum indictione duodecima, Institutiones suas, & pandectas tribus annis cõpositas, euulgauit. [b] Nisi tria volumina potiùs annis tribus in ordinem confecta putes, non tamẽ continuis: id quod ex subscriptionibus harum epistolarum cõstat. Et quoniam ad emendandũ ius vetus, quinquaginta decisiones, & alias cõstitutiones non paucas, iisdem temporibus emiserat quibus digesta perscripsit, hæ extra Codicem supràscriptum asseruatæ adhue, sequenti anno eidem adiectæ sunt: nimirum indictione decimatertia Imperii eiusdẽ, anno à Christo 536. [c] earum constitutionũ argumentũ in diuersos Institutionũ locos coniecit: [d] vt nihil sit cur miremur, si Institutiones interdum, & suprà scriptæ constitutiones nouo Codici insertæ, cõsultorũ scriptis in Digesta relatis, & prioribus Codicis rescriptis posteriora aliquid derogent [e]. certè controuersias veterum, quæ vel in Pandectis attinguntur, vel à Triboniano reiectæ sunt decidãt [f]. Quinquaginta verò Iustiniani decisiones, ab aliis constitutionibus per eum codici adiectis, hoc iudicio secernes: quòd veterum controuersias de aliquo iuris articulo memorent, atque eas mox decidant. [g] Ex his viginti quinque adhuc suũ nomen in codice retinent.

De nego. ge.	l. vlti.
De vsufr.	ll. S.
Ad S.C. Vell.	l pen.
De contrah. empt.	l. vlti.
De condi. indeb.	l. vlti.
De nupt.	ll. si fur. & antepen.
De cura. fur.	l. pen.
De furt.	l. vlti.
De necess. ser.	ll. antepen. & vlti.
De posth.	ll. pen. & vlti.
De iur. delib.	ll. antep. & pen.
De lega.	l. cùm quæstio.
De fideicom. lib.	l. cùm inter.
De commu. ser. ma.	l. 1.
Ad. S. C. Orfi.	l. vlti.
De præt. pig.	l. 1.
De contrah. stip.	l. veteris.

Aliæ viginti quinque decisiones, vel permutatæ, vel emendatæ ita fuerunt ante secundam codicis editionem, vt sub generali constitutionum, vel sanctionum titulo, ei insertę sint. Eas probabiliter subiiciam.

Qui & aduers. q.	l. vlti.
De petit. hær.	l. vlti.
De seruit.	l. vlti.
De dot. promiss.	l. vlti.
De auth. præst.	l. vlti.
De impub. sub.	ll. pen. & vlti.
De verb. sig.	l. pen.
De fideicom.	l. pen.

a. l. j. C. de No. C. l. a. G. de Confir. C.

b. j. cõst. 3. l. 3. C. de vet. iur.

c. l. j. de Emendan. C.

d. dic. constit. 3. §. admonuimus. l. pen. & fi. C. de Leg. Hær.

e. l. pen. j. de Assess. l. fin. C. eo. l. a. & fi. C. de Tẽp. appe.

f. l. pen. C. de Adop. l. j. C de Eo. q. inter. l. cũ opor. C. de Bo. q. lib. l. qui in ali. ff. de Acq. hær.

g. l. fi. C. com. de Leg. l. vlti. de Neg. ge & fi.

Com.de lega.	l.vlti.
De cond.infer.	l.vlti.
Ad.S.C.Trebell.	l.pen.
Ad.l.Fal.	l.vlti.
De testa.ma.	l.vlti.
De fideicom.lib.	l.pen.
De no.ope.	l.i.
De com.fer.ma.	l.2.
De præf.long.temp.	l.vlti.
De eo.q.inter.	l.i.
Qui bo.ced.	l.vlti.
De bo.auth.iudi.poff.	l.vlti.
De contrah.ftip.	l.optimam.
De remiff.pig.	l.vlti.
De adop.	l.pen.
De don.cau.mor.	l.vlti.

a.l.nemini.& seq.C.de Epi. aud.l.cũ quęstio.& seq.de Lega.

Nec te moueat quòd quædam ex suprà enumeratis constitutionibus fine die, & Cos. extent: quando ad Iulianum, vel Ioanné LL. rescriptiones eiusmodi datas fuisse cõstet, & hos Lampadio & Oreste C C. vel posteà, prefecturam prætorianam gessisse. ^a Scio & alias paucas ex nouellis Iustiniani constitutionibus, post prioris Codicis confectionem (vt ipse ait) perlatis, formam decisionum præ se ferre, & controuersum anteà ius decidere: quales sunt quæ sequuntur.

De reb.cred.	l.vlti.
Pro soc.	l.pen.& vlti.
De pact.inter empt.	l.vlti.
De natur.lib.	l.vlti.

b.l.fi.C.de assert.l.cũ opot. de Bo.9.libr. c.l.j.C.de cõfir.C. d.l.j.C.de Emend.C.

Sed nihil refert, modò id intelligamus, omnes const itutiones Lampadio & Oreste C C. vel deinde pòst editas, & renouato Codici insertas, composito antè iuri derogare, si quando repugnent: atque oleũ eos prodigere & operã, qui aliter conciliare laborãt. Quin & constitutiones Decii V. Cl. consulatu editæ post confirmatum priorem Codicem, eum cum Pandectis reformãt: ^b cuiusmodi sunt quæ post mensem Maium euulgatæ fuerunt, quo Codex editus est ^c Quæ omnia non in commentariis, sed inscriptionibus, subscriptionibúsque cõstitutionum, occulatiùs obseruabit iuuentus. Porrò constitutiones quę post mensem suprà dictũ editæ sunt, nõ omnes Iustiniano decisiones appellantur: ^d sed eæ duntaxat quæ ad decidendum veterum controuersias latæ sunt. Reliquæ, constitutiones generali nomine appellatæ sunt: siue sponte sua Princeps eas supplendi iuris gratia emiserit, siue relatio magistratuum, preces litigatorum, aut fori disputatio caussam constitutioni dederit: quales sunt suprà scriptæ quinque constitutiones, & quas subiicio.

In quib.cauf.in integ.	l.vlti.
De inoff.test.	l.vlti.
Com.de lega.	l.pen.

In eodem numero sunt, & quæ non controuersias veteris iuris decidunt, sed duntaxat ante probatum ius antiquant: cuiusmodi sunt.

De adopt.	l.vlti.
De noua.	l vlti.
De don.	l.vlti.

e.d.l.1 C.de Emend.C. f.l.j.C.de Bo. mat.l.j. C.de Bo. que lib.l. 3.j.de Mi.l. sacra.ad Tre. j const.a. g.j.const.i. h.j.const. 3. i.a. const.3.4. tanta. k. C.de Emend.C.

Si quis contradicendi studio, suprà scriptis viginti quinque decisionibus, sine die. & Cos. à nobis adductis, alias addat, alias detrahat, susque, deque feram: modò ex me hoc discat iuuentus, non magnoperè referre, & non solùm quinquaginta decisiones post prioris Codicis promulgationem latas, sed & alias quàmplurimas constitutiones cõsulatu Paulini eidem adiectas, ^e iuri in Pandectas relato derogare, & veterum dubitationes inibi memoratas, interdum dirimere. Quinimò veteres constitutiones aliorum Cæsarum Codici vetustiori insertas, idè ius Pandectarum velut exceptione quadam corrigere. ^f Non me mouet quòd Iustinianus in mandatis Triboniano dederit, vt omnis [illegible] à Pandectis abesset: ^g vel quòd iis iam perfectis, contrariũ nullum in eo Codice reperiri adfirmet, & ex contrariis vnum pro omnibus positum esse. ^h Nam iisdem locis idem ipse edictum suum temperat his verbis, quantum possibile sit: & quod inter veteres consultos dubitabatur, suis se emendationibus seruasse ait. ^i Quem locum ex alia eius epistola de emendando Codice, ^k ita accipere licet, vt non solùm reiecta inter componendas

Pandectas,

Pandectas, sed etiam in eas relata (si quando vel pugnantia vel obscura videantur) ad emendationes Iustiniani, & constitutiones eiusdem argumenti transmittamus: vel controuersi iuris decisionem, vel obscuri declarationem inde relaturi. Id aliquot exemplis obiter hic ostẽdemus. Vlpiani & Pauli seculo, omni capitis diminutione vsusfructus amittebatur:[l] quod ex libro tertio Recept. senten. Pauli constat, sub tit. de Vsufruct. Quod tamen in Digesta de ea re ex Vlpiano relatum est, ad Iustiniani cõstitutionem trahi oportet:[m] vt quod indistinctè scriptum est, & de omni genere, per id coarctetur, quod de parte aliqua scriptum extat. Eiusdem constitutionis argumentum tran latum est in ciuiles Institutiones:[n] Vlpiani temporibus qui liberatus erat patria potestate, is honestè postea reuerti in potestatem non poterat nisi adoptione:[o] Iustiniani tamen constitutione id vno modo licet, si auus emancipet adoptatum, viuo adhuc patre naturali. Nam reuertitur in patris potestatem, & quidem honestè:[p] vt speciem hanc Iustiniani decisione, generali Vlpiani sententiæ derogare existimandum sit. Paulus assessori in alienum auditorium negotia tractare permittit quo tempore assidet:[q] quod ad nouam Iustiniani constitutionem traducere non licet, cùm sit contraria.[r] Illud non ignoro si quis subtiliori animo iura in Pandectas relata excutiat, ferè probatum iri quod asseuerat Iustinianus: nimirum aliquid occultius inesse, quod discordiæ querelas submoueat,[f] res certe ipsa cogit, vt vel inuitus agnoscam constitutionibus Codici insertis, locos plærosque Digestorum interpolatos,[t] atque adeò adhuc inesse aliquot, qui ad imperiale iudicium referendi sint: vt is vel verborum ambiguitatem, vel (vt audaciùs dixerim) ἀντινομίαν explicet, & submoueat.[u] Nam & idem Iustinianus, qui priorem suum Codicem sine constitutionum discordia emissum asseuerauit, potestatem deinde fecit contrarias leges (si quæ inuenirentur) inde tollendi, & rescripta per nouas constitutiones antiquata:[x] vt probabile sit & cum locis quibusdam Digestorum veteri Codici consentientium, eas constitutiones pugnare. Equidem de Digestorum contrarijs legibus, non dicam hic plura: sed priusquam finem his commentarijs imposuero, non vno in loco ostendam, oleum perdere & operam, qui aliquot Pandectarum nodos sine gladio dissoluere conantur (certe ad consultorum voluntatem quod attinet)[a] vt quamplurimas mendas interim taceam. Quibus multò sunt stupidiores qui nondum animaduertere, nouissimas Iustiniani cõstitutiones, Codici sub finem titulorum insertas, quosdam Digestorum locos antiquare,[b] & prioribus derogare constitutionibus. Nam & ipsas constitutiones quo tempore Digesta perscribebantur euulgatas, priùs emendauit quàm Codici adderet: vt hinc quoque cõiecturam ducas, à Digestis in quibusdam, per hanc constitutionum emendationem discessum esse.[c] Non videbor disputator subtilis, satis scio, iis qui Andabatico more de legũ contrarietate pugnant, quique nihil pensi habent in conciliandis contrarijs, qua de re, quóve libro, id quod controuersum est, scriptum reliquerit consultus: cuius tamen verba plærunque Iustiniani potiùs, quàm eius qui prior scripsit, seruiunt voluntati.[d] Interdum ex inscriptione libri, quo quid scriptum fuit, tam eius qui scripsit, quàm Iustiniani qui comprobauit, ita voluntas coniicienda est, vt si alia via quæ videntur pugnantia conciliare studeas, statim inter doctos audias, coniectura ista diuinatio est.[e] vt taceam non animaduertere quo tempore à Iustiniano nobis relictum sit, nullum in Pandectis[f] nullum in Codice contrarium videri:[g] quod genus commendationis, persuasorio legum exordio maximè conuenit, dum euulgantur populo vt obseruet.[h] Illud in confesso est, nouellas Iustiniani cõstitutiones, reliquo iuri in paucis contrarias extare: quas & aliquando se editurum statuerat, quo tempore Codicem renouabat.[i] Hoc enim proprium est eius iuris quod ciuile est, vt subinde pro tempore & moribus hominum refigatur.[k] Sed tamen & nouellas constitutiones derogare reliquæ legislationi, magis quàm abrogare, & contrarias esse dixeris: cuiusmodi legum pugnantia & in Codice extat. Leges enim legibus, & constitutionibus constitutiones Iustinianus contrarias, negat suo Codici inesse: non item alias alijs aliqua in parte derogantes.[l]

AD EASDEM CONSTITVTIONES IVS *Gallicum eiusdem argumenti.*

Ius Gallicum, quod scripto constat, in constitutionibus Regijs consistit. Ex à D. Ludouico, ad annum vigesimum octauum regni Francisci, sub quo agimus, à Christo 1542. compositæ à prudentibus ordine temporum ferè, & in duos libros digestæ extant: quorum prior quidẽ aliorum Regum, posterior Francisci constitutiones in se continet. Sanè in primo libro Caroli, 4.7.8. constitutiones quædam, Ludouici duodecimi legibus subiectæ sunt (quo id cumque consilio factum sit) & huius constitutiones quæ priores reformant, mox subiiciuntur: licet tempore eas antecedant, quæ deinde sequuntur eiusdẽ principis. Sunt & quæ sine die, & prin-

l.l.3.§.quibus mod. vsusfru. amit.
m.l. corruptio. C. de vsufr.
n.§.finitur. eod.
o.l.qui libera. §.de adopt.
p.l.pen.C.eo.
q.l. pen.§. de asses.
r.l.fin.C.eod. arg.l. Sed & §.de ll.
s.d. constit.3.
t.d.l.pen.§.de assess. & d.l. fi.C. eo.l. qui in ali.l.si quis mihi.§.de Acqui. hære. l.1. C.de bo. mater l.1.& fi. de bo.9.lib.
u.d.constit.3. §.Si quid. autem. not.§.de Pact.l. referi. de Sta.ho.l. nõ sunt ll.l.fi. §. si ex nox.l. Sed diui.§.de Re.di.l.adeo §.de Acq. do. & §.cũ x ali. inst.eo.l.qua. §. de Acq.do. l.in rẽ de rei vẽd.l.qui scit. de Vsu.l. bo. de Acq.do.
x. l. §.C de Cõf. C.l.1.de Emeod.C.
a.not. d.l. nõ sunt d.l.an rẽ. & d.l.qua.
b.d.l.fi. C. de Asses.l.fin.C. de Pact.inter empt.l. pe.§. de Pact.l.a.et fi.C.de App.
c.d.l.fio.C.de Asses.d.l.§.C. de Pact.inter empt.
d.no.§.d.l.nõ sunt.
e.no.§.de Senat.l.Sena.filum.
f.consti.3.§.
g.l.1.C.de Cõfir.C.

h.Plato.de ll. i.d.l.C. de Emen.C. k.§. pen. de Iur.nat.c. noo de b. de Consang. l.C.de no.C.&.C.de Confir.C.& C.de Emend.C.l.liberi.&.l.omnimodo.C.de inoffi.

cipe, inter constitutiones eiusmodi relatæ sunt: quæ omnia Codicis prioris Iustiniani cõpositionem
a.C.de no.C. præ se ferunt. ª Ad contrarietatem quoque legum quod attinet, cõstitutioni constitutio
in hac compositione contraria omnino, non occurit: (quæ abrogare dicitur) ᵇ sed in plæ-
b.l.derogare. j.de Verb. sig. risque articulis aliæ alijs derogantes nõnihil obseruantur. Idẽ ego & de constitutionũ similitu-
dine dicendũ puto. Exemplo id apposito demonstrabimus. Ludouici duodecimi cõstitutio, Lu-
c.89. douici vndecimi constitutionẽ de supplicãdo Principi, cõplectitur: ᶜ sed ea similitudo in parti-
d. de breuia. cula quadã legis, non in tota existit. Eidẽ legi, Francisci constitutio derogat, non abrogat, ᵈ vt
tat.136. lex legi contraria dici non posit. Nam (vt Iustinianus ait) tam similes, quàm contrariæ leges in
e.di.l.C. de No.C. parte aliqua, alia iuris diuisione adiuuantur: ᵉ id est ideo in corpus legislationis referuntur,
quòd præter id in quo similes, vel contrariæ sunt, aliam iuris diuisionem aliumq́ue articulum
comprehendunt, in quo neque similitudo, neque contrarietas apparet. Porrò in quibus inest
f.l.ß.j. de Cõstit. pro parte contrarietas, posteriores prioribus sunt potiores.ᶠ In titulos Gallica legislatio dige-
Francisc. sta non est, vt Romana: ᵍ quod constitutionum paucitas suasit prudentibus. Nos tam ex supra-
dict. art. 136. scriptis Regum constitutionibus, quàm regionum moribus, eorundem authoritate composi-
g.di.l.j. C. de No.C. tis, & euulgatis, ʰ quæ similia, quæque diuersa videbũtur, ad singulos iuris Romani titulos eius-
h.Caro.7.125 dem argumenti, accommodabimus: & si quando constitutiones posteriores derogent priori-
bus, illas præcipuè adducemus: quales sunt Ludouici duodecimi de legatis præsidalium iudi-
i.in.j.constit. cum, ⁱ & Francisci de Iurisdictione in milites palantes, & cõcutientes plebem, &c. Sed & si quæ
47.in.a.41. in acta curiæ amplissimæ relatæ non sint, id non omittemus: cuiusmodi est Francisci sanctio po-
sterior in plebeios venatores.

IMPERATOR IVSTINIANVS A. TRIBONIA-

no uiro eminentissimo, quæstori Sacri palatij.

AD PRIMAM SVPRASCRIPTARVM

constitutionum separatim.

Argumentum.

Mandat Digestorum compositionem, & modum huic rei præscribit Iustinianus. uetat commentarios ijs adscribere legum sensa peruertentes: & eos modò permittit qui uel in aliam linguam uertant, uel locum alium per alium declarent, quæ παράτιτλα uocat.



*Eo authore, nostrum gubernante Imperium, quod nobis à cœlesti maiestate traditum est, & bella fœliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum reipublicæ sustentamus: & ita animos nostros ad dei omnipotentis adiutoriũ erigimus, ut neque armis confidamus, neque nostris militibus, neq; bellorum ducibus, uel nostro ingenio: sed omnem spem ad solam prouidentiam referamus summæ trinitatis, unde & mũdi totius elementa processerunt, & rerum dispositio in orbem terrarũ producta est. Cùm itaq; nihil tam * studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm legũ authoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autẽ omnem legũ tramitem, qui ab urbe cõdita & Romuleis descẽdit temporibus, ita esse cõfusum, ut in infinitũ extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate cõcludatur: prius nobis studiũ fuit à sacratissimis retrò principibus initium sumere, & eorũ cõstitutiones emãdare, ac uiæ dilucidæ tradere: quatenus in uno codice cõgregatæ, & omni superuacua similitudine & iniquissima discordia absolutæ, uniuersis hominibus promptũ suæ serenitatis præbeãt præsidiũ. Hócq; opere cõsummato, & in uno uolumine, nostro nomine præfulgente, coadunato: cùm ex paucis & tenuioribus*

* σπουδαῖον.

ribus releuati, ad summam & plenissimam iuris emendationem peruenire properaremus, & omnem Romanam sanctionem & colligere, & emendare, & tot authorum dispersa uolumina uni codici indita ostendere (quod nemo alius neque sperare, neq; optare ausus est) res quidem difficillima, imò magis impossibilis uidebatur. Sed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio inuocato, eam quoq; curã nostris animis reposuimus, freti deo, qui & res penitus desperatas donare, & consummare uirtutis magnitudine potest: & ad tuæ synceritatis optimum respeximus ministerium, tibique primo & hoc opus commisimus (ingenij tui documentis ex codicis nostri ordinatione acceptis) & iussimus, quos probares, tam ex facundissimis antecessoribus, quàm ex iuris disertissimis togatis fori amplissimæ sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in palatium nostrum introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamẽ, ut tui uigilantissimi animi gubernatione res omnis celebraretur. Iubemus igitur uobis antiquorum prudentium, quibus authoritatem conscribendarum interpretendarúmque legum sacratissimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanũ pertinẽtes, & legere, & elimare: ut ex his omnibus materia colligatur, nulla (secundũ quod possibile est) neq; similitudine, neque discordia derelicta, sed quod ex his unũ pro omnibus sufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinẽtes scr psrunt, quorũ scripturæ à nullis authoribus receptæ, nec usitatæ sunt: neque nos eorum uolumina nostrã inquietare sanctionẽ dignamur. Cúmq; hæc materia summi numinis liberalitate collecta fuerit, oportet ea pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium & sanctissimum tẽplum iustitiæ consecrare: & in libros quinquaginta & certos titulos totũ ius digerere, tam secundum codicis nostri constitutionẽ, quàm edicti perpetui imitationem (prout hoc uobis commodius esse patuerit) ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum: sed his quinquaginta libris totum ius antiquum per mille & quadringentos ferè annos confusum, & à nobis purgatum, quasi quodam muro uallatum, nihil extra se habeat, omnibus authoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadã prærogatiua seruanda: quia nõ omnes in omnia, sed certi per certa, uel meliores, uel deteriores inueniũtur. Sed neque ex multitudine authorũ, quod melius & æquius est, iudicatote: cũ possit unius forsitan & deterioris sentẽtia & multos & maiores aliqua in parte superare. Et ideo ea, quæ in notis Aemilij Papiniani *ex* Vlpiano, & Paulo, *néc-non &* Martiano *adscripta sunt, quæ antea nullam uim propter honorem splendidissimi* Papiniani *obtinebãt, non statim respuere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenij Papiniani laborum uel interpretationum necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere legis uim obtinẽs non moremini. Et omnes, qui relati fuerint in hoc codice prudẽtissimi uiri, habeant authoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta, & à nostro diuino fuerint ore profusa. Omnia etiam meritò nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impartietur authoritas: nam qui non subtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui primus inuenit. Sed in hoc studium uobis esse uolumus, ut si quid in ueteribus libris nõ bene positum inueniatis, uel aliquod superfluum, uel minùs perfectum, superuacua longitudine semota, & quod imperfectum est, repleatis: & omne opus moderatum & quàm pulcherrimum ostendatis. hoc etiam nihilominus obseruãdo, ut si quid ex ueteribus legibus, uel cõstitutionibus, quas antiqui in suis libris posuerint, non rectè scriptum inueniatis: & hoc reformetis, & moderato ordini tradatis,*

datis, ut hoc uideatur esse uerum, & optimum, quasi ab initio scriptum, quod à nobis electum, & ibi positum fuerit, & nemo ex comparatione ueteris uoluminis, quasi uitiosam scripturam, arguere audeat. Cùm enim lege antiqua, quæ regia nuncupabatur, omne ius omnisque potestas populi Romani in imperatoriam translata sit potestatem: nos uerò sanctionem omnē non diuisimus in alias & alias conditorū partes, sed totā nostram esse uolumus: quid possit antiquitas nostris abrogare legibus? Et in tantum uolumus eadem omnia, cùm reposita sunt, obtinere: ut si aliter fuerint apud ueteres conscripta, in contrarium autem in compositione nostra inueniantur, non scripturæ, sed nostræ electioni hoc adscribatur. Nulla itaq; in omnibus prædicti codicis mēbris ἀντινομία.

i. legum pugnantia.

(sic enim à uetustate Græco uocabulo nuncupatur) aliquem sibi locum uindicet: sed sit una concordia, una consequentia, aduersario nullo constituto. Sed & similitudinem, secundum quod dictum est, ab huiusmodi consummatione uolumus exsulare, & ea, quæ sacratissimis constitutionibus, quas in codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex uetere iure non concedimus: cùm diualium constitutionum sanctio sufficiat ad eorum authoritatem, nisi fortè uel propter diuisionem, uel propter repletionem, uel pleniorem indaginem hoc contigerit: & hoc tamen perrarò, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. Sed & si quæ leges in ueteribus libris positæ, iam per desuetudinem abierunt, nullo modo uobis easdem ponere permittimus: cùm hæc tantummodo obtinere uelimus, quæ uel iudiciorum frequētissimus ordo exercuit, uel longa consuetudo huius almæ urbis comprobauit: secundum Saluij Iuliani scripturam, quæ indicat, debere omnes ciuitates consuetudinem Romæ sequi, quæ caput est orbis terrarum, nō ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligēdum est non solùm ueterem, sed etiam regiam nostram, quæ deo propicio melioribus cōdita est augurijs. Ideo iubemus duobus istis codicibus omnia gubernari: uno constitutionum, altero iuris enucleati, & in futurum codicem componendi: uel siquid aliud à nobis fuerit promulgatum institutionum uicem obtinens, ut rudis animus studiosi simpliciter enutritus, faciliùs ad altioris prudentiæ redigatur scientiam. Nostram autem consummationem, quæ à nobis adnuente deo componetur, Digestorum uel Pādectarū nomen habere sancimus, nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi adplicare, & uerbositate sua supradicti codicis compēdium confundere: quemadmodum & antiquioribus temporibus factum est, cùm per contrarias interpretantium sententias totum penè ius conturbatum est. sed sufficiat per indices tantūmodo & titulorū subtilitatem, quæ παράτιτλα nūcupātur, quædā admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorū uicio oriūdo. Ne autē per scripturā aliquā fiat in posterū dubitatio, iubemus non per signorum captiones & compendiosa ænigmata, quæ multas per se & per suū uicium ἀντινομίας induxerunt, eiusdem codicis textum cōscribi: etiam si numerus librorum significabitur, aut aliud quidquam, neque etenim hæc per specialia signa numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. Hæc igitur omnia deo placido facere tua prudentia unà cum alijs facundissimis uiris studeat, & tam subtili, quàm celerrimo fini tradere: ut codex consummatus, & in quinquaginta libros digestus, nobis offeratur in maximam & æternam rei memoriam, deique omnipotentis prouidentiæ argumentum, nostrique Imperij, & uestri ministerij gloriam.

i. quasi titularia, quòd per ea titulus titulo, locus cum loco conferatur. Idē pene, quòd uulgo concordātias uocamus, ni fallor.

D. 14. Cal. Ian. C.P. 4. Lampadio & Horesta uiris. cc. conss.

Com-

COMMENT. PARTICVLA PRIOR.

Epistola est aperta, Iustiniani ad Tribonianum quæstorem sacri palatii eo anno,[a] qua ei cum aliis quibusdam mandat Digesta componenda ex legibus, librisque veteribus: & modum ei rei præscribit. Vetat autem omnem interpretationem Digestorum, vel Pandectarum (vtrolibet enim nomine voluit appellari) quæ peruertat legum sententias, glossam aurelianam nunc vulgò dictitant, sed tantùm versionem in alium sermonem, & titularias admonitiones, locum aliũ per aliũ declarantes permittit. Non enim hodie possumus quod veteres cõsulti beneficio principum, vel suorum studiorum fiducia, ipsi sibi permiserunt: quorum opiniones, & sententiæ pro iure habitæ sunt, vti à Theodosio post Augustum, & Adrianum constitutum fuit.[b] Nos nudam docendi potestatem nobis assumimus, & in verbis interpretandis voluntatéque legum colligẽda, eatenus progredimur, quatenus aliis locis adductis, id probare nobis licet. Supra legis certam sententiam, si quid commentemur, falsi nos alligamus.[c] Quod consulti sub Alexandro nõ tam sibi arrogarunt,[d] quàm vltrò eis tribuit Theodosius. Cætera huius constitutionis nullo negotio quiuis intelliget: quæ ad vsum suum ita accommodabit. In foro, atque iudiciis, nõ tam numerandæ sunt opiniones iurisperitorum, vel causidicorum, quàm expendendę iudici: neque verò Accursii, & Bartoli sententia apud æquum iudicem semper præualere debet, sed veritas, quisquis eam alleget. Sed & lege municipali reformata, veterem legẽ adducere non licebit, nouæ fortè contrariam: si modò corrigẽdi potestas reformantibus permissa sit. Neque interpretari iudici, vel iurisperito aliter datur, quàm vt certam eius sentẽtiam assequatur. Neque id credere par est, partes inter se contrarias esse, &c. Eminentissimi titulo exornat Tribonianum in salutatione huius epistolæ, quòd non quomodolibet illustris esset, vt illustratu vacante donatus, sed ordinaria dignitate, vt quæstura sacri palatii, & aliis honoribus illustratu maioribus.[e] Studiosum, pro cura dignum, bis dixit: & non subtiliter, pro non exactè.

a. arg. inf. cõstit. 3.
b. l. 2. inf. de Orig. § respõ. inst. de Iur. nat. C. Theo. tit. de Respõ.
c. vt hic. & infra. cõst. 3. l. 3. & fi. C. de ll.
d. l. prospex. inf. qui & à quib. l. 3. de Exerci.
e. arg. l. si quã. do. C. de Appell. not. inf. de sena. l. vlt.

AD EANDEM CONSTITVTIONEM

Ius Gallicum.

Huic epistolæ similes sunt literæ patentes Regis Franci ad Cancellariũ, & alios quosdam prudentes, Cancellarii iudicio in hoc electos, vt Regia authoritate ius componant totius regni cõmune: quò tanta morum varietas tandem à foro, atque iudiciis exulet. Ad tantum verò munus obeundum, legendi sunt consultissimi, & eloquentissimi quique, ex iis qui in academiis Galliarum ius docẽt, & disertissimi prefecturarum prætorianarum causidici:[a] quorum aliis vsus fori, aliis magis ius ciuile in numerato sit: aut (quod magis optandum est) quibus par sit in vtroque facultas. Non absimiles sunt patẽtes literæ eiusdem principis ad cõpositores morũ, quibus regiones per Gallias vtuntur. Quibus addendi, detrahendi, abrogandi facit potestatem, expensis magis quàm numeratis triũ ordinum ad hoc adhibitorũ sententiis. Interdicit iudicibus, causidicis, cæterisque in foro versantibus, ne alio more regionis, quàm ita compositis, & promulgatis,[b] &c. Igitur his moribus nouè cõscriptis, vetus statutum in quibusdam articulis cõtrarium, in foro cedet apud Gallos: non aliam interpretationem accipient, quàm quæ verbis, & certæ compositorum voluntati conueniat: partes partibus, titulos titulis contrarios inesse, non admittemus: cessantibus deinceps confusis testimoniis probationibúsve (quas per turbas fieri dixerunt,) exemplum ex libello consuetudinis transcriptum, in foro proferemus, & de more, statutóve, non aliter quàm de lege, fidem faciemus iudici.

a. vt hic vers. tam ex fa. antecess.
b. in process. verb. ad consuet.

IMPERATOR CAESAR, FLAVIVS, IVTSINIANVS,

Alemanicus, Gotthicus, Frãci cus, Germanicus, Anticus, Aphricanus, Alanicus, Vandalicus, pius, felix, inclytus, uictor ac triumphator semper Augustus. Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Isidoro, Anatolio, Thallelæo, & Cratino uiris Illustribus antecessoribus, & Salaminio uiro disertissimo. S.

AD. II. CONSTITVTIONEM.

Argumentum.

Præscribit modum docendi, discendi, & scribendi iuris, cum studiorum temporibus. Gymnasia nominatim cõstituit. Iurisdictionem in scholasticos, & librarios certis iudicibus adscribit.

OMnem Reipublicæ nostræ sanctionem à nobis iam esse purgatam, & compositam tam in quatuor libris Institutionũ seu elementorum, quàm in quinquaginta libris Digestorum seu Pandectarum, nécnon in libris duodecim imperialium

rialium constitutionum, quis amplius quàm nos cognoscit? Quando omnia quidem quæ oportuerat & ab initio mandare, & post omnium consummationem factã libenter admittentes definire, iam per nostras orationes ¶ tam in græca lingua quàm Romanorum (quas & æternas fieri optamus) explicita sunt. Sed cùm uos, & omnes postea professores legitimæ scientiæ constitutos, etiam hoc oportuerat scire, quid, & in quibus temporibus tradi necessarium studiosis credamus, ut ex hoc optimi atque eruditissimi efficiantur: idcoq; præsentem diuinam orationem ad uos præcipuè faciendam existimauimus, quatenus tam prudentia uestra, quàm cæteri antecessores, qui eandem artem in omne æuum exercere maluerint, nostris regulis obseruatis, inclytam uiam eruditionis legitimæ possint ambulare. Itaque cùm proculdubio quidem necesse est Institutiones in omnibus studijs primum sibi uindicare locum, utpote prima uestigia cuiusq; scientiæ ¶ mediocriter tradentes. Ex libris autem quinquaginta nostrorum Digestorum, sex & triginta tantummodo sufficere tam ad uestram expositionem, quàm ad iuuentutis eruditionem iudicemus. Sed ordinem eorum & tramites per quos ambulandum est, manifestare tempestiuum nobis esse uidetur, & uos quidem in memoriam eorum quæ antea tradebatis redigere: ostendere autem nouellæ nostræ compositionis tã utilitatem quàm tempora, ut nihil huius artis relinquatur incognitum. Et antea quidem (quemadmodum & uestra scit prudentia) ex tanta legum multitudine, quæ in librorum quidem duo milia, ¶ uersuum autem tricies centena extendebatur, nihil aliud nisi sex tãtum libros & ipsos confusos, & iura in se utilia perrarò habentes, à uoce magistri discipuli accipiebant: cæteris iam desuetis, & iam omnino inuijs. In his autem sex libris, Caij nostri Institutiones, & libri singulares quatuor, primus de illa re ueteri uxoria actione, secundus de tutelis, & tertius nécnon & quartus de testamentis & legatis cõnumerabantur: quos neque totos per consequentias accipiebant, & multas partes eorum quasi superuacuas prætermittebant. Et primo quidem anno hoc opus tradebatur legentibus, non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim, & quasi per saturam collectum, utili inutilibus mixto, maxima tamen parte inutilibus deputata.

¶ Nouellas cõstitutiones, quæ authẽtica appellant, innuit.

¶ Quæ prima uestigia cuiusque scientiæ, pulchrè plato in Menone, Alcibiade, & Theæteto.

¶ Librorum multitudiné ridet Seneca libro de .7. artibus liberalibus.

Secundo autem anno, præpostera ordinatione habita, prima pars legum eis tradebatur, quibusdam certis titulis ab ea exceptis cùm esset enorme, post institutiones aliquid aliud legere, quàm quod in legibus & primum positum est, & istam nuncupationem meruit τῶν πρώτων, id est primariorum. Post eorũ uerò lectionem, nec illam cõtinuam, sed particularem, & ex magna parte inutilem constitutam, tituli alij eis tradebantur, tam ex illa parte legum quæ de iudicijs nuncupatur (& ipsis non continuam, sed raram utilium recitationem præbentibus: quasi cætero toto uolumine inutili constituto) quã ex illa quæ de rebus appellatur, octo libris semotis: & in his multis partibus legẽtibus inuijs, utpote nou idoneis nec aptis ad eruditionem constitutis. Tertio autem anno, quod in utroque uolumine, id est, de rebus, uel de iudicijs, in secundo anno non erat traditum, accipiebant secundum uicissitudinem utriusque uoluminis: & ad sublimissimum Papinianum, eiusque responsa, iter eis aperiebatur, & ex prædicta responsorum consummatione (quæ decimo & nono libro cõcludebatur) octo tantummodo libros accipiebant, nec eorum totũ corpus eis tradebatur: sed pauca ex multis, & breuissima ex amplissimis, ut adhuc sitientes ab eis recederent. His igitur solis à professoribus traditis, Pauliana responsa per semetipsos recitabant: neque hæc insolidũ, sed per imperfectum,

*fectum, & tam quodãmodo malè consuetũ consequentiæ cursum. Et is erat in quartum annum omnis antiquæ prudentiæ finis. Vt si quis ea, quæ recitabant enumerare uellet: computatione habita, inueniret ex tam immensa legum multitudine, uix uersuum sexaginta millia eos uacuæ notionis perlegisse, omnibus alijs deuijs & incognitis cõstitutis, & tunc tantummodo ex aliqua minima parte recitandis, quoties uel iudiciorũ usus hoc exegit, uel ipsi magistri legum aliquid ex his perlegere festinabatis, ut esset uobis aliquid amplius discipulorum peritia. Et hæc quidem fuerunt antiquæ eruditionis monumenta, secundum quod & uestro testimonio confirmatur. Nos uerò tantùm penuriam legum inuenientes, & hoc miserrimũ iudicantes, legitimos thesauros uolentibus aperimus: quibus per uestrã prudẽtiã quodãmodo erogatis, ditißimi legũ oratores efficiantur discipuli. Et primo quidẽ anno uostras hauriant Institutiones, ex omni ueterũ penè Institutionũ corpore elimatas, & ab omnibus turbidis fontibus in unũ liquidũ stagnũ corriuatas, tam per Tribonianũ uirũ magnificũ, magistrũ & * ex quæstore sacri nostri palatij, & excõsule, * quàm per duos ex uobis, id est Theophilũ & Dorotheũ facũdißimos antecessores. In reliqua uerò anni parte, secundũ optimã consequentiã primã legũ partẽ eis tradi sancimus, quæ Græco uocabulo τὰ πρῶτα id est primaria nũcupatur, qua nihil est anterius: quia quod primũ est, aliud ante se habere nõ potest. Et hæc eis exordiũ & finẽ eruditionis primi anni esse decernimus. Cuius auditores nõ uolumus ueteri tã friuolo quã ridiculo cognomine dupõdios appellari, sed Iustinianeos nouos nũcupari. Et hoc in omne post futurũ æuũ obtinere cẽsemus, ut ij qui rudes adhuc legitimæ sciẽtiæ, capessẽdæ adspirent, & scita prioris anni accipere maluerint, nostrũ nomen mereantur: quia illico tradendum est eis primũ uolumen, quod à nostris emanauit authoribus. Antea enim dignum antiqua confusione legum, cognomen habeant: cùm autem leges tam claræ & dilucidæ, animis eorum tradẽdæ sint, necesse erit eos & cognomine ¶ mutato fulgere. In secundo autem anno per quem ex edicto eis nomen antea positum, & à nobis probatum est, uel de iudicijs libros septem, uel de rebus octo accipere eos sancimus, secundum quod temporis uicißitudo indulserit: quam intactam obseruari præcipimus. Sed eosdem libros de iudicijs uel de rebus totos, & per suam consequẽtiam accipiant, nullo penitus ex eis derelicto: quia omnia noua pulchritudine sunt decorata, nullo inutili, nullo desueto in his penitus inueniendo. Alterutri autem eorundem uoluminis, id est de iudicijs, uel de rebus, adiungi in secundi anni audientiã uolumus quatuor libros singulares, quos ex omni compositione quatuordecim librorum excerpsimus: ex collectione quidẽ tripertiti uoluminis quod de dotibus composuimus, uno libro excerpto: ex duobus autẽ de tutelis & curationibus, item uno: sed & ex gemino uolumine de testamẽtis, uno: & ex septem libris de legatis & fideicõmissis, & quæ circa ea sunt, simili modo uno tãtum libro. Hos igitur quatuor libros, qui in primordijs singularum memoratarum compositionum præpositi sunt, tantummodo à uobis eis tradi sancimus, cæteris decem opportuno tempori conseruandis: quia nec poßibile est, nec secundi anni tẽpus sufficit ad istorum quatuordecim librorum magistri uoce eis tradendorum recitationem.*

* ἰδικτῶν ἐπὶ τῶν Loquẽdi forma ei secu lo familiari proquæstorio & cõsulari uiro. quo modo ueteres Latini procõsule, & Sallu. promulste, & Cic. proquæstore, uno uerbo per oẽs casus & numeros dixerunt.

¶ Vt Plato in Thrage. pulchra nomina uult imponi.

Tertij insuper anni doctrina talem ordinem sortiatur: ut siue libros de iudicijs, siue de rebus, secundum uices legere eis sors obtulerit, concurrat tripertita legum singularium dispositio: & imprimis liber singularis ad hypothecariam formulã, quam opportuno loco, in quo de hypothecis loquimur, posuimus: ut cũ æmula sit pignoratitijs actionibus,

nibus, quæ in libris de rebus positæ sunt, non abhorreat earum uicinitatē, cùm circa easdem res ambabus penè idem studium sit. Et post eundem librum singularem alius similiter eis aperiatur, quem de usuris: item alius quem ad edictum ædilium & de redhibitoria actione, & de euictionibus, necnō duplæ stipulatione cōposuimus. Cùm enim quæ de emptionibus & uenditionibus legibus cauta sunt, in libris de rebus perfulgerēt: hæ autem omnes quas diximus, definitiones uel diuisiones, in ultima parte prætorij edicti essent positæ, necessariò eas in anteriorem locū transtulimus, ne à uenditionibus (quarū quasi ministræ sunt uicinæ) ulteriùs deuagentur. ¶ *Et hos tres libros pro acutissimi Papiniani lectione tradendos posuimus, cuius uolumina in tertio anno recitabant studiosi, non ex omni eorum corpore, sed sparsim pauca ex multis, & in hac parte accipientes.*

¶ Laus Papiniani apud Spartianū in Seuero & Caracalo.

Vobis autem ipse pulcherrimè Papinianus non solùm ex responsis eius, quæ in decē & nouem libris composita fuerant, sed etiam ex libris septem & triginta quæstionum, & gemino uolumine definitionum, necnō de adulterijs uno, & pene huiusmodi expositione in omni nostrorū Digestorū ordinatione præfulgente proprijs partibus, præclarissimā sui recitationē præbebit. Ne autē tertij anni auditores quos quidā Papinianistas uocāt, nomē & festiuitatē eius amittere uideātur, ipse Papinianus iterū in tertiū annū per bellissimā machinationē introductus est. Librū enim hypothecariæ ex primordijs plenum eiusdē maximi Papiniani legi fecimus: ut & lectionē & nomen ex eo habeāt, & Papinianistæ uocētur, & eius reminiscentes lætificentur: & festum diē, quem quumprimum leges eius accipiebant, celebrare solebant, peragāt: & maneat uiri sublimissi præfectorij Papiniani per hoc in æternum memoria. Hocque termino tertij anni doctrina cōcludatur. Sed quia solitum est anno quarto studiosos, græco & cōsueto quodammodo uocabulo λύτας *appellari: habeant quidem, si maluerint, hoc cognomen. Pro responsis autem prudentissimi Pauli, quæ antea ex libris triginta tribus uix in decem & octo recitabant, propter iam expositam confusionem eos legentes: decem libros singulares qui ex quatuordecim, quos antè enumerauimus, superfint, studeant lectitare: multò maioris & amplioris prudentiæ ex eis thesauros consecuturi, quàm ex Paulianis habebāt responsis. Et ita omnis ordo librorum singularium à nobis compositus, & in decem & septem libros partitus, eorum animis imponetur: quem in duabus Digestorum partibus posuimus, id est quarta & quinta, secūdum septem partium distributionem: & (quod iā primis uerbis orationis nostræ posuimus) uerū inuenietur, ut ex triginta sex librorū recitatione fiant iuuenes perfecti, & ad omne opus legitimum instructi, nostróque tempore non indigni: duabus alijs partibus, id est sexta & septima nostrorum Digestorū quæ in quatuordecim libris compositæ sunt, ita dispositis, ut possint postea eas & legere, & in iudicijs ostendere. Quibus si bene sese imbuerint, & in quiuti anni metas (quo* προλύται *nuncupantur) constitutionum codicem tam legere quàm subtiliter intelligere studeant, nihil eis legitimæ scientiæ deerit, sed omnē ab initio usque ad finem suis animis amplectentur: & (quod penè in alia nulla euenit arte, cùm etsi uilissimæ sint, omnes tamen infinitæ sunt) hæc sola* ¶ *scientia finē habebit mirabilē, in præsenti tempore à nobis ortū.*

id est, solutores, vt qui iā legū ænigmata per se possent soluere.

¶ qui λύται, id est solutoribus eruditione præstarent.

¶ Quā sit cognitu facilis hæc scientia, elegāter Cicero lib. j. de oratore & copiose differit.

Discipuli igitur omnibus eis legitimis arcanis à nobis reseratis nihil habeant absconditum: sed omnibus ijs perfectis quæ à nobis per Triboniani uiri excelsi ministeriū cæterorumque composita sunt, & oratores maximi & iustitiæ satellites inueniantur, & iudiciorum optimi tam athletæ, quàm gubernatores in omni loco æuoque felices.

Hæc

Hæc autem tria uolumina à nobis composita tradi eis tam in regijs urbibus, quàm in Berytiensium pulcherrima ciuitate, (quam & legum nutricem bene quis appellet) tãtummodo uolumus, (quod iam & à retrò Principibus constitutũ est) & nõ in alijs locis quæ à maioribus tale non meruerunt priuilegium: quia audiuimus & in Alexandrina splendidissima ciuitate, & in Cæsariensium, & in alijs, quosdam imperitos homines diuagari, & doctrinam discipulis adulterinam tradere. Quos sub hac interminatione ab hoc conamine repellimus, ut si ausi fuerint in posterum hoc perpetrare, & extra urbes regias, & Berytiensium metropolim hoc facere, denarum librarum auri pœna plectãtur, & reijciantur ab ea ciuitate in qua non leges docent, sed in leges committunt.

*Illud autem quod iam tum ab initio hoc opus mandantes, in nostra oratione, & post completum opus, in alia nostri numinis constitutione scripsimus: & nunc utiliter ponimus, ut nemo audeat eorum qui libros cõscribunt, signa in his ponere, & per cõpendium ipsi legum interpretationi & compositioni maximũ afferre discrimen: scituris omnibus librarijs qui in hoc posterum cõmiserint, quòd post * criminalem pœnam, etiam æstimationem libri in duplum domino eius (si ei nescienti dederint) inferre compellentur: cùm & ipse qui talem librum comparauerit, pro nihilo eũ habebit, nemine iudice ex tali libro recitationem fieri concedente, sed pro non scripto haberi cum disponente.*

* Alias terminalé, quod respondet Græco. ταλαντιαίαν

*Illud uerò satis necessarium cõstitutum, summa cum interminatione edicimus, ut nemo audeat neque in hac splẽdidissima ciuitate, neque in Berytiensium pulcherrimo oppido, ex ijs qui legitima peragunt studia, indignos & pessimos, imò magis seruiles (& quorum effectus iniuria est) ludos ¶ exercere, & alia crimina uel in ipsos * professores, uel in socios suos, & maximè in eos qui rudes ad recitationem legum ueniunt, perpetrare. Quis enim ludos appellet eos ex quibus crimina ¶ oriuntur? Hæc etenim fieri nullo patimur modo, sed optimo ordini in nostris temporibus, & hanc partẽ tradimus, & toti postero trãsmittimus seculo: cũ oporteat priùs animis, & postea linguis fieri eruditos. ¶ Et hæc quidem omnia in hac florentissima ciuitate uir excelsus præfectus huius almæ urbis tam obseruare quàm uindicare, prout delicti tam iuuenum quàm scriptorũ qualitas exegerit, curæ habebit: in Berytiensium autem ciuitate tam uir clarissimus præses Phœniciæ maritimæ, quàm beatissimus eiusdẽ ciuitatis episcopus, & legũ professores.*

¶ Seruilis ludus ab ingenuo quomodo distinguẽdus sit, præclarè Cicero lib. primo officiorum.
* Aliàs possessores,
¶ prouer. cap. 10.
¶ Seneca lib. vii. de artibus libera.

Incipite igitur legum doctrinam eis dei gubernatione tradere, & uiã aperire quam nos inuenimus: quatenus fiant optimi iustitiæ & Reip. ministri, & uos maximum decus in omne seculum sequatur: quia uestris temporibus talis legum inuenta est permutatio qualem & apud Homerum patrem omnis uirtutis, Glaucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutantes.

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Aere laboratis auro radientia, nouem,
Aestimata bubus pro fortè ualentibus centum.

Quæ omnia obtinere sancimus in omne æuum, ab omnibus tam professoribus, quàm legum auditoribus, & librarijs, & ipsis iudicibus, & obseruanda. D.C.P. 17. Cal. Ian. D. Iustiniano. PP. 3. Cons.

COMMENT. PARTICVLA PRIOR.

Epistola altera est, & ipsa aperta, ad professores legum data, qui eo anno docebãt. Erat enim doctura sub Iustiniano temporanea, uti honores omnes & magistratus. Nam Theophilus qui hoc anno doctor fuit, ex doctore id est doctorium, & doctura iam defunctum, vocat de confirmando Codice.ᵃ Ex his septem, vel ordinarijs honoribus, vel vacantibus, sex illustrati fuerant, quos

ᵃ l. 1 C. de cõfir. C. l. 1. C. de no. C.

quos illustrium virorum titulo exornat Iustinianus. Salaminium qui nihil quàm antecessor, id est doctor erat, disertissimum virum appellat. ᵇ Bini docebant in singulis ciuitatibus ferè: vt Constantinopoli Theophilus, & Cratinus: Dorotheus, & Anatolius, Beryti. ᶜ Cognomina tam multa, vnde sibi assumpsit Iustinianus, ad Institutiones scripsi. Igitur hac epistola, rationē, ordinemque docendi, discendi, & scribendi iuris præscribit: gymnasia quibus doceatur, certis locis constituit: delicta librariorum, & scholasticorum coërcet, & iurisdictionē in eosdem, certis iudicibus specialiter attribuit. Scholasticos Pythagorici instituti memores triēniū tacere vult: & primo anno Iustinianeos nouos, secūdo Edictales, tertio papinianistas, quarto λύτας dici: quòd iam mediocriter soluere possint nodos iuris, nec tantùm magistros audiāt, sed ipsi quædam intelligere conentur, nullo duce. Quinto anno προλύτας nominat, quòd superioribus præstēt in soluendis legū ambiguitatibus, & lectores iam sint, non auditores. Porrò quadragenos libros iuris, à singulis doctoribus (nisi fallor) quaternis annis declarandos hic statuit, à principio Institutionum, usque ad titulum Pādectarum de bonorum possess. Nostra tempestate nec quadragenis quidem annis, quaternos libros professores splendido suo apparatu absoluunt: quòd non leges modò doceant, sed pugnantes inter se interpretum sententias à Iustiniano damnatas, sine fine sursum, deorsumque voluant. ᵈ In Flo. codice notatum aiunt, hanc tertiā esse oportere: nam & sequentis facit mentionem.

b. arg. dict. ll.
c. cōsti. 1. sup. l. 1. C. de Stud. lib.
d. Panor. in prox. decret.

AD EANDEM IVS GALLICVM.

Apud Galliam ex priuilegijs à Romano pontifice, & Rege indultis, & statutis gymnasiorum ab eisdem confirmatis, terni, quaterniúe, ius docēt utrumque in singulis academijs: & exemplo magistratuum, cingulum semel acceptum perpetuò retinent. Si tamen sponte deponent administrationē, ex doctores, vel ex doctoribus, rectè appellabimus, vel etiam doctorios: vti quos codicillis doctura, sine administratione donamus, honorarios doctores, & alia ratione quàm superiores, doctorios vacantes dicemus exemplo aliorum honorum. ᵃ λύτας nos baccalaureos appellamus: nec tantùm legendi, sed docendi quoque potestatem eis facimus, & temporis lege Regia statuti, studiorumque donamus elogio. Licētiatos vocamus προλύτας, quos à doctoribus probatos, academiæ cancellarius creat: doctores verò baccalaurios, & doctores designant, declarantque. Tempora porrò studiorum paulò aliter lex Regia constituit, quàm hæc constitutio: & priuilegia academijs indulsit, proprijs iudicibus ad hæc tuenda datis, quos cōseruatores appellat Regios. Pontifex quoque alios conseruatores suorum priuilegiorum dedit academijs, quos Pontificios dicemus: apostolicos vulgò appellant. ᵇ

a. l. 1. C. vt dig. ord. ser. authē. vt ord. præf.
b. Ludo. 12.

IMP. CAESAR FLAVIVS, IVSTINIANVS A. *Ad senatus, & omnes populos.*

AD. III. CONSTITVTIONEM.

Argumentum.

Pandectas post duodecim Codicis libros, per Tribonianum compositas, in quinquaginta libros diuisit.

Easdem in septem partes distribuit, ad numeri naturam & methodum respiciens. His addidit Institutiones in libros quatuor digestas.

Vetat aliunde leges adduci, quàm ex his & Codice: cōmentarios eisdem adscribi, præter παράτιτλα uel notis conscribi leges obscurantibus.

Digesta cum Institutionibus promulgari iubet, & in omni iurisdictione asseruari.



Anta circa nos diuinæ humanitatis est prouidentia, ut semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim ᵃ *Partica æterna pace sopita, postque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, imò magis omnem Lybiam Romano imperio iterum sociatam: & leges antiquas iam senio prægrauatas, per nostram uigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem, & moderatum peruenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium unquam sperauit, ueque humano ingenio possibile esse penitus existimauit. Erat enim mirabile Romanam sanctionem ab urbe condita, usque ad nostri imperij tempora, quæ pene in mille & quadringentos annos concurrunt, intestinis prælijs uacillantē, hocque & in Imperiales constitutiones extendentem, in unam reducere concordiam, ut nihil neq; contrarium, neque idem, neq; simile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ usquam appareant. Namq; hoc cœlestis quidē prouidentiæ peculiare fuit,*

a. Alias Persica.

humanæ

humanæ uero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis præsidium respeximus, & summo numine inuocato deum authorem & totius operis præsulẽ fieri optauimus: & omne studiũ Triboniano uiro excelso, magistro officiorũ, ex quæstore sacri nostri palatij & excõsule credidimus, eique omne ministerium huiusmodi ordinationis imposuimus, ut ipse unà cum alijs illustribus & prudentissimis uiris nostrum desideriũ adimpleret. Nostra quoq; maiestas semper inuestigando & perscrutando ea, quæ ab his componebantur, quicquid dubium & incertum inueniebatur, cum cœlesti numine rectè emendabat, & in competentem formã redigebat. Omnia igitur confecta sunt, domino, & deo nostro Iesu Christo possibilitatem, tã nobis; quàm nostris in hoc satellitibus præstãte. Et principales quidem constitutiones duodecim libris digestas, iam antè in codicem nostro nomine præfulgentem contulimus. Postea uerò maximum opus aggredientes, ipsa uetustatis studiosissima operà iam pene confusa & dissoluta, eidem uiro excelso permisimus tã colligere, quàm certo moderamini tradere. Sed cùm omnia percontabamur, à præfato uiro excelso suggestum est, duo penè millia librorum esse conscripta, & plusquàm tricies centena uersuum à ueteribus effusa: quæ necesse esset omnia & legere, & perscrutari, & ex his quod optimum fuisset, eligere. Quod cœlesti fulgore & summæ trinitatis fauore confectum est secundũ nostra mandata, quæ ab initio ad memoratũ uirum excelsum fecimus: & in quinquaginta libros omne, quod utilissimum erat, collectũ est, & omnes ambiguitates decisæ, nullo seditioso relicto, nomenque libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum: quia omnes disputationes ac decisiones in se habent legitimas, & quod undiq; fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt, in centum quinquaginta penè millia uersuum totum opus consummantes: & in septem partes eos digessimus, non perperàm, neq; sine ratione, sed in numerorũ naturam & artem respiciẽtes, & consentaneã eis diuisionem partium conficientes. Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco uocabulo τὰ πρῶτα nuncupatur, in quatuor li- j.Primaria.
bros seposita est. Secundus autem articulus septem libros habet, qui de iudicijs appellatur. In tertia uerò congregatione omnia, quæ de rebus nominantur, contulimus, octo libris ei deputatis. Quartus autem locus, qui & totius compositionis quasi quidam inuenitur umbilicus, octo libros suscepit: in quorum primo omnia, quæ ad hypothecã pertinent, reposita sunt, ut non à pignoratitia actione in libris de rebus posita, multùm distarẽt. Alio libro eidem inserto uolumine, qui ædilitium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ stipulationem, quæ euictionibus adposita est, cõtinet: quia hæc omnia titulis emptionum & uenditionum consentanea sunt, & prædictæ actiones quasi pedissequæ illarum ab initio processerũt: in uetustioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multùm distantia deuagantes, per nostram autem prouidentiã his congregatæ: cùm oportuerat ea, quæ de eodem penè loquuntur, in cõfinio ponere. Alius denique liber post duos primùm nobis excogitatus est de usuris, & traiectitijs pecunijs, & de instrumentis, & testibus, seu probationibus, necnon præsumptionibus: & memorati tres singulares libri iuxta compositionẽ, de rebus positi sunt. Post hos quæ de spõsalibus, & nuptijs, de dotibus, & de legibus earum dicta sunt, reposuimus, tribus librorum uoluminibus ea concludẽtes. De tutelis autẽ & curationibus geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis reposuimus omnia undique tam utilissima, quàm pulcherrima iura continentem. Quintus autem uobis exoritur Di-

gestorum articulus, in quem de testamentis, & codicillis, tam priuatorum, quàm militum, omne, quicquid antiquitus dictum, est, inueniat quis depositum, qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fideicommißis quinque librorum numerus aggregatus est. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quàm legatis quidē legis falcidiæ narratio, fideicommißis autem quàm senatusconsulti Trebelliani: singulis libris utrique eorū applicatis, tota pars quinta in nouem libros coadunata est. Solum autem Senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimauimus. captiosas etenim & ipsis ueteribus odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, & utriusq; senatusconsulti inter se tam superuacuas, quàm scrupulosas diuersitates respuentes: totum ius super his positum Trebelliano senatusconsulto adiudicauimus. Sed & in his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne caussa, quæ in rebus non prosperè gestis & tristibus temporibus Romanis increbruit calamitatibus, bello coalescens ciuili, in nostris remaneat temporibus, quæ fauor cœlestis & pacis uigor firmauit, & super omnes gētes in bellicis uictorijs posuit: ne luctuosum monumentum læta secula inumbrare concedatur. Sexta deinde Digestorum pars exoritur, in qua omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ tam ad ingenuos, quàm ad libertinos respiciunt: & ius omne, quod de gradibus & affinitatibus descēdit, legitimæque hæreditatis, & omnis ab intestato succeßio, & Tertyllianum, & Orphitianum senatuscōsultum, ex quibus matres & filij inuicem sibi hæredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionis multitudinem in compendiosum & manifestissimum ordinem cōcludentes. Post hæc ea, quæ de operis noui nunciationibus, damnique infecti, & de ædificijs dirutis, & eorum insidijs, & de aqua pluuia arcenda ueteribus authoribus placita sunt: necnon quæ de publicanis, & donationibus, tam inter uiuos, quàm mortis caussa conficiendis, cauta legibus inuenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem & de liberali caussa, alius liber respōdet: quēadmodum & de acquisitione tam dominij, quàm possessionis, & titulis, qui eam inducunt, multæ & uariæ lectiones uni sunt insertæ uolumini: alio libro deputato his, qui iudicati, uel in iure confessi sunt, & de bonorum detentionibus & uenditionibus, & ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Post hæc omnia interdicta conglomerata sunt: & deinceps exceptiones, de temporum prolixitatibus, & de obligationibus & actionibus liber item singularis extenditur: ut perfecta sexta pars totius Digestorum uoluminis octo libris definiatur. Septimus autem & nouißimus articulus Digestorum sex libris formatus est: in quo de stipulationibus, & de fideiussoribus & mandatoribus, necnon nouationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de prætorijs stipulationibus, omneque ius inuenitur gemino uolumine inscriptum esse, quod in libris antiquis nec numerari poßibile fuit. Et post hæc duo terribiles libri sunt de delictis priuatis, & extraordinarijs, necnon publicis criminibus, qui omnem continent seueritatem pœnarumque atrocitatē. Quibus permista sunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta sunt, & qui se celare conātur, & cōtumaces existūt: & de pœnis, quæ cōdēnatis infligūtur uel concedūtur, necnō de eorū substātijs. Liber autē singularis de appellationibus nobis excogitatus est cōtra sentētias, tā ciuiles, quā criminales caussas finiētes. Cætera autē omnia, quæ de municipalibus, uel decurionibus, & muneribus, uel publicis operibus, uel nundinis, & pollicitationibus, ac diuersis cognitionibus, & censibus, aut significationibus uerborū ueteribus inuēta sunt, quæq; regulariter definita, in se recipit quīquagesimus,

totius

totius consummationis perfectio. Quæ omnia per uirũ excelsum, necnon prudẽtissimum magistrũ, exquæstore, & exconsule Tribonianũ, qui similiter eloquentiæ, & legitimæ sciẽtiæ artibus decoratus, & in ipsis rerũ experimẽtis emicuit, nihilque maius, nec carius nostris unquã iussionibus duxit: necnon per alios uiros magnificos & studiosissimos perfecta sunt. id est, Constantinũ uirũ illustrem, comitẽ sacrarũ largitionũ, & magistrũ scrinij libellorum, sacrarumq́ue cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendauit. necnõ Theophilum uirum illustrem magistrum, iurisq́ue peritum in hac splendidissima ciuitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentẽ. & Dorotheum uirum illustrem & facũdissimum quæstorem, quẽ in Berytiensiũ splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem, propter eius optimã opinionem & gloriam ad nos deduximus, participémque huius operis fecimus. sed & Anatoliũ uirũ illustrem magistrum, qui & ipse apud Berytienses iuris interpres cõstitutus ad hoc opus electus est, uir ab antiqua stirpe legitima procedens: cùm & pater eius Leontius post Patriciũ inclytæ recordationis quæstoriũ & antecessorem, & auus eius Eudoxius post Leõtium uirum gloriosissimum præfectoriũ consularem atque Patricium filios eius, optimam sui memoriam in legibus reliquerint. necnõ & Cratinum uirum illustrem, & comitem sacrarum largitionum & optimum antecessorem huius almæ urbis constitutum. qui omnes ad prædictum opus electi sunt unà cum Stephano, Mœna, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Iacobo, Constantino, Ioanne iuris prudẽtissimis, qui patroni quidem sunt caussarum apud maximã sedẽ præfecturæ, quæ oriẽtalibus prætorijs præsidet. Omnes autẽ suæ uirtutis testimoniũ undiq; accipientes, & à nobis ad tãti operis consummationem electi sunt: & cùm omnes in unum conuenerunt gubernatione Triboniani uiri excelsi, & tantũ opus nobis authoribus possent conficere, deo propitio in quinquaginta libris opus cõsummatũ est. Tãta autẽ à nobis antiquitatis habita est reuerentia, ut nomina prudẽtiũ taciturnitati tradere nullo modo patiamur, sed unusquisq; eorum, qui author legis fuit, nostris Digestis inscriptus est: hoc tantũmodo à nobis effecto, ut si quid in legibus eorum superuacuum, uel imperfectum, aut minus idoneum uisum esset: uel adiectionem, uel diminutionem necessariam accipiat, & rectissimis regulis tradatur: sed & ex multis similibus uel contrarijs quod rectius habere apparebat, hoc pro alijs omnibus positũ est, una omnibus authoritate indulta: ut quicquid ibi scriptũ est, hoc nostrum appareat, & ex nostra uoluntate cõpositũ, nemine audente comparare ea, quæ antiquitas habebat, cum ijs, quæ nostra authoritas introduxit: quia multò maxima sunt, quæ propter utilitatem rerum transformata sunt: adeo, ut & si principalis constitutio fuerat in ueteribus libris relata, neq; ei pepercerimus, sed & hãc corrigẽdã esse putauerimus, & in melius restaurandã nominibus etenim ueteribus relictis, quicquid legũ ueritati decorũ & necessariũ fuit, hoc nostris emẽdationibus seruauimus: & propter hãc caussam et si quid inter eos dubitabatur, hoc iã in tutissimã peruenit quietẽ nullo titubante relicto. Sed cùm prospeximus, quòd ad portandam tantæ sapientiæ molem non sint idonei homines rudes, & qui in primis legum uestibulis stantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem eruditionem præparandam esse censuimus, ut sub ea colorati, & quasi primitus omnium imbuti, possint ad penetralia eorũ intrare, & formam legum pulcherrimam non cõniuentibus oculis accipere. Et ideo Triboniano uiro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, necnõ Theophilo

& Dorotheo uiris illustribus & facundissimis antecessoribus arcessitis: mandauimus, quatenus libris, quos ueteres cōposuerunt, qui prima legū argumenta cōtinebāt, & institutiones uocabantur, undique separatim collectis: quicquid ex his utile, & aptissimū, & undiq; elimatum, & rebus, quæ in præsenti æuo uertuntur, consentaneū inuenitur: hoc & capere studeāt, & quatuor libris imponere, & totius eruditionis prima fundamēta atq; elementa ponere, quibus iuuenes suffulti, possint grauiora & perfectiora scita legū sustentare. Admonuimus autē eos, ut memores etiā nostrarū sint constitutionū, quas pro emendatione iuris promulgauimus, & in confectione institutionū etiā eandē emendationē ponere non morentur: ut sit manifestum, & quid antè uacillabat, & quid postea in stabilitatem redactū est. Quod opus ab his perfectum, ut nobis oblatū & relectum est, & prono suscepimus animo, & nostris sensibus nō indignū esse iudicauimus, & prædictos libros constitutionū uicem habere iussimus: quod in oratione nostra, quam in eisdē libris præposuimus, apertiùs declaratur. Omni igitur Romani iuris dispositione composita, & in tribus uoluminibus, id est Institutionum, & Digestorum seu Pandectarum, necnon constitutionum, perfecta, & tribus annis consummata, quæ ut primum cœpit, neque in toto decennio compleri sperabatur, omnipotenti deo & hanc operam ad hominum sustētationem pijs obtulimus animis, uberesque gratias maximæ deitati reddidimus: quæ nobis præstitit, & bella fœliciter peragere, & honesta pace potiri, & nō tantùm nostro, sed etiam omni æuo, tam instanti, quàm posteriori leges optimas ponere.

Omnibus itaque hominibus eandem sanctionem manifestam facere, necessarium esse perspeximus: ut sit eis cognitū, quanta confusione & iniquitate absoluti, in quantā moderationem & ueritatem legitimam peruenerint, legesque in posterum habeant, tā directas quàm cōpendiosas, omnibusque in promptu positas, & ad possidendū libros earū facilitatem idoneas: ut non mole diuitiarum expensa possint homines superuacuæ legum multitudinis adipisci uolumina, sed ulissima pecunia facilis eorum cōparatio pateat tam ditioribus, quàm tenuioribus, minimo precio magna prudentia reparanda. Si quid autem in tanta legum compositione quæ ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitam rarum inueniatur: nemo uituperādum existimet, sed primùm quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest, hoc adscribat: quia omnium habere memoriā, & penitus in nullo peccare, d uinitatis magis, quàm mortalitatis est: quod & à maioribus dictum est. Deinde sciat, quòd similitudo in quibusdam & his breuissimè adsumpta non inutilis est, & citra propositum nostrum hoc subsequutū, aut enim ita lex necessaria erat, ut diuersis titulis propter rerum cognationem applicari eam oportuerit: aut cùm fuerat alijs diuersis permista, impossibile erat eam per partes detrahi, ne totum confunderetur. Et in his partibus, in quibus perfectissimè iussiones ueterum expositæ fuerant, quod particularim in ea fuerat sparsum, hoc diuidere ac separare penitus erat inciuile: ne tam sensus, quàm aures legentium ex hoc perturbarentur. Similique modo si quid in principalibus constitutionibus cautum est, hoc in Digestorum uolumine poni nullo modo concessimus, quasi constitutionum recitatione sufficiente: nisi & hoc rarò ex isdem caussis, ex quibus similitudo adsumpta est. Contrarium autem aliquod in hoc codice positum nullum sibi locum uendicabit, nec inuenietur, si quis subtili animo diuersitatis rationes excutiat: sed est aliquod nouum inuentum, uel occultè positum, quod dissonantiæ querelā dissoluit, & aliam naturam inducit discordiæ fines effugiētem. Sed & si quid forsitam

forsitan prætermissum est, quod in tantis millibus quasi in profundo positũ latitabat, & cùm idoneum fuerat poni, obscuritate inuolutũ necessariò derelictũ est: quis hoc reprehendere recto animo possit? primò quidē propter ingenij mortalis exiguitatem, deinde propter ipsius rei uitiũ, quod multis inutilibus permistũ, nullã sui ad eruendum præbuit copiã. denuo quòd multò utilius est pauca idoneè effingere, quã multis inutilibus homines prægrauari. Mirabile autem aliquid ex his libris emersit, quòd multitudo antiqua præsente breuitate paucior inuenitur. homines etenim, qui ante lites agebãt, licet multæ leges fuerant positæ, tamen ex paucis lites perferebãtur, uel propter inopiã librorũ, quos cõparare eis impossibile erat, uel propter ipsam inscientiã: & uolũtate iudicũ magis, quàm legitima authoritate lites dirimebantur. In præsenti autē consummatione nostrorum Digestorũ ex tãtis leges collectæ sunt uoluminibus, quorum etiam nomina antiquiores homines, non dicimus nesciebant, sed nec unquam audiebant, quæ omnia collecta sunt substantia amplissima congregata: ut egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentissima autem breuitas nostra efficiatur. Antiquæ autem sapientiæ librorum copiam maximè Tribonianus uir excellentissimus præbuit, in quibus multi fuerãt & ipsis eruditissimis hominũ incogniti: quibus omnibus perlectis, quicquid ex his pulcherrimũ erat, hoc semotum in optimam compositionem nostrã peruenit. Sed huius operis conditores non solùm ea uolumina perlegerũt, ex quibus leges positæ sunt: sed etiam alia multa, quæ isti nihil uel utile, uel nouum in eis inuenientes, quod excerptum nostris Digestis applicarent, optimo animo respuerunt. Sed quia diuinæ res quidem perfectissimæ sunt, humani uerò iuris conditio semper in infinitũ decurrit, & nihil est in eo, quod stare possit perpetuò (multas etenim formas edere natura nouas deproperat) nõ desperamus, quædam postea emergi negocia, quæ adhuc legum laqueis non sunt innodata. Siquid igitur tale contigerit, Augustum imploretur remedium: quia ideo imperialem fortunam rebus humanis deus præposuit, ut possit omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & cõponere, & modis ac regulis cõpetentibus tradere, & hoc non primùm à nobis dictum est, sed ab antiqua descēdit prosapia: cùm & ipse Iulianus legum & edicti perpetui subtilissimus conditor, suis libris hoc retulerit: ut siquid imperfectum inueniatur, ab imperiali sanctione hoc repleatur, & hoc non ipse solus, sed & diuus Hadrianus in compositione edicti & senatusconsulto, quod eam sequutum est, hoc apertissimè definiuit: ut siquid in edicto positũ non inueniatur, hoc ad eius regulas, eiusque coniecturas, & imitationes possit noua instruere authoritas. Hæc igitur omnia scientes patres conscripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidē amplissimas agite summæ diuinitati, quæ nostris tēporibus iam saluberrimũ opus seruauit: quò enim antiquitas digna diuino non est uisa iudicio, hoc nostris tēporibus indultum est. Has itaque leges & adorate & obseruate, omnibus antiquioribus quiescentibus: nemoque uestrûm audeat uel cõparare eas prioribus, uel siquid dissonans in utroq; est, quærere: quia omne, quod hic positũ est, hoc unicum & solum obseruari censemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, ubi leges necessariæ sunt, ex alijs libris, nisi ab eisdē Institutionibus nostrisq; Digestis, & constitutionibus à nobis compositis, uel promulgatis, aliquid uel recitare, uel ostēdere conetur: nisi tèmerator uelit falsitatis crimini subiectus, unà cum iudice, qui ei audiētiam accõmodauerit, pœnis grauissimis laborare. Ne autem incognitum sit uobis, ex quibus ueterum libris hæc consummatio ordinata sit, iussimus & hoc in primordijs

Digestorum nostrorum inscribi, ut manifestissimũ sit, ex quibus legislatoribus, quibusq; libris eorum, & quot millibus hoc iustitiæ Romanæ templum ædificatum est. Legislatores autem uel cõmentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos anteriores pijssimi principes admittere nõ sunt dedignati: omnibus uno dignitatis apice impertito, nec sibi quoquam aliquam prærogatiuam uindicante. Cùm enim cõstitutionum uices & has leges obtinere cẽsuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur, cùm una dignitas, una potestas omnibus est indulta? Hoc autẽ, quod ab initio nobis uisum est, cùm hoc opus fieri deo annuente mãdabamus: tempestiuum nobis esse uidetur, & in præsenti sancire, ut nemo nec eorũ, qui in præsenti iuris peritiam habent, nec qui postea fuerint, audeant commentarios ijsdem legibus adnectere: nisi tantùm si uelint eas in Græcam uocem trãsformare sub eodem ordine, eademque consequentia, sub qua uoces Romanæ positæ sunt, hoc quod Græci κατὰ πόδας dicunt. & si qui forsitã per titulorũ subtilitatem adnotare maluerint, & ea, quæ παράτιτλα nuncupantur, componere. alias autem legum interpretationes, imò magis peruersiones, eos iactare non concedimus, ne uerbositas eorum aliquid legibus nostris adferat ex cõfusione dedecus: quod & in antiquis edicti perpetui cõmentatoribus factũ est, qui opus moderatè confectum huc atque illuc in diuersas sententias producentes, in infinitũ detraxerunt, ut penè omnem Romanã sanctionem esse confusam cerneres. Quod si nõ passi sumus, quemadmodum posteritatis admittetur uana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint, ipsi quidem falsitatis rei cõstituãtur, uolumina autem eorũ omnino corrũpãtur. Si quid uerò (ut suprà dictum est) ambiguũ fuerit uisum, hoc ad imperiale culmen per iudices referatur: & ex authoritate Augusta manifestetur, cui soli leges condere, & interpretari concessum est. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus, & aduersus eos, qui in posterum leges nostras per signorũ obscuritates ausi fuerint cõscribere: omnia enim & nomina prudẽtiũ, & titulos, & librorũ numeros, per cõsequẽtiam literarum uolumus, non per signa manifestari: ita, ut qui talẽ librũ sibi parauerit, in quo signa posita sunt, in qualicũq; loco libri uel uoluminis, sciat inutilis se esse codicis dominũ. Neq; enim licentiã aperimus ex tali codice in iudiciũ aliquid recitandi, qui in quacũque sua parte signorum habet malitiã. Ipse autem librarius, qui eas inscribere ausus fuerit, nõ solũ criminali pœna (secundũ quod dictũ est) plectetur, sed etiam libri æstimationem in duplũ domino reddet, si & ipse dominus ignorans talem librum, uel cõparauerit, uel confici curauerit: quod & ante à nobis dispositum est constitutione quã ad legũ professores demisimus. Leges autẽ nostras, quas in his codicibus uel Institutionũ seu elementorum, uel Digestorũ seu Pandectarum posuimus: suum obtinere robur ex nostro tertio fœlicissimo sancimus Consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio calẽdas Ianuarias, in omni æuo ualituras, unà cum nostris constitutionibus pollẽtes, & suũ uigorẽ iudicijs ostẽdẽtes in omnibus caussis, siue quæ postea emerserint, siue in iudicijs adhuc pẽdent, nec eas iudicialis uel amicalis forma cõpescuit. quæ etenim iã uel iudiciali sentẽtia finita sunt, uel amicali sopita pacto, hæc resuscitare nullo uolumus modo. Bene autẽ pro peruimus in tertio nostro Cõsulatu & has leges edere: quia maximi dei & domini nostri Iesu Christi auxiliũ felicissimũ æuũ nostræ reipublicæ donauit: cùm in hũc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcreuit, post Europã enim & Asiã, tota Lybia nostro imperio adiũcta est, & tãto operi legũ caput

j. Pedetẽtim, & ueluti ijsdẽ uestigijs insistendo.

j. titulariæ adnotationes.

put impositū, & omnia cœlestia dona nostro tertio Cōsulatui indulta. Omnes itaq; iudices nostri pro sua iurisdictione easdem leges suscipiant: & tā in suis iudicijs, quàm in hac regia urbe habeant, & proponant, & præcipue uir excelsus huius almæ urbis præfectus. Curæ autem erit tribus excelsis præfectis prætorijs, tam orientalibus, quàm Illyricis, necnon & Libycis per suas authoritates omnibus qui suæ iurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. D. XVII. *Cal. Ian.* CP. D. *Iustiniano.* PP. *Cons.*

COMMENT. PARTICVLA PRIOR.

Hæc epistola aperta, ad vtrunque Senatum, Romanum, & Constantinopolitanum, & ad omnes populos data est eodem die quo superior: [a] qua Digesta & Institutiones confirmat, promulgari, & in acta referri iubet. Ait autem Digesta in septem partes diuisa non sine ratione: an quòd huic numero antiqui diuinitatem quandam tribuerunt? [b] Pro duobus verò milibus librorum, quinquaginta, & pro tricies centenis versuum, centum quinquaginta ferè milia versuum reliquit. versus vocat sententias, & periodos: quales apud Ciceronem de Legibus, & apud Paulum in receptis sententijs, hodie quoque visuntur. Tribonianus porrò hic exquæstore dicitur, id est quæstorius, non vacans quæstor per codicillos: qui tempore primæ constitutionis, quæstor in actu fuerat. Ad extremum eadem omnia hic vetat quæ in prima epistola ad Tribonianū, pœnamque irrogat scripturientibus commentarios, & librarijs per compēdiosa signa scribentibus, & aliunde quàm ex his libris leges adducentibus. Illud obseruādum, professores iuris aliquot, & caussarum patronos, ad ius componendum à Iustiniano adhibitos: quòd hac in re alij aliorum auxilio egeant. De contrarietate legum quam in Digestis nusquam occurrere ait, supra dixi. Cætera neminem, opinor, remorabuntur. Verbum Cerneres, nō est in Flo. codice, post verbum Confusam.

a. 17. Calend. Ianu.
b. Gell.

IVS GALLICVM.

Hæc ad leges Regias, municipales, & prouinciales, atque omnia omnium corporum statuta, Frācus pragmaticus in foro atque iudicijs producet. [a] Cancellarius obseruabit in ferendis pro Rege legibus, iurisprudentes in componendo iure, Senatores in dicendis de his rebus sententijs animaduertent, doctores, & iudices sequentur: cùm præsertim ius Romanum, communi totius Galliæ more, vbi propriū desideratur, receptum sit: [b] & leges Regiæ, ac municipales nos identidem ad commune, id est Romanum ius transmittant. [c] Eiusmodi patentes literas ad præfecturas Prætorianas Rex Francus dirigere solet: quibus cōstitutionum, & statutorū municipalium recognitionem, & homologationem mandat: quo illa verba pertinent, quæ subscribi solent, recitata, promulgata, & in acta curiæ relata: quæ vulgò sic concipiuntur, lecta, publicata, & registrata, &c. [d] Ad reformantes verò, & componentes statuta municipiorum, regionumque, id nominatim literis patentibus datis inserere solitus est. Ne quis aliunde mores, legésve municipales adducat in foro, atque iudicijs, quàm ex libello morum renouato, & promulgato. Significat autem Iustinianus hac epistola, vt alibi non semel, [e] post hostes armis domitos, legibus constituēdam esse remp. vnde Carolus huius nominis septimus similiter duxit ad suas leges exordium. [f] Porrò quod de Anatolio, & Leontio patre eius, atque auo Eudoxio, hic memorat Iustinianus: manifestò ostendit, iuris docturam (quam antecessuram vocat) temporalem fuisse, patremque post filium leges Beryti docuisse: quod aliter apud Galliam, vt dixi, obseruatur. Corrigendas esse veteres leges, quamuis ab eadem authoritate, vel pari, euulgatæ sint, Ludouicus quoque duodecimus eius nominis, author est in præfatione ad suas constitutiones. [g] Legum verò ferendarum, & earum quæ dubiam habent sententiam, interpretandi potestatem, Reges Franci similiter sibi adscripserunt: quibus conniuentibus, & Senatus, vel Præfecturæ Prætorianæ decreta obseruari solent, modò Regum sanctionibus aduersa non sint. Quod & Cæsares suis permisere. [h] Præfecturas voco Prætorianas *le grand conseil & courtz de Parlement*, quarū decreta inter Regias leges nonnulla circumferuntur. Regias leges recitandas bis in annos singulos, tam in præfecturis Prætorianis, quàm in prouinciarum iurisdictionibus alijs, atque inibi asseruandas, Ludouicus duodecimus sanxit: vt si quid in foro controuerteretur, actutum prolato constitutionum libro, iudices definirent. [i]

a. l. non est. & l. seq. argu. ff. de ll.
b. arg. lib. 2. feud. in Prin.
c. l. Regia, des pri. de Challosain& mas.
d. ad ll. Reg. & cōsue. Biturig.
e. proœ. inst. C. de Offic. Pręf. præt. Afri. l. j.
f. Carolus. 7. in. 1.
g. Ln. 12. in. 1.
h. C. de Senatusconsul. l. j. C. de Offic. præf. orien. l. formam.
i. 78. in. 1.

D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS

perpetuò Augusti, iuris enucleati, ex omni ueteri iure collecti, Digestorum seu Pandectarum

Liber. I.

DE IVSTITIA ET IVRE.

Titulus. I.

a. Aristot. ad Nicom. b. Cicer lib. 1. de Orat. c. de ll. & rep. d. ad Nicom. e. Aristo Cic. lib. 1. Rhetor. f. in auten. vt om. obed. Aristo. g. d. auten. 23. q. 3. c. fortitu. & seq. h. j. l. iustitia Cic. lib. 1. rheto.



IVstitia, quæ quodā modo tota virtus est, [a] iuris ciuilis finis est: [b] ideo ab hac incipit legumlator Iustinianus, ad quam Plato, [c] & Aristoteles, [d] omnem legislationem, atque adeò facultatem omnem ciuilem retulerunt. Huius vim legumlatores, doctores, iudices, oratores, præcipuè ostendunt: hac continetur bonum humanum, quam fœlicitatem veteres appellarunt. [e] Alteram partem thematis, de iure proponit, de quo omnis disputatio futura est: vt intelligat futurus iuris peritus, quid, & cuius gratia, ambiat. De iustitia igitur, quæ omnes in se virtutes complectitur, & hominibus iura reddit, [f] hic titulus proponitur: non de illa particula honestatis, quæ à prudentia, fortitudine, & temperantia omnimodò separatur. [g] Et quidem de humana iustitia, quæ constans est animi virtus, [h] etsi ea præditus bonus vir, & iustus, interdum ab æquo deficiat, vel ob errorem, vel ob adfectum: quorum neuter animi tollit habitum, & perpetuam voluntatem faciendi officium & iusti, & boni viri. Atque ob id ad se rediens, erratum corrigit quantùm datum est, & recta ratione adfectus coërcet.

Ad l. I. VLPIANVS *Lib. I. Institutionum.*

¶ Eos verè sacra facere qui iustitiam colũt. Esai. c. 1. & c. 58. Plato in Alcibiade. ¶ Quomodo & quãdo premia dari conueniat Cice. li. 2. de Inuẽ. Rhetori. cap. de Iuridiciali ¶ Aliter publicum & priuatũ accipit Cice. in part. orato.



Vri operam daturum priùs nosse oportet, unde nomen iuris descendat. Est autem ius à iustitia appellatum. Nã (ut eleganter Celsus definit) Ius est ars boni & æqui: Cuius meritò quis nos sacerdotes ¶ appellet. Iustitiam nãque colimus, boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solùm metu pœnarum, uerumetiam præmiorũ ¶ quoque exhortatione efficere cupiẽtes: & uerã (nisi fallor) philosophiam non simulatã affectãtes. ¶ Huius studij duæ sunt positiones, publicum, & priuatum. ¶ Publicum ius est, quod ad statum rei Romanæ spectat. Priuatum est, quod ad singulorum utilitatem pertinet. Sunt enim quædã publicè utilia, quædã priuatim. Publicum ius in sacris, sacerdotibus, & magistratibus consistit. Priuatũ ius tripertitũ est. Collectũ est enim ex naturalibus præceptis, aut gentiũ, aut ciuilibus. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non solùm humani generis proprium est, sed & omnium animalium quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Auium quoque commune est. Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. Hinc liberorũ procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia, feras, etiam bestias, istius iuris peritia censeri. Ius ¶ gentium est quo gentes humanæ utuntur: quod à naturali recedere, inde facilè intelligere licet: quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.

¶ Hoc ius gẽtium ius naturæ vocat Cicero lib. 2. de Inuentione Rhe. & post. 1. lib. de Leg. & plærisque alijs 10 locis. a. Cic. li. 1. de Orat. b. const. 1. sup. c. de ll. Azo. in sum. d. cap. 2. ad Nicom. e. l. 2. j. Si certe. pe.

Titulus hic cum sequentibus, artem habet extrinsecus adhibitam, id est Dialecticam, [a] & historiam: Iustiniano tamen authore leges habentur de legibus latæ, [b] quales in legislatione Plato laudat: [c] & Aristoteles hoc esse ciuilis facultatis ait, vt præscribat disciplinas ciuitati, & rationem studiorum. [d] Ait igitur lex, Iuri operã. &c. Præscribit rationem huius studij incipientibus, nimirum vt à notatione, & verbi etymologia incipiant, quæ eius vim explicat: [e] quod & in alijs

in alijs disciplinis factitandum esse, legis huius ratio suader. [f] Est autem ius, &c. Etymum arguit sanctisimam esse disciplinam hanc, & facultatem, [g] cuius nomen à iustitia ductũ est. Antiquior enim iustitia est hac arte boni, quæ deinde ius appellatum est, quòd iustitiæ conseruandæ gratia hæc ars inuenta sit. [h] Nam ius id est iustum, vel emendatio iniuriæ, iustitia quidem prius est, vel ei æquale: [i] sed ars boni & æqui iustitiam secuta est, & inde nomen hoc accepit. Nam, vt, &c. Definit ius à materia circa quam versatur, quæ cùm iustitiæ cognata sit, apparet à iustitia ius dictũ. Bonum enim & æquum est iustum, siue naturale, siue ciuile, quod vel omnibus, vel vni ciuitati vtile est. [k] omne ius honesta, & vtilia sancire debet: [l] quæ æqua & bona appellantur. Et quamuis ius malè positum sit, & emendatione ex æquo & bono egear, æquum tamen & bonum semper dicetur ius continere, relatione facta ad id quod debet comprehendere: [m] vbi emendatum est, iustum, & legitimum, vel strictum, aut summum ius appellatur: emendatio verò æquum bonum angustiùs dicitur: qualia sunt iura actionum exceptionumque. [n] Ius naturale semper æquũ & bonum est, licet nõ semper obseruetur: ius ciuile plærumque certis locis, & temporibus bonũ: [o] vtrunque tamen ęquum dicitur, illud natura, hoc ciuiliter: quod iureconsulti in commendandis edictis prætorum identidem significant: æquitas inquiunt naturalis est, [p] natura æquũ est, [q] &c. Bono publico introducta est vsucapio, quòd hoc vtile sit ciuitati Romanæ, & ciuile: [r] Bonũ esset id est vtile parapherna mulieris arbitrio mariti regi, sed ipsa dissentiente, neque bonum videtur, neque æquum. [s] Vtcunque sit, siue iniquum sit ius, siue bonum & æquum, quod à legumlatore sancitum est: nobis non licet ab eo recedere. [t] Si strictum ius extet, & æquum bonum lege diuersa comprehensum, æquitatem sequemur, [u] iuris legitimi iniquitas ad legumlatorem per magistratus referetur. [x] interea in singulis caussis quod sibi videbitur non iudicabunt, [a] sed quod lege sancitum est. Bonum & æquũ est quod Franci dicũt, *profitable, & raisonnable, ou utile & iuste.* Ait deinde, Cuius meritò, &c. Verba sunt Celsi definitioni adiecta amplificandæ rei gratia. Platonicè enim, & poeticè loquitur: nimirum iurecõsultos boni & æqui sacerdotes esse, quasi sacri cuiusdam. [b] Deinde ait lex, Iustitiam nanque, &c. Subijcit rationẽ cur iuris interpretes sacerdotes dici possint: quæ laudem continet iuris, & eorum qui circa ius versantur. Est enim legumlatorum non docere solùm, sed etiam laudare & suadere leges. [c] Colũt ergo iustitiam quasi Deam legum interpretes, in iure velut in sacro quodam, & templo iustitiæ versantes, [d] & responsa, instar apollinis sacerdotum, dare solent: [e] boni & iusti, tam ciuilis & vtilis, quàm honesti & naturalis, cognitionem profitentes, æquum natura, ab iniquo discernentes: [f] quod permissum est ciuili iure, ab eo quod vetat separantes: [g] bonos, iustósve ciues tam promiis propositis virtuti, vt honoribus, quàm pœnis pecuniarijs & capitalibus ad vitia coercenda, efficere cupientes: veram philosophiam (cuius finis est iustitia, & humana fœlicitas) non simulatam, & ad potentiam, voluptatem corporis, opésve relatam, adfectantes. [h] Quæ omnia ex Platone, Aristotele, Cicerone, Vlpianus in suas Institutiones transtulit, & inde huc Iustinianus transcripsit. Ait lex, Huius studij, &c. Ius ciuile in genera digerit, eorũ vim definitione exprimit, & in partes, ac velut in membra, ea genera, vel partes, mox discerpit, vt Cicero in lib. de Oratore monet. [i] Positiones verò legislationes vocat, quòd leges poni dicantur. Publicũ ius, id est populicum, ad statum rei Romanæ, id est Imperij, respicit: quod de iis rebus sancitum est, quæ ad priuatos, id est singulos non pertinẽt, sed ad populum: cuiusmodi sunt sacra, sacerdotes, magistratus, quæ publicè vtilia sunt, non priuatim. Priuatum ius de religione, pietate, vindicatione, contractibus ciuium, singulis vtile est principaliter: vti sacrum publicum fieri, ad cõseruandam Remp. spectat. [k] Alibi quæ sacra sunt, publica esse negat lex, quòd Deo magis destinata videantur: [l] sed quòd ad vtilitatẽ reip. fiant, hic non ipsa sacra, sed ius de sacris latum, publicè vtile dicitur. Ius de publicis iudicijs cõpositum, non omnino publicum videtur, quòd accusator præmium vulgare cõsequatur: [m] licet alia ratione publica dicantur iudicia. [n] Ait lex, Priuatum ius tripartitum, &c. Quicquid est iuris quod priuatim vtile est, est pręceptum adfirmatiuum, vel negatiuum, naturæ communis omnium animalium, vt præceptum de matrimonio: aut gentium omnium tantùm, vt præceptum de religione, vel emptionibus: aut præceptum ciuitatis tantùm, vt de agnatione, vel patria potestate. [o] Ait lex, Ius naturale est, &c. vt ius dicatur naturale, primùm ius esse oportet: neque omne quicquid naturale est, vt volare, vel hinnire, naturale ius est: sed quod hominem facere, vel cõtrà nõ facere iubet natura. Quod inde naturale depręhendimus, authore Vlpiano, quòd idẽ obseruatum videamus à cæteris quoque animantibus, quæ non nisi natura, & sensu ducuntur, ratione humana nõ ducuntur. [p] Nam ita Vlpianum sensisse, exemplum subiectum matrimonij arguit, quod inter cætera animantia locum non habet, sed similis quædam maris & fœminæ coniunctio. Id enim demum ius est homini (quò spectat legislatio) [q] quod ratio recta probat, & meliori, diuiniorique hominum naturæ congruit: [r] non quicquid ex sensu, & naturali concupiscẽtia venit, vt vitium: quod ratio auersatur. [s] Matrimonium quidem ex sensu cõmuni profectum, ratio humana probat, non tamen promiscuum concubitum, quem bruta natura nihil vetat, aut certè

f. arg. l. illud. ỷ. ad. l. aquil. l. neque &. l. nõ poss. de ll.
g. l. j. ỷ. de Var cog.
h. Cicer. de ll. & Plato.
i. l. iustitia & l. pen. ỷ. eo.
k. l. pen. ỷ. eo.
l. j. ỷ. si quis te sta.
l. c. erit. di. 4.
m. d. l. pen.,
n. in prin. inst. de Excep. Aristo. 5. li. ethi.
o. d. l. pen.
p. l. j. ỷ. de Pac.
l. j. ỷ. si quis testa.
q. l. nam nat. ỷ. de Cond. indeb.
r. l. j. ỷ. de vsuc.
s. l. hac. C. de Pact. con. tã sup.
t. l. j. & fin. C. de ll. l. prospex. ỷ. qui & à quib.
u. l. placuit. C. de Iud. instit. de Exc. in prin.
x. cõsti. 3. sup. & d. l. j. C. de ll.
a. inst. de Of. iudi. in princ.
b. l. j. ỷ. de Var. cog. sup. consti. 2.
c. Plato de ll. & de Rep.
d. di. const. 2.
e. §. respõ. instit. de Iure nat.
f. inst. de Exc, in princ.
g. ỷ. de Vsur. ỷ. de Cõcub.
h. Aristote. in ethi.
i. Lib. 4.
k. Valer. de Ser. relig.
l. l. j. ỷ. de Re di. §. nullius. instit. eo.
m. Asco. arg. l. edicto. ỷ. de Iur. fisc.
n. inst. de Pub. iud. in princ.
o. instit. de Pa. po. l. seq. c. ius quirit. di. j.
p. Cic. 1. Offi.

q. l. j. ỷ. de Acq. dom. instit. de Re. di. §. j. & §. singul.
r. Cicero lib. 3. de Repub. & de ll. ỷ. eo. l. omnes.
s. Cicero. lib. 3. de Repub. & de. ll. Aristot. in ethi.

certè non tam vetat ac humana ratio. [t] Non inficior abusiuè, aut metaphora quadam, legem, & ius, ad bruta, & res etiam inanimes interdum respicere, sed frequentior est verborum vsus, quem dixi. Abusiuè ergo dicit Vlpianus ius quod natura omnia animalia docuit: & paulò pòst, istius iuris peritia censeri, id est haberi inter perita iuris, vel referri: ducta metaphora ab ijs qui cẽsentur capite, vel patrimonio. [u] Ait, Ius gentium, &c. Subaudire oportet gentes humanæ tantùm vtuntur: quod differentia sequens probat. Caius ius gentium contrà dixit, [x] quo omnes gentes vtuntur, etiam si alijs animalibus commune sit: non tamen omne ius naturæ, gẽtium dixit, quia bona eius parte non vtuntur. Vtriusque consulti diuisionem Iustinianus sub hunc titulum retulit, quòd nonnihil alteri addat, & maiorem rei indaginem contineat. [a] Et hæc quidem contraria, iure negat, quæ verbi ambiguitate explicata conciliantur: veluti si alius teneri reum dicat, alius exceptionem dandam, teneri ipso iure, strictaque ratione intelligemus: [b] vbi verò nulla est verborum ambiguitas, & alius ait, alius negat, alius deliberandum censet, an hic emendatione legum non erit opus? quod suo loco ostẽdam. [c] Porrò antequam longiùs progrediar, iuris naturalis, & gentium ambiguitatem explicabo in vniuersum: quòd ea magnum vbique negotium interpretibus faciat. Igitur iuris initium à natura ductum videtur: [d] deinde quædam ex vtilitatis ratione, aut perspicua, aut obscura nobis, in consuetudinem venerunt: posteà res & ab natura profectas, & ab consuetudine probatas, legum metus, & religio sanxit. Neque autem omnia quæ natura inseruit, vel consuetudo probauit, leges nominatim ita sanciunt, vt si cõtrà fiat, iudicium instituatur: [e] neque ea duntaxat legibus sancita sunt, quæ vel innata nobis, vel consuetudine approbata sunt: sed etiam ea quæ sapientibus ad societatem humanam cõtinendam, vtilia visa sunt: Naturæ ius est quod non opinio genuit, sed quædam innata ius inseruit: vt religionem, pietatem, vindicationem, gratiam, obseruantiam, veritatem. consuetudinis ius est partim omnium gentium: vt si quid eorum, quæ ab natura profecta sunt, aluit, & maius fecit vsus: vel si quid obscura etiã nobis ratione, vulgi approbatio in mores perduxit apud omnes. Partim singulorum populorum ius est, quod voluntate omnium ciuium, sine lege etiam seruatur. [f] Ius naturæ, quod omnibus animalibus quodam modo commune est, Vlpianus ius naturale appellat: quod omnium hominum tantùm commune est, ius gentiũ dicit: siue natura insitum sit, siue consuetudine tantùm apud omnes gentes obtentum. [g] Caius ius naturale vocat ius gentiũ, nõ quòd eo solæ humanæ gentes vtantur, sed quod omnes: siue igitur commune omnium animalium sit ius naturę, ~~siue proprium~~ hominum, Caius ius gentium dicit: atque adeò ius consuetudinis omnium gentium, quasi ratione naturali obscura nobis constitutum, ad ius gentium refert: quòd omni eiusmodi iure, omnes gentes vtantur, etsi non solæ. [h] Ius gẽtium autem vocat vterque quo humanæ gentes vtuntur: vnde constat non omne ius naturæ Caio esse gentium, quando apud omnes gentes non custodiatur: sed ius gentium ei in quibusdam speciebus contrarium, obseruetur. [i] Natura omnes homines liberi sunt, & æquales: sed iure gentium seruitus inuasit communem omnium libertatem, [k] quasi rationi rectæ hoc conueniret, vt coerceretur malorum audacia, metu seruitutis. Ideo Paulus omne ius naturæ Ciceroni, ius naturale etiam vocat, siue iure gentium, & ciuili probetur, siue id minus: [l] quem & Isidorus sequitur. [m] Ius gentium vocat Isidorus, quod consuetudine omnium gentium ferè inualuit, quamuis naturale non sit, sed ei etiam in quibusdam aduersum: cui & [n] Iustinianus subscribit. [o] Et quoniam bona pars iuris gentium, rationi naturali congruit, ius naturale interdum appellatur, in eo iuris loco præsertim, in quo cum vsu gentium naturali cõgruit: vt in cõmunicandis rebus natura etiam communibus, [p] in obligandis seruis natura nobis æqualibus, [q] &c. Ex his iam constat, non omne ius naturale, quod semper æquum & bonum Paulo, vel natura insertum Ciceroni, ius gentium esse: sed illud demum cui gentes humanæ authoritatem tribuerunt: veluti ad agendum, ad retinendum solutum, &c. Aliud ergo ius naturale transijt in ius gentium, aliud in suo nomine stetit. Quod in ius gentium transijt, seruos ità obligat, vt solutum repetere non possint, pupillos non æquè: [r] quod in suo stat nomine, ad remunerandum obstringit, & fidem seruandam ex pacto etiam nudo: & pupillum reddit ex promissione obnoxium, quæ obligatio in nouatione locũ suum retinet, sed solutum condicere non prohibet, fideiussor ei accedit, [s] &c. Sed hæc attigisse hic satis sit, suo loco diligentiùs obseruanda. Interpretes rationem eloquendi consultorum non satis percipientes, ius commune animalium, primæuum ius naturale appellarunt: ius verò gentium, secundarium. Deinde ius gentium in duo genera digesserunt, primarium, & secundarium. Primarium illud putant quod rationi naturali conuenit, omne ius naturæ præter commune animalium, sub iuris gentium appellatione referentes: quasi ius gentium sit iurecõsultis, omne quicquid philosophis, vel theologis, hominum naturæ dicatur conuenire: & nõ potiùs quo gentes omnes vtantur, [t] vnde fateri coguntur ius gentium, iuri gentium contrarium, nimirum secundarium primario: & ex pacto nudo obligationem iure gentium nasci, & id genus sexcenta longè à iureconsultorum voluntate aliena: quæ suo loco commodiùs indicabo.

t. Plini.
u. j. de Censi. l. forma.
x. l. omnes. j. eod.
a. cõst. j. Sup. l. j. de Confir. C.
b. §. j. de Excep. l. 2. & 3. j. de Verb. ob.
c. l. pen. j. de Assess. l. fi. C. eo. l. qui lib. j. de Adop. l. cum in. C. eo.
d. Cic. libr. 2. Rhet.
e. Seneca de Benefi.
f. Cic. d. lib. 2.
g. vt hic.
h. l. omnes. j. eo.
i. §. ius autem gen. de Iur. nat.
k. l. manumiss. j. eo. l. quod attinet. j. de Reg. iu.
l. l. pen. j. eo.
m. c. ius nat. di. j.
n. c. ius gentium. ea. di.
o. d. §. ius autẽ.
p. §. j. insti. de Re. di.
q. l. naturaliter. & l. si quod do. j. de Cond. indeb.
r. d. l. natur. & l. quod pupil. de Cond. indeb.
s. l. sed. §. consuluit j. de Pet. hær. l. j. j. de Nouat. l. quod enim. de Fideiuss. l. si pupillus. de Verb. obli. l. Stich. §. nat. de Sol.
t. vt hic & l. omnes. j. eo.

Ad l. II. POMPONIVS *libro singulari enchiridij.*

Veluti erga deum religio: ut parentibus & patriæ pareamus.

Vlpianus

Vlpianus lib. 1. Institutionum, iuris gentium exempla subiecerat,[a] quibus manumissionem adiecit:[b] deinde pòst ordine ius ciuile definiuit.[c] Sed Tribonianus ex Iustiniani præscripto, Pomponij, & Florentini alia exempla interserit, reiectis fortè Vlpiani verbis.[d] Nisi fortè verbũ quoque, Vlpiano adiectum per Tribonianum putes, vt præcedentibus cohæreat.[e] Sed vtinam integri extarent omniũ commentarij: nõ quòd Iustiniani lectionem sequi nõ oporteat,[f] sed vt eius voluntas appareret magis. Ait lex, veluti. Exempla sunt iuris gentium, religio, & pietas, quas M. Cicero definiuit, & ad ius naturæ refert,[g] vt dixi. Iureconsulti quod ex eo iure legibus sancitũ est, quodam tenus, ius gentium frequentiùs vocant:[h] quod actionem non dat, vel retentionem, & c. in suo nomine stat.[i] veritas enim iuris naturæ est, & ex promissione, iure gentium, & ciuili in hoc comprobata, actio datur:[k] ex ea quæ naturali tantùm iure nititur, non datur.[l] Quinimo si solutum sit natura tantùm debitum, condici poterit:[m] quod iure gentium debetur solutũ repeti nõ potest.[n] Oportet autem caussam obligationis ciuilem esse, vel iuris gentium, vt Seruus domino, vel contrà, iure gentium obligetur:[o] quæ obligatio ob id naturalis dicitur, quòd seruus natura, non iure gentium liber sit.[p] Eadem iuris gentium appellatur, quòd eo iure eatenus probetur, vt repetitionem soluti impediat, &c.[q] Pupilli contrà promissio iure gentium eã vim non habuit, quæ obligatio naturalis tantùm dicitur, vt quæ ἀνίσχυρα appellatur. Porrò autem religio, & pietas, de quibus quærimus, specialiter sanciuntur legibus, id quod suo loco apparebit.[r] De obseruantia, & gratia, id quæri potest: an magistratus partes suas interponere debeat, & ad venerandum ætate, sapientia, honore, aut aliqua dignitate antecedentes, vel ad referendam gratiam cogere?[s] Quod de obligatione naturali ex nuda conuentione, similiter disputari potest.[t] Nam in vniuersum lex præcipit, vt honestè viuas:[u] quò humanitatis, liberalitatis, obseruantiæ, gratiæ, omnisque honestatis officia pertinent.[x] Nec moueor quòd à sapientibus scriptum sit, latiùs officij quàm iuris regulã[a] patere: quo tempore Iustinianus nondum legem pertulerat, de omnibus honestatis partibus. Sed quoniam in toto iure ciuili, generi per speciem derogatur,[b] & legislator qui omne officiũ generaliter imperat, & deterret à fraude, nominatim obligationis tantùm naturalis vim infirmat:[c] magis fortè videbitur nec ad cognitionem quidem magistratuum, superiores controuersias pertinere: id quod à consuetudine legislatoris cõfirmari potest. Solet enim ex quibus caussis iudices extra ordinem ius dicunt, inter cognitiones referre.[d] Equidem sentio iudicem Christianum religiosè facturum, si de omnibus quæ sacris legibus iubentur, aut vetantur, cognoscat, licet ordine agi non possit:[e] nec vlla pœna nominatim in eos qui contrà fecerint, statuatur lege ciuili. Nusquam enim legumlator id adiecit, quod lex valeria, Improbè factum esto:[f] quod præsentibus moribus non conuenit. De ijs tamen hæc accipi velim, quæ pro temporis conditione, ad Reip. salutem valdè pertinere credantur: & in hãc sententiam canonistæ plærumque eunt.[g]

a. sup. l. j. b. j. l. manumiss. c. l. ius ci. j. eo. d. hic. & l. seq. e. d. l. ma. f. sup. const. j. & 3. g. d. lib. 2. h. l. amplius. j de Reg. iur. l. indebitã. j de Cõd. indeb. i. l. sed. §. consuluit. j. de Pet. hær. l. j. j. de Nouat. k. l. iurisg. j. de Pa. l. d. l. m. d. l. quod pupill. & d. l. j. de Noua. n. l. indebitã. de Cond. indeb. o. l. non solũ. j. de Pecul. p. l. si quod do. j. de Cõd. indeb. q. d. l. indeb. l. naturales. j. de Actio. l. quod enim. & l fideiuss. j. de Fideiu. r. C. de Sum. tri. C. de Heret. j. de obie. s. Cic. lib. 2. Rhet. l. sæpe. j. de Iur. imu. t. l. iurisg. §. sed cũ. j. de Pa. u. l. iustitia j. eo. x. Cice. in off. a. Senec. de Benef. b. l. in toto. j. de Reg. iur. c. l. sed. §. consuluit. j. de Pet. hære. l. si verò. & l. si remu. j. mãd. d. l. iurisg.

Ad l. III. FLORENTINVS Lib. 1. Institutionum.

Vt uim atque iniuriam propulsemus. Nam iure hoc euenit, ut quod quisque ob tutelam [a] *corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Et cùm inter nos cognationẽ quandam natura constituerit: consequens est hominem homini insidiari, nefas esse.*

Tertium exemplũ est iuris gentium, nimirum vindicatio: quæ in propulsanda iniuria, vel in vlciscenda iam illata consistit, authore Cicerone.[a] Sed vim propellere omnium animantium commune videtur, iniuria ad bruta non respicit,[b] vt non sine caussa dubites, quò hoc exemplum spectet. Et ad vtrumque pertinere poterat, nisi verbum quoque, in lege sequẽti, eã Iustiniani mẽtem argueret, vt ad ius gentium tantùm referremus, eo authore. Sed dubium non est quin Cicero, iureconsultorum omnium, qui in manibus sunt, magister, repulsionem violentiæ, & tutelam corporis, ad communem omnium animantium naturam referat: vti acquisitionem eorum quæ ad vitã necessaria sunt, & susceptæ prolis curam.[c] Isidorus verò apud Gratianũ, ius naturale (vt dixi) quod semper æquum & bonum est vocat cum Paulo:[d] & liberorum successionem, depositæ rei restitutionem, & alia quædam ad illud ius refert, quæ cõmuni animalium naturæ nõ conueniunt: ius gentium verò appellat ius quoddam consuetudinis omnium gentium magis quàm naturæ:[e] hoc est ex ratione vtilitatis, vel perspicua, vel obscura nobis (vt Cicero ait)[f] in mores perductum: vel si theologari lubet, quòd ius eiusmodi naturæ adhuc integræ nõ conuenerit, sed corruptæ peccato originis, & in omne malum præcipiti. Quamobrẽ si ad vim, & iniuriam propellendam, cum moderatione legibus præscripta spectes,[g] hæc hominum erunt propria: si magis communẽ naturam animantium respexeris, quàm ius quod hominibus positum est, iuris naturalis esse dices cum Vlpiano. Sanè Caio hæc omnia vsu gentium recepta, iuris gentium dicuntur:[h] sed ea verbi significatio superiori diuisioni non conuenit, vt nec iuris naturalis significatio apud Paulum,[i] & Isidorum. Ait, Et cũ inter. &c. Natura iubet defensionem sui, eadem vetat insidias:

d. l. si quis à lib. j. de libe. agn. & j. de Var. cog. e. autent. de Eccle. tit. l. j. C. de Sum. tri. f. Liui. g. c. j. de Pact.

In hãc sententiam, multa Cicero in oratione pro Miloone.

a. d. lib. 1. offic. & 2. Rhet. b. l. j. j. si quadrup. c. 1. lib. Offi. d. l. pen. j. eo. c. ius nat. di. 1. e. c. ius gent. ea. di. f. d. lib. 2 g. C. vnd. vi. l. 2. h. l. omnes. j. eod. i. d. l. pen. j. eo. d. c. ius.

insidias: quod inde quoq; deprehẽditur, quòd cætera animalia suo generi nõ insidiẽtur. Sed hũc locum de humana societate, & gradibus eius, pulchrè Cicero non vno in loco tractat: [k] Itaque probabile est Iustinianum hæc exempla partim ad ius naturale omnium commune animalium, partim ad ius gentium retulisse.

k. in offi. & 3. de Fini.

Ad l. IIII. VLPIANVS Lib. I. Institutionum.

Manumißiones quoque, iuris gentium sunt. Est autem manumißio, de manu datio. Nam quandiu quis in seruitute est, manu & potestati suppositus est: & manumissus, à potestate liberatur. Quæ res à iure gentium originem sumpsit: utpote cùm iure naturali omnes homines liberi nascerentur, nec esset nota manumißio, cùm ¶ seruitus esset incognita. Sed posteaquàm iure gẽtium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumißionis. Et cùm uno naturali nomine omnes, homines appellarentur, iure gentiũ tria hominum genera esse cœperunt: liberi, & his cõtrarium, serui: & tertium genus, libertini, id est, qui desierant esse serui.

¶ De origine seruitutis Augusti. libr. 19. de Ciuitate Dei.

Hoc loco vnam omnium hominum libertatem, ad ius naturale spectare Vlpianus putat: nimirum ad illud quod commune omnium animantium dixit: quandoquidem hæc eodem loco apud eum scripta extiterint. [a] Certè Iustinianus hoc vel probat, vel nimis subtilem mentẽ in diuinãdo quod sentit, à nobis requirit. [b] Eodem alibi respexit Iustinianus, cùm ius gentium naturali contrarium dixit: quo in loco non omne ius gentiũ contrariũ naturali voluit, sed species quasdam eius iuris, vt captiuitates & seruitutes. [c] Non me fallit, ius naturale pro æquo bono vt apud Paulum, & Isidorum, hoc quoque loci, & apud Iustinianum accipi posse, [d] si hæc interpretatio propositioni conueniret. Sed cùm suprà non aliud ius naturale propositum sit, quàm commune animalium, vti nec apud Iustinianum in Institutionibus: vel repugnante aliquantulum iurecõsulti voluntate, pro iure communi omniũ animalium, ius naturale in vtroque loco accipimus. Nec ex Isidori authoritate argumentum duci aduersus me patiar, qui suo more locutus est. [e] Nõ inficior iuris gentium, quo omnes gentes vtuntur, duas velut partes esse: alteram ex æquo semper & bono constitutam, & rationi naturali non obscurè conuenientem: alteram paulò duriorem, & ad coercendam hominum improbitatem vsu omnium ferè hominum firmatam. Quòd si contendas Iustinianum respexisse, [f] non valdè repugnabo: quandò & ius gentium, contra propositionis suæ naturam, ad ius naturale retulerit. [g] Vlpianus certè ius gentium suprà appellauit indistinctè, quo humanæ gentes vtuntur: [h] vt æqualitas hominum, ad ius naturale cõmune omnium animalium hic referenda sit, vel ad ius naturale tantùm, quod in ius gentium non trãsijt, [i] & ex cuius præceptis ius, quo Romani vtuntur, collectum non est: quod superioribus haud satis conuenit. [k] Ait, Tria hominũ. Primùm indistinctè omnes homines, homines dicti sunt: quòd natura non different, & essent æquales. [l] Proinde post duo genera esse cœperunt, id est in duo genera homines diuisi sunt, liberos, & seruos. Posteà vbi manumitti cœpere serui, tertiũ genus medium insertum est libertinorum: & ità tria genera esse cœperunt quot nunquam antea fuerant. Et in ea diuisione libertini pro planè liberis non habẽtur: vt equites Romani, nobilitati, & plebi olim medij inserti, ab vtrisque separantur. Alibi lex libertinos inter liberos retulit, & quos liberos hic vocat, dicit ingenuos: qui & frequentior est loquendi vsus. [m] Sic equites cum obscura plebe collati, nobiles habentur, licet clarissimi non sint. [n]

a. l. j. sup. & hic in inscript.
b. consti. 1. 3. §. cõtrariũ. sup.
c. §. ius autem gen.
d. d. §. ius autem.
e. d. c. ius naturale.
f. d. §. ius autẽ
g. §. pen. eo.
h. l. j. sup.
i. l. j. de Noua. & l. j. j. de Pact.
k. l. j. sup.
l. l. quod attí. j. de Reg. iur.
c. ius nat. di. j.
m. l. s. j. de Statu ho.
n. C. de Eque. dig. lib. 12.

Ad l. V. HERMOGENIANVS Lib. 1. Iuris ἐπιτομῶν.

Ex hoc iure gentium introducta sunt bella, ¶ discretæ gẽtes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, commercia, emptiones, uenditiones, locationes, conductiones, obligationes institutæ, exceptis quibusdam quæ à iure ciuili introducta sunt.

¶ Quibus ex caussis bella indicẽda, Augusti. in libro quæst. & in li. de Verbis domini tractatu. xix.

Exempla hæc iuris gentium, ad ius consuetudinis omnium populorũ, vti superiùs, pertinet. [a] Nam religio, pietas, vindicatio, communis omnium libertas, ad ius naturæ, quod semper æquũ diximus & bonum, spectãt. Quibus adiecit Cicero, gratiam, obseruantiã, veritatem, & alibi etiã rerũ communionẽ. [b] Et quidẽ verba Hermogeniani duplex esse ius gentiũ significãt, quorũ alterũ demonstrare videtur. [c] Nos ex persona Iustiniani, ad ius gentiũ, ex quo manumissio est, respicere putemus demõstrationẽ. Ait lex, Cõmercium, verbum generale est, & omnes omninò cõtractus demonstrat, & maleficia. Sed hic pro argumento subiecto, ad commercia quæ spõte fiunt quæq; hic non exprimũtur, verbũ hoc coangustamus: vt ad permutationẽ, mutuum, societatem, & c. συναλλάγματα alibi, latinè negotium, consulti vocant: [d] Theophilus pro contractu vsurpat. [e] Ait deinde, Obligationes institutæ. De obligationibus quæ actiones pariunt, aut certè retentionẽ soluti, loquitur. Nam obligatio naturalis quæ in suo nomine stat, ad faciẽdum officium quidem obligat,

a. c. ius nat. di. j.
b. lib. 2. Rhet. & lib. j. offi.
c. hic.
d. l. iuris gẽ. de Pact. l. solẽ. de Pręs. verb.
e. inst. de Oblig.

obligat, sed neque actionem, neq; retentioné soluti parit: valet tamé ad nouandú.[f] Quæ ex delictis veniunt obligationes, ex æquo bono, & naturali iure, nó tantú ex cósuetudine gentiú veniunt, sed in ius gētiū trāsiere, & iure ciuili sancitæ sunt: [g] vti quædam ex iis obligationibus quę ex cōtractu descendūt, Isidoro.[h] Sed harū omnium vim, & potestaté, suo loco opportuniùs explicabo. Ait lex, A iure ciuili, A iure proprio Romanorú, vt ex stipulatione, tutela,[i] &c. Actio enim ex stipulatu, & tutelæ actio, atq; adeo obligatio, incognitæ fuerunt omnibus gentibus, pręter Romanos.

Ad.l. VI. VLPIANVS Lib.I.Institutionum.

Ius ciuile est, quod neque in totum à naturali iure uel gentium recedit, neq; per omnia ei seruit. Itaque cùm aliquid addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, ius ciuile efficimus. Hoc igitur ius nostrum cōstat aut ex scripto, aut ex non scripto: ut apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.

Verba sunt Vlpiani, ius ciuile continuò post naturale, & gentiū, definitione explicantis.[a] Ait lex, In totum, &c. Eccè matrimonium à sensu communi, & instinctu naturæ venit: [b] cui ius gentium addit, vt cum parentibus, vel liberis non coëatur: ius Quiritum addit vtrique vt cú personis quibusdam à latere non contrahatur, quod ciuile est.[c] Nam neq; in totú recedit à iure naturali, vel gentium, neque per omnia ei seruit, sed detrahit aliquid libertati naturali, qua licet cum qualibet fœmina viro cōtrahere matrimonium: & licentiæ iuris gentiū, qua cum filia fratris licet cōnubium inire. Eccè rursus pactum nudum iure gentium actionem non parit,[d] sed tantùm exceptionem: ius ciuile non recedit in totum, sed addit vt si stipulāti promittatur, actio competat.[e] Iure gentium dominium acquiritur multis modis, non recedit ius Romanū: sed quosdam addit modos acquirendi, vt vsucapionem, legatum, fideicōmissum relictum, &c.[f] Filius iure naturali parenti quidem parere debet: non recedit ius ciuile in totum, sed addit vt per filium patri acquiratur.[g] Seruus iure duriore gentiū, occidi potuit impunè à domino: ius ciuile detrahit aliquid tantæ licentiæ, vt sine legitima caussa in eum non sæuiat.[h] Iure naturali, liberi succendunt parētibus,[i] addit ius ciuile agnatorum succesſionem, deinde etiam ordine cognatorum.[k] Quid opus est pluribus? Quoties addimus vel detrahimus aliquid iuri naturali, vel gentium, quod est cōmune omniū populorum, nostrum ius efficimus, & proprium, quod ciuile appellamus, id est ciuium Romanorum tātùm: quod ius deportatis qui amiserunt ciuitatem, id est ius ciuitatis nō competit, sed gentium cōpetit: quòd libertatem non amiserint communem gētibus.[l] Et ita pro mero iure ciuili, id est duntaxat pro eo quod additum est, vel detractum iuri communi, interdū vsurpatur:[m] hoc loco magis pro collecto iure ex communi, & mero iure Quiritum, accipi videtur: vti apud Ciceronem interdū.[n] Ait lex, hoc igitur, &c. Ius ciuile constat, id est cōstans seruatur, aut ex scripto, quia scriptum est populo vt obseruet: aut sine scripto, vt quod ob author. tatem ponentium, more populi seruatur sine scripto.[o] Dicitur & ex scripto, & non scripto cōstare, hoc est cōpositum esse.[p] Nam apud Lacedæmonios iure tantùm nō scripto vtebantur, propter Lycurgi legē, Leges, inquit, ne scribuntor: & apud Athenienses tantū ius scriptū valebat.[q] Sed hoc quæritur, an & ius publicum ex suprascriptis partibus constat: nimirū naturalibus præceptis, gentium, & ciuilibus? Et non constare puto, quòd respublicæ, & gentes discretæ, ante ius gentium, & ciuile nō fuerint: vt de sacris publicis, sacerdotibus, & magistratibus, aut alijs publicis, ius à communi animantium sensu, & natura venisse videatur.[r] vtrumq; ius publicum & priuatū, separatim antiqui ediderunt:[ſ] quæ si ex similibus caussis, & partibus, cognominibus constent, vitiosum in diuidendo putare non oportet, aut certè in partiendo: quòd malè habet Dialecticos,[t] qui illotis manibus de Vlpiano iudicant Per qualitates enim plærumque genus diuidimus, non per differentias proprias.[u]

Ad.l. VII. PAPINIANVS Lib.2. Definitionum.

Ius autem ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principū, authoritate prudentum uenit. Ius prætorium est, quod Prætores introduxerunt, adiuuandi, uel supplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter utilitatem publicā, quod & honorarium dicitur, ab honore prætorio sic nominatum.

Ad.l. VIII. MARTIANVS Lib.1.Institutionum.

Nam & ipsum ius honorarium uiua uox est iuris ciuilis.

Aliam definitionem ex alio authore Iustinianus adhibet iuris ciuilis, quæ superflua non est: & quòd diuisionem, partitionémve iuris contineat, quæ apud Vlpianum non traditur: & quòd ad maiorem iuris expositionem, hæc definitionum repetitio non parum conducat.[a] Cicero in Topicis hanc Papiniani finitionem, partitionis vocat, quòd partes iuris complectatur: eas inferiùs legislatio Iustiniani persequitur,[b] Addit Cicero pactum, & iudicatum, &c.[c] quòd non præcepta iuris, sed ius, id est iustum partiatur: quo ius publicum, priuatum, naturale, gentium, ciuile, scrip-

c

f. l. de No. j. §. consilium. j. de Pen. hær. l. sed etsi lege g. l. si tibi. j. de Pact. l. quæsitū. j. de Sepul. viol.
h. d. c. ius nat. di. j.
i. §. de const. insti. de Acti. l. j. j. de Tute. & §. j. insti. e.
a. l. j. & 4. ī. eo.
b. sup. l. j. c. ius nat. di. j.
c. l. si. j. de Rit. nup. §. fratris & seq. inst. de Nupt.
d. §. sed cū l. iurisg. j. de Pact.
e. §. de const. de Actio.
f. §. fi. de Rer. vsque ad tit. perquas. pers. nob. acquir. Theoph.
g. l. 2. ī. & inst. de Patr. po.
h. §. sed & maior. de iis qui sunt sui. & l. 2. j. eo.
i. l. scripto. j. vnd. lib. e. nat. di. j.
k. aut. d.: Her. ab intest.
l. l. quidam. j. de Pœn. vbi not.
m. c. ius quiritum. di. j.
n. l. pen. j. eo. §. sed istæ. de Actio. Cic. li. 2. Rhet. di. 2. in prin.
o. arg. l. 2. sup. j. de Ori. iur. §. post orig. in verb. cōstare.
p. §. cōstat insti. de Iu. nat.
q. §. & nō. insti. de Iu. nat.
r. § sing. & §. j. de Re. di. l. j. j. de Acq. do.
ſ. l. 2. j de Orig.
t. Agricol.
u. j. de Re. di.
a. cōst. 3 ī. C. de Emē C. l. j.
b. j de Orig. l. 2. j. de ll & tit. seq.
c Cic ad Herenn & in Rheto.

le, scriptum, non scriptū, interdū spectant. cùm in genera ius, magis quàm in partes, & membra diuidimus. [d] Porrò sub authoritate prudentium, responsa continentur. [e] Ait deinde, Ius prætorium, &c. Ius prætorium absolutè ius non dicebatur, nec actiones, aut hæreditates quæ à Prætore solo dabantur, ipso iure competere, vel iure deferri. [f] Erat enim ius simpliciter, vel ipsum ius (quod emphasim habet) ius ciuile: quod obligationes, & alia in iure consistentia, introducebat. Prætor suo edicto idem non poterat, sed quasi quis hæres esset, vel actio ipso iure cõpeteret, bonorum possessionem, & actionem dabat: quod quasi ius populus ad honorem Prætorū recepit, & pleno ore ius dictum est latiore significatione. [g] Proponebat autem Prætor edicta secundum ius ciuile, quibus monebat populum, actionem se daturum: & adiuuabat ius ciuile. [h] Interdum ius ciuile prædurum emendabat, vt cùm actiones pecuniarias furti, pro capitali dabat: [i] aliquando supplebat quod desiderabatur, vt cùm dabat bonorum possessionem liberis, etiā emancipatis. [k] Petebantur enim iudicia & actiones à Prætore, qui formam dabat actori, reo, & iudici, quam sequerentur, siue ex iure ciuili, siue ex honorario, actio dāda erat: [l] quæ impetratio formularum exoleuit, [m] verba tamen edictorum passim eò respiciunt. Ait lex, Nam & ipsum, &c. Prætorem legem loquentem esse ait, vt Cicero de Legibus: quē alibi Iustinianus de Imperatore loquēs, sequitur. [n] Erat enim Prætor legum custos, [o] & si quando res suaderet, interpres, & emēdator: [p] quam emendationem vsus publicus firmabat, [q] & Prætoris edictum antecedebat plærumque, vt Cicero in Rhetoricis memorat.

Ad.l. IX. CAIVS Lib.1. *Institutionum.*

Omnes populi qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio ¶ partim communi omnium hominum iure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius cõstituit, id ipsius proprium ciuitatis est: uocaturq; ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod uerò naturalis ¶ ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes homines peræquè custoditur, uocatúrque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur.

Caius bimembrem diuisionem iuris tradit in suis Institutionibus. qua tantùm compræhēdit quantùm Vlpianus trimembri. Quinimò & de iure publico loqui videtur, quod Vlpianus à priuato primum omnium seiunxit. [a] Iustinianus ideo vtramque sentētiam in suū opus retulit, quòd ius gentium Caio, & naturale Vlpiano, & gentium (præsertim humaniùs illud rationi rectæ, & naturæ congruens) complectatur. [b] Quod consuetudine apud omnes gentes inualuit, non tam recta & naturali ratione introductum est, quàm ob meliorem partem supraseriptam, generaliter inde ductum fortè dicitur. [c] Vlpianus ius gentium ergo dicit, quod proprium est gentiū, [d] Caius quod commune gentium, licet proprium non sit, vt sunt matrimonia, defensio sui, religio, &c.

Ad.l. X. VLPIANVS Lib.1. *Regularum.*

Iustitia est constans & perpetua uoluntas, ius suum unicuique ¶ tribuēs. Iuris præcepta sunt hæc: honestè uiuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere. Iuris prudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.

Reseruauit in hunc locum Iustinianus iustitiæ finitionem, quòd principio operis magis illud conuenire videretur quod de ea, & de iure suprà dixit. [a] Sed ordinem iustū inter fragmenta hęc, non requiramus vsquam à Triboniano, qui ex iurecōsultis veteribus verba, & rem omnem desumpsit, lege à Iustiniano data: [b] qui methodo longè certiore rem conficere potuisset, si materiā tantùm mutuatus, ordinem ipse suum, & elocutionem adhibuisset. An enim satis nō fuit, honoris caussa, libros veterum Pandectis prænotari, [c] nisi ad singula fragmenta nomina quoq; veterum præfigerentur, vnde quidque translatū eò referret posteritas: [d] cùm præsertim addendi, detrahendique sententijs eorum, potestatē acceperint qui hæc componebant. [e] Equidē hoc caussari nō dubito, quòd per elocutionis tanto opere dignæ inopiam, id Triboniano præstare non licuerit quod requiro: vtcūq; is prætexat Iustiniani edictū, à seipso fabrefactū. Sed vtinam nihil desiderare possis, præter commodiorē sub titulis singulis ordinem: Quid? an nostris hisce scholijs, vel aliorū commentarijs, contra edictum Iustiniani etiam ad hunc titulum applicatis, opus fuerat? si quibus erat addendi detrahendiq; potestas, lectorem verbo admonuissent, hoc pacto. Nā iure hoc naturali euenit, &c. [f] vt vim propulsemus, ad ius naturale referendū est, &c. [g] Manumissiones verò iuris gentium sunt, &c. [h] vtpote cum iure naturali cōmuni omnium animantiū, vel quod in ius gentiū non transijt, &c. [i] Quod verò naturalis ratio, aut certè vetustas inter omnes homines, &c. [k] Quasi quo iure omnes gentes vtantur, etsi cæteris quoq; animalibus, particula quędā eius cōmunis sit. [l] vt est ius illud naturale, nō solū quod omnibus animalibus cōmune diximus, sed quod naturæ humanę, & rectæ rationi cōgruit, [m] licet in ius gētiū nō trāseat aut ciuile. His enim, aut alijs verbis nō absimilib⁹, ex Iustiniani præscripto, liberare lectorē ancipiti

coniectura

d. l.pen.j.eo. c.§.respon.de I.i.r. nat.j. de Orig.l.2. f.§.j.de Fid. hær. §. actiones autem.de Actio. g. j.l.pen. h.l.2.j.de Origi. iur.j. de Bo.poss.l.j.j. cómod. l. iurisg.§.Prætor j.de Pa. i.j.de Fur.instit. de Perp. act.§.j. vbi Theoph. k.j.vnd.lib.§. emācipa.inst. de Hęr.ab intest. l. l.j.j. de Iu qui dere. Cic. in Verrem. m. C. de For. n.aut. de Cōsul. o. Cic.de ll. p. inst.de Bo. poss. in prin. q.j. de Orig. l.2.

¶ Eandem diuisionem tradit Aristoteles lib. quinto æthicorū. ¶ lex cœlestis dicitur apud Ciceronē lib. 2.de Legibus vbi hoc dictū grauiter & copiosè explicatur, vt & apud Paulū ad Romanos cap.2.

a. l.j.sup. b. arg.sup. cōstit.3. c. hic arg.j.l. pen. d.l.j.sup. ¶ Hoc dictū quinque versibus pulchrè enarrat Horatius in arte poëtica. a. l.j.sup. b.d.constit.3. & constit.j. sup. c. Plin. d.d.cōsti.3.§. tanta. e.d.const.j. f. d. l. vt vim. sup.eo. g. ea.l. h.l.4.sup.eod. i. ea.l. k. l.omnes. sup.eo. l.ea.l.in fi. m. l.pen.j.eo.

cōiectura potuerūt, quam parit verborū ambiguitas. Sed ad rem. Iustitiam definit constantē, & perpetuam voluntatem, id est stabilem animi habitum, ius suum, hoc est quod iure debetur, cuique tribuendi: nimirum Deo religionē, parentibus pietatem, [n] magistratibus obseruantiā, gratiam promerētibus, [o] pecuniam depositā ei qui deposuit, promissa stipulatori, pretiū rei vēditori, mercedē locatori, [p] &c. Cōstans & perpetuum, vel sempiternum, verba sunt apud Ciceronē non vno in loco, [q] de re firma, & perseuerāte enūciata: vt de voluntate in remp. deq; recta ratione, similibusque. Vlpianus habitum animi, quo ad iustè faciendū ducimur, voluntatē cōstantem & perpetuam, Ciceronē imitatus vocat: quòd voluntas ex eo habitu proficiscatur, & nobis sit notior. Cicero definit habitum animi cōmuni vtilitate seruata, suam cuique tribuentē dignitatem: [r] id est quo quisque dignus est, quódve ei debetur lege, quam à tribuēdo cuique quod suū est Græci appellant νόμον. Latini à delectu rerum, legem. Hęc virtus etsi vna es quatuor sit, [s] tamē vt tota virtus habetur, [t] quòd sine hac, neque fortitudo, neque temperantia, neque prudētia intelligi queat: [u] quomodo Vlpianū vsurpare, præcepta iuris sequentia arguūt, omnē virtutis officium continentia. Ait deinde, Iuris præcepta. Honestatis partes sunt virtutes quatuor, [x] quas modò dixi, vt qui honestè vt viuamus præcipiat, omnem legislationem cōpræhendere videatur. Sed tamen iustitiæ duo præcepta Vlpianus nominatim subiecit, generali præcepto honestatis: nimirum quòd ius omnem honestatem quidem præcipiat, sed multò maximè iustitiæ officiū, ad quod, iudicijs datis, nunc ciuilibus, nunc criminalibus, etiam adigit. Nulla enim alia est honesti pars, quæ ad societatē humanam continendam ita pertinet, authore Cicerone: sed de præceptis iuris, deque prudentia eius, ad Institutiones satis dixi.

n. l. 2. & 3. sup. eo.
o. l. sed & si. §. cōsuluit. j. de Pet. hær.
p. Lex hoc. sup. eo.
q. de ll. & 3. de Rep.
r. lib. 2. Rhet.
s. auten. vt om. obe. iud.
t. Cic. in offic.
u. Plat.
x. Aristote. in ethi.
y. d. aut. cap. fortitudo. 23. q. 3. & seq.
z. Cic. in offi.

Ad l. XI. PAVLVS Lib. xiiij. ad Sabinum

Ius pluribus modis dicitur. Vno quidem modo id quod semper æquum ac bonū est, ius dicitur: ut est ius naturale. Altero modo quod omnibus aut pluribus in quacunq; ciuitate utile est: ut est ius ciuile. Nec minùs rectè ius dicitur in ciuitate nostra ius honorariū. Prætor quoq; ius reddere dicitur, etiam cùm iniquè decernit, relatione scilicet facta non ad id quod ita Prætor fecit, sed ad illud quod Prætorem facere conuenit.

Alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit in eo ubi fit, quem locum determinare hoc modo possumus, ut ubicunque Prætor salua maiestate imperij sui, saluóque more maiorum, ius dicere cōstituit: is locus rectè ius appelletur.

Ius, & lex, vt ait Cicero de legibus, ad rectam rationem à sapientibus referuntur: at cùm populariter loquimur, ius vocamus, & legē, quòd sanciendo iubet ac vetat quod vult. Idē hic Paulus alijs verbis significat: nimirum iuris appellationem ambiguam esse, & nunc significare specialiter quod semper bonum ac æquum est, id est quod rectæ rationi semper congruit, etsi non semper obseruetur: [a] siue id à natura communi animantium, siue à sola humana ratione veniat, & ius naturale appellat: alia eius verbi significatione quàm qua suprà Vlpianus ius cōmune omnibus animantibus demonstrat. Nisi exempli gratia, ius naturale à Paulo subiectum putes, præter quod & ius gentiū, quod rectę rationi conueniat, ius propriè dici, & æquum semper esse non inficietur. Prior expositio aliunde probatur, nimirum cùm lex omnia quæ in bonum & æquum concœpta sunt, naturalia uocat: [b] & Isidorus, vt dixi, hoc modo vsurpat. [c] Sanè verum est ius naturale commune omnium animantium, & humana ratione probatum, semper æquum esse: sed huic loco magis conuenit alia iuris naturalis significatio. Ait lex, Alteto modo, &c. Ius ciuile vocat Paulus quod naturale non est: vt ius consuetudinis, vel gentium, quod naturali, & rectæ semper rationi non conuenit, comprehendat. Nam ius ciuile non semper æquum & bonum est: ciuili ratione æquum pro tempore, & loco, compertum est. Ambigua sunt hæc verba alibi sæpe, quoties duplicis iuris tantùm mentio fit, naturalis, & ciuilis: [d] vel naturalis obligationis, & ciuilis. [e] Nam serui, & pupilli, &c. ea ratione naturaliter tantùm, vel ex caussa iure gentium, aut ciuili probata, obligantur, [f] quòd ad ius naturale quod attinet omnes homines qui iudicio præditi sunt, & ratione, æquales habeantur: [g] serui tamen iure gentium, pupilli tantùm obligantur ex consensu naturaliter. Iuris ergo latior appellatio etiam ius consuetudinis, & proprium ciuitatis continet: ius prætorium non continet, vt cùm iure ipso teneri negatur, qui iure Prætorio tamen obligatur. [h] Sed pro subiecto argumēto latissimè patet hoc verbi, & ius honorarium complectitur: vt cùm ius omne in ciuile, & prætorium diuidimus. [i] Nam ciuile eo loci est, naturale, gentium, & merum ciuile quod sancitum est ciuitati vt obseruet. Porrò ius dicimus quod iustum nō est, nec sancitum vt seruetur: sed abusiuè, & relatione facta ad ius, quod verè eiusmodi habetur, id est bonū & æquum, naturale, vel ciuile. Quo modo ars boni & æqui dicitur, etsi duriores in eo leges contineantur, tale enim esse debet. [k] Sic tutorem dicimus qui nō tuetur, [l] & monachum qui solitudinem non colit. [m] Per metonymiam etiam ius appellamus lo-

a. c. Ius nat. d. j. arg. l. quod atti. j. de Reg. iur. l. j. j. de No. l. sed. §. consu. j. de Pet. hær.
b. l. eas. j. de cap. di.
c. d. c. ius nat.
d. l. quod. atti. j. de Reg. iur.
e. l. j. j. de Nouat.
f. l. naturaliter. j. de Cōd. indeb. & l. j. l. non solū. de Pecul.
g. d. l. quod atti. de Reg. iur. c. ius nat. di. j. l. si quod. de Cond. indeb.
h. §. actiones. autē. de Actio
i. l. ius autem. sup. eo. instit. de obl. §. j. de de Actio. §. sed istæ.
k. l. j. supr. eo.
l. §. j. de Tute.
m. auten. de Monach.

cum in quo ius redditur, à magistratu, vt cùm Prætor vetat in ius vocatum eximere:[n] & latiore significatione in iure interrogatus dicitur etiam, qui apud pedaneum iudicem interrogatus est.[o] Ex iure manu cōsertum vocare in actionibus antiquis, erat ex loco in quo Prætor ius reddebat, in rē cōtrouersam vocare:[p] Ait lex, salua maiestate, &c. Maiestas populi Romani fuit magnitudo, [q] quæ lege Regia, Principis esse cœpit propter Imperium in eum translatum:[r] hoc per partes à magistratibus exercetur, & eius magnitudo maiestas appellatur: qualis non fuit magistratuum qui imperium non habuere.[s] Mos maiorum, est institutum antiquum, quod à maioribus quasi per manus traditum, sine scripto, ad nos peruenit, & cōstanter obseruatur, *l'ancienne obseruance de noz predecesseurs.*[t]

n.l. fi. ne quis. e. q in ius. o. in fi. de interrog. in iur. p. Gell. Cicer. pro Mure. q. Cicer. in Rhet. r. l. j. de Cōst. j. ad l. Iul. ma. s. l. a. j. de in ius vo. l. quisque ad. j. Iul. ma. C. t. l. mnre. j. de Iurid.

Ad.l. XII. MARTIANVS *Lib. 1. Institutionum.*

Nonnunquam ius etiam pro necessitudine dicimus: ueluti, est mihi ius cognationis uel affinitatis.

Ius à iubendo dictum videtur, vt quod vel natura, vel mos, vel magistratus iubeat, ius dicatur, & iustum antequam reddatur, & inde iustitia, habitus quo ad ius tribuendum ducimur.[a] Et ad extremum, iure in artem redacto, ea ars eodem nomine dicta est ius: quod à iustitia appellatū ait Vlpianus, rem vetustiorem iuri cognatam, magis quàm deriuationem grammaticam spectans.[b] Et quia necessitudo, & coniunctio personarum, iubet plæraque fieri, iure cognationis, affinitatis, amicitiæ, familiaritatis factum aliquid, vel fieri posse, dicere solemus: ipsam inde necessitudinem ius dicimus: vt est mihi cū illo ius cognationis: intercessit ius amicitiæ, &c.[c] Quomodo & seruitutes prædiorū, actiones, obligationes, hæreditates, iura dicuntur, id est potestates aliquid faciendi iure factæ: quæ res & in iure consistere dicuntur, quòd ius faciat eā potestatē.[d] Sic iure stirpis, iure agnationis, iure gentis, [e] iure patris, iure domini, iure hæredis, iure magistratus, iure pignoris, iure optimo, iure suo, iure alieno, quid facere dicimur, quod ius faciat nobis illam potestatem, vel ei cuius iure facimus. Et hæc iura, particulæ eius quod iustum est, sunt, nō artis, iusti, vel præceptorum iuris. Tres enim velut gradus obseruabis in huius verbi significatione: artē hanc de iure, [f] iustum, [g] & quod iustè tribuitur cuiq;.[h] Hactenus ad leges huius tituli, qui totus ex arte extrinsecùs adhibita, vt dixi, collectus est, non ex cōmentarijs veterū ad leges, vel edicta. Quocirca partem aliquā iuris antiqui, in qua velut in cardine vertatur, restituere nō possumus: id quod vbique, quoad eius fieri poterit, facturi sumus. Ad exemplum tamen legū,[i] in hanc formam, si placet, rediges, Ciceronem imitatus. Iuri operā daturus, priùs nominis etymū discito. Ius à iustitia appellator, ars boni & æqui esto: huius sacerdotes, iureconsulti dicuntor: iustitiam coluntο: boni & æqui notitiam profitentor: æquum ab iniquo separanto: licitum ab illicito discernunto: bonos ciues, præmijs, pœnisque propositis reddunto: veram philosophiam sectantor. Huius studij duę positiones sunto: ius publicum, & priuatum, ea habentor: publicum ius ad statum rei Romanæ refertor: priuatum ad singulorum vtilitatem spectato: illud in sacris, sacerdotibus, magistratibus consistito: hoc ex naturæ, gentium, & ciuitatis præceptis collectum tripertitum esto: quod natura omnia animalia docuit, ius naturale in ea partitione vocator: eius iuris, matrimonium, liberorum susceptio, & educatio, cum vindicatione, insidiarum prohibitione, & communi omnium libertate, exempla sunto: ius gentiū quo omnes gētes humanæ, & solæ vtuntur, in eadem diuisione, habetor: religio, pietas, seruitus, manumissio, libertinitas, bella, gentes discretæ, regna, dominia distincta, agrorum limites, ædificia, commercia, emptiones, cōductiones, obligationes ad agēdum idoneæ, exempla sunto: quædam obligationes ex ciuili iure introductæ habentor: ius ciuile, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, definitor: ex scripto, vel sine scripto constato. Ius ciuile alio modo, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis Principum, authoritate prudentium venit, finitor: ius prætorium quod Prætores introduxerunt, adiuuandi, supplendi, corrigendi iuris ciuilis gratia, propter cōmunem vtilitatem esto: ad honorem Prætorū honorarium appellator: viua vox iuris ciuilis habetor. Omne ius alia diuisione, commune omnium hominum aut proprium cuiusq; ciuitatis vel populi, esto: illud, ius gentium, hoc ciuile appellator. Porrò iustitia, vnde ius appellatur, constans & perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendi, esto: iuris verò præcepta, ad iustitiam conseruandam pertinentia, honestè viuere, alterum non lædere, ius suū cuique tribuere, habentor: iuris prudentia, diuinarum & humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia, tam in rebus diuinis, quàm humanis definitor. Ad extremum iuris verbū pro loco, variè accipitor: nunc semper bonum ac æquum, quod naturale etiam appellatur: nūc autem quod natutale nō est, sed ciuile, nūc etiā prætoriū, nunc deniq; vel iniquū Prętoris decretū, ius nūcupator: diuersa significatione, locus in quo Prætor ius reddit, & personarū necessitudo, ius esto.

a. Aristot. in Ethi. & supr. l. j. & l. ius ciuile. b. d. l. j. c. hic. d. Instit. de Reb. incorp. e. Cicer. j. de Orat. f. l. j. sup. eo. g. l. pen. sup. h. l. iustitia sup. i. Cicer. de ll.

ACCOMMODATIO HVIVS TITVLI AD MORES
Galliarum, & leges Regias.

Galli iustitiā pro officio, & actione, vel executione, quæ à virtute proficiscitur vsurpāt, vt latini interdū,[a] *faire iustice:* pro iurisdictione, *haulte, moyenne, & basse iustice:* itē pro ius dicētibus, & ministris iustitiæ, *la iustice:* pro iudicio, *en iustice:* & generaliter pro rebus ad iustitiā cōseruādā pertinentibus,

a. c. forus de Verb. sig.

tinentibus, vt pro patibulis, *iustice à troys pilliers*. His enim ad iustitiæ officium trahitur, qui virtute ipsa nõ ducitur: aut certè pœnis irrogatis id efficitur, vt ad iniuriam cæteri sint tardiores. Ius verò rectum appellant, vt latini aliquando quod honestè fit, & cũ virtute iunctum est, rectum dicũt, [b] *le droict, tort ou droict, faire droict, ceder & transporter son droict*. Iustitiam pasim in proœmijs ad suas leges laudant Reges Franci, atque ad eam velut virtutũ omnium Reginam, statum rei Gallicanæ continenté, omnem suam legislationem referunt. [c] Ius Romanũ publicũ, priuatumq; eo loco dignitatis habẽt, eùm vtriusq; consultis, vt sub ditione sua nemo Præsidum prouinciarũ legatus esse possit, nisi in celebri academia inter [illegible], vel Doctores, solenni more relatus sit: [d] in caussidicis verò id obseruatũ est, vt non priùs iuratus caussas agat apud Regios iudices, quã superioribus gradibus, Doctorum elogio insignitus sit, aut certè inter [illegible] relatus, & probatorias academiæ nobilis & Regũ pontificumq; priuilegijs donatæ, proferat: siue iuris Pontificum, siue Cæsarũ peritia censeatur. Ex altero enim iure, Pontifices, vel ab ijs designati iudices, de sacris, sacerdotibus, & alijs quibusdã pontificiæ iurisdictioni attributis, ius reddũt: [e] accessio enim sacrarũ literarũ hoc ius habetur, quarũ ceremonialia, & pœnalia nõ obseruãtur, sed veritas euãgelica, pœnæ à põtificibus constitutæ, & iudicia. [f] Alterum ius tum demum Franci obseruant sub iurisdictione Regia, cũ neq; ex pacto, neq; ex more, statutóve regionis, neq; ex lege Regia, cõtrouersiæ forenses, aliaq; negotia dirimi possunt. [g] Sine scripto ferè apud Gallos ius hodie non cõstat: quòd mores regionũ conscribi à Carolo septimo, Ludouico duodecimo, & Frãcisco primo constitutũ sit: quibus ne noui deinde mores accederent sancitũ est, [h] vt confusa testimonia, *preuues par tourbes*, tandem exolescerent. Quanquam originem huius iuris spectantes, patrias consuetudines adhuc appellant. [i] Igitur pacto conuento primùm, deinde iure proprio cuiusque regionis, tum iure cõmuni, id est ciuili iure Romanorum, vel põtificio, Galli vtuntur: siue ius Romanum omnium gentium commune, atque adeò omnium animalium, siue merum sit ius ciuile. Sũt qui de beneficijs, *des fiefz*, iure Longobardico, post legem regionis constituunt: sunt & qui nullis statutis, sed solo iure pontificio, vel ciuili Romanorum vtuntur, & interdũ lege Regia. [k] Porrò in eo iure quod Gallis positum est, vel in mores perductum, Vlpiani, Caij, Paulique diuisioné facilè obseruabis. [l] Ad ius publicum pertinet edictum Regium, de magistratibus, & iurisdictione eorundem: [m] ad ius priuatum lex Regia de rescindendis contractibus: [n] ad ius naturale commune animalium omnium, lex in latrones inuolãtes: [o] ad ius gentiũ, lex in blasphœmos, [p] & mos de manumissione: [q] ad ius ciuile, lex Regia in venatores, [r] & vulgares meretrices, [s] &c. Et hæc generaliter dixisse, in locũ hunc generalem, satis sit, in speciales titulos deinde, specialiter ius Gallicanũ adhibebo: & in hoc totus ero, vt ad vsum suum potiùs, quàm ad ostentationem, iuuentus ciuilẽ hanc rationé perdiscat: & denique potissimam eius partem vulgò negligi intelligat, quòd eius vis, atque potestas, ignoretur.

b. Cic. in Parado. Horat. in epist.
c. Caro. 8. Ludo. 12.
d. Lud. 12. 48
e. l. Reg. nouiss. art. 3.
f. c. nõ est. di. 6. c. suam. de Pœn. vbi oo.
g. arg. l. de quib. j. de ll. lib. 2. feud. in prioc.
h. Caro. 7. 125
i. arg. c. consuetudo. di. j.
k. Tholos. Aruer. in quibusd. lo.
l. l j. l. omnes. & l. pen. sup. eo.
m. Francis.
n. Lud. 12. 46
o. Francis.
p. Ludo. 12. & Francis.
q. Melden.
r. Francis.
s. D. Ludo.

DE ORIGINE IVRIS CIVILIS, ET OMNIVM *magistratuum, & successione iuris prudentium.* Tit. II.

COMMENT. PARTICVLA PRIOR.

Alius locus est apud Iustinianũ in hac legislatione, superioribus de iure assutus: vnde ius appellatũ, quid sit, quotuplex, quid vnumquodq;, quã variè dicatur supra: nũc quæ eius origo fuerit, vt processerit, & obiter idẽ de magistratibus, sine quibus, ius ex iure nõ redditur: [a] & de prudentibus, sine quibus ius constare, id est permanere non potest. [b] Ità enim libet nobis consuere, licet à diuersis locis Vlpianus & Caius suprà, [c] & hic Caius, & Pomponius, duxerint suorũ operum exordium: illi à definitione, vel diuisione iuris, hi ab origine: Iustinianus vtrũq; locũ coniunxit, iurisprudentiæ necessariũ. Repetit autem originẽ iuris ab vrbe condita, & per decẽ temporũ interualla, diuersa iura Romanis placuisse ostendit: manum Regiã, leges Regias, consuetudinem, legem duodecim, ius ciuile, legis actiones, plebiscita, Senatusconsulta, edicta magistratuum, decreta Principum: è quibus septẽ eodẽ tempore viguerunt, & prudẽtium respõsa his deinde accesserunt: Pandectæ verò ex his partibus cõpositæ extant, quas singulas suo loco demonstrabo. Et hæc de origine, & processu iuris, vsque ad tempora Pomponij, qui floruit sub Alexan. Imperatore. [d] In secunda parte huius historiæ, persequitur magistratus, etiam ab Vrbe condita, vsque ad sua tempora: ex quibus quidam eodem tempore in vrbe ius reddiderunt, alijs iam antiquatis, vti de partibus iuris dictum est. [e] Tertia parte iureconsultos memorat à Corũcano vsque ad Salinũ Iulianũ, [f] qui edictũ perpetuum conscripsit sub Hadriano: [g] Quorũ omnium primus hic vsus erit, quòd his nõ intellectis, leges reliquæ cõmodè percipi non possint: deinde quòd vetustatem, simul & maiestatem huius disciplinæ ponant ante oculos, & lubentiùs iuuentutem ad eius lectionem perducant. [h] vt taceam quòd exempla, & sententiæ quæ hic exponũtur, nobis pro legibus sint: quando Iustinianus omnia sibi suo iure vendicet, [i] quæ à Caio, & Põponio de origine iuris ob caussas suprascriptas relicta sunt. Eccè exempli gratia, Põponius narrat historiam de iurisprudẽtibus, qui legem duodecim interpretari sint: & sententiã interserit, id naturaliter euenire, vt lex scripta desideret prudentium hominum disputationem, & interpretationem. [k]

a. j. l. 2. §. post orig.
b. ea. l. §. iuris ciuilis.
c. l. j. & l. om. sup. de Iustit.
d. Lamprid.
e. d. §. post.
f. d. §. iuris.
g. Eutrop.
h. j. l. j.
i. l. j. C. de Vet. iur.
k. d. l. 2. §. exactis.

Hinc legem nos Iustiniani colligimus, statuto, vel lege nō prohiberi omnem iuris scripti interpretationem, sed eam quæ voluntatem iuris peruertat, & perturbet eorū qui ius reddunt iudiciis quales sunt opiniones ex diametro pugnantes, de legum sententia: quæ si scriptæ nō extarent, iudicantes ex legibus, non ex illis opinationum nebulis, ius constanter redderent. [l] Quotus enim quisque est hodie magistratus, qui ausit ex æquo lege sancito non obscurè, ius litigātibus dicere, si intelligat eā legem in alium sensum opinione cōmuni deprauatā esse? quotus quisq; est iuris cōsultus, qui vel populo responsitet, vel iudicibus consulat, vel iura publicè doceat, qui aliquid certò adfirmare possit? Sēper enim occurrit alia opinio, quæ iudicantes vel contrà luce clariorē legē, dicere sententiā suadeat. Equidem ita amicis cauere soleo, legē quidem esse quæ iubeat, vel vetet qua de re agitur, sed dubiū esse litis exitum, propter opinionum inter se pugnantiā. Illę quoq; leges sunt Iustiniani hoc loco, Magistratus qui iura reddant in ciuitatibus sunto: [m] Iureconsulti populo ius respondento: iudicibus consulunto: discere volentibus tradunto, &c. [n]

l. supr. consti. 2. & 3.
m. d. §. post.
n. d. §. iuris.

Ad. l. I. CAIVS *Lib. 1. ad l. duodecim tabularum.*

F

Acturi legum uetustarū interpretationem, necessariò prius ab urbis initijs repetendum existimauimus: nō quia uelim uerbosos commentarios facere, sed quòd in omnibus rebus animaduerto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constat. Et certè cuiusque rei potissima pars ¶ principium est. Deinde si in foro caussas dicentibus, nefas (ut ita dixerim) uidetur esse, nulla præfatione facta, iudici rem exponere: quantò magis interpretationem promittentibus ¶ inconueniens erit, omissis initijs, atq; origine non repetita, atq; illotis (ut ita dixerim) manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Namq; (nisi fallor) istæ præfationes & libētiùs nos ad lectionē propositæ materiæ producunt: & cū eò uenerimus, eius euidentiorem præstāt intellectū.

¶ Idem Plato dialogo 2. de Republ.
¶ In hāc sententiam vide Platonē dialogo quarto de legib[us] circa finem.

Rem ab origine repetendā constituit Iustinianus ex Caij sententia. Hāc legem contēpserunt sæcula superiora, quibus priùs de obligatione naturali, & ciuili in gymnasijs disputatū est, quàm quid esset ius naturale, quid ciuile quæreretur: priùs de prætoria actione, vel de seruandis à Prætore pactis, quàm planè intelligeretur, quid inter Prætorē, proconsulē, & ędilem interesset: priùs de bonæ fidei, & stricti iuris iudicijs audiuit verba iuuētus, quàm quisquā fando audisset quibus verbis iudicia darentur, vel quidnā esset etiam dare iudiciū, aut in iudicium addere. Ex bona fide.[a] Ait lex, Nō quia velim, &c. verbosos cōmentarios, & eadem ratione superuacaneā omni in re dānat orationē: [b] sed præfandū esse leges tractāti colligit argumento ducto à rebus alijs, quæ perfectæ nō sunt, nisi omnes suas partes habeāt: inter quas maximè necessariū rei principiū est, sine quo aliæ partes vel cōstare non possunt, vt in ædificijs: vel nō intelligūtur, vt in subiecta materia interpretādi leges. Deinde à cōparatione minorū idē colligit, ab oratore, ad interpretem, ducens argumentum. Ad extremum duplicē vtilitatē præfationis subijcit, & quòd accendat ad legendū, & quòd doceat. Plato dialogo quarto de legibus persuasoria quoq; legumlatorū ad leges laudat exordia. Et hæc quidē leges nobis eiusmodi dant. Qui rem quęlibet facere instituit, principiū ne omittito: perfectum ex omnibus suis partibus cōstato: potissima pars principium habetor: caussidicus sine præfatione ne caussam agito: interpres quoq; præfator, &c. verbosior ne esto. Et has quidem leges, ad res alias similes producere licebit. [c] Apud Areopagitas oratorū præfatio nulla erat quòd suspecta essent quę adfectus mouerent iudicibus: vt exordia, & perorationes, quæ in hoc haberi solent.

a. not. §. j. & §. actionum. de Actio.
b. arg. l. neq; & l. non poss. j. de ll.
c. d. l. nō poss. j. de ll.

Ad. l. II. POMPONIVS *Libro singulari enchiridij.*

Necessariū itaque nobis uidetur, ipsius in primis iuris originem atq; processum demōstrare. Et quidē in initio ciuitatis nostræ, populus sine certa lege, sine certo iure primùm agere instituit: omniáq; manu Regis gubernabantur. Postea aucta ad aliquē modū ciuitate, ipse Romulus traditur populū in triginta partes diuisisse: quas partes, curias appellarit, propterea quòd tunc reipublicæ curā per sentētias partiū earum expediebat, & ita leges quasdā & ipse curiatas ad populū tulit: tulerūt & sequētes reges quæ omnes cōscriptæ extāt in lib. Sexti Papyrij: (qui fuit illis tēporibus, quibus superbus Demarati Corinthij filius) ex principalibus uiris. Isque liber (ut diximus) appellatur ius ciuile Papyrianum: non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit, sed quòd leges sine ordine latas, in unum composuit. Exactis deinde Regibus, lege Tribunitia

tia omnes leges exoleuerūt:iterumq́ue cœpit populus Romanus *incerto magis iure, & cõſuetudine aliqua uti, quàm per lata lege: idque propè uiginti annis paſſus eſt. Poſtea, ne diutiùs hoc fieret, placuit publica authoritate decem conſtitui uiros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus: ut ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulas eboreas perſcriptas, pro Roſtris compoſuerūt, ut poſſent leges apertiùs percipi: datumq́ue eſt eis ius eo anno in ciuitate ſummum, uti & leges corrigerent, * ſi opus eſſet interpretarentur: neque prouocatio ab eis ſicut à reliquis magiſtratibus fieret. Qui & ipſi animaduerterunt aliquid deeſſe iſtis primis legibus: ideoq́ue ſequenti anno alias duas ad eaſdem tabulas adiecerunt, & ita ex accidenti appellatæ ſunt leges. 12. Tab. ¶ quarum ferendarum authorem fuiſſe Decemuiris Hermodorum quendam Epheſiū exulātem in Italia, quidam retulerunt. His legibus latis, cœpit (ut naturaliter euenire ſolet) ut interpretatio deſyderaret prudētium authoritatem, neceſſariamq́ue eſſe diſputationem fori. Hæc diſputatio, & hoc ius quod ſine ſcripto uenit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſignantur (datis proprijs nominibus cæteris partibus) ſed communi nomine appellatur ius ciuile. Deinde ex his legibus eodem ferè tempore actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent. Quas actiones ne populus prout uellet inſtitueret, & certas & ſolennes eſſe uoluerunt: & appellabatur hæc pars iuris, legis actiones. Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata ſunt, leges. 12. Tab. ex his fluere cœpit ius ciuile, ex iiſdem legis actiones compoſitæ ſunt. Omnium tamen harum & interpretandi ſciētia, & actiones, apud collegium* Pontificum *erant: ex quibus conſtituebatur quis quoque anno præeſſet priuatus. Et ferè populus annis propè cētū hac cõſuetudine uſus eſt. Poſtea cùm* Appius Claudius *compoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones,* Cneus Flauius *ſcriba eius, libertini filius, ſubreptum librum populo tradidit: & adeò gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fieret, & ſenator, & ædilis curulis. Hinc liber qui actiones continet, appellatur ius ciuile* Flauianum*: ſicut illud, ius ciuile* Papyrianum*. nam nec* Cneus Flauius *de ſuo quicquā adiecit libro. Augeſcente ciuitate, qui præerāt, quædam genera agendi compoſuerunt. Nec poſt multū temporis ſpatiū,* Sextus Aelius *alias actiones compoſuit, & librum populo dedit: qui appellatur ius* Aelianum*. Deinde cū eſſet in ciuitate lex. 12. Tabu. & ius ciuile, eſſent & legis actiones: euenit ut plebs in diſcordiā cū patribus perueniret, et ſecederet, ſibiq; iura cõſtitueret, quæ iura, plebiſcita uocātur.* Mox *cū reuocata eſſet plebs: quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebiſcitis, pro legibus placuit, & ea obſeruari, lege* Hortēſia *lata. Et ita factum eſt ut inter plebiſcita & leges ſpecies cõſtituendi intereſſet, poteſtas autē eſſet eadē.* ¶ *Deinde quia difficilè plebs cõuenire cœpit, populus certè multò difficilius, in tāta turba hominū: neceſſitas ipſa curā reipublicæ ad Senatū deduxit, & ita cœpit Senatus ſe interponere, & quicquid conſtituiſſet, obſeruabatur: idq́ue ius appellabatur ſenatuſcõſultū.* Eodē *tēpore magiſtratus iura reddebāt: & ut ſcirēt ciues quod ius de quaq; re quiſq; dicturus eſſet, ſeque præmunirent: edicta proponebant, quæ edicta Prætorum, ius honorarium conſtituerunt.* Honorariū *dicitur, quòd ab honore Prætoris uenerat.* Nouiſſimè *ſicut ad pauciores* ¶ *uiros iuris conſtituendi uia tranſiſſe, ipſis rebus dictātibus uidebatur: per partes euenit ut neceſſe eſſet reipublicæ per unum conſuli.* Nam *ſenatus non perinde omnes prouincias probè regere poterat.* Igitur *conſtituto* Principe*, datum eſt ei ius ut quod cõ-*

Margin notes:

* Alias etſi.

¶ Quid de his legib⁹ ſentiat Gellius. vide lib. 19. noctiū atticarum. cap. 1.

¶ Gelli. libro. 14. capite. 7.

¶ Plurium ne an pauciorū vel vnius administratio reipu. vtilior, Plat. Dialo. 8. de repu. & in lib. ciuili ſiue de regno. Ariſto. lib. 3. Politi. capi. 6. 7. 8. 9.

stituisset, ratum esset. Ita in ciuitate nostra aut iure, id est, lege cõstituitur. Aut est proprium ius ciuile, quod sine scripto in sola prudentium interpretatione consistit. Aut sunt legis actiones, quæ formam agendi continẽt. Aut plebiscitum, quod sine authoritate patrum est cõstitutum. Aut est magistratuum edictum, unde ius honorarium nascitur. Aut senatusconsultum, quod solo Senatu constituente inducitur sine lege. Aut est principalis constitutio, id est, ut quod ipse Princeps constituit, pro lege seruetur. Post originem iuris & processum cognitũ, consequẽs est ut de magistratuũ nominibus & origine cognoscamus: quia (ut exposuimus) per eos qui iuri dicundo præsunt,¶ effectus rei accipitur. Parũ est enim ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint. Post hæc deinde de autorum successione dicemus: quòd constare non possit ius, nisi sit aliquis iurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci. Quod ad magistratus attinet: In initio ciuitatis huius cõstat Reges omnem potestatem habuisse. Iisdem temporibus & Tribunum Celerum fuisse constat. Is autem erat qui equitibus præerat, & ueluti secundum locum à Regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui author fuit Reges eijciendi. Exactis deinde Regibus, Consules constituti sunt duo: penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est. Dicti sunt autem ab eo quod plurimùm reipublicæ consulerent. Qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi uendicarent, lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset, néue possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi, solum relictum est illis, ut coërcere possent, & in uincula publica duci iuberent. Post deinde cùm census maiori iam tempore augendus esset, & Consules non sufficerent: huic quoq; officio Censores ¶ constituti sunt. Populo deinde aucto, cùm crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur: interdum, re exigente, placuit maioris potestatis magistratum constitui. Itaque dictatores proditi sunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduersio data est. Hunc magistratum (quoniam summam potestatem habebat) fas non erat ultra sextum mensem retineri. Et his Dictatoribus Magistri equitum iungebantur, sic quomodo Regibus Tribuni Celerum, quod officium ferè tale erat, quale hodie præfectorum prætorio, magistratus tamen habebantur legitimi. Iisdem temporibus, cùm plebs à patribus secessisset, anno ferè septimodecimo post Reges exactos, Tribunos sibi in mõte sacro creauit, qui essent plebeij magistratus: dicti Tribuni, quòd olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur, uel quia tribuum suffragio creabantur. Itemque ut essent qui ædibus præessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat: duos ex plebe constituerunt, qui etiam Aediles appellati sunt. Deinde cùm ærarium populi auctius esse cœpisset, ut essent qui illi præessent, cõstituti sunt Quæstores, qui pecuniæ præessent: & dicti sunt ab eo quòd inquirendæ & conseruandæ pecuniæ caussa creati erant. Et quia (ut diximus) de capite ciuis Romani iniussu populi non erat lege permissum Consulibus ius dicere: propterea Quæstores ¶ constituebantur à populo, qui capitalibus rebus præessent. hique appellabantur Quæstores parricidij: quorum etiam meminit lex. 12. Tabu. Et cùm placuisset leges quoque ferri, latum est ad populũ, uti omnes magistratu se abdicarent: quoad Decemuiri constituti sunt anno uno. hi cùm magistratum prorogarent sibi & rem iniuriosè tractarent, nec uellent deinceps sufficere magistratus, ut ipsi & factio sua perpetuò rẽpublicam occupatam retinerent: nimia atque aspera dominatione eò rempublicam perduxerunt, ut exercitus à republica secederet. Initium fuisse secessionis dicitur Virgi-

¶ Huius loci enarrationẽ pete ex Cice. lib. 3. de legibus.

¶ Insignia cẽsoriæ seueritatis exẽpla refert Gelli. lib. 4. noct. atti. cap. 20. & Vale. libro. 2. tit. de censoria nota. Alex. ab alex. lib. 3. cap. 13.

¶ Vnde lib. 4. rheto. ad Herẽ. Quæstoris officiũ esse dicitur Accusatorẽ, reum, Testẽ in officio suo cõtinere.

nius quidam, qui cùm animaduertisset Appium claudium contra ius quod ipse ex ueteri iure in.12. Tabulas transtulerat, uindicias filiæ suæ à se ¶ abdixisse: & secundum eum qui in seruitutem ab eo suppositus petierat, dixisse: captumq; amore uirginis, omne fas atque nefas miscuisse, indignatus quòd uetustissima iuris obseruātia in persona filiæ suæ defecisset, (ut pote cùm Brutus, qui primus Romæ Consul fuit, uindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis Vitelliorum serui, qui proditionis coniurationem indicio suo detexerat) & castitatem filiæ suæ, uitæ quoque eius præferendam putaret: arrepto cultro de taberna lanionis, filiam interfecit: in hoc scilicet, ut morte uirginis, cōtumeliam stupri arceret. ac protinus recens à cæde, madentéque adhuc filiæ cruore, ad commilitones confugit: qui uniuersi de Algido, ubi tunc belli gerendi caussa legiones erant, relictis ducibus pristinis, signa in Auentinum transtulerunt: omnisque plebs urbana mox eodem se contulit: ita populi consensu, partim in carcere necati, partim in exiliū acti: Ita rursus resp. suū statum recepit. Deinde cùm post aliquot annos quàm .12. Tab. latæ sunt & plebs contenderet cum patribus, & uellet ex suo quoque corpore Consules creare, & patres recusarent: factum est ut Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, consulari potestate. hique cōstituti sunt uario numero, interdum enim uiginti fuerunt, interdum plures, nonnunquàm pauciores. Deinde cùm placuisset creari etiā ex plebe Cōsules, cœperūt ex utroq; corpore constitui. Tunc ut aliquo pluris patres haberentur: placuit duos ex numero patrum constitui, & ita facti sunt Aediles curules. Cùmque Consules auocarentur bellis finitimis, neque esset qui in ciuitate ius reddere posset, factum est ut Prætor quoque crearetur, ¶ qui urbanus appellatus est, quòd in urbe ius dicebat. Post aliquot deinde annos, nō sufficiēte eo Prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret, creatus est & alius Prætor, qui peregrinus appellatus est ab eo, quòd plærūq; inter peregrinos ius dicebat. Deinde cùm esset necessarius magistratus qui hastæ præesset, Centumuiri litibus iudicandis constituti sunt. Eodem tempore constituti sunt & Quatuoruiri, qui curam uiarū agerēt, & Triūuiri monetales, æris, argenti, auri flatores: & Triūuiri capitales, qui carceris custodiam haberent: ut cùm animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret. Et quia magistratibus, uespertinis temporibus in publicum esse inconueniens erat. Quinqueuiri constituti sunt cis Tyberim & ultra Tyberim, qui possent pro magistratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hyspania, deinde Narbonensi prouincia, totidem Prætores, quot prouinciæ in ditiones uenerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas cōstituit, ueluti de falso, de parricidio, de sicarijs, de iniurijs: & Prætores quatuor adiecit. Deinde Caius Iulius Cæsar duos Prætores, & duos Aediles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales, constituit. Itaq; duodecim Prætores, sex Aediles sunt creati. Diuus deinde Augu.16. Prætores constituit: pòst deinde diuus Claudius duos Prætores adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent: ex quibus unum diuus Titus detraxit, & adiecit unū diuus Nerua, qui inter fiscum & priuatos ius diceret. Ita decem & octo Prætores in ciuitate ius dicunt. Et hæc omnia, quoties in republica sunt magistratus, obseruantur. Quoties autem proficiscūtur, unus relinquitur qui ius dicat, isque uocatur præfectus urbis: qui præfectus ita olim constituebatur. postea uerò Latinarum feriarum caussa introductus est: ¶ & quotannis obseruatur. Sanè præfectus annonæ, & uigilum, quanquam nō sunt magi-

¶ Abiudicasse. Bud.

De officio Aediliū Pla. dia. sexto de legibus.

¶ Prætorum creationē, numerum, ius, potestatē diffuse explicat Alexan. ab Alexan. lib. 2. Genial. die. ca. 15.

¶ Gelli li. 14. cap. 8.

magistratus, sed extra ordinem, utilitatis caussa constituti, & tamen ij quos cis Tyberim diximus, postea Aediles senatusconsulto creabantur. Ergo ex his omnibus, decem Tribuni plebis, duo Consules, decem & octo Pratores, & sex Aediles in ciuitate iura reddebant. Iuris ciuilis scientiã plurimi & maximi uiri professi sunt: sed qui maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt, in præsenti eorum mentio habenda est, ut appareat à quibus, & qualibus hæc iura orta & introducta sint. Et quidem ex omnibus qui scientiam nacti sunt, ante Tyberium Coruncanum, publicè professum neminem traditur: cæteri autem adhuc uel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, solumque cõsultatoribus uacare potiùs quàm discere uolentibus se præstabant. Fuit autem in primis peritus Sextus Papyrius, qui leges Regias in unum contulit. Ad hoc Appius Claudius, unus ex Decemuiris, cuius maximum consilium in. 12. Tab. scribendis fuit. Post hunc Appius Claudius eiusdem generis maximam scientiam habuit. hic Cæcus appellatus est: & Appiam uiam strauit, & Claudiam aquam induxit, & de Pyrro in urbem non recipiendo sententiam tulit. Hunc etiam actiones scripsisse traditum est, primúmq; de Vsurpationibus: qui liber nõ extat. Idem Appius Claudius usu, qui uidetur ab hoc processisse R. literã inuenit, ut pro Valesijs Valerijs esset, & pro Fusijs Furijs. Fuit post eos maximæ scientiæ Semprouius, quem populus Romanus Sophon appellauit: nec quisquam ante hunc hoc nomine cognominatus est. Sed & Caius Scipio Nasica, qui optimus à Senatu appellatus est: cui etiã publica domus in sacra uia data est, quò faciliùs cõsuli posset. Deinde Quintus Fabius, qui ad Carthaginenses missus legatus, cùm essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli: arbitrio sibi dato, utram uellet, referret Romam, utramque sustulit: & ait Carthaginenses petere debere, utram mallent accipere. Post hos fuit Tyberius Coruncanus (ut dixi) qui primus profiteri cœpit: cuius tamen scriptũ nullũ extat, licet responsa complura & memorabilia eius fuerint. Deinde Sextus Aelius, & frater eius Publius Aelius, ac filius, & Publius Attilius, maximam sciẽtiam in profitendo habuerũt: & duo Aelij etiam Consules fuerunt. Attilius autẽ primus à populo sapiens appellatus est. Sextũ Aelium etiam Ennius laudauit, & extat illius liber, qui inscribitur Tripertita: qui ueluti iuris cunabula cõtinet. Tripertita autem dicitur, quoniã lege. 12. Tabu. præposita, iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio. Eiusdem esse tres alij libri referuntur, quos tamen quidam negant eiusdem esse. Hos sectatus est deinde ad aliquid Marcus Cato, princeps Porciæ familiæ, cuius & libri extant, sed plurimi * filij eius, ex quibus cæteri oriuntur. Post hos fuerũt Publius Mutius, & Brutus, & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile. Ex his Publius Mutius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres: & extant uolumina inscripta, Manilij monimenta. Illi duo consulares fuerũt, Brutus prætorius, Publius autẽ Mutius etiã pontifex maximus. Ab his profecti sunt Publius Rutilius Ruffus, qui Romæ Cõsul, & Asiæ Proconsul fuit: Paulus Virginius, & Quintus Tubero ille Stoicus, Panætij auditor, qui & ipse Consul: etiam Sextus Pompeius, Cnei Pompeij patruus. Fuit & eodem tempore Cælius Antipater, qui historias conscripsit: sed plùs eloquentiæ, quàm scientiæ iuris operam dedit. Etiam Lucius Crassus frater Publij Mutij, qui Munianus * dictus est. (hunc Cicero ait iuriscõsultorum disertissimum.) ¶ Post hos Quintus Mutius Publij filius, pontifex maximus, ius ciuile primus cõstituit, generatim in libros decem & octo redigẽdo. Mutij auditores fuerunt complures: sed præcipuæ authoritatis Gallus Aquilius,

* Libri.

* Alias Mutianus.

¶ Hæc verba Bud. ad Q. Mutiũ, nõ ad P. Mutiũ refert ex Cic. in Bruto.

lius, Balbus Lucilius, Sextus Papyrius, Caius, Iuuentius: ex quibus Gallũ maximæ authoritatis apud populum fuisse Seruius dicit. Omnes tamen hi à Seruio Sulpitio nominantur: alioqui per se eorum scripta non talia extant, ut ea omnes appetant. Deniq; nec uersantur omnino scripta eorum inter manus hominum: sed Seruius libros suos compleuit, ex cuius scriptura, ipsorum quoque memoria habetur. Seruius autem Sulpitius, cùm in caussis orandis primum locum aut certè post Marcum Tullium obtineret, traditur ad consulendum Quintum Mutium de re amici sui peruenisse: cumq; eum sibi respondẽtem de iure, Seruius parum intellexisset, & iterum Quintum Mutium interrogasset, & à Quinto Mutio responsum esset, nec tamen percepisset, & ita obiurgatum esse à Quinto Mutio: nanque eum dixisse, turpe esse patricio & nobili uiro caussas exorãti, ius in quo uersaretur, ignorare. Ea uelut contumelia Seruius tactus, operam dedit iuri ciuili, & plurimũ eos de quibus locuti sumus, audiuit: instructus à Balbo Lucilio, instructus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinnæ. Itaq; libri complures eius extãt Cercinnæ confecti. Hic cùm in legatione periisset, statuam ei populus Romanus pro Rostris posuit, & Hostiæ extat pro Rostris Augusti. Huius uolumina cõpluria extant, reliquit autem propè centum & octoginta libros. Ab hoc plurimi profecerunt: ferè tamen hi libros conscripserunt Alphenus Varus, Caius Aulus Offilius, Titius Cæsius, Aufidius Tucca, Aufidius Namusa, Flauius Priscus, Caius Atteius Pacuuius, Labeo Antistius Labeonis Antistij pater, Cinna, Publicius Gellius. ex his enim decem, octo libros conscripserunt: quorum omnes qui fuerunt, libri digesti sunt ab Aufidio Namusa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimùm authoritatis habuit Alphenus Varus, & Aulus Offilius: ex quibus Varus Consul fuit, Offilius in equestri ordine perseuerauit. Is fuit Cæsari familiarissimus, & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. Nam de legibus uicesimæ primus conscripsit, & de iurisdictione. Idem edictum Prætoris primum diligenter composuit. Nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum quàm breuissimos ad edictum subscriptos, reliquit. Fuit eodem tempore & Trebatius, qui idẽ Cornelij * Maximi auditor fuit. Aulus Cassellus, & Quintus Mutius Volusij auditor. Denique in illius honorẽ, testamento Publium Mutium nepotem eius reliquit hæredem. Fuit autem Quæstorius: nec ultrà procedere uoluit, cùm Augustus illi etiam Consulatum offerret. Ex his Trebatius peritior Cassellio, Cassellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Offilius utroq; doctior. Cassellij scripta non extant, nisi unus liber Bene dictorum: Trebatij complures, sed minùs frequentantur. Post hos quoque Tubero fuit, qui Offilio operam dedit. fuit autem patricius, & transijt à caussis agendis ad ius ciuile: maximè postquam Quintum Ligarium accusauit, nec obtinuit apud Caium Cæsarem. Is est Quintus Ligarius, qui cum Aphricæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquam haurire: quo nomine eum accusauit, & Cicero defendit: & eius extat oratio sanè pulcherrima, quæ inscribitur, Pro Quinto Ligario. Et Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici & priuati: & complures utriusque operis libros reliquit. Sermone tamen antiquo usus affectauit scribere, & ideo parum libri eius grati habentur. Post hunc maximæ authoritatis fuerunt Atteius Capito, qui Offilium secutus est, & Antistius ¶ Labeo, qui omnes hos audiuit, institutus est autem à Trebatio. Ex his Atteius Consul fuit. Labeo noluit, cũ ei offerretur ab Augusto Consulatus, quo suffectus fieret, & bo-

* Alias maximus.

¶ Gellius li. 13. cap. 10.

& honorem susciperet: sed plurimam studijs operam dedit, & totum annum ita diuiserat, ut Romæ sex menses cum studiosis esset, & secederet sex mensibus, & conscribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadraginta uolumina, ex quibus plurima *inter manus uersantur. Hi duo primùm ueluti diuersas sectas fecerunt.* Nam Atteius *Capito in ijs, quæ ei tradita fuerant, perseuerabat: Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ fretus, quod & præ cæteris sapientiæ operam dederat,* plurima innouare *instituit, & ita Atteio Capitoni Masurius Sabinus successit,* Labeoni Nerua, *qui adhuc eas dissensiones auxerunt.* Hic etiam Nerua *familiarissimus* Cæsari *fuit. Masurius Sabinus in equestri ordine fuit, & publicè primus respōdit, posteaquàm hoc cœpit beneficio dari (à Tyberio enim Cæsare hoc tum illi concessum erat) Et ut obiter sciamus, ante tempora Augusti, publicè respondendi ius, nō à principibus dabatur, sed qui fiduciā studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant: neque responsa utique signata dabāt, sed plerūq; iudicibus ipsis scribebant aut testabātur, qui illos cōsuluerāt.*

Primus diuus Augustus, ut maior iuris authoritas haberetur, constituit, ut ex authoritate eius responderent: & ex illo tēpore peti hoc pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Adrianus, *cùm ab eo uiri prætorij peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit eis: hoc non peti, sed præstari solere: & ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se, populo ad respondendum se præpararet.* Ergo Sabino *concessum est à* Tyberio Cæ*sare, ut populo responderet, cùm in equestrem ordinem iam grandis natu, & ferè annorum quinquaginta, receptus esset.* Huic *nec amplæ facultates fuerunt, sed plurimùm à suis auditoribus sustentatus est.* Huic *successit* Caius Cassius Longinus *natus ex filia* Tuberonis, *quæ fuit neptis* Seruij Sulpitij: *& ideo proauum suum* Seruium Sulpitium *appellauit.* Is *& Consul fuit cum* Quartino, *temporibus* Tyberij, *& plurimùm in ciuitate authoritatis habuit, eousque donec* Cæsar *eum ciuitate expelleret.* Expulsus *ab eo in Sardiniam, reuocatus à* Vespasiano, *diem suum obijt.* Neruæ *successit* Proculus. Fuit *eo tempore &* Nerua *filius.* Fuit *& alius* Longinus *ex equestri quidem ordine, qui postea ad* Præturam *usque peruenit: sed* Proculi *authoritas maior fuit (nam & ipse plurimùm potuit)* Appellati*q; sunt partim* Cassiani, *partim* Proculiani: *quæ origo à* Capitone *&* Labeone *cœperat.* Cassio Cælius Sabinus *successit, qui plurimùm temporibus* Vespasiani *potuit:* Proculo Pegasus, *qui tēporibus* Vespasiani *præfectus urbi fuit:* Cæ*lio* Sabino Priscus Iauolenus, Pegaso Celsus *pater, patri* Celso, Celsus *filius, &* Priscus Neratius, *qui utrique* Consules *fuerunt.* Celso *quidem,* ¶ *& item* Iauoleno Prisco, Aburnus Valens, *&* Tuscianus, *item* Saluius Iulianus.

¶ Et iterum. P.F.

Ait, Manu Regis, &c. Arbitrio hominis, non legis, resp. priuatæque controuersiæ componebantur, incertique maximè erant ob id negotiorum exitus. Quod tamen thema ab Aristotele in vtrāq; partem tractatum extat: [a] Legisne an magistratus imperio parendum sit potiùs? Ait lex, Curias, &c. Tribus quatuor Romæ erāt, quatuor regionibus vrbis diuisæ, [b] & triginta curiæ, [c] quibus deinde quinq; accesserunt. [d] Sunt qui tribus, & curias confuderunt. De curijs municipiorum, & curialibus vel decurionibus, alibi dicendum. [e] Ait, Curiatas ad populum, &c. Curiatas leges vocat ab eisdem curijs: quia populus curiatim conuocatus, suffragia ferebat in lege ferenda. [f] Ait, Lege tribunitia. Tribunitiam legem vocat plæbiscitum, Tribuno plebis interrogāte constitutum ius, anno ferè trigesimo octauo à Regibus electis. Nam decemuiri anno ferè. 58. creati sunt. Ait, Incerto magis iure. Incertum ius dicebatur arbitrio magistratuum: vti nunc quoq; ex æquo bono iudicatur, id est quod recta ratio suadet ius dicitur, si quando lex, vel communis, uel municipalis desideretur. [g] Consuetudo verò in quibusdam negotijs valuit, quæ lege duodecim lata, vel antiquata fuit, vel etiam in ius. quæ lege perscripta non erant, deinceps obseruata. Nam proximo titulo inter partes iuris resumitur latiùs tractanda. Ait lex, Per quos petetentur.

a. in politi.
b. Pli.
c. Hie.
d. Festus.
e. inf. de decu. & lib. eo.
f. Gell.
g. not. l. 2. C. quæ sit. Longa consue.

petetentur. Non tamē omnes decē Athenas, & Lacedęmona profecti sunt, sed per eos missi sunt legati: per se enim facere videtur qui per alium facit. [b] Ait, Neq; prouocatio. A Regibus non appellabatur ad populum vti inferius scripsit, neq; à decemuiris. Ait, Sed communi. Nomen commune multis speciebus, plærūq; coangustari solet ad eam speciem quæ suum nomen non babet.[i] Alias huius verbi significationes titulus superior demōstrat. Ait lex, Legis actiones. Legis actionem accipe latiùs pro omni intentione, postulatione, præscriptione vel exceptione, atq; eiusmodi alijs, quæ apud magistratum, vel eius imperio agūtur ex lege: & pro formulis de his omnibus traditis, quæ à iuris prudentibus certis verbis conceptæ, compositæq; fuerunt, vt omnibus interessent, [k] *intenditz, escriptures, additions, responsifz, reproches, contredictz, soustenementz, saluations, requestes, exploictz de court*, & alia in quibus hodie quoq; opera opus est peritorum: non tantū legum doctorum, *la practique, & les practiciens*, appellamus. Satis tamen est conuenire negotio, nec tā solenes atq; olim, desiderantur formulæ. [l] Ait deinde, Apud collegiū Pontificū. Iudicia à Pontificibus impetrabantur, qui hoc tempore iurisperiti erant: [m] quod munus deinceps ad Prætores peruenit, qui iudicia dabant nūc pura, nunc addita in iudicium exceptione.[n] Sed constitutionibus Principum solēnia actionum, & impetrationes sublatæ tandem fuerunt. [o] Ait, Ex quibus constituebatur obtinendæ, atque augendæ potentiæ suæ caussa, peruulgari ius ciuile noluerūt Pontifices, [p] atq; ex suo corpore præficiebāt quotānis qui iudicia daret, & ius interpretaretur. Ait lex, Propè cētū annis. An tāto tēpore vixit Appius Claudius decēuir? an potiùs de alio Claudio, nimirū Aedile, hæc dicuntur? Ait, scriba eius. Scribarum honestus ordo erat, quibus tabulæ publicæ, & leges cōmittebantur. [q] Cneū Flauium Aedilis curulis scribā fuisse, & deinde Aedilē factū, Valerius lib. 2. & Gellius lib. 6. authores sunt: vt probabile sit Appiū suprascriptū Aedilem fuisse, & in ea Aedilitate Flauium scribā eius, surripuisse formas agendi, quas cōceperat Appius. Ait, vt plębs. Hæc secessio facta est anno ferè decimoseptimo à Regibus eiectis: altera anno sexagesimo, vt Cicero ait de finibus, qua tribunitiā potestatē, & prouocationē adēptā per decēuiratum, repetijt plębs. Ait, Potestas esset eadē. Hortensius dictator legem tulit centuriatā, vt nobilitas plæbiscitis teneretur: [t] postquam lege tribunitia exoleuerunt Regiæ leges. [u] Eodē tēpore enim & leges consulares, & plæbiscita ferebantur, vt verba sequentia arguunt. Ait, Eodē tēpore. Prætores in vrbe ius reddebāt, & Aediles, qui edicta proponebāt, id est proscribebāt albis literis, præmonentes ciues quod ius dicturi essent de re quaq;. Si quis furtum manifestum fecerit, in eum ei cuius interest, quadrupli actionem dabo: [x] id est vel ad agendū apud me tanti admittam, vel formam dabo actionis, & iudicij, quā ad iudicem datū dirigā, qui tāti ius dicet: [y] Sed formā edictorū passim obseruabis. j. suo loco. Ea sine ordine proposita asseruabātur, nec perpetuò ex eis qui proposuerāt, suo anno ius reddebāt, donec à Cornelio lata est lex, vt ex edictis suis perpetuis ius dicerēt. [z] Quæ omnia deinde in vnū cōposita fuēre per prudētes, & ad illud edictū libri cōmentariorū ab eis relicti sunt permulti: [a] ex quibus bona pars huius operis coacta: quod ex indice per Tribonianū præfixo his digestis, rescire est. [b] Porrò hoc ius prætoriū, & honorarium dictū est: quòd ad honorē Prætoris venerat, id est nō quòd ius propriè esset, receptū est à populo, sed in honorem magistratuū perpetuò deinceps obseruatum. Cuius portio veluti quædā habebatur ædiliū curuliū edictum, quòd eadē ratione receptum ius esset. [c] Ait, Ad pauciores. A populo ad plębē, ab his ad Senatum, & magistratus: à Senatu ad Principē, via, id est ratio hæc ciuilis iuris cōstituendi gradatim trāsiuit propter multitudinem hominū, & factiones, quæ à pluribus rēp. tam cōmodè atq; ab vno Principe cōstitui non ferebāt. Et hæc quidem de statu reip. ab Aristotele quæstio in vtrāq; partē tractatur: Ab vnóne an pluribus regi cōueniat. [d] Cuius sententiā de vno Principe, Pōponius hic probat: & Appianus à Caio Cæsare vsq; ad Hadrianū mirum in modum creuisse imperiū Romanum scripsit. Ait, Omnes prouincias. Sub Imperatoribus Senatus adhuc quasdā prouincias rexit per procōsules, & senatuscōsulta fecit: quod ex Trāquillo in Augusto, & vopisco in probo disces. [e] Prouincias tamē validiores Augustus regēdas suscepit, quod Pōponius significat. Ait, Vt quod cōstituisset. Nō hoc ait, Senatum nō potuisse ius facere post Imperatores creatos, [f] sed ipsos Imperatores sine Senatu ius cōstituisse. Idē de populo, & plæbe, multò magis dicendū videbatur: nisi Iustinianus legē Regiā aliter interpretaretur: [g] nimirū Imperatorē demum, vel cui is permittat, leges cōstituere. Ait, Ita in ciuitate. Cōcludit hūc locum de origine iuris & processu, in qua cōclusione, iuris, & legis verbo, propria, specialiue significatione, leges ad populum latas complectitur: alibi plæbiscita, legis appelatione videntur cōtineri, [h] ꝙ lege Hortēsia eandē authoritatē acceperint, & ad bonā partē populi ferātur, id est in mediū adferantur, vt sciscat, cōstituát ve quod rogāt Tribuni plæbis. Proprium verò ius ciuile, id est speciale, vocat interpretationē prudentiū, licet cōmuni nomine iuris ciuilis appelletur: quo modo alibi proprium quoddā ius lex vocat, ꝙ nominare nō potest ob varias figuras caussarum ex quibus venit. [i] Ait lex, Post originē. Magistratus, vt magister, à moderādo dictus est: [k] nā magistrare est moderari. Alij quòd magis quàm cæteri præstet in aliqua re vel à monēdo, & mōstrando dici putant. [l] Vtcumque sit qui præsunt reip. magistratus vocātur, siue summū ius habeāt, vt decēuiri & Principes: siue potestatē, [m] imperiūue alij obnoxiū, vt Prætores. Sæpe tamē quod Princeps egregius sit, magistratus appellatio ad inferiores coarctari solet, [n] & interdū ad

b. c. moses. & seq. di. 7. c. qui per. de reg. iur.
i. l. 2. j. de ado.
insti. eo. in princ.
k. l. barba. j. de offi. præt.
l. 4. j. de Ado.
Cice. pro Mure.
l. C. de for. l.
si. C. de inter.
§. si. insti. eo.
m. Cicer. 2. de ll. j. ea. l. §. post hos.
n. Cicer. lib. 2. Rheto. & pro Cecin.
o. C. de form.
p. Cicer. lib. j. de orat.
q. Cic. in Verr.
r. j. ea. l.
s. l. j. lib. 3.
t. Gell. Liuius. j. ea. l.
u. §. ea l.
x. insti. de ob. ex deli. §. si j. de furt.
y. arg. j. de ijs q. deie. l. j. Cic. in Ver. Theophi. interd.
z. Asco. pro Corne. Cice. in Verr.
a. j. ea. l.
b. §. const. 3.
c. l. 5 j. de ver. obl. Theophi. §. præt. de iur. nat.
d. in politi.
e. l. non ambi. j. eo.
f. d. l. non ambi. j. de ll.
g cōsti. j §. & consti. 3 l j. & si. C. de ll.
h. l. j. j. ad l. aquil. j. de ll. 10 rub j. de offi.
e. l. j. insti. de Fideicō. hær. in prin
i. l. j. j. de actio. arg. l. rogasti. j. de præs. ver.
k. Festus.
l l. cui præci. j. de verb. sig.
m j. ea. l.
n. l. 2. j. de ador.

magiſtratus municipales, pro ſubiecta materia. Quod verbum, vt imperium, poteſtas, officium,
e j. ea l. ib. miniſterium, nunc ad perſonas, nunc ad honorem ipſum, vel actionẽ reſpicit. [e] Sed de magiſtra-
tibus infrà dicam ſub titulis proprijs. Concludit hunc locum Pomponius, decem tribunos plæ-
bis, duos conſules, decem & octo Prætores, ſex Aediles, de diuerſis rebus, ius in ciuitate eodem
tempore reddidiſſe. Aediles plæbis ergo præter curam ædium Cereris (vbi plæbiſcita & ſenatuſ-
p. l. j. conſulta aſſeruabant) [p] iis dixerunt de quibuſdã cauſsis, vt de menſuris apud Iuuenal. & Perſiũ:
Aediles curules, qui ex nobilitate creabantur, & ſella curuli in iure dicundo vtebãtur, curatores
vrbis, annonæ, ludorũ ſolẽniũ fuère: & de vijs, deq; morboſis animalibus vẽditis, ius reddebãt,
& edicta proponebãt. [q] Quos tamen, neſcio quis, *maiſtres maçons*, fuiſſe libro edito, prodidit. Cõ-
q j de via pub. ſules, & Senatus, de quibuſdã cauſsis etiã ius dicebãt ſoli, quòd prætoria cognitione maior eſſet
& j. de ædil. ſumma: [r] & appellationes à iudicibus ad eos fiebãt, & iudices dabãt, & deniq; ex legũ præſcripto
edi. iudicare non tenebantur, ſed deprecatio apud eos valebat. [ſ] Ait, Iuris ciuilis. In hac parte tertia
r. Quintil. huius hyſtoriæ, de prudentibus iuris, hæc cum primis notabis. Ante Coruncanũ nemo profeſſus
ſ. Tranquill. eſt, ſed in latenti ius ciuile retinebãt, & cõſultatoribus cõſulebãt: vti hodie apud Frãcia, alij do-
Quintil. ctores ſunt, alij tãtùm, *les practiciens*, cõſulunt, alioqui in latẽti, &c. Appius Claudius cæcus actio-
nes ſcripſit, de quo intelligi poteſt quod ſuprà dixi de Aedile, cuius ſcriba fuit Flauius. Antipater
plùs eloquentiæ quàm iuris ſciẽtiæ operã dedit: quales hodie apud Gallos eſſe animaduerto. Ser-
uius, quòd orator iã ad ius ciuile animum applicauerit, multos libros, & inſignes auditores reli-
quit. Ofilius primus diligenter edictum Prætoris cõpoſuit: qui. Trebatio, & Caſcellio peritior,
plus practiciem, Caſcellius eloquentior, *mieulx parlant*. Trebatij libri in pretio habiti nõ ſunt, quod
rudiùs ſcripti eſſent: id quod Bartolis omnibus conijcio breui euenturum. Tubero doctiſsimus
fuit iuris, qui & ipſe orator fuerat, vti Seruius. Id quod iudicio quorundã ætatis noſtræ, parum
cõgruit: qui mundioribus literis inſtitutos, nunquam in iure promoturos dictitarunt. Sed hoc
iudicium ſtultitiæ pleniſsimum eſt, & indignum quod refellatur. Labeo qui ſapientiæ operam
dederat, honores cõtempſit, & ſtudijs plurimùm delectatus eſt, & denique multa innouauit quæ
ab alijs acceperat: contrà Capito in ijs perſtitit, quæ ei tradita fuerant. His ſimiles noſtra ætas
tulit, quorum alij nefas putant vel latum pilum recedere à Bartoli opinione: alij qui doctiores
ſunt, quod verum, atque decens curant cum Horatio, nullius addicti, iurare in verba magiſtri.
Sabinus primus de iure publicè reſpondit, id eſt authoritate publica, *il fuſt le premier docteur, ou conſeil publicq*. Hadrianus permiſit omnibus qui id poſſent, reſpondere. Illud accendat hic iuuen-
tutẽ, quòd ſiue honeſto quis moueatur, ſiue vtili, danda ſit opera iuri ciuili. Nam qui ambitione
populari capitur, nulla alia via ad honores ſummos peruenire poteſt faciliùs: qui verò ſola hone
ſtate, tacita æqui & boni cõſciẽtia, & publica vtilitate delectatur, exẽpla habet apud Labeonẽ,
& Sabinũ: qui non honores, non opes ſuis ſtudijs cõſequuti ſunt, hoc ſolo cõtenti, quòd ſua arte
cõſequi potuerint (quã quęuis alit regio) ſumma omnia, & publicè priuatimq; multis profuerint.
Non prætenbo ſilẽtio, quod Iuſtinianus legũlator hic probat in pijs auditoribus, qui ſuũ Sabi-
nũ, munificẽtia ſecurũ rei familiaris reddiderunt: ne Biantis exẽplo, relicta ſchola, probaret ſa-
pientem vbi viſum eſt, ditari poſſe. Et noſtra quidem ætas tã paucos obſeruauit dignos qui ſuo
Sabino in doctrinam, & prudentiam ſuccederent, quàm vidit pios quaſi in parentem. Sectas
t. conſt 3 §. autem iureconſultorum Iuſtinianus ſuſtulit, cùm eis eatenus demum reſpõdere vel litigatori-
bus, vel iudicibus, & profiteri ius permiſit, quatenus ſcriptis ab eo legibus probari queat. [t]

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Reges Frãci ad ſuas leges originẽ ſuæ dictionis, iuriſq; Gallicani repetere ſolẽt, vt legẽ Salicã
anno tertio regni Faramũdi perlatã, & perſuaſorijs vtũtur exordijs: [a] quod genus legiſlationis
a. Francis die n n præſcri. cõtr. le Roy. Plato laudat, & leges duplices appellat: vt illas quæ ſine præfatione emittũtur, ſimplices leges. [b]
Fruſtrà enim leges ponuntur, niſi orationis vi perſuaſus populus à legũlatore, obſeruet: [c] qua de
b. d. dial. 4. re pulchrè Cicero in Rhetoricis. Triginta curiarum imago in ciuitate Biturigum cernitur in
c c. in ſitis. di. 4. quatuor partes diuiſa, & triginta duas quaſi curias, quarum ſingulæ ſingulos curiales habent,
qui de rebus ciuitatis ſententiam dicere ſolent. Lex Salica lata fuit populo curiatim conuocato,
& ſuffragia ferente, ſub primo Franco Rege Faramundo: nunc Reges, vt Romani Imperato-
d d. l j. & fi. C. de. ll. res, leges ſuas ad populũ non ferunt: ſed ſcriptas populo promulgant obſeruãdas. [d] Frãcia deſi-
derat Papyrium aliquem, qui leges Regias ſine ordine latas, in ordinem cõficiat: vti Ofilius, &
Saluius Iulianus, edicta Prætorum diſperſa collegerunt, & compoſuerunt in vnum, nihil de ſuo
e. j ea l. & cõſti 3. §. adijcientes. [e] In ciuitate Biturigum imaginem animaduertimus iudiciorum populi in crimi-
num executione, ſed tamen prouocatio eſt ad Regem, [f] id eſt ad præfecturam prætorianam,
f. Tit. des iuges. Biturig. quæ pro Rege ſummum ius exercet in iudicijs, non etiã in legibus corrigendis. Hoc genus iuris
quod interpretationem prudentium vocat Põponius, vulgò Frãci appellãt, *practiquer les loix*, hoc
g. l. ſeruitutes. j. de ſerui. vel illo modo: quod iureconſulti deinde ſignificarunt his verbis. Et hoc iure vtimur. [g] Exemplũ
h. Francis. accipe. Lex Regia ſancit, vt vocatis ad iudicium edatur actio: [h] ex diſputatione diuerſa fori, &
prudentium authoritate, hoc iure vtuntur alibi, vt libellus cõuentionalis per viatorem mitta-
tur ad eum qui vocatur in ius: alibi ſummatim viator exprimit cauſſam cur in ius vocet. Ea-
dem quidem lex, ſed varia praxis ex diſputatione fori, & authoritate prudentium venit ſine
ſcripto

ſcripto: quod deinde conſcriptum, compoſitumq́ue à iuris perito, propter authoritatem prudentium obſeruatur, non quòd à priuatis compoſitum ſit. [l] Quò pertinet vſus fori, quem ſtylum curiæ Franci appellant vulgò. Legis actiones apud Francos non ineptè, vt dixi, *appelles intenditz, eſcriptures, additions, reſponſifz, reproches, contreditz, ſouſtenementz, ſaluations, requeſtes, exploictz de court*, & alia in quibus hodie quoque opera opus eſt peritorum: non tantùm legum doctorum, *la practique & les practiciens* appellamus. Simile iuri Flauiano, atque Aeliano eſt, quod à peritis componitur de vſu forenſi, & praxi, *la practique*. Apud Francos plebs eſt, *le tiers eſtat*. Senatuſconſultis ſimilia ſunt decreta, quæ à ſummo conceſſu euulgantur in Francia, *Ordonnances de la court de Parlement, ou du grand Conſeil*. Leges & plebiſcita, apud nos, vti apud Romanos, non feruntur: niſi fortè de re ad exemplum valde pertinente, Rex vel interrex, ferat ad populum, ex tribus ordinibus conſtãtem, nobilibus clericis, & plæbe: [k] quo modo lex Salica perlata fuit. Iuris conſtituendi poteſtatem, Reges Franci iure ſuo ſibi vendicãt: vt nec leges municipales quidem citra Regis authoritatem ſcriptæ, vel mores regionum, vim iuris habeant. [l] Præfecturæ prætorianæ (ſic appello aulicum conſilium & parlamenta) hoc ſibi ſciente Rege arrogant, vt ius conſtituant intra ſuæ iuriſdictionis fines, modò legibus Regijs non aduerſetur. [m] In ſumma de magiſtratibus id dicendum, apud Francos Regem ijs opponendum, qui ſummum ius diuerſo tempore habuerunt: quales fuerant Reges ſeptem, cõſules, Decemuiri, Dictatores, tribuni militum. Non quòd ſimiles ſint per omnia, ſed quòd inſtar illorum ſummum ius habeat. Tribuno celerum, Magiſtro equitum vnico, præfecto prætorij vnico (qui ſecundum locũ tenebant in re præſertim militari) nos Conſtabularium opponemus: in re ciuili, præfecto prætorij Cancellarium. Cenſoribus qui tributum curabant (quos indictionales, oblationales, & canonarios magiſtratus appellare poſſumus) comparamus, *les Generaulx de France, quon appelle les Generaulx des eſleuz, les maiſtres des comptes, &c.* Tribunos plæbis, aut Aediles plæbeios, Francia non nouit: vbi à Principe magiſtratus creantur tam ex plæbe, quàm ex nobilitate: nobilibus tamen iudices maiores, vt præſidales, ius dicunt. [n] Quæſtorũ ærarij munus obeunt, *les threſoriers de France, les Generaulx des finances, les recepueurs Generaulx, & les recepueurs des amendes, &c.* [o] Quæſtoribus parricidij, id eſt homicidij, munere eſt ſimilis quodam tenus, *le preuoſt de Paris, ou ſon lieutenant criminel*. Aediles curules Gallia non habet. Prætori antiquo in reddendo iure ciuibus, ſimilis eſt, *le lieutenant Ciuil à Paris, ou le preuoſt*: in dandis verò iudicijs, reſtitutionibus in integrum, &c. eius officium facit Cancellarius, Regis nomine. Non eſt tamen alius vrbanus, alius peregrinus, &c. Sed in dicendo iure alij in vrbe Pariſiorũ, alij in prouincijs ius reddũt: *les Seneſchaulx, & baillifz, ou leurs lieutenãtz*: & promiſcuè tã de pecunia, quàm de rebus capitalibus ferè cognoſcunt. Haſtæ cẽtumuirali nõ abſimilis eſt curia ſuprema Pariſiorum, cùm priuatas cauſſas, ciuiléſve dirimit: cõſilio verò iudicum, cùm publica iudicia exercet, prætore vtriq; præſidente, & cogente conſilium, quẽ appellamus, *le Preſident*. Triumuiris monetalibus conferes, *les Generaulx de la monoye*. [p] quatuorviros viarum curatores non habemus, vel triumuiros carceris curam habentes: ſed tantùm cuſtodes, & commentarienſes, qui magiſtratus nõ ſunt: *les Geoliers, & leurs clercz*. [q] Quinqueuiri non erant magiſtratus, ſed veſpertinis temporibus pro magiſtratibus fungebãtur, id eſt faciebant officiũ: vnde functionem recipere in ſuo genere dicitur quod mutuò datur: quòd tanti valeat vna ſpecies quanti altera eius generis: [r] & alibi pretia rerum communiter funguntur, id eſt omnibus tanti ſunt: [ſ] vt hic tantùm poſſunt quinqueuiri, *les commis des magiſtratz*, quantũ magiſtratus. Sed Gallia ex hac cauſſa quinqueuiros non habet. Præfectus vrbi non ſine cauſſa dicetur, *le preuoſt de Paris*: cuius exemplo & in municipijs præfectos habet Francia. Pariſiorũ præfectus ſub ſe habet ciuilem, & criminalem legatum, & vicarium, qui & ipſi hodie ſunt Regij magiſtratus, & ſimiles prætoribus quibuſdam, quos hic Pomponius memorat. Præfectus annonæ, & vigilũ, ordinarij magiſtratus non erant, quia extra ordinem, non quotánis vt cæteri creabantur. Horũ iuriſdictionem in Francia ordinarij magiſtratus, vt præfectus vrbi, exercẽt: licet vigilibus præficiatur, quẽ appellamus, *le cheualier du Guet, ou maiſtre du Guet*. [t] Quæ ſenatus, & conſulum propria fuiſſe diximus. hodie in Gallia ſupremæ curiæ videntur conuenire: [u] vt & centũuirali iudicio, & cõſilio iudicũ, & ſenatui, diuerſis tamẽ tẽporibus, parlamentũ poſsit cõparari. Poſt Conſtantinũ, præfecturis prætorianis ego cõferre ſoleo parlamẽta, & alios in eadẽ hæreſi eſſe video. [x] Sed ſuo loco inferiùs, pluſcula de his dicendum. D. Hadriani inſtitutũ in Gallia obſeruatur ferè in conſulẽdo, nõ in patrocinando, vel profitendo: quod minùs publicè datur in foro, & academijs. [y] Apud Galliã reſponſa ſubſcripta dare iureconſulti ſolẽt, ad mouẽdos iudices plærumq; per litigatores extorta: vbi exemplo veterũ ſe putare, vel opinari ſcribũt, nulla adducta lege, qua cur ita opinẽtur, ſuadeãt. [z] Subſcribũt & ſentẽtijs iudicũ ex lege Regia: [a] & cõſulũt alioqui eiſdẽ, qui triẽniũ præſertim in eo foro verſati. [b] Sed conſiliũ iudex non ſequitur omnimodò, [c] niſi ei ſpecialiter à Principe deſignati ſint, & iudices conſideant, non de iureconſulenti reſpondeant.

i arg. c. cõſuedi. j. l. nã imperator. j. de ll.
k. arg. c. alius 15 q. 6.
l. Carol. 7 art. vlti.
m. arg. l. formã. C. de offi. præf. præt. ori.
n. Francis.
o. l. Reg. des finances.
p. l. Reg. ſur le faict de la monoye.
q. l. Reg. des Geoliers.
r. l. 2. j. ſi cer. pe.
ſ. l. pretia. j. ad l. falcid.
t. l. Reg. du Guet.
u. Carol. 7.
x. Ferronus Imbertus.
y. Ludo. 12. l. nemini. C. de aduo. di. iudi.
S. C. de aduo.
z. not. in latẽ. tenere ius ciuile.
a. Frãciſ. 62.
b. Ludo. 12. 43.
c. c. ſtatutum. de reſcrip. in 6. not. §. reſp.

DE LEGIBVS SENATVSQVE CONSVLTIS, *& longa conſuetudine.* Titulus. III.

COMMENT. PARTICVLA PRIOR.

a.l. 2. sup. de orig. b.l.ius ci. c.l. & ideo. & l. nam vt. inf. eo.

Resumit partes iuris scripti, & consuetudinem, latiùs tractandas: inter quas sub legum appellatione plæbiscita sunt, quæ leges tribunitiæ etiam dicuntur.[a] Ius prætorium, ipsum ius non est, de quo nihil ampliùs subijcit, quàm quod dixit primo titulo:[b] nisi quod & magistratuum iurisdictione, & interpretatione prudentium, ipsum ius suppleri obiter constituat.[c]

Ad.l. I. PAPINIANVS. Lib.1.Definitionum.

¶ Huic definitioni & sequẽtibus adde Ciceronis descriptionẽ ex lib. 2. de legi.

LEx ¶ est commune præceptum, uirorum prudentium consultum, delictorum quæ sponte uel ignorantia contrahuntur, coërcitio communis, reipublicæ sponsio.

a.l.iura.2.inf. eo. b.inst.de Ob. §.2.l.j.inf. de Actio. c hic. Aristo. in ethi. d l. si quis cũ aliter. inf. de Verb.ob. e.j.lib.de ora. f.sup.de orig. l.2. g.inst. de fide iuss.§.pen.

Definitio est legis ex Papiniano, omnes quatuor caussas eius complectens. Nam magistratus qui ferunt ad populum, vel plæbem, id est in medium proferunt, & proponunt, cum ipso populo iubente, & plæbe sciscente, efficientes sunt caussæ legis: forma eius est, quòd commune sit præceptum, non personale:[a] materia circa quã fertur, delicta ciuium: id est omnia facta, dicta, scripta, quæ à bono & æquo, atque adeo à virtute, & officio defficiunt. Hoc enim delinquere est, licet in diuisione contractuum, & obligationum, delictum sit quod cõtractus non est, vel cum eo coniunctum: hoc est delictum tantùm.[b] Eiusmodi delictum quod ab æquo deficit, partim sponte admittimus, cùm scienter alienum retinemus, vel quod alijs debemus ex quacunque caussa, non soluimus opportunè appellati: partim cùm ignorãtes idem facimus.[c] Est enim fraus in re, dolúsve, & iniustitia, licet animus non delinquat:[d] & si apparet nos debere, per sentẽtiã, & executionem coercemur, & ad dandum, vel faciendum compellimur, ignorãtes alioqui delictum quod ipsa re admissum est. Et hæc quidem coercitio, & emendatio delictorum, finis est legis: vel quod idem est æqualitatis conseruatio, vt Cicero ait.[e] Porrò plæbiscitum cõmune præceptum, toti populo esse cœpit, lege Hortensia lata.[f] Quod verò communem reip. sponsionem ait, argutiùs hoc significare videtur quod Lycophron dicebat, legem esse consensum sponsorem iuris inuicem inter ciues, sed qui eos iustos efficere non possit. Sponsor enim, vel fideiussor, non potest iustum eum facere pro quo spondet, sed coercet emendata iniuria:[g] vti lex coërcet iniustos, datis iudicijs. Morem veterum in ferendis legibus, Cicero pulchrè pro Flacco, refert: cuius rei adumbratam imaginem, academiæ per Gallias retinent in suis rogationibus, quas conclusiones vulgò apppellant.

Ad.l. II. MARTIANVS. Lib.1.Institutionum.

Nam & Demosthenes orator sic definit νόμος ἐστὶν ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς αὐτῇ πόλει *(id est, Lex est, cui omnes obtemperare conuenit, cùm ob alia multa, tum uerò maximè eo quòd lex omnis inuentum ac munus deorum est, consultum prudentium hominum, coërcitio eorum, quæ uel sponte, uel ignorantia delinquuntur, communis sponsio ciuitatis: ad cuius præscriptum omnes, qui in ea republica sunt uitam instituere par est.) Sed & Philosophus summus Stoicæ sapientiæ Chrysippus sic incipit librũ quem fecit* περὶ νόμων. ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα, καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον *(id est, Lex tam diuinarum, quàm humanarum rerum omnium regina est. quò magis conuenit, ut non solùm rebus honestis turpibusque præsideat: sed etiam principatum ac ducatum teneat, & per hoc regulam præscribat iustis simul & iniustis: utpote quæ animantibus natura ad colendam ciuitatem idoneis facienda iubeat, prohibeatque non facienda.*

a.de ll.inf.eo. l non omniũ. b.c. moyses di.7. c.sup.l j.

Definitio hæc Demosthenis, verè oratoria est, in quam ornandæ rei gratia multa coniecit ad explicandam vim legis nõ vsquequaq; necessaria: vt quòd inuẽtum, ac munus Deorum sit: quod credere ciues par est, etiam si aliquid incommodi lex habeat: neque rationem legis iuniores aliam quærere debent, vt Plato ait, sed obseruare quasi Dei præceptum.[a] Eam ob caussam Numa cum numine, congressus nocturnos simulauit, nimirum vt leges suas faciliùs populo persuaderet. Idem ethnici scriptores de Mose reliquerunt: quem Dei scribam in legibus dandis, Iudæi, & Christiani vno consensu defendunt.[b] Quod ait, cui omnes obtemperare conuenit: & ad extremum, secundum quam viuere oportet omnes qui in eadem rep. sunt, Papinianus dixit commune præceptum esse. Cætera omnia græcè dicta, Papinianus latinè reddit.[c] Chrysippi finitio verè Chrysippea, id est arguta videtur: qua significat legem, non hominem, dominari oportere.

Est enim

Est enim diuinarum & humanarum rerum Princeps: nimirum earum quæ ad virtutem colendam,& contrà ad vitia fugienda pertinent. Nam & harum rerum iuris prudentiam esse, Vlpianus ait.[d] Et ideo non tantùm præsidet rebus honestis, & cum virtute iunctis, & contrà rebus turpibus(nam & magistratus inferior Rege, præesse dicitur) sed vt Regina omnium rerum diuinarum & humanarum(quas ciues obseruare debent)arbitrio suo iusta, & iniusta distinguit, illa iubens,hæc interdicēs hominibus[f]. Ea homines respiciunt,nō alia animantia nisi abusiuè.[g] Chrysippū imitatus est Cicero de legibus: lex est,inquit,iustorū & iniustorū distinctio,&c. Lex est ratio summa incita natura,quæ iubet quæ facienda sunt,& vetat contraria: & pòst, Quæ rectè facere iubeat, vetet delinquere. Quo in loco delinquere vsurpat, vti suprà dixi. Chrysippi porrò definitio perpetuam metaphoram habet,qua iureconsulti interdum in definiendo etiam vtuntur,authore Cicerone in Topicis: nec tantùm communem ciuitatis sponsionem,vti superiores finitiones,sed legem tribunitiam,senatusconsultum, & constitutionem etiam principalem complectitur,quæ pro legibus habentur.[h]

d.l. iustitia. §. de Iusti. e.inf. de offi. præsid. f.Aristo. not. d.l. iustitia. Cicer.in offi. g.l.j.§.de iust. h.l.a.§. de Orig.

Ad.l. III. POMPONIVS. *Lib.xxv.ad Sabinum.*

Iura constitui oportet (ut dixit Theophrastus) in ijs quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt.

Ad.l. IIII. CELSVS. *Lib.v.Digestorum.*

Ex ijs quæ fortè uno aliquo casu accidere possunt iura non constituuntur.

Ad.l. V. IDEM. *Lib.xv.Digestorum.*

Nam ad ea potiùs debet aptari ius, quæ & frequenter & facilè, quàm ad ea quæ perrarò eueniunt.

In his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, nō in his quæ ἐκ παραλόγου. P.F. j. inopinato, vt plurimùm.

Ad.l. VI. PAVLVS. *Lib.xvij. Ad Plautium.*

Τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς (ut ait Theophrastus) παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, id est. Quod enim semel tantùm, aut iterum extitit, id legum latores prætereunt.

Post definitionem subijcit Iustinianus varios locos de lege, & iure. Primùm de quibus rebus constituatur ius: Et constituit quatuor his fragmentis,de ijs iura constitui, quæ plærumq; accidere solent, non de ijs quæ perrarò. Lectio Haloandri huius legis tertiæ, id etiam addere videtur,vt de ijs leges,vel alia iura constitui oporteat,quæ præter opinionem, vt plurimùm accidere incipiant. Id ità accipe: de aqua pluuia ius constitui oportet, quæ plærumque euēnit:[a] non etiam de lapidibus pluuijs, qui non nisi perrarò.[b] Si tamen præter opinionem, lapidibus sæpius,vel auro inciperet pluere,ius nouè constitui oporteret. Exempla habes eorum quæ frequenter accidunt,contractus, & maleficia, de quibus partes iuris extant variè in his Pandectis. Si alia incipiant frequēter euenire præterea,ius nouè statuendum,hæc lectio arguit: quis autem constituat nouum ius,paulò inferiùs occurret.[c] Porrò autem leges sequentes latiùs patere uidentur,vt non tantùm facti,de quo ius constituitur, sed etiam eius quod suadeat, rationem habeat legumlator. An iurare debeat mulier se non nupturam iterum,cùm tutelam suscipit,constitui oportet: Plærumque enim hic casus accidit. Sed non debet constitui vt iuret, licet quædam mulieres aliquando iusiurandum suum in ea re seruarint: quia quæ rarò accidunt non debent mouere legumlatorem. Et ita Iustinianus hunc locum ad legem suam accommodat.[d] Similiter cùm quæritur ex quota parte interim hæres existat,qui posthumum cohæredem habere potest: ius quidem constitui oportuit: sæpe enim hoc accidit. Sed non ideo ex octaua tantùm parte hæres vt si debet constitui,quòd accidere possit fortè vt mater septem pariat: quia id perrarò euēnit.Et ità Paulus alibi Theophrasti sententiam ad suum institutū optat.[e] Neque tamen is casus negligi omnino debet,licet id quod frequentiùs accidit,aliud ius desideret. Sed leges,& iura vetera,quæ verè iura habita sunt,iureconsulti hic iura vocant:qui de ijs quæ rarissimè accidunt,respondere:[f] quorum responsa, & commentaria, nobis pro iure nunc sunt, authore Iustiniano.[g] Si tamen aliqua pars huius legislationis,ea quæ frequenter eueniunt,duntaxat comprehendat,non etiam casus insolentes,non erit reprehendendus Iustinianus, cùm ea satis sit constituisse legumlatorem,quæ plærumque accidunt. De homine enim qui testatus decessit, & ab inferis rursus reuertitur,nulla vsquam apud Iustinianum lex est:licet reus suscitare possit testatorem ab inferis. Quare si hoc acciderit consulto fecerit,qui ad Principem adibit,vel interpretatione veteris iuris,vel noua constitutione rem controuersam definiat:[h] cui soli datum est iura hodie constituere,vel interpretari contra strictam iuris rationem:[i] & si Accursius producat ad hanc speciam iura,quæ longè aliam rationem habent.[k]

a. inf. de aq. plu. b.Pli. c.l.& ideo. d. aut. vt fine prohib. mulier. e.l. antiqui. inf si pars hæred. f.l.adeo.§.insula.j.de Acq.do. & instit. de Re.di. g.§.i. consti.3. l.s.C. de vet. iur. h.l. & ideo.j. eo. i l.si.C.de ll. k l.3 j. de diuor.

Ad.l. VII. MODESTINVS. *Lib.1.Regularum.*

Legis uirtus est imperare,uetare,permittere,punire.

Omnis lex iubet,aut vetat: iubet enim lex alia quæ facienda sunt,alia prohibet contraria.[a] Chrysippus, & Cicero,legem pro lata legislatione vsurpant,quam iubere & prohibere cōiun-

a.l. iustitia §. de Iusti.

ctum dicunt.[b] Sed quoniam lex interdum iubet pœnam irrogare peccanti, vel permittit actionem aduersus iniustitiam, quam in vniuersum prohibet: & præmium virtutem colentibus tribuit, adimit bona, vel actionem delinquentibus,[c] & mala necessaria, vt vsuras, vel concubinatum, & quæ eiusdem generis sunt: ideo distribuendo in partes, iureconsultus, & Fabius,[d] legem dicunt tribuere, adimere, permittere, punire. Nam iusta iubent leges, iniusta vetant, & obiter quæ semper bona non sunt vel mala, permittunt. Quædam nãq; bona sunt, quædã mala, quædã indifferentia, vt Academicis visum est. Dicit autem virtutem legis esse imperare, &c. quòd eadẽ lex aliud expressim iubeat, vt iudicem damnare reũ si agatur lege: aliud tacitè permittat, vt lege agere: aliud tacitè vetet, vt dãnum dare, &c.[e] Sed legum potestas & officium, ex veteribus legibus, magis quàm ex Iustiniani legislatione apparet. Erant enim ferè conceptæ leges verbis imperandi, partim affirmatiuè, partim negatiuè.[f] Prætores iudicia pollicebãtur, tacitè factũ prohibentes: vt senatus placere dicebat, &c.[g] quæ omnia ex sequentibus suo loco apparebunt: & sub tit. 1. suprà, specimen legum veterum exhibui, quas vbiq; restituam.

b sup. l. j. vbi not.
c. l. j. sup. de Iusti
d. lib. 7.
e. l. 2 inf. ad l. aquil.
f. Cicer. 3. de ll. inf. de Rit. nupt. l. vitia.
g. l. itẽ. inf. de Pet. hæred.

Ad. l. VIII. VLPIANVS Lib. iij. ad Sabinum.

Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur.

Iura propriè intelliguntur quæ generalia iussa sunt, non quæ ad priuatos, id est singulos, spectãt: quæ priuilegia vsitatiùs appellãtur, & iura personalia.[a] Ea, lex duodecim vetabat, nisi fortè centuriatis commitijs ferrẽtur: in quibus descriptus populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibere videbatur cõsilij, quàm fusè in tribus cõuocatus. Sanè hodie iura personalia Princeps constituit, cùm vel indulget, aut permittit, vel pœnam irrogat alicui, contra tenorem iuris generaliter ad omnes, vel ad plures, (qui in ea re de qua ius constituitur similes sint,) pertinentes.[b] Sed & iubere aliquid facere, vel vetare singulos, Princeps, vel Senatus, solet,[c] quæ ad priuilegia pertinent. De quibus titulus sequens tractat.

a. Gell. lib. 9. Cicer. de ll. inf. tit. seq. l. j.
b. inst. de Iur. nat. §. sed & quod, & l. j. inf tit. seq.
c. l. quod prin. inf de aq. plu.

Ad. l. IX. IDEM Lib. xiij. ad edictum.

Non ambigitur Senatum ius facere posse.

Magna fuit senatus Romani authoritas, ante imperium vnius: quo tempore senatusconsulta fecisse dubium non est.[a] Sub Augusto, & deinceps, ea authoritas decreuit, permittente tamen Cæsare, & præsente interdũ, senatusconsulta fiebant:[b] quod & Theodosium senatui indulsisse constat,[c] & hoc fragmentum à Iustiniano in hunc locum relatum, idem sub eo licuisse arguit: etsi velut proprium sibi hoc ius eodem tempore, & postea deinceps ascripserit.[d]

a. l. j. sup. de Orig.
b. vopis Sueto. capitoli. inf. de do. inter. l. cum hic.
c. C. de senatusc.
d. Sup. cõstit. 3. & j. l. fi. C. de ll.

Ad. l. X. IVLIANVS. Lib. lix. ad edictum.

Neque leges, neque senatusconsulta ita scribi possunt, ut omnes casus qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit ea quæ plerumq; accidunt, contineri.

Ad. l. XI. IDEM. Lib. xc. Digestorum.

Et ideo de ijs quæ primò constituuntur, aut interpretatione, aut constitutione optimi principis certiùs statuendum est.

Hoc fragmentum idem ferè continet, quod suprà constitutum est:[a] Sed ideo resumitur, vt quod sequitur mox fragmentum adijciatur. Hoc igitur lex iubet vt si vsus inciderit qui legibus, vel senatusconsultis compræhensus non sit, ad Imperatorem referatur, vt ipse vel interpretando ius antè constitutum, vel nouum omnimodo constituendo, statuat quòd iudices deinceps & ius certum sequantur. Et quamuis Iulianus ad interpretationem prudentium fortè respexerit, nos ex Iustiniani voluntate aliunde nobis cognita, ad Imperatoris interpretationẽ hoc referimus: cui soli datum est leges interpretari, quarum certa non est sentẽtia: & producere ad alios casus, in quibus eadem ratio, vel maior, idem ius non suadeat.[b] Nisi quod accidit, legis ratione continebatur, quod tantùm prout incidit iureconsultus interpretatur: & tempore ea interpretatio vim iuris accipiat.[c] Quod verò sequitur, de interpretatione, ad omnes pertinet qui docẽt, respondent, iudicantúe: quia manifesta iuris constituti sententia ponitur, & similia esse ad quæ porrigatur: nec de interpretatione perpetua agitur, vt suprà.

a. l. 3. sup. & seq.
b. l. j. C. de ll. & l. fi. & sup. consti. j. & 3.
c. l. 2. sup. de Orig. l. minimè inf. eo.

Ad. l. XII. IDEM. Lib. xv. Digestorum.

Non possunt[a] *omnes articuli sigillatim aut legibus aut senatusconsultis comprehendi: sed cùm in aliqua caussa sentẽtia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.*

a Arist. lib. 1. Politi. cap. 6.

Ad. l. XIII. VLPIANVS Lib. 1. ad edictum ædilium curulium.

Nam (ut ait Pædius) quoties lege aliquid unum uel alterum introductum est: bona occasio est, & cætera quæ tendunt ad eandem utilitatem, uel interpretatione, uel certè iurisdictione suppleri,

Ad interpretationem iuris scripti hic locus pertinet: cuius locos quinque, rhetores posuere. Interpretatio autem verborum est, aut facti, & voluntatis. [a] Verború interpretatio, vel in vertēdo linguas alias per alias cōsistit, vel in iis verbis quæ secretioris sensus lectori videri possunt, per alia verba, eiusdem idiomatis, exponendis, & declarandis. [b] vtramque verborum interpretationé Iustinianus Doctoribus permisit, siue scripto, siue viuæ vocis ministerio, intetpretari iubet. [c] Sed hæc interpretatio præiudicium non facit veritati, nec pro iure habenda est perpetuo, & generali. [d] Interpretatio facti, vel voluntatis, nihil aliud est quàm eius coniectura, quo modo & somniorum interpretes coniectores dicti sunt à coniectu, id est à directione quadam rationis ad veritatem. [e] De interpretatione facti, & voluntatis contrahentium, vel testantiũ, &c. hoc loco dici non oportet. Interpretatio legum, aliarumque iuris partium, siue verborum sit declaratio, siue mentis, voluntatis, aut sententiæ, (hæc enim verba in eadem re dicuntur) quæ pro iure generaliter habenda sit, per Principem fieri debet, vel eũ cui Princeps id permittat. [f] Permisisse autem creditur Iustinianus Præfecto prætorio, & Senatui, si modò legibus ab eo euulgatis non aduersarentur. [g] Prætoribus, & iureconsultis, edicta perpetua, & responsa ademit iuris authoritatem habentia: illis iurisdictionem duntaxat temporariam, prout res incidunt, his nudũ ministerium docendi, respōdendi populo, & iudicantibus, pro tempore reliquit. Igitur hoc ait Iulianus, leges, & senatusconsulta non posse tam diligenter scribi, vt nominatim omnes casus qui plærumque etiam accidunt, comprehendantur (quos textus formales vulgò appellant) sed si de marito, exempli gratia, lex lata sit, iudex ad sponsum, pleniùs interpretando legem, & supplendo quod verbis deest, producet: [h] quòd eadem ratio in sponso sit, quæ in marito, & ob id idē voluisse legumlator videatur: qui si adesset, ita se sensisse respōderet. Et hoc exemplum ad locũ ex scripto & sententia, pertinet. Assuitur Vlpiani fragmentum, quo idem ius tribuitur prudentibus interpretandi voluntatem legum, si eadem vtilitas in casu omisso (ad verba quod attineat) quæ in expresso, & idem ius suadere videatur. Quę interpretatio prudentium, vt iurisdictio similiter perpetuata in similibus caussis, vim etiam legis obtinere potest: [i] de qua interpretatione & superiùs Iuliani fragmentum accipi potest ex Iustiniani voluntate. [k] Sanè quod ait Vlpianus, vel certè, &c. corrigentis est, hoc sensu: si non interpretatione suppleātur, saltem iurisdictione suppleri debent. [l] Quod ex Iustiniani sententia ita accipi oportet, vt vel interpretatione perpetua, vel certè iurisdictione prout res incidat, suppleantur: vel iurisdictione perpetua Principis, Senatus præfecti prætorio. Quamuis Vlpianus ad iurisdictionem perpetuam, [m] & edicta prætorum, fortè respexerit. Nam Iustinianus omnia hæc sua fecit, & ex voluntate eius aliunde cognita, accipi debent, vtcumque iureconsulti intellexerint. [n] Neq; enim ad interpretationem veterum, vel edicta supplētra ius ciuile, hunc locum sine vsu retulit, qui nihil superfluum se nobis reliquisse adfirmauit: vt quod paulò antè dixit, ad veterem senatum non respicit: sed ad eum qui sub Iustiniano, & deinceps decreuit, quod pro iure habendum sit perpetuo. [o] Porrò autem interpretatio iuris, de qua hoc loco agitur, ex ratiocinatione, vel syllogismo dici apud rhetores dicitur, & eandem collectionem vocant. [p] Et locos communes tradunt à ratiocinatione, his fragmētis similes, oportere coniectura ex eo quod scriptum sit, ad id quod non sit scriptum peruenire: Neminem posse omnes res scripto complecti, commodissimè scripturum eum qui curet vt ex quibusdam quædam intelligātur: Ex scriptis, quæ scripta non sunt, facilè intelligi: atque ideo scriptorem neminem dubitaturum arbitrari de eo quod scriptum non est, cùm de simili re scriptum sit, &c. Cicero ratiocinationem tradit huiusmodi, damnatum parricidam testari nō posse, quia lex est quæ aliis similibus adimat testamenti factionem: qua collectione, ex hoc iure, hodie quoque vtimur, [q] licet quamplurimæ nobis leges sint, quæ Ciceronis sæculo non fuere. Appositissimum exemplum huius interpretationis alibi ostendi, & contra aliorum sententiam, interpretationis appellatione contineri admonui. [r] Quidni? quando qui ratiocinatione vtitur, coniectura quærat, & interpretetur scriptoris voluntatem: quomodo & latini rhetores loquuntur. Iureconsulti per consequentias introduci dicunt, quod ratiocinatione, & voluntate colligitur: [s] & quod scriptum est produci ad consequentias, [t] & sentētiam legis porrigi, licet verba cessent, &c. [u] quæ suo loco commodiùs obseruabuntur. Pertinet huc & controuersia ex scripto & voluntate, cùm de ea re voluntatem legumlatoris interpretamur, quę scripto comprę̄hensa nō est, & de vna tantùm lege quæritur: [x] ratiocinatio ex multis legibus colligit.

Ad l. XIIII. PAVLVS *Lib. 54. ad edictum.*

Quod uerò contra rationē iuris receptum est, non est producēdum ad consequētias.

Ad l. XV. IVLIANVS *Lib. 27. Digestorum.*

In ijs quæ contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.

Ad l. XVI. PAVLVS *Lib. singulari de iure singulari.*

Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem, authoritate constituentium introductum est.

a. cōst. 3. sup. & l. in omni. ꝟ. de Iur. & fa. ig. instit. de leg. patr. tute.
b. l. j. de Verb. ob. in fi. ꝟ. cōstit 3. l. j. ꝟ. de ventr. inspi. ꝟ. quamuis.
c. d. const. 3.
d. d. const. & l. fi. C. de ll.
e. Fabius. Quint.
f. d. l. fi. C. de ll.
g. l. j. C. de Senatusc. l. for. C. de Offic. præf. præ. ori.
h. l. oratio. ꝟ. de Sponsal. l. lex Iulia. ꝟ. de Fund. dot.
i. l. nam impe. ꝟ. eo.
k. l. & ideo. sup. eo.
l. l. ius autem. sup. de Iustit.
m. l. si quis ꝟ. de Iurisd. & d. l. ius autē.
n. const. j. & 3. sup.
o. l. non ambi. supr. eo.
p. Cicer. Fab.
q. l. eius. ꝟ. de Testa.
r. inst. de Leg. tut. patr.
s. l. tutela. ꝟ. de Leg. tutel.
t. ꝟ. l. seq.
u. l. si quis. ꝟ. de Iurisd.
x. d. l. lex ꝟ. de Fund. do. & d. l. oratio. de Sponsa.

Ius singulare est quod contra regularem, & communem rationem, propter singularẽ rationem vtilitatis,ad certas personas,resque pertinentem,constitutum est.[a] Exemplum Paulus alibi adfert de iudicio rerum amotarum,quod singulare dicit.[b] Regula enim iuris est, & tenor rationis iuris communis, furti vt agatur in eos qui furtum fecerint: sed contra illã regulam aliud in muliere,quæ surripuit res mariti,constitutum est: quod ius non producitur ad consequẽtias, id est non colligitur consequentia(vt dialectici loquuntur)mulier quæ furtum fecit, nõ tenetur furti:ergo aliæ personæ non tenentur furti.[c] Similiter contrà non colligitur ex regula,qui furtum fecit tenetur furti: ergo mulier quæ mariti bona surripuit, furti tenetur.[d] Excipitur enim mulier ratione singulari,[e] licet ex regulari ratione teneri videatur.

[a. l.ius sing.j. eo. b. l.j.j.re. amot. l.a.j. de Mulit.testa. c.vt hîc. d.l.in his.hîc e.l.a.j.re.amot.]

Ad.l. XVII. CELSVS *Lib.26.Digestorum.*

Scire leges,non est uerba eorum tenere,sed uim ac potestatem.

Ad.l. XVIII. IDEM *Lib.29.Digestorum.*

Benigniùs leges interpretandæ sunt ,quò uoluntas earum conseruetur.

Loci sunt quibus vtetur,qui contra scriptum dicet,à sententia, & voluntate legumlatoris, si fortè cõtrouersia nascatur ex scripto iure, & voluntate: quamuis & ad omnem legitimam constitutionem pertineant. Lex est, qui muros transcẽderit capite punitor.[a] Accusatur qui in summo ciuitatis periculo,transcendens murum,hostem fugauit. Ex scripto damnandus videtur, sed voluntate, & sententia legumlatoris,defenditur. In ea caussa hi loci communes vsui erunt: scire leges non hoc est,verba earum tenere (quod quiuis puer facere potest)[b] sed vim ac potestatem, id est sententiam & volũtatem,& quod ex eis colligi potest. Benigniùs leges interpretãdæ sunt, vt voluntas earum conseruetur: id est ex æquo bono, & recta ratione magis, quàm rigidiùs ex stricta verborum significatione,ducẽda est legum interpretatio.[c] Benignitas enim & in quantitate,& in æqualitate,& facilitate aliquid facientis,habetur.[d] Adhibendæ erunt defensori, & legum inscriptiones:[e] vnde constat,leges punire delinquentes,non eum qui præmio donãdus sit: vetare fraudes, & iniustitiam auersari, non virtutem.[f] Huc pertinentes locos quàmplurimos, tam in iure,[g] quàm apud rhetoras obseruabis: vbi docent contra scriptum dicere in cõstitutione legitima,ex scripto,& sententia. Et suprascripto quidem exemplo,cessante ratione legis, cessat & ipsa lex:[h] alibi sententia legis vltra verba porrigitur,quod suo loco animaduertes.[i] Id pulchrè Cicero in caussa Cecinnæ persequitur. *Contre ceulx qui gardent les formalités , plus que uerité & raison.* Idem sacræ scripturæ damnant,litera, inquiũt,occidit,Spiritus viuificat. Nobis literæ,voces,verba,figura literarum,subtilis ratio,subtilitas iuris,ratio disputandi, apices iuris, strictum ius, & Ciceroni angustiæ vocum,summum ius &c.quod Paulo litera: & quod huic spiritus,nobis mens,sententia,voluntas legum,æquitas,iustitia,benigna interpretatio,fides bona etiam in contractibus appellatur.

[a. l.fi.j.de Re. di. b. Cicer. in Rhet. c.l. semper.j. de Reg.iur. d. Donat. in Terent. e.Cic.in Rhe. f. l.j. & 2.sup. eo. g.l. nominis. j. de Verb. sign.l.si ser.§. sequi.j. de Verb. ob.l. si fid.j. mãd. §. quædã.l. placuit.C.de Indi.l.j.C de rei.vxor. h. l. adigere. §.quamuis.j. de Iur.patr. i. j.de Iurisd. l.si quis id.]

Ad.l. XIX. IDEM. *Lib.33.Digestorum.*

In ambigua uoce legis,ea potiùs accipienda est significatio,quæ uitio caret: præsertim cùm etiam uoluntas legis ex hoc colligi poßit.

De ratiocinatione suprà, & de scripto,& voluntate , hic locus pertinet ad legitimam constitutionem ex ambiguis, cùm quid senserit iuris scriptor obscurum est, quòd scriptum duas,pluresve res significat. Exemplum erit controuersiæ . Lex Pompeia parricidas culeo insui iubet, & in fluentum, vel mare,proijci. Parricida duas res demonstrat,[a] & qui parem occidit, & qui parentem,&c. Accusator eum qui hominem quemlibet occidit, insuendum culeo petit:qui defendit hoc loco communi vtitur, in ambigua voce legis , ea potiùs accipienda est significatio quæ vitio caret: præsertim cùm voluntas legis ex hoc colligi possit . vitiosum esse ita accipere legem Pompeiam, vt vult aduersarius, deinde adiunget, cùm alia lege, nimirum Cornelia, parricidis, id est homicidis , pœna alia irrogetur. In hoc genere qualis lex esse debeat, ex descriptione demonstrandum erit. Debet enim esse necessaria, honesta, vtilis, possibilis,loco,temporique congruens:[b] de iis quæ plærumque accidunt lata,iubens, vetans,puniens,&c. & generalis,non personalis.[c] Quæ si ei significationi non conueniant verbi ambigui,quam aduersarius defendit,ei quam nos sequamur congruant,sententiam legumlatoris dubiam non esse dicemus. Sed tu vide rhetoras,similia exempla tractantes. Coniecturas alias quibus ambiguitas explicatur,cùm alibi sæpe in Pandectis,tum præcipuè vno & altero loco,obseruabimus.[d]

[a. l.2.sup.de Orig.iur. b. c.erit.di 4. c.sup.eo.l. legis. & l.iura. d. j.de Reb. dub.l.si ser.§. fi.j.de Leg.j.]

Ad.l. XX. IVLIANVS *Lib.55.Digestorum.*

Non omnium[f] quæ à maioribus constituta sunt,ratio reddi potest.

[f Plat.dialo. 1.de Leg.]

Ad.l. XXI. NERATIVS *Lib.6. Membranarum.*

Et ideo rationes eorum quæ constituuntur,inquiri non oportet: alioqui multa ex ijs quæ certa sunt,subuertuntur.

Plato de legibus,vt suprà attigimus, non esse fas iuniores quærere legum rationem ait, & id sanciri lege oportere: credere enim par est,munus esse rei, & ob id obseruare. Seniores tamen,si

quid

quid durius positum animaduerterint, suggerere posse legumlatori. Igitur vbi ius certum est, & iam interpretatione prudentium confirmatum, consuetudine, & authoritate rerum iudicatarũ obtentum: neque ratio eius inquiritur studiosiùs, neque ea non inuẽta, mutatur, sed obseruatur. In hoc tamen valet ratio cognita, vt voluntas ex ea depræhendatur, & producatur ad consequẽtias, vel verba coarctentur: si enim ambigua lex erit. quæ nondum interpretationem certam habeat, ratio diligenter ex locis honestatis, & vtilitatis, ducenda erit: [a] quæ si nõ occurrat, legumlator adeundus est. Non igitur rationem legum quærere, & reddere, lex vetat simpliciter: sed cũ certum ius est, obseruare iubet, licet ratio parum cognita sit. Quam legem obseruantes iurecõsulti, verbis legum seruiendum in re dubia putauerunt, [b] & quamuis duras leges prima ratione, obseruari oportere, quòd ita scriptæ essent. [c] Porrò legum, quæ rationi naturali per omnia congruunt, ratio optimo cuique manifesta est: [d] quæ ad merum ius ciuile pertinent, non tam proiectam, & cuius notam habent rationem. Sed tamen vbi receptæ sunt, ex earum præscripto viuere oportet, non ex noua æquitatis interpretatione his contraria, [e] nisi legumlatoris authoritas intercesserit.

a. l. cum. de No. C. eod. arg. l. j. & seq. sup. eo.
b. l. j. j. de exerc.
c. l. prospexit. j. qui & à quibus.
d. Fab. lib. 12. Cicer. libr. 2. Rhet.
e. l. 2. sup. eod. l. j. C. de ll. c. in istis. di. 4.

Ad l. XXII. VLPIANVS *Lib 35. ad edictum.*

Cùm lex in præteritum quid indulget, in futurum uetat.

Probat argumentum, quod à contrario ducitur, in voluntate legum interpretãda. [a] Eius argumenti sedem hanc, vulgò ex Aristotele tradunt: quòd contrarium in contrario operatur, & propositum in proposito operari par esse. Finge igitur legem nouam constitui de matrimonijs coeundis, qua legumlator indulgeat matrimonia in præteritum, sine consensu parentum cõtracta, hisce verbis post alia multa subiectis. Si quis tamen matrimonium iniussu eius in cuius potestate fuerit, ante hanc legem coierit, id pœna careto, ratumque esto. A contrario ex lege colligemus, post legem matrimonia vetari, quæ absque parentum venia coeantur. Similiter si lex indulgeret in præteritum præscriptiones aduersus fiscum, vel vsuras maiores à Iustiniano præscriptas, in futurum prohibere intelligeretur.

a. l. j. j. de Off. eo.

Ad l. XXIII. PAVLVS *Lib. 4. ad Plautium.*

Minimè sunt mutanda, ¶ quæ interpretationem certam semper habuerunt.

Ius quasi ambiguum, vel obscurum habẽdum est, quod semper certam interpretationem habuit: etiamsi ratio eius ignoretur. [a] Estque locus vtilis ei qui dicet à scripta lege, contra sententiam, quam alij nouè interpretantur, quasi ambiguitas insit. [b] optima enim est legum interpres consuetudo, siue verba, siue voluntatem interpretemur. [c] Locus quoque sequens ad eandẽ scripti ex ambiguo controuersiam accommodabitur: si ostendere poterimus ex præcedente, vel sequente scriptura, id quod ambiguum dicit aduersarius, perspicuum fieri. [d] &c. Illud non probo quod Accursius subsignificat, [e] Martini, vel alius eiusdem sæculi authoritatem, tantùm valere in lege interpretanda, vt contra loquendi consuetudinem veterum iuris authotum, contra Iustiniani voluntatem, & rationem rectam, valeat interpretatio, quòd semper certa fuerit apud iudices, qui ex commentarijs tantùm sapiunt: sed à qua interpretatione recedant quibus eadem authoritas, data est, quæ Martino, Accursio, Bartolo, suo cuique tempore: nimirum nudum ministerium leges tradendi discentibus, & ex legibus respondendi, non autem præiudicatas opiniones nobis relinquendi, quam cõtra legumlatoris certam voluntas sequi oporteat. [f] Nisi fortè consuetudine obtentum sit, quod ex errore primùm profectum est. [g]

¶. Aristo. lib. 2. polit. ca. 6. Plutarchus ex Pausania in Apophtheg.
a. sup. l. non om. & l. seq.
b. Cicer. in Rhet.
c. j. si de. Fab.
d. Cic. in Rh.
e. l. dos à patre. C. solu. matr.
f. arg. const. j. & 3. ii. l. j. C. de ll.
g. j. eo. l. quod non.

Ad l. XXIIII. CELSVS *Lib. 9. Digestorum.*

Inciuile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita, iudicare uel respondere.

In hanc legem committunt inciuilitate homine politico indigna, qui priùs respõdent ex vna particula legis, id est totius legislationis Iustinianeæ, [a] vel ex ea iudicant quàm tota legislatione perspecta, (præsertim quæ ad caussam oblatam pertineat) satis cognoscant, vtrúmne ea iuris particula aliunde aut lumen accipiat, aut exceptione aliqua coarctetur, vel pro parte abrogetur etiam. Est enim totũ ius vna lex, & sanctio, quæ iubet quæ facienda sunt, & vetat contraria. [b] Similiter peccari solet in singulis legibus, quæ vel iubent tantùm, vel vetant tantùm. Nam horum capita multa sunt plærumque, quorum alia ex alijs interpretationem mutuantur, [c] vt in lege Aquilia. [c] Sed & parricidæ, lege Pompeia plectuntur alia pœna, alia more maiorum. [d] Non enim mos coërcitionẽ abrogat, sed pœnæ modum dat: ideo lex Pompeia ad eum morem trahitur per Iustinianum, suis Institutionibus. [e] Quod is non percipit qui vti canis è Nilo, ex titulo ad legem Pompeiam, haurit quod vel respondet, vel iudicat. Huc pertinent Iustiniani constitutiones sub titulos Codicis relatæ, quæ multùm derogant superiorum temporum legibus: [f] quibus nouellæ constitutiones deinde derogarunt non pauca. [g] Sed plura exempla occurrent. Atque vtinam hanc legem obseruarent qui sacras leges tractant, quarum literæ occidunt, voluntas, & sententia, vitam dat æternam: id est spiritus Dei.

a. l. a. sup. eo. not. l. legia. sup. eo.
b. d. l. a.
c. instit. de l. Aquil. & j. eo. l. a.
d. l. j. & pen. j. ad. l. Pomp.
e. §. alia. de Pub. iud.
f. l. j. C. de Emend. C. l. si. C. de Assess.
g. in aut.

Ad.l. XXV. MODESTINVS *Lib.7.Responsorum.*

Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro hominum utilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem.

Hic locus latissimè patet in scripti iuris interpretatione: siue ex scripto iure & sententia, siue ex ambiguo, siue ratiocinatione, siue ex contrarijs legibus, siue ex definitione cõtrouersia in foro nascatur, aut in stationibus, & gymnasijs, quibus vel responsitatur de iure, vel traditur discẽtibus: nec minùs latè patent quidam ex superioribus, [a] & qui inferiùs explicabuntur. [b] Alij proprij sunt singularum controuersiarum, [c] id quod ijs cognitu difficile non est, qui rhetoricas disciplinas attigerunt vel summis digitis. Nos rhetoribus, tãquam iniustis possessoribus, iure nostro auferemus: quæ illi olim à iureconsultis accepta, in vsum suum transtulerunt. [d] Finge igitur quamlibet scripti iuris controuersiam, vt illam de ciue qui muros transcẽdit. Hic tibi locus vtilis erit contra scriptum dicenti. Quis enim bonus aliquando ciuis, & fortis vir, sponte sua officiosus erit in remp. si legem ad coercenda delicta perlatam, [e] producamus ad coercendam virtutem? Quamobrem etsi ius singulare erit, vt quod pupillis sine tutore contrahẽtibus subuenit, ad incommodum eorum non producemus. [f] Omnis enim ratio iuris, ex locis honestatis, & vtilitatis ducenda est: quæ nullam interpretationem patitur, æquitati naturali, vel ciuili contrariã: cùm præsertim ius ars sit boni & æqui. [g] Sed cur Tribonianus hũc locum in Digesta retulit, quẽ in Codicem alium antè (si Accursio interpretanti audiamus) retulerat? cùm præsertim id ei interdixit Iustinianus? [h] Ego nihil repetitum puto, quòd in altero Codice de iure singulari cõstituatur, hoc loco etiam de communi.

a l.scire. & seq.l.minimè l.non om. b.l.si de.j.eo. c.l.in ambi.j. eo.l. cõtra. & seq.j.eo.l. nõ est no. & 2. seq.j.eo. d. Quint.lib. 12. e.l.j. &.2.j. eo. f.l.quod fam. C.eo.l.nõ eo. C.de Procur. g.l.j.sup. de Iust.d.l.j.& 2.sup.eo.Cic. in Rhetn. h.const.j.sup. &.3.

Ad.l. XXVI. PAVLVS *Lib.4. Quæstionum.*

Non est nouum, ut priores leges ad posteriores trahantur.

Ad.l. XXVII. TERTVLLIANVS *Lib.1.Quæstionum.*

Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi, usitatũ est: & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque personas, & ad eas res pertineant, quæ quandoque similes erunt.

Ad.l. XXVIII. PAVLVS *Lib.5.ad.l.Iuliam & Papiam.*

Sed & posteriores leges ad priores pertinent, nisi cõtrariæ sint: idque multis argumentis probetur.

Hi loci ad controuersiam legitimam ex contrarijs legibus (quam Iustinianus ἀντινομίαν vocat) [a] peculiariter accommodabuntur. Ea est cùm inter se videntur duæ leges, aut plures discrepare. [b] communes sunt loci vtriusque ijdem, quòd vterque contendentium suam legem confirmare, & aduersarij legem infirmare debeat, aut alteram ad alterius sententiam (si fieri possit) trahere traducereve, [c] & vnam legem ex duabus perficere. Si contrariæ erunt, ea quæ posteriùs lata, seruabitur. [d] Exempla infinita ius à Iustiniano euulgatum, nobis suppeditabit. Nam autenticæ leges, vel quæ codici insertæ sunt constitutionum, plærumque Pandectis derogant, & quòd grauissimæ sint leges, quæ postremæ, hæ seruabũtur. [e] In Pandectas, vt Iustinianus adfirmat, nullæ leges cõtrariæ relatæ sunt: vt si quæ prima ratione contrariæ videantur, subtiliori interpretatione conciliandæ sint: [f] vel quòd alia de omni genere, vel in plures res, alia de parte aliqua, vel in aliquam rem certam, scripta videatur: aut alia aperta, alia ambigua sit, aut denique alia scripto, & verborum significatione nitatur, alia inducatur per ratiocinationem, aut per definitionem: vt inter se discrepare non videantur, [g] si legumlatoris Iustiniani voluntatem vbique spectes, magis quàm verba captes. [h] An autem sint hodie in Pandectis contrariæ quoque leges, & quæ sint, quæ non nisi diuinatione conciliari queant, suo loco dicemus. Fecit enim Iustinianus quod solent qui vel leges suas, vel alia opera populo proponũt: hoc est persuasorio exordio cõmẽdauit, vt lubentiùs exciperentur. [i] Idem tamen pòst deinde potestatem fecit contraria, si qua essent, tollendi: [k] vti suprà attigimus. Igitur hoc loco lex ait, priores leges, vt quæ in Pandectis sunt, vel in Codice cõstitutionum, ad nouissimas Iustiniani leges, vel quæ pòst latæ sunt, vel aliquando ferentur, produci oportere, & contra hasce posteriores ad illas priores trahi, vt vel addere, vel detrahere nonnihil, aliæ alijs videantur potiùs, quàm abrogare, [l] nimirum distinguere, replere, pleniùs indagare. [m] Nisi fortè multis argumentis probentur contrariæ, vt posteriores abrogent prioribus. [n] Priores & posteriores leges etiam habentur, quæ in Codicem constitutionum, per Iustinianũ, ordine temporum digestæ sunt. Quanquam ad Iustinianum compositorem, & secundum promulgatorem relatæ, eodem tempore perlatæ intelligantur: qui omnes suas fecit, & multò maximam partem (vt ait) transformauit. [o] Idem de Legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, edictis, cõstitutionibus, responsis, & interpretationibus prudentium, sub Pãdectarum appellatione compræhensis, dicendum est: quamuis dubium non sit, primos horum capitum authores, Paulum &

a. sup.const.j. b. Cic.in Rh. c.Cice.& hic. d. Cice.&.l.j. C.de Emẽ.C. e. d.l.j. f. sup. cõsti.3. g. Cic.in Rh. h. d.consti. 3. l.pen.j.ad exhi. i. d.constit.3. Plato. de ll.l. j.sup. de Ori. iur. k. l.j.C.de Emend.C. l. l.præcipimus.C.de Appell. m. d.consti.3. n.l.j.C. de fa. n.j.l.sed & postę.& d.l.j.C. de Emẽd. C. o. constit.j.& 3.sup.

Tertullianur ,

Tertullianum, ad legem duodecim, & alias deinceps leges de eadem relatas, vt ad legem Iuliam, & Papiam, [p] Aquiliam, Falcidiam, [q] &c. respexisse. In quibus interpretandis hoc obseruarunt, quod nos hodie in prioribus, & posterioribus Iustiniani, & aliorũ deinceps legumlatorum legibus, obseruare debemus, vel huius loci authoritate. Nimirum vt euitemus, quantùm liceat, ne lex legi abrogare videatur, sed potiùs diuidere, distinguereve, excipere, interpretari, [r] &c. Nisi vbi de voluntate legumlatoris abrogantis manifestè apparet, quòd vel id exprimat, [s] vel quòd nulla ratione alia lex ad aliam produci queat: quando verba vtriusque aperta sunt, & inter se cõtraria. Exempla legum conciliandarum suppeditabunt Codex, & Digesta: vt solus Princeps ius constituito, [t] Senatus, ius facito. [u] Concilia, & trahe priorem legem Digestorum, ad posteriorẽ Codicis emendati. Solus Princeps suo iure, Senatus permittente Principe, ius constituit. [x] Leges contrariæ sunt, vti iudex, si videtur, ad Principem referto: [y] Iudex nunquam ad Principem referto. [z] Sanè leges quæ eodem tempore editæ sunt, per legem superiorem conciliantur, [a] tanquam particulæ quædam legis potiùs sint, quàm leges: licet vulgò fragmenta hæc, etiam nullam sententiam continentia, leges appellemus. vt hic, Paulus ad legem Iuliam excepit, nisi sint contrariæ: [b] lib. quarto quæstionum non excepit. Sed hæ particulæ sunt legis Iustinianeæ, de interpretatione legum. Quod ait lex, Semper quasi hoc, &c. [c] ad ratiocinationem pertinet: [d] vt quod de Prętore restituente in integrum scriptum sit, ad Principem, vel Cancellarium restituentem producamus: quod de quæstore sacri palatij latum, trahamus ad Cancellarium: quod de Præside prouinciæ ad Balliuum: quod de Senatu, vel Præfectura prætoriana, ad parlamentum, [e] &c. quasi hoc expressim in legibus veteribus de his rebus scriptũ esset, & quæ his quandoque similes erũt, &c. sunt & alij loci apud rhetoras de legibus cõtrarijs: vt quæratur vtra lex imperet, & vtra permittat: vtra imperet, & vtra vetet. Nam quæ imperat, præualet permittenti: & quæ vetat, quasi exceptione quadam corrigere videtur eam quæ iubet, & ei derogare: & quæ punit, vel maiorem pœnam statuit, potentior est. Sed ex quo solus Imperator iura constituit suo iure; [f] quæ posteriores sunt, derogant, vel abrogant tempore prioribus, [g] quæcunque legum virtus sit: [h] senatusconsultum cedit constitutioni, [i] & lex municipalis, principali. [k] Quæ verò iubet, permittenti pòst non præstat, si sint contrariæ: quæ pœnam pecuniariam statuit maiorem, non præualet cõtrariæ, nullam, vel minorem statuenti: sed quæ ab eadem authoritate veniunt posteriores, abrogant, vel derogant prioribus. [l] Si in Pandectis occurrãt duæ leges eiusdem olim authoritatis, vt duo rescripta verè contraria, verius erit tempora spectari oportere, quibus primùm emissa sint, licet à Iustiniano simul incuria probata. Si verò responsa consultorum, vel interpretationes ad leges, eadem incuria in Pandectis ita collidantur, vt interpretatione conciliari non possint, [m] videndum erit an alterius sententia aliunde firmari possit: si non possit, ad Theodosij legem de responsis prudentium, [n] vel, si mauis, ad id quod æquius videbitur, iudex inclinabit, perinde atque si ius scriptum non sit: [o] & Imperiale auxilium implorandum erit, vt certum deinde ius constituat, quod perpetuò iudices sequantur. [p]

Ad.l. XXIX. IDEM *Lib. singulari ad L. Cinniam.*

Contra legem facit, qui id facit quod lex prohibet. In fraudem uerò legis facit, qui saluis uerbis legis, sententiam eius circumuenit.

Ad.l. XXX. VLPIANVS *Lib. 4. ad edictum.*

Fraus enim legi fit, ubi id fit quod fieri noluit, fieri autem non uetuit: & quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit.

Ad cõtrouersiá ex scripto iure, & sentẽtia nascẽtẽ, hæ leges pertinẽt. Igitur in Codice cõstitutionũ, Iustinianus legẽ posuerat, quę eadẽ in caussa habet eũ qui fraudẽ facit legi, atque qui cõtra legem facit, & in legẽ cõmittere vtrũque statuit. Hic ex iurecõsultis definit cõtra legẽ quid sit, & in fraudẽ legis facere, vel fraudẽ legi facere. Nã & paulò antè cõstituit, voluntatẽ legũ conseruandá esse, non tantùm verba spectanda: [b] vt hęc fragmenta ad cõtrouersiam ex definitione magis pertinere videantur, si fortè controuertatur, quid sit alibi in lege, contra legem facere, vel fraudem legi facere. [c] Ecce S.C. Macedonianum vetat pecuniam mutuá dare filiofamilias: [d] qui frumentum dat mutuò, contra S.C. quidem non facit, sed fraudem facit S.C. [e] Pulcherrima extat oratio Ciceronis in hoc genere pro Cecinna: vbi Ebutius verbis se defendebat, non deieci, inquit, sed eieci. Cicero contra edicẽtis Prætoris sentẽtiam, satis esse cõtendit, vt interdicto vnde vi, teneatur. Plura exempla Accursius adhibet, cũ diuisione: sed singula suo loco oportuniùs. Si igitur in quæstionem vocetur quis contra legem, vel edictum facere videatur, aut fraudem eis facere: definit hic locus contra legem facere, qui facit quod lex prohibet, id est qui contra scriptum & sententiam facit. Nam qui contra scriptum tantùm facit, & literas legis, nihil delinquit, nec contra legem facere rectè dicitur: [f] sicut dictum non est, quod qui loquitur, non vult, vt alibi lex ait. [g] ῥητῶς ergo est dictum verbo, & voluntate. [h] In fraudem legis facit, vel fraudem legi, Senatusconsulto, &c qui contra id, quod verba prohibent, non facit, sed contra voluntatẽ legumlatoris: vt qui dedit frumentum mutuum, non fecit quod S.C. vetat, sed fecit quod fieri noluit:

cuius

p. hic.
q. l. j. ad. l. Aquil. l. j. ȷ. ad. l. Falci. & inst. e. in prin.
r. d. l. præc. C. de Appell. d. const. 3. supr.
s. aut. vt iudi. non expect.
t. l. fi. C. de ll.
u. l. nõ ambi. sup. eo.
x. d. l. fin. not. sup ad. d. l. nõ ambi.
y. l. j. C. de Appel.
z. auten. seq.
a. l. inciuile. sup. eo.
b. hic. l. sed & po. ȷ.
c. l. ideo.
d. l. nã vt ait. sup. eo.
e. not. l. 2. sup. de Orig. iur.
f. d. l. fi. C. de ll. cõst. 3. supr.
g. C. de Emẽ. C. & d. const. 3. sup.
h. l. Legis. §. eo.
i. C de S.C. l. j.
k. l. 3. ȷ. de Sepul. viol.
l. d. l. j. C. de Emend. C.
m. not. ȷ. l. pe. si ex nox. l. lecta. ȷ. si cert. pe. l. iurisg. §. quinimò. ȷ. de Pac.
n. inst. de Iur. nat. §. respon. vbi nota.
o. not l. 2. C. quæ sit lõ. cõ.
p. ȷ. s. d. cõst. 3.

a. l. non. dub. C eo.
b. l benigni. l. scire.
c. l. iurisg. §. Prætor ȷ. de Pact.
d. l. j. ȷ. ad maced.
e. l. sed Iul. ȷ. ad maced.
f. l. adigere. §. quamuis. ȷ. de Iur. patr.

g. l. in ambi ȷ. de Reb. dub.
h hic.

i. tui. j. ad mac. — k. l. nominis. j de Verb. sig. — l. l. pen. j. si quadrup. — m. §. si. inst. ad l. aquil. — n. l. nā vt ait. — o. d. l. nominis. — p. l. quoties. j. de Præ. verb.

cuius voluntatem ex ratione S.C. conijcimus. [i] Sic alibi. Ex legibus definitur tam ex legũ sententia quam ex verbis: [k] vt ex lege directò actio detur, cùm ex verbis & sententia certa: vtilis, per interpretationem voluntatis, propter eandem vtilitatem datur, & vtilis dicitur, non quòd directa ex lege vtilis non sit, sed quòd vtilis tantùm sit, quæ directa non est. Quæ ratio loquẽdi ob id inualuit, quòd de directa vbique nihil dubitantes consulti, dicere consueuerint voluntatem interpretantes: hæc actio vtilis competit, [l] datur vtiliter, vel vtilis erit, &c. vbi iureconsulti nõ satis compertum habuerunt, an de omisso casu cogitarit legumlator, vel si cogitasset, idem ius cõstiturus foret, in factum actiones à Prætoribus dandas, magis quàm vtiles ex ciuili iure, dari voluerunt. [m] Id differentiæ inter interpretationem, suppletionemque consultorum, & suppletionẽ Prætorũ, suprà attigi, [n] & passim obseruabimus. Et hæc de vtili actione obiter, quòd aliter alios magni nominis, cum Fælinis sensisse, ad verbum Ex legibus, animaduerti. [o] Sanè interdum in factum prætoria, vtilis appellatur: [p] vti fortè & in factum ciuilis.

Ad l. XXXI. IDEM *Lib. 14. ad L. Iuliam & Papiam.*

¶ hoc dictum interpretatur Aristot. lib. 3. pol. ca. 9.

Princeps legibus solutus est. ¶ Augusta autem licet legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ & ipsi habent.

a. Asco. — b. j. Tit. seq. — c. l. 2. §. de Orig. — d. d. l. 2. — e. hic. & j tit. seq. — f. Aristot. in Polit. — g Cic. de ll. — h. Cic. lib. 3. de Repub. & de ll. — i. l. iura ge. §. eo. — k. §. si. j. quib. mod. testa. infir. — l. l. digna. C. de ll. — m. c. venera. de Elect. not. cle. j. de Iure iur. — n. sup. cõstit. j. — o. l. 2. sup. de Orig. — p. argu. j. l. de Quib.

Postquam S.C. fieri cœperunt, leges adhuc ad populum ferebantur, de rebus præsertim momẽtosis: [a] qualis fuit lex lata de monarchia, quæ imperium quod populi fuerat, in Regem vnum transtulit: [b] vnde & Regia lex dicta est, quòd de potestate Regis perlata esset, non quod à Rege lata, vt leges Romuli, vel Numę. [c] Hac lege Regia, sub Octauiano Augusto lata ad populum, data est Regi potestas, vt quod ius cõstitueret, id ratum esset: [d] vti ipse legibus omnibus solutus esset, id est simul atque Rex esset (licet plausibiliori nomine Augusti, & Imperatores dicti sint) legibus vel iam latis, vel quæ denique ferrentur, non teneretur: [e] quippequi ipse lex esset, & quasi Deus quidem inter homines. [f] Ideo à populo vt crearetur, simul est constitutum: nimirum qui generis nobilitate, id est opibus vetustis, cum virtute, cæteris omnibus longè præstaret: cuius tanquam sapientissimi ratio, mensque, ad iubẽdum, & terrendũ idonea, lex esset. [g] Quàm enim absurdum foret rectam rationem, dono prouidentiæ in sapientis mente confirmatã, lege teneri? cũ præsertim vera lex sit ratio recta? [h] Augustæ lege Regia legibus solutæ non sunt, sed Principes sua illis priuilegia tribuunt, & legibus eas soluũt. Est igitur superior legislationis particula, Iura generalia esse, [i] hac exceptione coarctanda, vt his neque Princeps, neque Augusta teneatur. Sed tamen Principes memores se homines esse: etsi legibus, inquiunt, soluti sumus, legibus viuere volumus. [k] Hoc enim & populus, qui legem Regiã iussit, voluit, vt sponte sua Principes leges paterentur, & obseruarent, quas ipsi constituerent, vel bonas esse putarent: sed ad hoc adigi indignũ existimauit populus, cùm Principes essent, vel esse debeant, iustissimi. Lex inquit diuina sapiẽtia non est iusto posita. Theodosius, & Valentinianus, imperium legibus parère voluerunt, quod ex legibus pẽderet: nimirum ex iure gẽtium legibus sancito. [l] Quod maximè Principes cognoscere debent, qui non populi consensu, vel septemuirum, [m] tanquam optimi, sapiẽtissimique designantur, sed alij alijs succedunt, semel in hoc conspirante populo, quales, quales ferè Principum liberi, vel agnati, futuri sint. Sunt qui originem legis Regiæ ad Romulum referunt, qui legem ad populum tulit, vti ius creandi Regem, penes populum esset: sunt & qui eam legem identidem renouatam ferunt, & extare adhuc Romæ in æs incisam, quæ sub Vespasiano perlata est de eius imperio Iustinianus ita eam accipit, quasi soli Principi facta esset deinceps potestas iura constituẽdi, eademque populo adempta esset: [n] Pomponij historiæ magis congruit, ob difficultatem cõuocandi populi, datam esse soli Principi potestatem iuris constituendi, [o] quæ populum legislatione non excluderet. [p]

Ad l. XXXII. IVLIANVS *Lib. 84. Digestorum.*

De quibus caussis, scriptis legibus non utimur: id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine introductum est: & siqua in re hoc defecerit, tunc quod proximũ & consequens ei est. Si ne id quidem appareat: tũc ius quo urbs Roma utitur, seruari oportet. Inueterata enim consuetudo pro lege non immeritò custoditur: & hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. Nam cùm ipsæ leges nulla ex alia caussa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sint: meritò & ea quæ sine ullo scripto populus probauit, tenebunt omnes. Nam quid interest, suffragio populus uolũtatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare rectißimè etiam illud receptum est, ut leges nõ solùm suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

a. l. 2. sup. de Orig.

Suprascripta de scriptis legibus, & senatusconsultis: nunc de cõsuetudine. Igitur ius scriptum inuentum est, ne incerto iure, & consuetudine cum difficultate probanda, vtendum esset. [a] Nam ius scriptum, & prudentium authoritas, in eo interpretando, in promptu fuerunt: quibus tamẽ deficien-

deficientibus, vel abrogatis per desuetudinem, tacito consensu omnium consuetudo regionis pro iure seruatur. Si nec ius scriptum, nec consuetudo regionis, ad caussam omninò dirimendam sufficiat, illud ius dicendum erit, quod proximum sit, & consequens regionis consuetudini, producta consuetudine ad consequentiá, vti ius scriptum ad similia produci suprà est constitutum. [b] Quod si nec hoc quidem liceat, vrbis pręcipuæ iure nó scripto, si quod obscruetur, vtetur ea regio. [c] Potestatem consuetudinis deinde & legis eandem esse, tam in constituendo iure, quàm in abrogando, id est prorsus tollendo, subijcit. Vnde id quæri potest, an consuetudine regionis, vel municipij, ius commune Romanorum in ea regione, vel municipio corrigatur. Nam si municipalis lex permittendo post rescripta principalia, quæ vetent, nihil agit: [d] nec consuetudo municipij ea corriget. Et hanc quidem sententiam Iulianus hoc loco, & Cóstantinus Augustus, [e] & Orténsius probare videntur, [f] inter eos qui Romanis Augustis parent. Quod multò magis obtinere debet ex Iustiniani interpretatione, qua vni Imperatori, nó populo, legis cóstituendæ attribuit potestatẽ: [g] vt solus Imperator legi abrogare, vel derogare posit simili ratione: [h] aut certè vniuersus populus, qui legé recepit, cótrario consensu: vt hic Iulianus, etiá sub Imperatoribus licuisse significat. Quod arguit id, quod suprà attigimus, sub Imperatoribus quoq; populum legem iubere potuisse, ex veterum iureconsultorum sententia colligi. [i] Igitur si lex generalis iubeat, vel vetet, consuetudo regionis contrarium ius non introducet, sed cósuetudo vniuersi populi legem abrogabit. [k] Sanè quæ lege permittuntur, vti libertatem rei suæ defendere, consuetudine, id est, possessione, & vsu rerum, tacitè consentientibus dominis, adimuntur: [l] veluti tacita conuentione eorum ad quos ea res pertinet. Gregorius tamen pontifex, æquá diuturnamque consuetudinem, legem ciuilem tollere posse confitetur, [m] quod Iulianus hic nó negat, si ea sit omnium ciuium cósuetudo. Nam cùm de iure ciuili agitur, & populo: populus accipitur vniuersus qui sub eodem imperio est, vt Romanus, Atheniensis, Gallicanus, quorú singulorum, & singulæ dicũtur ciuitates: [n] licet municipia quoque singula interdum ciuitates appellentur, sed eorum iura, non ciuilia, sed municipalia nuncupantur. [o] Consuetudinem porrò, vel legem municipalem, lex generalis posterior non abrogat, nisi expressim id caueat, authore Bonifacio: [p] quod nec ipsum satis iure ciuili probatur. Cur enim lex iubens, vel vetans generaliter, non abrogat moribus introductum ius, cui specialiter non pareit? Quod & à contrario hic Iulianus sensisse videtur, & suprà alibi Pomponius: quando in hoc ius scribitur, ne incerto iure, & consuetudine, populo vtendum sit, [q] sed leuiter hæc attigisse satis est, eòdẽ pertinentia suo quæque loco animaduertes.

b. l. non poss. & seq. sup. eo.
c. §. fi. insti. de Satisd.
d. l. 3. §. di. ij. de Sepul. vio.
e. l. 2. C. quæ sit long. cósu.
f. lib. 2. feu. in prin.
g. const. j. sup. § fi. C. de ll.
h. arg. hic. & d. l. 2.
i. l. 2. sup de Orig.
k. d. l. 2. C. & hic. arg. c. in istis. di. 4.
l. Véditor. ff. con. præd.
m. c. fi. de Cósuetu.
n. l. omnes. ff. de Iustit. §. & non. instit. de Iur. nat.
o. l. j. ij. ad munic. d. §. luci°.
p. c. j. de Cósti. in 6.
q. l. 2. sup. de Orig. iur.

Ad. l. XXXIII. VLPIANVS *Lib. 1. de Officio proconsulis.*

Diuturna consuetudo pro iure & lege, in ijs quæ non ex scripto descẽdunt, obseruari solet.

Ad. l. XXXIIII. IDEM *lib. 4. de Officio proconsulis.*

Cùm de consuetudine ciuitatis uel prouinciæ confidere quis uidetur: primũ quidẽ illud explorandũ arbitror, an etiam contradicto aliquando iudicio cõsuetudo firmata sit.

Ad. l. XXXV. HERMOGENIANVS *Lib. 1. Iuris ἐπιτομῶν.*

Sed & ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata [q] uelut tacita ciuium conuentione: non minùs quàm ea quæ scripta sunt iura seruãtur.

Consuetudo absolutè, & inueterata, & longa, & diuturna, & ius moribus vel consuetudine introductum, & mos maiorum, & interpretatio prudentium, à iureconsultis in ijs rebus quæ nõ ex scripto descendunt, & obseruantur, dici solet. Est autem consuetudo, communis vsus iubens quæ facienda sunt, & prohibens contraria: non dico verbis, sed rebus ipsis, atque factis. [a] Ecce more apud Gallos hoc ius, id est iustum, & æquum inualuit, vt qui moritur, successori suo nõ solùm dominium rerum suarum, sed & possessioné quasi per manum tradat: cùm alioqui iure Romano possessio sine appræhensione rerum, & facto non quæratur. [b] Hoc igitur ius, quod iubet reddi interdictum vti posidetis hæredi, & vim ei fieri vetat, & permittit interdicere, ex communi Gallorum vsu descendit, qui passim per annos plurimos hoc quasi iustum obseruarunt. Oportet autem sit longa consuetudo, vt per decem annos, vel plures, inueterata (ita enim frequenter responsum est) aut alioqui æstimatione iudicãtium satis diuturna. Sed quoniam vsum communem totius populi, vel prouinciæ, vel municipij, probare difficile est, & ferè in iudicium venire soleant, quæ certo iure scripto constituta non sunt: primùm illud iudicantibus inquirẽdum erit, an dato aliquando pro consuetudine iudicio, & à collitigante contradicto, sententia secundum consuetudinem qua actor confidere videtur, lata fuerit. [c] Sicut enim leges scriptæ firmantur consuetudine vtentium, ità consuetudo iudicatis rebus firmatur, [d] vt cùm longa consuetudo, quasi ciuium conuentio, nos teneat, [e] tum maximè si secundum morem aliquando etiã iudicatum sit. [f] Nam & sola consuetudo, sine iudicio, pro iure, id est iure scripto seruatur: [g] res iudicata non seruatur sine consuetudine, nisi perpetuò similiter iudicatum sit. [h]

q Idẽ Cicero lib. 2. de Inuẽ. Rhet. & 2. ad Heren. & in partiti oratori. Plato dial. 3. de Legibus.
a. arg. l. 2. sup. de Orig. & ff. l. de quib.
b. l. cum hęre. ff. de Acq. do.
c. ff. l. cùm. de.
d. ff. l. de quib.
b°. c. in istis. di. 4.
e. l. sed & ff. e.
f. hic. & l. seq.
g. hic. & l. sed &.
h. ff. l. nam.

Ad l. XXXVI. PAVLVS Lib. 7. ad Sabinum.

Imò magnæ authoritatis hoc ius habetur, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id compræhendere.

a. sup. l. sed &. b. hic. c. l. j. & 2. supr. eo. d. l. sed & sup. eo. e. l. de quib. sup. eo. f. l. 2. sup. de Orig. g. l. j. & 2. l. iura const. & ll. seq. sup. eo. h. vt hic. i. vt sup. l. de quib. & 3. sequeo. k Cicer. pro Rosc. Amer. l. d. l. de quib. m l. si fine. j. de ad. tut. l. 2. C. quæ sit lõ. cons. n. l. si quis in. C. de Pact. gl. pen. opi sup. l. de quib. o. l. magistratus. j. ad municip. l. item. j. quod cu. p d. l. 3. j. de sepul. viol. l. j. j. de Vsur. & d. l. de quib. q. d. c. fin. de Consue. r. l. iurisg. j. de Pact.

Hermogenianus à pari arguit consuetudinem seruandam,[a] Paulus etiam à cõparatione minorum, hoc sensu:[b] Ius scriptum ideo nos tenet quòd sit cõuentio, & sponsio ciuitatis,[c] ergo & consuetudo, quę tacita est quodam modo ciuitatis conuentio:[d] quando rebus ipsis, & factis, cõsensum suum declaret, vt in lege iubenda, suffragijs:[e] imò maioris authoritatis ius non scriptum more introductum, quàm ius scriptum habetur. Nam legumlatoris, & authoris existimatio, & alia multa, suffragia populo plærumque extorquent, vt legem parum vtilem iubeat:[f] quod verò ciuitas communi vsu probat, duce ratione obseruari videtur. Lex delictorum est coërcitio, & de ijs rebus in quibus peccari solet, vel dubium est quid obseruari debeat, constituitur:[g] bonorum omnium consuetudo id probat iustum esse, quod sine scripti authoritate, tãquam minimè controuersum obseruatur.[h] Et hoc quoque Paulus hic subsignificare videtur, populum Romanum ius scripsisse potissimum, de ijs casibus, qui controuerti solebant, vel aliquando controuersum iri probabile habuit: certam verò viuendi bonorum omnium rationem, scripto non cõpræhendisse.[i] Nam & Solon rogatus cur in parricidas legem nõ tulisset, respondit quòd nemine putasset tantum scelus admissurum.[k] Ergo consuetudo obseruatur vbi lex desideratur quæ vetet, aut iubeat: quod verò iure scripto compræhensum est, non nisi totius populi contraria volũtate tacita abrogari potest.[l] In ijs quæ nec vt mala vetantur, nec vt bona imperantur, sed quia vtilia sunt vitæ, permittuntur, nec ratio certa, & necessaria, eis lege constituitur, regionis consuetudo scriptum ius vincere potest:[m] si modò hoc legem vincere, & contra legem esse, dicere audeas. Quid ni? quando expressa conuentione ea amittamus, quę ad vtilitatem nostrã constituta sunt?[n] Nam & iureconsulti de ijs quæ neque iubentur lege, neque denegantur, mores perpetuamq; cõsuetudinem respondere consueuerunt,[o] contra legem cogentem, vel prohibẽtem, neque legem municipalem, neque consuetudinem regionis, sed solam legem generalem, vel consuetudinẽ, admiserũt.[p] Etsi nesciam vulgò creditum, legem generalem vincere in sua regione, si modò rationi congruat, & longo tempore inualuerit:[q] sed quæ regionis consuetudo aduersus leges, vel cõtra iuris formam introducta dici possit, aliunde disces.[r]

Ad l. XXXVII. IDEM Lib. 1. Quæstionum.

Si de interpretatione legis quæratur, in primis inspiciendum est quo iure ciuitas retrò in huiusmodi casibus usa fuit. Optima enim est legum interpres consuetudo.

a. l. de Quib. sup. eo.

In omni controuersia scripti iuris, hic quoq; locus vtilis erit, vt ostendamus cõmunem vsum populi in commercijs, nostram sententiã probare, & aduersarij refellere interpretationem. Exẽpla suprà à nobis exposita sunt, quæ ad docendum sufficiũt. Optima, inquit, est legum interpres consuetudo, & rectè. Nam si prudentibus, & iudicantibus paucis, leges interpretantibus creditnus, cùm de voluntate legum ambigitur: cur non populo potiùs legi voluntatem interpretanti rebus ipsis, atque factis?[a] Quod in populo qui legem iussit, vel à cuius imperio legũlatoris potestas descendit, proculdubio locum habet. At singulæ regiones, vel ciuitates, legem vsu suo, aduersus aliarum omnium sententiam, non labefactabunt. Quamuis vulgò (vt dixi) contraria sententia probetur.

Ad l. XXXVIII. CALLISTRATVS Lib. 1. Quæstionum.

Nam Imperator noster Seuerus rescripsit, in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuò similiter iudicatarum authoritatem, uim legum obtinere debere.

a. hic. & l. 2. sup. de Orig. arg. l. municipes. j. ad munic. b. l. nemo. C. de sen. om. iu dic.

Ambiguitas quæ ex lege proficiscitur, rhetoribus controuersia in scripto ferè dicitur, & legitima constitutio vocatur *appoinctement en droict*, pertinet tamẽ controuersia scripti ad testamẽta, & pacta, ex quibus aliquid controuersiæ nascitur. Adæquantur autem Callistrato longa consuetudo, & authoritas rerum perpetuò similiter iudicatarum, vel, quod eòdem recidit, authoritas prudẽtium:[a] nam Iudices prudentium authoritate, & disputatione fori iuuantur, in rebus iudicandis. Sanè perpetuò, id est longo tempore, & similiter, iudicatum esse oportet: alioqui exẽpla vim legum non obtinent, sed legum voluntas aliunde quęrenda est.[b] Idem hic quæri potest de rebus perpetuò iudicatis in regione vel ciuitate, quod antè de consuetudine vocaui in quæstionẽ: atque id ambigi potest, si vsus regionis in cõmercijs, à rebus iudicatis discrepet, quid potiùs sequantur iudices? Quod perrarò accidit.

Ad l. XXXIX. CELSVS Lib. 23 Digestorum.

Quod non ratione introductum est, sed errore primùm, deinde consuetudine obtentum: in alijs similibus non obtinet.

Vbi neque

Vbi neque ius scriptũ, neq; consuetudo aliqua in re obseruata cõstat: quod proximũ est cõsuetudinis iuri, custodiri oportere suprà apparet, producta consuetudine ad cõsequẽtias,[a] vt in iure scripto obseruatur.[b] Hoc loco lex sancit, vt errore introductũ ius, & consuetudine longa deinde obtentum, ad similia non producatur. Eccè propter vsum imperitorũ, si in argento relatũ sit candelabrum argenteum, argenti esse videtur, & error ius facit, non ratio: quam si sequamur, in suppellectile erit.[c] Sed hoc non obtinebit in alijs instrumentis domesticis, patrisfamilias, vt in lectis argenteis.[d] Nam & ius singulare contra rationem communis iuris conscriptum, non producitur ad consequentias,[e] quòd in correctorijs ea quæ nominatim mutata non sunt, regula iuris metiamur:[f] præsertim si vel nulla ratione deroget exceptio regulæ, vel eadem ratio non sit in ijs quæ similia videantur.[g]

a. l. de Quib. sup. eo.
b. l. non poss. & seq. sup. eo.
c. l. 3. ỹ. de supell. leg.
d. vt hic.
e. l. quod verò & ll. seq. sup. eo.
f. l. præcipimus. C. de Appell.
g. hic. & d. l. quod verò.

Ad l. XL. MODESTINVS *Lib. 1. Regularum.*

Ergo omne ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmauit consuetudo.

Diuisio est iuris ab efficientibus ducta, quæ & rubricam comprehendit superiorem, & inferiorem. Omne ius aut consensus suffragijs declaratus fecit, vt legem, & plæbiscitum:[a] aut necessitas constituit, vt senatusconsultum, constitutionem,[b] aut firmauit consuetudo, qui velut tacitus est consensus. Responsa prudentium ad necessitatem referũtur, quibus parere necessum fuit ex Imperatorum constitutionibus,[c] vt S.C. & placitis Principum, quibus tenemur vel inuiti. Nisi malis ius accipi hoc loco pro iusto ipso, non pro particula iuris, & pacta cõuenta consensu cõstitui: quod quauis parte iuris scripti constituitur faciendum, vel non faciendum, necessitatis esse. Sed consuetudini quoq; parere necesse est: vt prior expositio magis probanda sit. Quòd necessitatem ad ius gentiũ respicere putant,[d] ego non probo: quando de efficiente caussa iuris, non de fine hic agatur, & ius gentium legibus etiam sancitum sit, & consensu.[e] Eò hæc diuisio pertinere videtur, vt consensu introductum ius, contrario consensu abrogari credamus,[f] quod necessitas constituit, nõ nisi cõtrario imperio, vel maiore, tollatur.[g] Sanè si Princeps sciens patiatur constitutiones negligi, dubium non est quin abrogentur. Consuetudo quam vim habeat satis dictum est superiùs.

a. l. j. & 2. ỹ. e.
b. l. 2. sup. de Orig.
c. d. l. 2. & ỹ. respõ. de Iur. nat.
d. glos. hic.
e. Cice. lib. 2. Rhet. l. ius autẽ ỹ. de Iust.
f. l. de Quib. sup. eo.
g. arg. l. nihil. ỹ. de Reg. iur. & d. l. de Quibus.

Ad l. XLI. VLPIANVS *Lib. 2. Institutionum.*

Totum autem ius consistit aut in acquirendo, aut in communi seruando, in minuẽdo. Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat: aut quemadmodum quis rem suam uel ius suum conseruet, aut quomodo alienet, aut amittat.

Alia est diuisio iuris à fine tracta. Nam in hoc ius constitutum est, vt acquirant sibi ciues res corporales, vel incorporales, quibus modis expositum est in Institutionibus:[a] vel iure dominij, vel quasi dominij, vel exceptione aliqua conseruent res sibi quæsitas,[b] & libertatem, & vitã, vel existimationem, aut alia quæ habent: ea de caussa, vt suprà scripta omnia alienent pro parte, vel in solidum, aut amittant, & certis modis sua cuiusq; esse desinant.[c] videtur autem in hoc hæc diuisio in hunc locum relata, vt intelligamus benignius interpretandum ius quo cõseruamus nostra, quàm quo contendimus acquirere aliena,[d] vel hoc agimus vt quis amittat vel vitam, vel dignitatem,[e] &c. Totus enim hic locus ad constitutionem iuris, & interpretationem pertinet. In constituendo scire oportet caussas, à quibus constitui possit, quibus de rebus & personis, qua forma, & cuius gratia,[f] in interpretando obseruandum erit omne ius aut certum aut dubium esse: certum minimè mutandum est, nisi posteriori iure, vel alioqui potentiori abrogatum sit. Quod dubium est, aut in verborum interpretatione positum est, aut in æqui prauique discrimine. Verborum interpretatio ex vsu loquendi latinorum petenda est: æqui & iniqui separatio, ex locis honestatis, & vtilitatis.[g] Controuersiæ autem incidũt tam de iure certo, quàm dubio, vel in iure docendo, & respondendo, vel in iudicijs.[h] Eæ sunt quæ nasci dicuntur ex ratiocinatione, scripto & sententia, ambiguo, contrarijs legibus, definitione, translatione. Ad formam verò legum veterum rediget iuuentus exemplo versuum, quos suprà de iustitia conscripsi. Nã ex persona Iustiniani iubentis, vetantis, permittentis, &c. omnia dici intelligendum est hoc pacto.

Lex delictorum coercitio, &c. esto.

» De ijs quæ perrarò eueniunt, iura ne constituuntor: generaliter, non in singulas personas cõ-
» stituuntor. De ijs quæ primò constituũtur, aut interpretatione, aut cõstitutione Principis, cer-
» tum ius statuitor.

» Legis virtus imperare &c. esto.

» Senatus iuris faciendi potestatem habeto

» Certum ius ad similia producitor, &c.

»

a. de Re. di. & seq. tit.
b. ỹ. de Exce. & inst. eo.
c. inst. quib. mod. tol. obl.
d. ỹ. de Acq. vel amitt. hæred. d. l. error. & seq. de Iur. & g.
e. l. interpre. ỹ. de Pœn.
f. sup. eo. vsq; ad l. nõ poss.
g. Quintil. & sup. l. minimè l. in ambi. & l. seq.
h. Cic. in Rhe & ad Heren. l. non poss. & ll seq. sup. vsq; ad l Princeps; l. si de. & seq.

IVS GALLICVM AD *eundem Titulum.*

Apud Gallias ius scriptum cõstituit solus Princeps, quas leges Regias, & cõstitutiones, rectè appellaueris.

appellaueris. [a] Consuetudinis nulla babetur ratio, nisi Principis edicto cõscripta, [b] & à Senatu homologata fuerit: nisi fortè sit vsus iurisdictionũ, quẽ stylũ appellant. Is enim sine scripto constat, & rogatis ordine causidicis fori, ex tẽpore probatur, [c] vt fori interpretatio Romanis. [d] Senatus etiã decreta sua à populo recipi vult infra fines suæ iurisdictionis: idque permissu Principis. [e] Si quando neq; patriã legem, cui lex Regia nõ abroget, neq; vsum iurisdictionis, neq; Regiã legẽ, aut S.C. habent: quasi fundus populus, [f] ius Romanũ sibi, Principis sui voluntate asciscunt, & ius cõmune etiam vocant. [g] Senatus tamẽ disceptatio, ad hoc ius quod attinet, libera est: & in omni foro morẽ suum, vel legẽ Romanæ contrariã, obseruãt, quòd sponte sua in subsidium iuris sui legislationẽ Romanam adhibeãt. [h] Et hoc in controuersia ex cõtrarijs legibus nata obseruãt, si vel cõsuetudo legi Regiæ, vel alterutra iuri Romano cõtraria proferatur. Sed de constituendo iure, & interpretãdo, exẽpla in legislatiõe Gallicana obseruabis hoc modo. Extat lex Regia de eo quod nec opinatò vt plurimũ cœpit accidere, generaliter cõstituta, non in singulas personas, & cuius virtus est vetare, permittere, & punire: qua non cõprehenditur quod accidere frequenter nõ cõsueuit, &c. Ea est quæ vetat laicos iudicio in personam apud iudicẽ pontificiũ pulsari, &c. [i] olim enim nõ nisi ad laicos iudices vocabãtur laici: deinde cœperunt appellari ad pontificios cũ in personã agebatur. Quod etsi præter opinionẽ omniũ acciderit, quia plærumq; tamen vsu venit, cõtra publicã vtilitatem, lex ea tandẽ constituta est. [k] Punit qui contrà fecerint multa arbitraria: permittit tamẽ apud eos agere, qui iã senatuscõsulto eã sibi notionẽ competere probare queãt. Sed & id imperare videtur iudicibus, vt eos qui cõtrà fecerint caussa cecidisse pronũciẽt. [l] Nihil ea cõstitutio de reali iudicio sancit, ꝙ nondũ eò insaniæ quis peruenerat, vt de rebus soli ad laicã iurisdictionem pertinẽtibus, apud iudicẽ pontificiũ litigaret. Id si euenire contingeret frequẽtiùs, vel interpretatione a cõparatione maiorũ ducta, vel (si hoc magis rationi congruere videretur, quàm quod vetitũ est) cõstitutione noua prohibendũ esset. [m] Sed quoniã ea lex actionem personalẽ vetat, ad cognitionẽ Præsidis eadẽ ratione producenda erit, cùm nulla actio datur, sed extra ordinẽ de pecunia ius redditur à magistratu. [n] Eadẽ lex ius singulare constituit in laicos de sacramẽtis, &c. quod ad consequentias nõ producitur. Nõ enim cõsequẽs est alia caussa laicorũ caussæ de sacramentis, quàm à põtificio iudice dirimi, iure singulari cõstituitur. [o] Scire enim legẽ non est verba eius tenere, sed voluntatẽ, quæ ex ratione legis agnoscitur. Ea est vt sua iurisdictio, suumque ius cuique seruetur. [p] Quapropter si Pontifices territorium, & iurisdictionem etiã laicam habeant, iudices creare poterunt, qui inter laicos eius iurisdictionis ius dicant. Et hanc quidẽ sententiam legis, & ratio, & æquitatis benignitas suadet, & deniq; certa semper fuit hæc interpretatio. [q] Habes exemplum scripti & volũtatis cõtrouersię, nec nõ ratiocinationis quæ ex lege Caroli quinti, & suprà ex posita Francisci lege ducitur. Ex eadem lege ambiguitatis cõtrouersia nasci potest, ꝙ *action personelle*, Gallis ambiguũ verbum sit: & eam quam in personam iureconsulti vocant, & omnem actionẽ quæ ad rem soli nõ pertinet, demonstrãs: [r] & hoc posteriore modo in lege Regia accipimus, quòd hæc interpretatio vitiosa non videatur. [s] Quæ enim mobilia sunt plęrumque minoris sunt momenti, & ea ratione de his actiones, pontificij iudices sibi arrogabant: quasi componere lites ad eos pertineret, de hisce rebus præsertim quæ in iurisdictione laica nõ videantur constitutæ. [t] Ex eadem lege definitionis quæstio nascitur, quid sit *action pure personelle*, vtrúmne quæ in personam sit de re soli, vti exempto actio eo nomine contineatur? aut dũtaxat ea actio quæ de re mobili intẽditur? quod magis puto suprà scriptę rationi congruere. [u] Porrò legis Regiæ certa est prohibitio, quacunque ratione aduersus Cæsaris constitutionem, [x] Pontificibus interdicat iurisdictione in alios: nec ideo parendum legi non est, ꝙ ratio cuilibet minimè perplaceat quàm suprà meminimus, suam cuique seruandam iurisdictionem. [y] Ad hæc inciuile erit, ex primo quoque capite eiusdem legis, ijs Pontificibus iurisdictionis facere controuersiam, qui ex Senatus decreto inter laicos cognoscuot, vel de ea re iudicare, vel respondere. [z] Ex contrarijs legibus controuersia erit, si lex Cæsaræa Regiæ opponatur: [a] sed apud Gallos Regia præualet, vbi in subsidium demum ius Romanum adhibetur. [b] Eadem Regia lex ad priores pontificias trahi debet, [c] cùm de sacramẽtis & alijs ad pontificios iudices spectantibus, sancit. [d] Contra eam legem facit iudex pontificius qui citationem mãdat laicorum: fraudem facit legi qui non mandat quidem ipse, sed id committit mandati. [e] Ad hanc legis Regiæ interpretationem, consuetudinem populi, & res iudicatas post legem euulgatam, si licet, accommodabis. [f] Habes autem omnia fragmenta huius tituli ferè vsque ad l. Princeps, vna lege Regia declarata. De consuetudine apud Franciam dixi. Errore fortè consuetudo ius firmauit apud Bituriges, vti adscriptitij serui ciuitatem præcipuam, & alia quædam municipia incolentes, ad libertatem ritè proclament. [g] Et apud Britanniam celticam, illa consuetudo qua *le mort saisit le vif en ligne droicte*, [h] simili errore fortassè inualuit: nimirum quòd iuri Romano vtrumq; visum sit cõuenire. [i] Quorum vtrũque certam interpretationẽ habet in cõmentarijs veterum [k] Illud quæri potest, cũ apud Gallos omne ius vel necessitas statuat, vel olim firmauerit cõsuetudo, [l] quo modo cõsuetudinẽ, vel abrogãtẽ iuri Romano, vel derogantẽ, id est pro parte corrigentẽ ius Romanũ, interpretamur. Et suprà ex iure Quiritiũ respõdi, cõsuetudinẽ regionis, aut alioqui eandem authoritatem cum iure scripto non habentem, iuri imperanti, vel vetanti derogare, vel abrogare

a. arg. l. 2. sup. de Orig.
b. Caro. 7 Lu do. 12. Franc.
c. l. Reg. apud Britan.
d. d. l. 2. sup. de Orig.
e. arg. d. l. nõ amb. vbi not. S.C iote ll. Reg.
f. Cicer. pro Corn. Balbo.
g. ll. Reg.
h. arg. libr. 2. feud. in prin.
i. Franci. art. 3. 2. & 3 de Breuia. litiũ.
k. arg. hic. l. 3. 2. 3. & ll. seq.
l. arg. hic. l. Legis.
m. arg hic. l. 3. & ll. seq.
n. arg. hic. l. nõ pos. & seq.
o. arg hic. l. quod verò. & 2. seq.
p. Carol. 5. 5. c. nouit. de Iudi.
q. arg. hic. l. scire. & seq. l. nulla & l. minimè.
r. arg. C. vbi in rem actio. inst. de Actio. §. 3.
s. arg. hic. l. in ambig.
t. l. episcopale C. de Epi audi.
u. Brtã. 9. & 10. Andeg.
x. l. episcopale. & aut. seq. C. de Epi. audi.
y. arg. hic. l. nõ om. & seq.
z. arg. hic. l. inciuile.
a. d. l. episco.
b. Lud. 12. 95. & seq.
c. c. 2. de Iud. vbi not.
d. arg. hic. l. non est nouũ & ll. seq.
e. arg. hic. l. cõtra. & seq.
f. l. 6. de. & seq. hic.
g. Biturig. 3.
h. art. 3. *des success.*
i. l. in orbe vbi glo. 3. de Sta. ho. l. cũ miles de maior.
k. l. cum hære. 3. de Acq. poss. Cic. in Topic. vbi Boet.
l. hic. l. pen.

rogare non posse: licet ijs quæ permittũtur, quibus & conuentionibus singulorum modus alius præscribi potest, consuetudo formam dare posit.[m] Ea quatenus sine scripto constat, valebit: ad similia producendam negant alij, quòd contra tenorem iuris introductum ius sit:[n] alij derogãtia statuta producunt ad similia exemplo Imperatoris,[o] & Romani pontificis:[p] vt eadẽ ratione & consuetudo producenda videatur. Equidem non video cur scripta consuetudo apud Gallias ad similia non producatur, si modò ob eandẽ rationẽ, vel maiorem produceamus: cùm præsertim in subsidiũ iuris nostri ad Romanum confugiamus.[q] Quod eo casu indubitatũ est, quo specialẽ verbi significationẽ, ad abusiuam producimus.[r] Sed satius erit cætera io suum locum reseruare, quæ huius tituli capitulis definiri non possunt. Nã & singulis legibus Regijs, & moribus, singula fragmenta accõmodare licuit, nisi onerarẽ iuuentutẽ plùs satis. Cõtrouersiæ porrò scripti iuris in iudicijs obseruãtur, apud Gallos, quoties, *par droict, & fin de non recepuoir, les proces se peuuẽt iuger*,[s] in quã coostitutionẽ iuridicialẽ incidunt omnes cõtrouersiæ suprà scriptę, ex contrarijs legibus, ex scripto & sententia, &c. Status tamen in his cõtrouersijs nõ cõstituitur à iudice, sed iudicatio emergit, de qua pronũciat. Sanè cũ tabulis, instrumentisque caussa instruitur, non testimonijs, status cõstituitur à iudice quem legitimũ quidã non inseitè appellat: quãdo id constituat iudex vt tabulis contradicatur, & contradicta dissoluantur, *contredictz, & saluations*. Nam & Cicero ad omnẽ scripturã, constitutionem legitimã refert. Sed tamẽ quia de facto, & contractu, vel testamẽto nõ conueoit inter litigantes, fortasse prima cõstitutio hic quoq; cõiecturalis dicitur: aut si conuenit, dicetur iuridicialis de æquo, & iniquo: vt omnis status ab initio sit iuridicialis, vel coniecturalis. Sed de his litigandum non est, modò res intelligatur.

m. not. d. l. de Quib. & l. 2. C. q. sit long. con.
n. Bart. l. om. sup. de Iusti.
arg. hic. l. quod verò.
o. l. his. C. de Re. don.
p. c. cum dilecta. de Cõfir. vtil.
q. arg. l. de Quib. ĩ. eod. lib. 2. feud. in prioc.
r. l. oratio. ĵ. de Sponsa. l. 3. ĵ. de Fund. dot. l. j. ĵ. re. amot. & l. si concub.
s. Caro. 7. 122 arg. lib. 2. feu. 10 prin.

DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM.

Titulus. IIII.

Reliqua erat hæc particula iuris, ex illis quæ suprà de Orig. iur. ordine temporum memorantur: de qua hoc titulo, quædam apud veteres specialiter coosripta, pro lege cõponuntur per Iustinianum. Sed cur de edictis magistratuũ nullus est specialis titulus inter τὰ πρῶτα? An quòd potestas iuris constituendi magistratibus ablata sit?[a] an potiùs quòd edicta magistratuũ ad ipsum ius, id est quod propriè ius dici consueuit, non pertineant?[b] An denique quòd suprà satis de eo iure dictum sit?

a. l. fi. C. de ll. & l. j. ĩ. cõst. 3
b. l. j. j. de Off. eo. § j. inst. de Fideicõ hær.

Ad. l. I. VLPIANVS *Lib. 1. Institutionum.*

Q Vod Principi placuit, ¶ *legis habet uigorẽ, utpote cùm lege Regia, quæ de imperio eius lata est, populus ei & in eum omne suũ imperiũ, & potestatem conferat. Quodcunque igitur Imperator per epistolã & subscriptionem statuit, uel cognoscẽs decreuit, uel de plano interlocutus est, uel edicto præcepit, legem esse constat. Hæ sunt quas cõstitutiones uulgò appellamus. Planè ex his quædã sunt personales:* ¶ *quæ nec ad exẽplum trahuntur. Nam quod Princeps alicui ob merita indulsit, uel si quam pœnam irrogauit, uel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur.*

¶ Quales leges principẽ ferre oportet, Plat. dial. 3. de Leg.
¶ Prudens Traiani in priuilegijs concedendis consilium refert Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 23.

Quod Principi, inquit, placuit legis habet vigorem: intellige pro loco, ius quod Principi placuit, potestatem legis ad populum latæ, habere.[a] Sic pactio est consensus pluriũ in idẽ, nimirum dandũ, vel faciendũ, aut contrà.[b] Nã eo loci de obligãdo, vel de liberãdo, non de iure cõstituendo, disputatur: vt hic contrà de iure quod populo, vel plæbi, patribus, & Principi placet. Ait, cũ lege Regia. De lege Regia suprà dixi,[c] quam ex eo dictã ꝙ Regis imperio lata sit, hoc loco cõstat. Imperatores enim & Reges dicuntur,[d] licet plausibilius illud nomẽ habitũ sit, ob vetus odiũ tyrãnidos superbi. Deinde ait, Ei & in eũ. Aut nescio quid amplius est Vlpiano cõferre in Principẽ, quã cõferre Principi imperiũ: aut in eũ, ad populum refertur, & ei, ad Principem: quo modo & Theophilus interpretari videtur.[e] Quanquã non ignoro sententiã hanc elegãtiæ relationis parum conuenire, visum iri pluribus. Sanè ius dici alicui, & in eum vel actionem ei, & in eum cõpetere frequentius est, quàm vt probari oporteat:[f] Accursij tamẽ interpretatio huic loco nõ magnopere congruit. Ait, omne suum imperiũ. Populus ante Cæsares iubebat, senatus author erat vt Cicero ait.[g] Nam aliquot dies priusquam comitia haberentur, senatus coactus censebat aliquid faciendum, vel non faciendum, populus in comitijs iubebat deinde, vel vetabat: & ita senatus author erat eius quod populus iubebat.[h] vnde imperium, vel iussum populi per excellentiam dictum est, quibus verbis & vetandi, vel permittendi, puniendique potestas continetur: vti cùm legem generale iussum dicimus.[i] Eadem ratione potestas absolutè populi fuit, quo verbo citra figuram omnia suprà scripta comprænhenduntur: vt nõ videatur inutilis interpretatio, quam iureconsulti declarationis gratia interdum adhibent, manui & potestati,[k] constans & perpetua:[l] bonum & æquum,[m] oratores magis ad commouendum auditorem, interpretatio-

a. l. 2. ĩ. de Orig.
b. l. j. ĵ. de Pac.
c. l. princeps. sup. de ll.
d. l. fi. C. de ll.
e. §. sed & de Iur. nat. arg. l. 4. ĵ. de Eden.
f. ĵ. de Iurisd. l. est receptũ.
g. Cic. de ll.
h. l. item ĵ. de Pet. hær. arg.
i. Gell. l. legis sup. de ll.
k. insti. de liber. in prin. l. ma. ĩ. de lost.
l. l. iusti. eo.
m. l. j. eo.

ne eiusmodi vti solent. Imperium igitur, potestásve populi, lege Regia in vnum Principē collata est: & quidem ita, Iustiniano authore, [n] vt ampliùs populus iubere non posit aliud, quàm vt vnus Princeps sit: qui designatus ritè, solus deinde imperium, potestatemque habeat quasi diuinitùs datam. [o] Scio ex Cæsaribus quosdam Imperium permisisse populo, vtcunque scripta fuerit lex Regia, [p] sed Iustinianus legē Regiam aliter lege noua interpretatur: qui tamē frustrà in titulum superiorem quę ad leges, plębiscita, senatusconsulta facienda pertinent, retulit, nisi & ipse idem permiserit, [q] & alijs deinde Augustis idem putauit faciendum. [r] Et profectò iureconsulti apud Iustinianum non hoc dicunt, imperium populo lege Regia ablatū, sed ob difficultatē conuocandi in vnum populi, cōcessum Principi, & cōmunicatum, vt solus tantùm posit, quantùm omnis populus. [s] Nam vt cætera nunc prætercam quæ huc pertinent, cur Iulianus sub Hadriano suffragium populo tribuit, si penes Hadrianū duntaxat iuris constituendi potestas erat. [t] Igitur Vlpianus hoc loco tantùm id colligit, Principem ius constituere posse epistola, decreto, interlocutione, edicto: & has leges esse, quod figuratè dixit, pro eo quod propriè dixerat vigorem legis habere. Auget enim dicendo, iuris à Principe cōstituti potestatem, cùm legem vocat: licet propriè pro lege seruari dicatur, [u] & vim habere legis, &c. & vulgò constitutiones ait appellari hanc partē iuris, quā Principes constituūt. Differentiam verò epistolæ, edicti, & decreti, Theophilus pulchrè declarat: [x] de plano interloquitur Princeps, quando pro tribunali non sedet, sed vti solent iudices, summatim aliquid cōstituit in plano incedēs, non sedens pro tribunali. [y] Epistolæ appellatione complectitur orationem missam ad senatum, quā patres post aliquot dies deinde S.C. consecrabant, vti à Probo constitutum est. [z] Ait deinde, Planè vnde cognoscas generalem Principis cōstitutionem, ex Theodosio disces: [a] vt si oratio, si edictum, si lex generalis dicatur, si deniq; rescriptum, vel decretum, aut interlocutio ad omnes vt pertineat expressum sit: quibus adde, si in corpus iuris relatum sit, quod ab initio personale fuit, qualis est bona pars Codicis Iustinianei, [b] etsi de iure scriptum sit, vel sententia simpliciter dicta. [c] Quod prætereà constituit Princeps, generale ius non est, sed ad ea tantùm negotia, easque personas spectat, quæ ea constitutione nominatim continentur. [d] Priuilegia generaliter appellamus: quæ vel caussæ, & generi actionis, & rei certæ accommodantur, vel certę tantùm personæ. [e] Et hæc posteriora priuilegia, personales cōstitutiones vno modo, & propriè vocamus. Ex priuilegijs porrò, quę in fauorem personarum, vel caussarum indulta sunt, contra tenorem rationis, & cōmunes leges, beneficia appellamus: [f] quæ personas coërcent, contra regulam iuris communis, vel caussas, tātùm iura personalia, vel priuilegia, non etiam beneficia dicemus cū iureconsultis. [g] veteres priuilegiū angustiùs vsurparūt pro lege de priuato homine lata: vt de imperio Pompeij, & de Clodij cæde, de exitu Ciceronis. [h] Iureconsulti etiam & priuilegia vocant, quæ iura singularia appellantur: nimirum generaliter certis dignitatibus, vel officijs, vel scholis, vel certè cōditionis alioqui hominibus, irrogata. [i] Nam quodam modo priua, id est singula sunt, quæ ad omnes ciues non pertinent: sed quasi personis quibusdam illis propria sunt, quibus iure singulari ascribuntur: vt Augustis priuilegium tributum est lege Regia, vt legibus soluti agāt: [k] mulieribus, vt furti à maritis non conueniātur: [l] pupillis, vel alioqui minoribus annis vigintiquinque, fisco, doti, marito, & pluribus priuilegia data obseruantur in iure. [m] Ea si caussæ data sunt, ad hæredes transeunt, si personæ magis indulta, non transeunt. [n] Id quod in singulis nullo negotio obseruabis. Quę specialiter certis corporibus, ciuitatibus, prouincijs, personis, aut familiæ data sunt à Principe, nec in corpus iuris deinde relata, ex forma æstimantur, & vel rei data intelliguntur, vel personæ vni, aut pluribus, vt vel ad hæredes transeant, vel contrà nō transeant. [o] Et hæ personales cōstitutiones hic dicuntur, quę ad similes personas nō trahuntur, sed ad eas tantùm pertinēt, de quibus ius constituūt: siue de singulis, siue de eisdē cū hæredibus, siue de ciuitatibus, quasi personis quibusdā emissæ sint. Interdū tamē hęc priuilegia de quibusdā cōcœpta, ad alias quasdā psonas producūtur à lege: [p] à iurecōsulto, vel iudice, nō trahūtur ad exēplū, [q] id est ad simile, [r] vt hic Vlpianus sentit. Personale enim est & quod generaliter ad omnes nō pertinet, sed tātū ad quēlibet, & hæredes: [s] & quod tantū vni personę cōuenit, ad hæredes, vel fideiussores, &c. nō pertinet. [t] vtrocūque modo cōstitutiones personales sint, ad hūc locū pertinēt: quia personam nō egrediūtur, pro qua, vel in quā cōstitutū est aliquid, cōtra rationem iuris, & cōmunem legem, vel certè sine lege. Oportet autē priuilegia sciēter à Principe cōtra cōmunes leges irrogari: nā rescripta cōtra ius etiā ciuile, vel publicā vtilitatē impetrata, haud facilè à iudicib9 admitti debēt. [u] Iniqua enim debēt videri priuilegia, nisi cū iudicio lata cōstēt. Quapropter in duodecim tabulis versus fuit, quo priuilegia nō nisi cēturiatis, maximisq; comitijs fieri potuere, quòd plus cōsilij populus censu, ætatibus, ordinibus descriptus, adhiberet in suffragium, quàm fusè in tribus conuocatus: & ideo in tributis, curiatísve comitijs, leges generaliter duntaxat constituebantur, quæ & leges, & iura simpliciter appellantur. [x] Priuilegia non nisi cum adiuncto leges dicuntur, vel iura: nimitū priuilegia, personalia iura, &c. Ea ob legem Regiam a Principe irrogantur, indulgenturque cōtra cōmunes leges: [y] licet priuilegia, quæ generaliter certæ cōditionis caussæ & hominibus ascripta sunt,

n. sup. cōst. j. o. auten. quo opor. epis. c. quo iur. d. s. p. arg. l. j. j. ad l. Iul. de amb. l. de quib. sup. de ll. Tranq. in August. q. arg d. l. fin. C. de ll. quæ noua est. & derogat. ff. r. l. dig. C. de ll. s. l. 2. §. de Ori. t. d. l. de quib. u. l. 2. §. de Orig. a. inst. de Iur. nat. y. arg. j. de in stito. l. sed &. z. vopis. in Prob. d. l. itē. de Pet. hære. a. l. leges vt. C. de ll. l. fi. e. b. l. j. C. de No. C. fa. c. l. falso. de Di. rescript. d. l. 2. C. eod. & d. l. leges. e. l. priuilegia &. l. i omnib. j. de Reg. iur. f. d. l. in ōnib. l. si qua. & l. seq. C. de Di. rescript. l. fin. C. qui po. in pig. l. fi. C. de Fruct. & lit. g. d. l. priuile. & hic. h. Cic. de ll. & Gell. i. d. l. fin. C. de Fruct. k. l. Princeps. sup. de ll. l. l. j. j. re amot. m. j. de Pri. cre. C. de Pri. dot. C. de Priuil. fisc. C. de Pri. do. aug. n. d. l Priuile. de Reg. iur. o. d. l priuile. d. l. in om. & d. l. fi. C. de Fruct. l 3. C. de ll. l. j j de Iur. immu. p. d l. fi C. de Fructib. q. hic. r l. non poss. sup. de ll. s 4 j. instit. de Actio. t. l sciendum. j. de Re. iud. l. iurisg. u. vtrum. j. de Pact. d. l priuil. de Reg. iur. x C. de Precib. C, de di. res. C. fi contr. ius. x Cicer. de ll. & pro do. su. Gell. l. iura ge. sup. de ll. y. vt hic.

sunt, & in corpus iuris relata, prærogatiuæ quædam sint ferè, & beneficia, non ad coërcendum euulgata.[z] Nisi quòd aduersus eum qui ius iniquum statuit, vel priuilegium circa lites impetrauit, priuilegium latum sit contra communes leges.[a] Si igitur Princeps alicui ob virtutem indulgeat immunitatem à patrimonialibus muneribus, vel ei & liberis, aut posteritati: vel si pœnam aliquam parricidæ irroget, & liberis, contra leges communes: vel denique gratiam faeit criminis: hoc ad exemplum non trahetur, vt omnes simili virtute præditi immunes sint, vel ob parricidium similis pœna etiam in liberos irrogetur: aut deniq; vt gratia fiat parricidij: nisi hoc ad omnes pertinere Princeps voluerit, atque id expresserit.[b] Porrò à iure naturali, & gentium, Princeps recedere in totum non potest, sed nec per omnia seruire ijs tenetur, cùm sit lator iuris ciuilis.[c] Ius diuinum iubens, vel vetans aliquid, non potest corrigere, præsertim quod ad fidem, spem, & charitatem pertineat.[d] Debet enim imperium suum Dei beneficiū profiteri, & Domini legibus parere:[e] licet humanis legibus priuilegio solutus sit.[f]

Ad.l. II. VLPIANVS. Lib.iiij.Fideicommissorum.

In rebus nouis ¶ constituendis euidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo iure quod iam diu æquum usum est.

Legem ponit Iustinianus ex vlpiano desumptam legumlatoribus, & Principibus, qui quandoque erunt: nimirum vt sine manifesta vtilitate non recedant ab eo iure scripto, vel non scripto, quod longo tempore obseruatum est tanquam æquum, & vel suffragijs omnium, vel tacito consensu probatum.[a] Finge enim quoslibet theologos, in futuro conuentu eius fore sententiæ, vt deinceps antiquatis legibus per omnem Europam, quæ Christianis Regibus paret, respublicæ manu Regia, & magistratuum imperio regantur: vel ex legibus Mosis, & Euangelio potiùs, quàm ex iure per ethnicos homines olim perlato, ius litigantibus dicatur. Qui contra dicent sententias, iuris prudentes, id est diuinarum & humanarum rerum periti, hoc loco communi vtetur, in rebus nouis, &c. Insolentia, & inaudita populū turbare solere, pro ratione subijciēt:[b] exempla ex annalibus proferant: originem legum ferēdarum repetent:[c] quandiu omnis Europa Romanis legibus, summa prudētia à Christianis Augustis olim cōcinnatis vsa sit, quali eunomia, ostendēt:[d] ecclesiā Romanā cui vniuersus orbis, vbi Christus nominatur, paret, earū legū authoritatē nō aspernari:[e] leges à Mose descriptas Iudæis, nec vniuerso orbi cōuenire, nec dirimendis omnibus cōtrouersijs sufficere. Euāgeliū verò nō in hoc euulgatū esse, vt lites de rebus externis finē accipiāt, sed vt fidē, spē, & charitatem colamus, quò omnia quæ inibi cōscripta sunt, referuntur.[g] & quod omnium optimum erit in hoc consilio, sacris literis Romanā legislationem probari non vno in loco demonstrabunt.[h] E contrario libidini magistratuum remp. permitti non oportere: sed legem quæ adfectibus non moueatur, ab optimis quibusq;, & sapientissimis latam, & acceptam, vel ipsis Regibus dominari par esse: leges scribi Dei inuentum esse, &c.[i] Quæ si ordine, atque modo ex disciplinis rhetoricis adhibito, sapientes viri in conuentu rogati expolient, & expeditè pronuntiabunt: non dubium est quin nouarum rerum cupidi, & pernitiosi reip. Christianæ ciues iudicentur, qui contrariam sententiā dicent: aut certè iuanissimi diuinæ simul atque humanæ prudentiæ habeantur.

Ad.l. III. IABOLENVS. Lib.xij. ἐπιστολῶν.

Beneficium Imperatoris quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quàm plenissimè interpretari debemus.

Beneficium genus esse priuilegij Bartolus scribit, & rescriptum secundum ius commune impetrari:[a] quorum neutrum defendi potest. Nam beneficium id priuilegij non continet, quod coercet, & pœnam contra tenorem iuris irrogat:[b] rescriptum etiam contra leges cōmunes valet, vt si moratoriam exceptionem indulgeat,[c] vel si exprimat legibus derogari aliquid, vel beneficium concedat. Sed Bartolus priuilegium ad prærogatiuum dūtaxat retulit contra vsum veterum,[d] rescriptum verò præsumendum esse secundum communes leges, nisi contrarium appareat, existimauit. Est enim rescriptum ad relationem magistratuum, vel preces priuatorum, aut corporum, libello oblatas, respondens epistola.[e] Beneficium verò generaliter est prærogatiua contra leges communes, aut certè nulla lege id constituente, quibusdam à Principe concessa. Hoc loco tamen specialiter id genus principalis beneficij demonstrat, quòd à diuina eius indulgentia id est clementia, & beneficentia proficiscitur, & ius alienum non lædit:[g] quòd verba sequentia coarctent beneficij Imperatoris appellationem. Quid enim si ei cui bona per sententiam Præsidis adempta sunt, indulgeat Princeps, & actiones restituat?[h] quid si alicui, & filijs, à vectigali salario immunitatem concedat?[i] quid denique si ciuitatis præfecturā,[k] vel fundos integro statu?[l] Et quidem omne quicquid actionis appellatione etiam abusiuè cōtinetur, filiæ appellatione filiorum, nepotes quoque & neptes compræhendentur: & nomine ciuitatis omne territorium, vt fundi integro statu, omnia quocunque modo ad fundū pertinentia, beneficium

z.d.l.fi.C. qui po. in pig. & d.l.fi. de tru. di. tit de præ. cre.C. de præ. dot C.de pri. fisc.
a. d.l.fi. de fruct. j. quod quisq. iur.
b. vt hic. &.l. 3.C.de ll.
c.l.ius.ci.§.de iusti.
d.c. nō est di. 6.
e.C. quo iure. di.8.autē.sus. iurand.q pręsta.c. per vene.de elect.
f.d.l.Princeps
¶ An & quādo nouæ res constituendæ legesq; mutādæ Plat. dial. 4.de legi.&10 lib. ciuili siue deReg Arist. lib. 2. Polit. cap 6.&.8. ethico.ca.10.
a. Arg. l. de quib.§.de ll.
b.c.quod dilectio. de affi. &.11.&.12.di.
c. e. moyses. di.7.
d.§.consti.j.
e.e. super. de priuile.di.10.
f. arg. e. ent. di. 4.c. moyses.di.7
g.Paul.adRo. & ad Heb.
h.ad Ro.13.& 1 Pet.2.
i.l.1.&.2.§. de ll.d. c. nō est. &.d. e. moyses.Ari.in Po.
a. Bart. hic. arg.l.falso.C. de Di.rescr.
b.l j.§.eo.
c.l.j.C. de precib.l. sacrilegij. C. de Di. rescr.aut.l. fi. C.si cōtr. ius.
d.c.priuilegia d.3.d.l. priuileg.j. de reg. iur.
e.l.fi.C.si cōt. ius.e.caussam de rescr. l. fi. C.de di. resc.
f.l.si.qua.&.l. 1eq. C.de di. resc.
g.l.rescripta.C.de precib.l.sacrilegij C.de di.rescr. h.l.1.&.2.C.de sen.pas. i.l.liberorum.j.de ver.sig.
k.l j.de offi præf.vrb. l.l.si quando.C.de bo.vacan.

conti-

continebit. [m] Sanè beneficium Principis ità interpretari par est, vt alium non lædat, & ius cõmune minimè labefactet: nisi de voluntate contraria euidenter appareat. [n] Illud satis constat beneficium Principis ad exemplum, similéve non produci, quod nullo modo verbis beneficij, aut certa mente continetur. [o] Est enim personalis constitutio, quæ ad exemplum non trahitur, sed tantùm eius voluntas spectanda est. [p] Igitur de interpretatione eorum quæ scribuntur, aut alioqui verbis cõtinentur, huius modi *hæc* obseruatur. Cõtractus plenè, [q] vltimæ volũtates plenius, [r] beneficia principũ plenissimè interpretãtur, [s] leges argumẽtis ad paria, vel maiora producũtur. [t] Nã in cõtractu si quãdo dubia volũtas est, strictiùs accipimus verba, & quatenus sermonis proprietas suadet, & denique in ambiguo, quo minùs lædat debitorẽ, cõtra eũ interpretãtes potiùs, qui potuit apertiùs cõtractũ verbis cõcipere: [u] in testamẽtis, codicillis, & alijs morientiũ volũtatibus, ideo pleniùs secundũ creditorẽ, vt legatariũ, interpretatio fit, quòd nihil huic imputetur, obscuritas, ex cuius volũtate testamentũ non pendet: quodq; probabile sit testatorẽ latiùs verba accepisse, qui potuit consulere hæredi, alijs verbis testando, si id voluisset. [x] Beneficia verò Principũ ob id adhuc pleniùs quàm testamẽta interpretamur, quòd hoc peculiare sit Principum, aut esse debet, vt clementes, benefici, liberalésve sint maximè omnium: [y] quam virtutem Cicero in Cæsare pro Marcello extollit, caussæ inseruiens. Et de interpretatione tam legum cõmunium, & municipalium, vel prouincialium, priuilegiorumque, quàm dispositionum hominũ, vt cõtractuum, vltimarum voluntatum, beneficiorum principalium, priuilegiorum, rescriptorum, decretorum, iudiciorum, arbitriorum, & id genus, iusta volumina à iurecõsultis edita circumferuntur. Ego iuuentuti consulo, vt singula priùs suo loco obseruata in numerato habeat, quàm multiplices illas differentias ediscere conetur: ne aut desertores horum studiorum fiant, maiori labore quàm necesse est, in re alioqui facili, torqueantur nequicquam. [z]

Ad l. IIII. MODESTINVS. *lib. ij. Excusationum.*

Αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσιν *id est, Constitutiones tempore posteriores, potiores sunt his, quæ ipsas præcesserunt.*

In vulgatis codicibus, græca hæc Modestini sententia desiderabatur. Posteriores, inquit, cõstitutiones tempore, ijs potiores sunt, quæ eas præcesserunt. Quod de ijs accipiendum est quæ sunt contrariæ: [a] alioqui aliæ ad alias trahẽtur, vt leges. Ecce cõstitutio, si quis argu. de donatio. C. nõ est potior anterioribus de cõtractibus, [b] sed priores ad eã producũtur, qua nouus cõtractus à pacto nudo separatur. Ad eandẽ trahitur cõstitutio, quæ pacto nudo actionẽ nõ tribuit: [c] illud enim verum est, nisi pactũ sit legitimũ, [d] quale est placitũ donationis. Sed constitutionem illam pro parte corrigere videtur, quæ placito donationis remuneratoriæ, post mortem donatoris non tribuit actionem. [e] Huius legis indubitatę extant species, in volumine nouellarũ cõstitutionum Iustiniani, & in Codice eiusdem, sub finem titulorum, constitutiones insertæ ad emendationem iuris anteà peruulgati: [f] quas tamen bona pars interpretum, cum prioribus ex diametro pugnantibus, bellè conciliant, ne videãtur confiteri contrarium vllum esse in Codice Iustinianeo. [g] Sed inciuile est nisi toto titulo, velut lege vna perspecto, respõdere ex Codice Iustinianeo: [h] in quo ex plærisque constitutionibus, tam anterioribus, quàm posterioribus, singulæ confectæ apparent, addendo, detrahendo, corrigendo, & interpretãdo. [i] Eòdem pertinet, quòd Lotarij, Fęderici, & aliorum Imperatorum, qui Iustinianum secuti sunt, constitutiones, prioribus Iustiniani constitutionibus sint potiores: [k] & Caroli quinti constitutiones, rursus illis abrogant plærumque.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Apud Gallos lege Salica Principatus Regi collatus est, quem ad hæredes transmittit: nimirũ ad protogonum filium, vel nepotem, aut si liberos non habeat, ad proximos gradu mares, & protogonos, ex latere. Is ius constituit generale, edicti perpetui, & irreuocabilis nomine, adhibito in hoc ferè procerum consilio, quale est edictum de vectigali salinarum: [l] interdum edicti temporarij titulo, quod vocant, *edict prouisional*, interea dum aliud maiore consilio constituatur obseruandum: vt edictum de aureis solatis, & alia moneta aurea. [m] Est & cùm sub ordinationis appellatione euulgatur constitutio Regis eiusdem: vt de falsa moneta, *ordonnance*. [n] Interdum epistolæ nomine (quas literas patentes appellant) iussum emittit generale: vt de exoticorum vectigalium immunitate intra sex menses proferenda apud præfecturam prætorianam in comitatu. [o] Aliquando edictum, statutum, constitutio, ordinatioque per interpretationis figuram, ius ab eodem constitutum appellatur, & priuilegijs, immunitatibusque, singulis personis, vel corporibus indultis, idẽtidem eo iure derogatur: qualis est constitutio de salario vectigali. [p] Priuilegium, seu ius singulare academijs concessum, inter Regias constitutiones nõ vno in loco extat. [q] Personales constitutiones frequentissimæ obseruantur Regis eiusdem: quibus crimina remittit, *graces, ou remissions*, appellamus: [r] & scripta ad preces litigantium ciuiliter, *letres royaulx*, [s] beneficia quoque à diuina eius indulgentia profecta, quibus ob merita sine exemplo quibusdam personis, vel ciuitatibus, à tributis, & vectigalibus, concedit immunitatem, exẽptionemve, & alia quamplurima, quæ alienum ius non lædunt, & vtilia sunt quibus conceduntur.

Nam

---

m vt hic. — n l. si quãdo. C. de inoffi. l. 2. j. — ne quid in lo. pub. d. l. 1. C. de preci. — l. si quãdo. C. de op. pub. — o arg. l. tale. §. fi. j. de pact. — vbi. not. l. quod verò. & ll. seq. ĩ. de ll. — p ĩ. l. 1. l. labeo j. de supel. le. — q l. bon. fid. C. de actio. — r l. in testã. j. de reg. iur. — s vt hic. — t l. non poss. & seq. ĩ. de ll. — u l. quicquid. j. de verb. ob. l. veterib. j. de pact. l. arri. j. de actio. — x d. l. in testa. — y vt hic. & l. fi. C. de fruct. l. humanũ. C. de ll. — z § his igitur. insti. de iusti. & iur. — a l. sed & ĩ. de ll. arg. — b d. l. bonã. C. de actio. — c l. legẽ C. de pact. — d l. legitima. j. de pact. — e l. si quidem. C. de actio. — f l. 1. C. de emend. C. — g l. 1. C. de cõ fir. C. d. l. 1. de emẽd. C. arg. — h l. inciuile. ĩ. de ll. — i l. fi. C. de iur. delib. — k in vsib. feu. — l l. an. 1535. Francis. — m 1540. — n 1542. — o 1542. — p 1541. — q Ludo. 12. — r Ludo. 12. 70 — Carol. 7. 93. — Francis 168. — Carol. 7. 66.

[t] Nam priuilegium scholasticum, & clericale,[u] cùm alijs innumeris, vel certę conditionis hominibus indultis, aut irrogatis, vel certis personis, ius alienum lædere possunt: & ideo ita interpretari par est, vt salua Regis voluntate, quàm minimùm alijs noceant. Rescripta ad ius de restitutione in integrũ, & indulgentia propulsationis iniuriæ, & vis, peculiaria sunt Francorum Regum. Nam iure Romano Prætores in integrum restituunt,[x] & qui moderatè propulsit vim, nihil beneficio Principis eget.[y] Illud, *restituer en son entier, releuer par benefice du Prince, & par lettres Royaulx*, vocant hoc *graces, ou remissions, ou pardons de iustice*.[z] Porrò autem edicta, epistolæ, & aliæ constitutiones Regis Franci. non aliter subditos Regiæ ditioni tenent, quàm à supręmo Senatu homologatæ, & in acta relatæ, & promulgatę sint: aut quod æquius est, id à iudice ęstimabitur.[a] Posteriores eiusdẽ Regis sanctiones prioribus sunt potiores: vt Francisci constitutio de non diuidenda lite in præfecturis prætorianis,[b] Ludouici duodecimi de eadem re est potẽtior.[c] Eiusdem constitutio de præponendo errore,[d] derogat Ludouici vndecimi constitutioni de eodem argumento:[e] vt interim taceam nouissimam de breuiatione litium constitutionem, quæ omninatim veteres sanctiones probat, nisi vbi eidem constitutioni aduersentur.[f] Beneficium olim à Philippo pulchro concessum cuidam nomine Challo Sainctmas, Frãciscus interpretatione sua ad certam speciem restrinxit, quantumuis generalibus verbis conceptum: ne plenior interpretatio dominium Regni immoueret.[g] Quod & iuris communis rationi conuenit, quò ità priuilegiorum, beneficiorũq; voluntatem interpretari oportet, vt sine iniuria cuiusq́ue procedãt.[h] Id quod & in beneficijs indulgendis Principes Romani exprimere consueuerunt his verbis: Quod sine fraude mea & aliorum fiat.[i] Et hoc ad Iaboleni sententiam moderandam valdè vtile est, & ad varias interpretum opiniones conciliandas.[k] Generaliter enim Regum rescriptis, mandatis, beneficijs, aut alijs personalibus constitutionibus impetratis parendum non est, nisi ciuiles, & rationi consentaneæ iudicantibus videantur: quod à Carolo septimo eius nominis, constitutum est,[l] secundum ius Romanum.[m] Ad formam legum veterum hunc titulum rediget iuuentus hoc modo.

» Quod Principi placebit ius, legis vim habeto: Principalis constitutio
» appellator: ea aut generaliter ad omnes pertinens, aut ad quasdam personas esto: personalis ad
» exemplum ne producitor. Principes sine euidenti vtilitate, contra id quod diu probatum est
» ius, nihil cõstituunto: beneficia Principum, citra cuiusque iniuriam, quam plenissimè inter-
» pretandi, circa leges versantibus potestas esto: posteriores constitutiones prioribus, si quid dis-
» sideant, potiores sunto.
»

t. ludo. 12. 70. Francis. 158.
u. Philipp. & ludo. 12. Frãcis. des pri. de Challo sainctmas.
x. j. de resti. in integ.
y. l. 1. C. vnd. vi. l. vt vim. §. de iusti.
z. Ludo. 12. 70. Carol. 7. 93. Biturig. des pręscript. 2.
a. c. cognoscẽtes. de consti. vbi. not.
b. 125.
c. 76.
d. 136.
e. Lud. 11.
f. 167.
g. 1540.
h. l. 2. j. ne quid in lo. pub.
i. l. iu. s. ab vrb. cond. Orté. in feud. arg. d. c. l. 2.
k. §. eo. di. l. benefi.
l. 66.
m. l. rescripta. & l. nec dam. C. de precib. l. fi. C. si cõtr. ius.

DE STATV HOMINVM. *Titulus. V.*

Hactenus leges de legibus, & reliquo iure tam constituendo, quàm alioqui tractando, à Iustiniano positæ sunt exemplo veterum legumlatorum: qui non solùm quid agere, quidq́ue contrà vitare ciues oporteret in reliqua vita, sed etiam vt leges ferri par esset, & quales leges, aut alioqui vt circa has versari oporteret, tulerũt.[a] Quod officium esse ciuilis rationis & facultatis, inter reliquas facultates velut architectonicæ, Aristotelẽ authorem suprà meminimus:[b] quem & Cicero secutus est.[c] Nunc de reliqua vita ius compositurus, edictum perpetuum Hadriani, Saluiana opera confectum imitaturus,[d] à statu hominũ incipit: cuius rei, ordinisque, rationẽ, ex Hermogeniano, Paulo, & Caio huc transcripsit.[e]

a. Plato. de ll. b. 2. cap. 1. lib. Nicom.
c. lib. 1. Rhet.
d. §. in indice libro. 1. 2. C. de vet. iur. & consti. 3. §.
e. j. eo l. 1. 2. & 3.

Ad l. I. PAVLVS. Lib. 1. Institutionum.



Omne ius quo utimur: uel ad personas pertinet, uel ad res, uel ad actiones.

Verba sunt Pauli materiam, circa quam ius versatur, partientis, in principio suarum Institutionũ: quod earum partium ordinem, ad exemplum edicti perpetui, secuturus esset. Omne ius inquit, id est quod iustum est, & arte boni & æqui cõprehendendum, aut de personis constitutum est (quarum gratia omne ius est constitutum) vt de liberis personis, seruis, legitimis, nothis, &c. aut de rebus, de quibus inter personas solẽt esse cõtrouersiæ, & iudicia constituuntur, vt de rebus corporalibus, incorporalibusque, quæ acquirũtur, conseruantur, amittuntur, ex iure de ijs constituto:[a] inter quas sunt interdum & personæ seruiles, de quibus iudicia dantur: aut denique ius constitutum est de actionibus, quibus inter se personæ contendunt de rebus, quas acquirere sibi, conseruare, & amittere possunt, vel contrà non possunt.[b] Sed hunc locum satis ad Institutiones exposuimus.[c] Erit autem hoc fragmentũ nobis vsui, ad demonstrandum Astronomiæ, Geometriæ, Arithmeticæ, Musicæ, Medicinæ, & aliarum disciplinarum præcepta, iuris appellatione non contineri: sed ea demum quæ circa personas, res, vel iudicia, tradita extant à legumlatore. Nam cùm iuris peritis respublica regenda committatur per partes,[d] de personarum discrimine, rerum, & actionum differentijs interrogari debent qui magistratum ambiunt: non de circulis eccentricis, triangulis, numeris imparibus, tono, au febre quartana. Id quod ab enumeratione partium iuris hic traditarum, colligere licebit.[e] Pertinet autem hoc fragmentum ad leges de legibus: quod velut parasceue sequentis tituli

a. l. fi. §. de ll. j. de re. di. l. 2.
b. d. l. 1.
c. §. fi. de vsu. & hab.
d. consti. 2. §. & proœm. inst.
e. Cicero. in Topi.

tituli De statu hominum, rectè hoc loco positum est: imò velut præparatio reliquæ legislationis,
in qua leuiter primùm de personarum differentijs, [f] quæ res habere, & de ijs cõtendere possunt ↳ *f. vt hic. & s. tit. seq.*
actionibus, iudicijsúe: deinde eadem breuitate de rerum diuisione & qualitate, quæ ad personas
pertinent, vel contrà: [g] ad extremum de actionibus, quarum appellatione, propter relationem, ↳ *g. j. de re. di.*
defensiones, & iudicia continentur. [h] Qua in parte de personis agentibus, vel contrà, deque re- ↳ *h. j. de Sena. & seq.*
bus, & modis earum acquirendarum, conseruandarum, vel amittendarum, differetur exactuis
ordine actionum: veluti de modis acquirendi dominij rerum corporalium, de contractibus vel
quasi contractibus, & maleficijs, quibus acquiruntur obligationes, quæ res sunt incorporales: [i] ↳ *i. l. 1. j. de re. di.*
Quæ suo loco commodiùs indicabuntur iuuentuti.

Ad l. II. HERMOGENIANVS. Lib. I. ἐπιτομῶν.

Cùm igitur hominum caussa omne ius constitutum sit: primo de statu personarum, ac pòst de cæteris, ordinem edicti perpetui secuti, & his proximos atque coniunctos applicantes titulos: ut res patitur, dicemus.

Hermogenianus primus huius fragmenti scriptor, nonaginta nouem libros Saluij Iuliani, in
epitomam redegit: quam in sex libros digessit, sub titulo, ἐπιτομῶν editos: id quod ex indice pru-
dẽtium, & librorum, apparet apud Iustinianum. [a] In eius operis exordio hæc verba scripta re- ↳ *a. §. in prin. ff.*
liquit, quibus significat omne ius ad hominum vtilitatem referri tanquam ad finem: ideo ante
omnia de personarum statu dicendum esse, ius arte quadam tractantibus. Nam Aristoteles de
motibus à fine, hoc est à bono humano incipit, & Iustinianus à iustitia, quæ hominum vtilita-
tem maximè continet. [b] Et hæc argumento sunt, omnium quæ homines agere, vel facere insti- ↳ *b. §. de iusti. & iur. vbi not.*
tuunt, finem primo loco spectari oportere, cuius gratia agendum, vel faciẽdum sit: tum materia
adhibenda est, & forma ei danda per efficientes. Igitur cùm personæ nõ solùm pars materiæ iu-
ris sit (vt Paulus ait [c]) sed etiam finis (quod scribit Hermogenianus) priùs de statu personarum ↳ *c. §. eo. l. 1.*
dicendum est ius tractanti, quàm de reliqua materia iuris, id est de rebus, & actionibus. Nec ve-
rò repugnantia sunt quæ ab vtroque dicuntur: [d] cùm ad personas, res & actiones, ius pertineat, ↳ *d. hic. & d. l. 1.*
tanquam ad materiam quam tractat: personarum verò gratia constitutum sit, qui est finis: vel vt
Accursius & Bartolus aiunt, ille ad tractatum, hic ad vtilitatem respicit. Vterque rectè quidem
sensit, sed parum elocutus est, vti in plærisque locis alijs: quos iuuentus bonis literis instructa,
non nisi obseruata diu noua Grammatica, & Dialectica percipiet. Non possum hoc mali repe-
tere memoria, quin simul deplorem studia iuuentutis: cui vel sine præceptore iuri ciuili danda
est ferè opera, vel post exatlantos diu in mundioribus disciplinis labores, nouus labor reliquus
est, Gotthicas literas perdiscendi. Sed hoc mali tolerabile hoc sæculo, quo Scæuolæ non pauci
disertè ius ciuile tradunt discere volentibus: nisi renascerentur adhuc nouorum verborum in-
uentores: qui cùm neque latinè sciant, neque Bartolum ad verbum imitari pulchrum putent,
ea via, ijsque verbis, docent quæ neque Vlpianus, neque Bartolus ab inferis excitatus intellige-
ret. Equidem adolescens Gotthicas literas imprudẽs didisci: deinde pòst in latinis scriptoribus
mediocriter versatus, & Vlpiano, & Bartolo (per hos intelliges reliquos eiusdem sæculi) operam
dedi in hanc ætatem: sed cùm in horum scholia ad leges fortè incido, leges, quas adducunt, in-
telligere mihi videor, cum Bartolis omnibus ad eas leges: scholia illa nihilò magis intelligo,
quàm si literis secretis in vsum paucorum adinuentis conscripta essent. Sed hoc vitium est feræ
eruditionis, repentinæ, & tumultuariæ, vt verba quæ nunquam didisceris, quæ diu ignoraueris,
cùm ea scire aliquando cœperis, magnifacias quo in loco cumque, & quacũq; in re dicere. Sed ad
institutum nostrum redeamus. Quod ait deinde, Ordinem edicti perpetui: sic accipiendũ est.
Temporibus Ciceronis edicta Prætorum leges erant annuæ, quæ & calendis Ianuarijs incipie-
bant, & calendis sequentis anni Ianuarijs finiebantur: vt Prætores alij aliorum Prætorum edi-
ctis non tenerentur, sed ipsi ex suis edictis perpetuis, id est eodem modo omnibus litigatoribus
de simili re, ius dicerent neque ad finẽ anni suæ præturæ. [e] Id quod lege à Cornelio lata rogatum ↳ *e. Cicer. in Verr. insti. de perp. act. in prin.*
est, vt gratia ambitiosis Prætoribus adimeretur, qui variè ius dicebant, & cõtrà quàm ipsi priùs
edixissent, pro arbitrio quisq; suo. [f] Eodẽ ferè tẽpore Seruius ad edictũ duos libros inscripsit, de- ↳ *f. Ascon.*
inde pòst Ofilius edictũ Prætoris diligẽter cõposuit, cùm ante eũ in vnũ codicẽ edicta superiorũ
Prætorũ omnia digesta non essent. Nã quãuis pro lege obseruari nõ erat necessarium, in hono-
rem tamen Prætorũ ferè obseruabãtur cõposita à iuris prudẽtibus. [g] Deinde interiectis ferè cẽ-
tum sexaginta annis, sub Hadriano Saluius Iulianus edictũ perpetuũ cõposuit, & leges veteres: ↳ *g. l. 2. §. de orig.*
quod edictũ perpetuũ ob id, opinor, iã dici cœpit, quòd ab Hadriano promulgatũ esset, vti per-
petuò ius ex eo redderetur. [h] Eius edicti, id est legum Prætorianarum in vnum opus relatarum,
quis ordo fuerit, ex inscriptione librorum Vlpiani, & Pauli ad edictum, ferè constat: quem ordi- ↳ *h. §. consti. 3.*
nem Iustinianus, paucis transpositis, in Pandectis secutus est. [i] Hermogenianus qui longo post ↳ *i. d. consti. 3. & in indi. lib. §.*
Hadrianum tempore, libros ἐπιτομῶν scripsit, titulos ijs adiecit ad similem, vel ad finem, materiam
pertinentes, ex iure quod post Hadrianum, & edictum perpetuum, cõstitutum fuerat, collectos.
Et quoniam omnia paucis complecti iusta methodo difficile est, in tanta rerum præsertim varie-
tate,

tate, vt rei natura patiatur se dicturum Hermogenianus pollicetur: [k] quod & Iustinianus suis k.hic.
iureconsultis praescripsit, in componendis Digestis: nimirum vt vel ordinem Codicis prius e-
diti, vel edicti perpetui sequerentur, prout commodius eis videretur. [l] In summa tam in edicto l.ꝗ̃.consti.1.
perpetuo Saluiano, & epitoma Hermogeniani, quàm in Digestis Iustiniani, ea est methodus
obseruata, vt de personis, rebus, & actionibus ordine eo dicatur, quem superius dixi, & vbique
obseruabo. Ad haec τὰ πρῶτα iure sibi primum locum vendicarunt: tum ea pars, quae De iudicijs
inscribitur, & deinde ea quae De rebus, in Pandectas relata est: quibus accedunt libri singulares
de iudicijs pecuniarijs ex contractu, vel quasi, vti superiores tractantes. In quibus omnibus de
contractibus, vel quasi cōtractibus, obligationibus, actionibus, exceptionibus singulis (sine qui-
bus non est iudicium) vt res patitur, expositum est. Septima pars cōmunia quaedam iudiciorum
omnium complexa est: vnde ad delictorum, criminúmve actiones priuatas, & publicas, transitus
fit: post haec ea sequuntur, quae ad alterum iudicium ordinandū pertinent: nimirum appellatio-
nis. Ad extremum de iure publico, & ciuitatum, ea separatim tractantur, quae commodè cum iu-
re priuato coire non potuerunt: & tituli communes totius iuris subijciuntur, De verb. sig. & De
reg. iur. [m] Si quis praetereà quaerat de singulis titulis, cur quis cui praeponatur, is mihi Iustiniani m consti. 2. &
epistolas de methodo Pandectarum legisse non videbitur: qui non omnium partium, certū or- 3 ꝗ̃.
dinem, atque situm esse voluit, sed earum tātùm quae praecipuae sunt, vti in corpore mēbrorum.
Nam vt Cicero ait, de eadem re, [n] satis est ad methodū, ius in genera primùm digeri, deinde eo- n.de orato.
rum quasi quaedam membra dispartiri, & omnium vim explicari. Cur enim prius de mandato,
quàm de societate, vel venditione, in Digestis tractatur? cúrve prius de finibus regundis, quàm
de familia erciscunda? cur denique in ea parte, quę de rebus inscripta est, de vna cōditione prius
quàm de alia differitur? An non satis pro ratione facit voluntas legum compositoris, quae sub
eodem genere sunt posita declarantis? Ergo ex methodo, & dispositione titulorum, argumen-
tum quidem ducere licebit, ita vt quae sub eodem genere sint, vel de eodem penè loquuntur, in
confinio posita videantur: non tamen vt singuli tituli singulis, necessariò antè, vel pòst, adplica-
ti credantur. Cuius rei exempla sunt apud Iustinianum. [o] In hoc loco dum multos dies, atque a- o.d. consti. 2.
deò multas hebdomadas, interpretes amethodotati immorantur, aures iuuentutis miserè obtū- & 3. ꝗ̃.
dunt, & à studijs ciuilibus plaerumque hisce ineptijs auertunt. Adferunt enim adolescentes in
scholam nostram, rationem hanc, ex alijs disciplinis: neque solùm in iusto opere, sed in singulis
orationibus, epistolis, periodis, verbis coniunctis, ordinis & dispositionis habendam rationem
sciunt: [p] & iureconsulti ab antecedentibus, & sequentibus ducunt argumentum. [q] Quae cùm à p.Cic. in Rheto & Quinti.
Bartolo, & alijs, pro temporum, & auditorum conditione, obiter adnotata occurrant nostrae ae-
tatis interpretibus, ad singulos titulos in vtramque partem de dispositione disputādum existi- q.l. si seruus.
marunt: quasi haec docti Iustinianei non iam fœliciùs aliquanto didiscerint, quàm infantissimi §.fi. j. de leg. 1.
homines ex Gotthicis commentarijs tradere possint. Accursius hisce alienis à iure commenta-
rijs, ansam hic quoque praebet, quem & Bartolus sequitur: dum Hermogeniani verba ita inter-
pretantur, quasi fieri non possit quin aliena quaedam, & nihil ad subiectam materiam pertinen-
tia, interserantur. Sed Iustinianus ipse aliter interpretatur: nimirum probabilem esse oportere
rationem ordinis in composito iure, ita tamen vt materiae similis, vel diuersae, ratio habeatur in
componendo, magis quàm titulorum, vel etiam librorum singulorum. [r] Rei enim natura non r.ꝗ̃. d. con. 3.
patitur, vt semper probabilis ratio reddatur, cur genere in membra dispertito, vnum pręcedat,
aliud secundum locum teneat, & deinceps: sed genus dispertiri in membra oportet, & omnia
quocumque ordine explicari. [s] Porrò de edicto perpetuo hoc ampliùs rescire conuenit: sub A- s.Cic.de orat.
lexandro, centesimo ferè anno post Hadrianū, imperante, iureconsultos commentarios ad edi-
ctum scripsisse, partim ad illud totum compositum à Iuliano, & ab Hadriano confirmatū S.C.
etiam consecratum: partim ad partes edicti, authore, loco, vel materia differentes. Nam. T. Ca-
ius ad edictū prouinciale scripsit lib. 32. à praetoribus prouincialibus, procōsulibúsve, olim pro-
positum per partes in prouincijs, quibus praeerant: Idem ad edictū vrbicum lib. 10 & ad edictum
aedilium curulium duos reliquit. Callistratus edicti monitorij libros sex, & Anthinus partis edi-
cti quinque scripsit. Edictum monitorium à materia dicit Callistratus, opinor, quòd ijs libris e-
dictum cōpraehendat, quo Praetores monebant ciues eius iuris, quod legibus, vel senatusconsul-
tis continebatur. [t] Ad edictum, Paulus libros octoginta: breuis edicti, libros. 23. ad edictum cu-
rulium, duos singulares reliquit. Breue, vel breuem edicti, vocat breuiarium, & epitomam eius. t.l.s.j. de ma.
[u] Vlpianus ad omne edictum. libr. octoginta tres, ad edictum aedilium curulium duos singulares ior. arg.l.1.j.
scripsit. Illud etiam obseruandum, sub Probo, quinquagesimo ferè anno ab Alexandro, ius prę- commoda.
torium datum Praesidibus prouinciarum: [x] vt edicta prouincialia à Proconsulibus, & à Prętor- u.l. vlti C. de
ribus, in suis prouincijs duntaxat proponi solita intelligamus. Quare apud Caium in Pādectis con.Fisc.deb. arg.
obseruamus verba illa, Proconsul ait: [y] quem Accursius praetorem fuisse putauit ignoratione x. Vopisc. in
huius historiae, ad pandectas Iustiniani intelligendas per quàm necessariae: id quod suo loco in- Probo.
dicabo. Non enim sine caussa iussit Iustinianus, librorum prudentium indicem, his pandectis y l.1.j. q. cu.
praefigi: [z] vbi bona pars suprà scriptae historiae obseruatur. iusq. vniuer.
z con.3.ꝗ̃.

Ad.l. III. CAIVS. Lib.1.Institutionum.

Summa itaque de iure personarum diuisio hæc est, quòd omnes homines aut liberi, aut serui sunt.

Duo genera hominum iure gentium cœpisse Vlpianus alibi dixit: eodem iure tertium genus additum est libertinorum, qui desierunt esse serui: & hi liberi, id est ingenui non sunt, [a] sed quia planè serui non sunt, licet patronis obnoxij, liberi etiam dicuntur. Qua ratione omnes homines aut liberos aut seruos esse Caius scripsit, & Martianus, quos Iustinianus sequitur. [b] Accessit aliud quoddam hominum genus, translato Byzantium imperio Romano, ab Augustis memoratum, id est coloni ascriptitij. Et hi neque planè serui, neque liberi omnimodò habentur, sed ad seruos relati, liberi magis videntur: ad planè liberos, dicuntur serui. [c] Nam & qui gentiles nõ erant, id est ab ingenuis oriundi, & quorum maiorum nemo seruitutem seruierat, [d] ab antiquis Romanis libertini appellati sunt: [e] quamuis ipsi ingenui essent, hoc est nati liberi. [f] Qui sponte sua subiecerunt se alijs vt monachi, & canonici regulares, planè serui non sunt: quando nec vendi ab ijs possint, in quorum potestate esse dicuntur, nec manumitti: & clerici esse queant, &c. [g] Quãquam in multis nõ absimiles sint seruis, aut certè ascriptitijs. Sunt & alij liberi homines ad planè seruos, id est ad mancipia relati, qui quòd seruiant alijs, vel spõte sua, vel iure, serui dicuntur: [h] nõ quòd seruari idem genus consueuerit, & vendi. Sic qui libidini suæ, aut alioqui adfectibus paret, seruus dicitur, quòd seruiat: & prædia etiam ipsa serua dicuntur quæ alijs obnoxia sunt, & seruiunt. [i] De hac seruitute personarum, quæ à seruiendo dicta est. D. Ambrosius sensisse videtur, cùm originem seruitutis ad ebrietatem refert, & Noæ patris vaticinium. [k] Seruus, inquit, fratrum suorum erit Canaam, &c. [l] Igitur nec filius patris, nec stultus sapientis, nec tabellio reipublicę, nec monachus cœnobiarchæ, nec subditus Regis, nec denique alius qui quocumq; modo obnoxius est, & seruit, seruus hic intelligitur: sed qui dominio alieno contra libertatem naturalem ita subiectus est, vt tanquam res quælibet quæ sua est, à domino abalienari possit. [m] Sed quæ ad hanc diuisionem præterea spectant, ex scholijs nostris ad Institutiones didiscit iuuentus.

a.l. manumis. §. de iusti. & iur.
b. vt hie. & j. l. §. §. fi. inst. de iur. perso.
c.l. seruus. & l. ne diutius. C. de agr. lib. 11.
d. Cic. in Top.
e. Tranquil. in Claud.
f. j. d. §.
g.l. iubemus. C. de episco. & c. d. l. §.
h. l. veluti. j. de iust. & iur.
i. Cice. & j. de seruitu. Paul. apost.
k 36. di. c. sexto.
l. gen.
m.d.l.4.j.eo.

Ad.l. IIII. FLORENTINVS. Lib.ix. Institutionum.

Libertas ¶ *est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quòd ui aut iure prohibetur. Seruitus est constitutio iuris gentium: qua quis dominio alieno cõtra naturam subijcitur. Serui ex eo appellati sunt, quòd Imperatores captiuos uendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent. Mancipia uerò dicta sunt, quòd ab hostibus manu capiuntur.*

¶ Quæ vera libertas & cõtrà, quæ vera seruitus Plat. dialog. 3. de legibus. Cice. Paradoxo. 5.

Ad.l. V. MARTIANVS. Lib.1.Institutionum.

Et seruorum, quidem una est conditio, liberorum autem hominum multæ: quidam enim ingenui sunt, quidam libertini. Serui autem in dominium nostrum rediguntur aut iure ciuili, aut gentium. Iure ciuili, si se maior uiginti annis ad precium participandum uænire passus est. Iure gentium serui nostri sunt, qui ab hostibus capiuntur: aut qui ex ancillis nostris nascuntur. Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt. Sufficit enim liberam fuisse eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit. & è contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit eum qui nascitur, liberum nasci: nec interest, ex iustis nuptijs conceperit, an uulgò: quia non debet calamitas matris nocere ei qui in utero est. Ex hoc quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta (aut expulsa ciuitate) peperit, liberum, an seruum pariat: & tamẽ rectiùs probatum est, liberum nasci & sufficere ei qui in uentre est, liberam matrem uel medio tempore habuisse.

Ad.l. VI. CAIVS. Lib.1.Institutionum.

Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

Satis hæc fragmenta ad Institutiones à nobis explicantur. [a]

a. insti. de iur. per. in fi. & cod. tit. seq.

Ad.l. VII. PAVLVS. Lib. Singulari de portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur.

Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur: quanquam alij atequam nascatur, nequaquam prosit.

Ex eodem

Ex eodem Paulo, & quidem ex eodem eius libro, hoc fragmentum declaratur.[a] Patre damnato, & bonis publicatis, an portio concedi filio debeat, qui nondum natus est, quæritur: & hic ait custodiri, id est obseruari, & rationem eius haberi:[b] vt generaliter quoties de commodis eius quæritur, vt hæreditate, vel bonorum possessione ei danda.[c] Sed patri non prodest ad excusationem à muneribus, antè quàm nascatur.[d] Sanè vt matri prosit accidit, quòd custodiri non possit, quin id matri vtile sit.[e] Non enim pro nato haberi dicimus, nisi pòst nascatur: & ideo in euentum effectus rei differtur, & venter custoditur.[f] Quod Accursius ait, animal non esse, iuris prudentes non responderunt: sed id verum est antè quàm concipiatur:[g] licet antè quàm nascatur, velut portio matris, & viscerum habeatur, vbi de iure ei competente ad effectum perducendo agitur.[h] Expectandus est enim, vt dixi, euentus. Porrò inscriptionem lib. singularis Pauli, ante hoc fragmentum obseruare vtile est: vti alibi passim, vbi breuitas obscuritatem parit. Nam ex subiecta iureconsulti materia, volũtatem in re dubia conijcimus: sed tamen vt interdum Iustiniani, non iureconsulti materia spectanda sit.[i]

a.l.fi.j.de bo. dan.
b.arg.j.de vẽt. inspi.in.rubr.
c.j.eo.l.qui in
d.l. excusatur j.de excu.tu-to.
e.j. de ventr. inspi.
f.l. anti. j. si pars.l.fi.j.de bo.coll. & de vent.inspi.
g.l.1.j. vnd. cog.l.partũ.j. de verb.sig.

Ad.l. VIII. PAPINIANVS. Lib.3.quæstionum.

Imperator Titus Antoninus rescripsit, non lædi statum liberorum ob tenorem instrumenti malè concœpti.

h d.l.1.de vẽt. inspi.l. qui mortui.j. de verb.sig.
i.l. nõ tunt. j. eo.vbi not.

Romani liberos sibi natos àpud acta profitebantur.[a] Marc. Philosophus primus iussit apud præfectum ærarij Saturni profiteri, intra diem tertium nomine imposito: in prouincijs vsum tabellariorum publicorum instituit, vt idem fieret: vt si fortè aliquis in prouincia natus, caussam liberalem diceret, inde ferret: idem legem totam de assertione firmauit,[b] quam deinde sustulit Iustinianus,[c] Cùm igitur actuarius, apud quem Titius professus erat filium sibi natum ex matrefamiliàs calendis Ianuarijs, consulibus illis: instrumentum malè concœpisset, & alium diem & consulem addidisset, quo tempore matrem fuisse seruam constaret: nihil eo instrumento læderetur status filij in iudicio liberali, modò aliunde constet de veritate. Eædem professiones in iudicijs proferebantur, quibus de ætate quærebatur: & similiter probatio veritatis aduersus tenorem instrumenti admittitur.[d] An tabellio possit corrigere instrumentum editum, aliunde disces.[e]

a.Iuue.saty.9.
b. Capitol. in M.Philo.&in Gordi.
c. C. de asser. tol.
d.l.1. C.si mi. se ma. dix.l. pen.&.l.eũ de æta.j. de pro. &.l.etiam.
e. auten. de testi. oot.hic.

Ad.l. IX. IDEM. Lib.25.quæstionum.

In multis iuris nostri articulis deterior est conditio fœminarum, quàm masculorum.

Status personarum non solùm in hoc consistit vt liberæ, aut seruæ dicantur, & in rerum natura esse, vel non esse: sed etiam in hoc vt aliæ personæ inter mares, aliæ inter fœminas referantur. Nam cùm de rebus per actiones in iudicijs contenditur,[a] refert plærumque masculus sit an fœmina qui litigat: quia status fœminarum deterior in multis caussis quàm masculorum habetur, & his permittuntur quę illis non licẽt: vt iudicare, testimonium dicere indistinctè, accusare, pro alijs agere, liberos in potestate habere, &c.[b] quæ suo loco obseruabuntur.

a.l.1.§.eo.&.2.
b.not.hic.

Ad.l. X. VLPIANVS. Lib.1.ad Sabinum.

Quæritur, Hermaphroditum cui comparamus. & magis puto eius sexus existimãdum, qui in eo præualet.

Quoniam masculorum conditio melior est in plærisque quàm fœminarum: & naturæ vitio interdum accidat,[a] vt eadẽ persona vtrumque sexum habeat (Hermaphroditos & Androginos vocant) in hoc genere quæstionis de statu, animaduerti oportere lex hic ait, vter sexus in persona præualeat, potiórve sit: vt eius sexus esse existimemus. A pari duces argumentum, vt qui & negotiator sit, & aduocatus, inter aduocatos magis referri debeat: si modò aduocati officium magis exerceat: & alia id genus multa mistam caussam habentia, similiter definies.[b] Sed quid si partus neque virilia habeat, neque muliebria, in cæteris formam hominis habeat? Et puto inter liberos homines hoc monstrosum non habendum iure Romano, aut inter liberos, id est filios, &c. qua de re mox dicam.[c]

a.l. quæret. j. de verb. sig. Pli.lib.7.ca.4 Gell.lib 9.
b.oo.Bar.hic.
c.j.eo.l.liberi.
* Aliàs coniunctione.P.F.
a.arg.l.a.j de adop.l.3.j.pro soc.
b.l. fi.j. de cami.
c. de coniunctione aiunt Flo. lib. leg. Vid. mores Seno.68.Auzer. & de la Marche. 247.

Ad.l. XI. PAVLVS Lib.18.Responsorum.

*Respondit, eum qui uiuente patre, & ignorante, de * conditione filiæ concœptus est, licet post mortem aui natus sit, iustum filium ei, ex quo concœptus est, non uideri esse.*

Ad statum personarum ea quæstio etiam pertinet, qua quæritur iustus, id est legitimus,[a] quis sit, an non? Quamquam status alibi arctiùs dicatur, pro subiecto argumento.[b] Igitur filia cum conditione, pactionéve nupsisset, igorante patre, & ex viro cõcœpisset: cõsultus Paulus vtrúmne natus ex ea, mortuo iam patre, iustus filius ei esset, qui eam, nesciente patre conditionem, duxisset:[c] respondit non videri. Quid ita? quia parentis consensus, in cuius potestate fuit mulier,

Nã in specie proposita, filia exhęredari potest sed nuptiæ valẽt.

d. inst. de nup. in prin. e. auten. quib. mod. nat. effi. C. de nat. lib. exc. qui fil. sint leg.

debuit connubium præcedere. [d] Qua de re ad Institutiones latiùs à me dictum est, aduersus receptam interpretationem iuris pontificij. Sed de modis quibus naturales efficiuntur legitimi, suo loco dicendum. [e] Paulus idem lib. secundo titu. De nupt. non soluendum hoc genus matrimonij scriptum reliquit.

Ad.l. XII. IDEM. *Lib. 19. Responsorum.*

Septimo mense [¶] *nasci perfectum partum, iam receptum est, propter authoritatem doctissimi uiri* Hippocratis. *& ideo credendum est eum qui ex iustis nuptijs septimo mense natus est, iustum filium esse.*

¶ De tépore partus Gelli' lib 3. c. 16. Plutarchus. lib. 5. de placi. Philoso. ca. 18. Censorinus in opuscu. de die natal. Macro. lib. 1. in som. Scipio. ca. 6. a. l. 2. &. 3. C. de lib. & post. b. l. intestato. j. de suis. & leg. c. d. l. & l. Gall. j. de lib. & po. d. d. ll. e. Gell. f. auté. de rest. & ea. q. 11. mé. g. ea. 16. lib. 3. h. l. 1. j. de ver. sig. i. l. 1. j. si mésor k. j. de ventr. inspi.

Iustus filius esse intelligitur, non solùm si ex legitimis nuptijs natus sit, sed etiam si perfectus partus, & viuus natus. Nam cur eius qui per rerum naturam viuere non potest, ratio habeatur in successione? cúrve rumpat testamentum, qui hæres esse non potest? [a] Perfectus autem partus, non abortiuus, etiam is habendus est qui septimo mense viuus nascitur, non solùm exacto, sed incœpto, Nam centesimo octuagesimo secundo die genitus, iusto tempore editus alibi dicitur. [b] Decimo mense nasci frequentiùs contingit: [c] ideo post decem menses exactos à morte, legitimus filius non intelligitur, quasi post mortem concœptus. De octauo mense, & nono, in legislatione Iustiniani nihil occurrit definitum: sed ratiocinatione colligitur iustum filium ijs quoque mensibus edi, [d] quod & veterum quorundam sententijs congruit. [e] Vndecimo mense natum non esse legitimum filium defuncti, Iustinianus constituit, vt intemperiem mulierum hac quoque pœna coerceret: [f] quod ita accipe, si post multos dies eius nascatur. Nam Hadrianus consultis medicis, & philosophis, contrà decreuerat, authore Gellio. [g] Porrò hæc lex producitur ad similia in eo articulo quo authoritatem Hippocratis laudat: & ex ea, atque alijs legibus, ratiocinatio duci potest. Si enim medico credendum est in his quæ sunt facti, & ad artem medicam pertinent, interpreti idiomatis, [h] mensori, [i] obstetrici, [k] æstimatori rerum, [l] &c. cur Donato grammatico verba latina interpretanti, & id genus alijs artis cuiuscunque peritis, fidem non habeamus? [m]

Ad.l. XIII. HERMOGENIANVS. *Lib. 1. Iuris* ἐπιτομῶν.

l. l. hac. C. de 2. nupt. m. arg. l. 2. C. de costi. pec. a. l. ille. j. qui & à quib.

// *Seruus in caussa capitali fortunæ iudicio à domino commissus, etsi fuerit absolutus, non fit liber.*

Multis quidem modis serui manumittuntur, & liberi fiunt: sed reus factus, & absolutus, non fit liber, quòd à domino non sit defensus. [a]

Ad.l. XIIII. PAVLVS. *Lib. 4. sententiarum, de Intest. suc.*

¶ Mirabile prodigiosi partus exéplú refert Ammia Marcel. Rerú gesta lib. 9.

Non sunt liberi, [¶] *qui contra formam humani generis conuerso more procreantur: ueluti si mulier monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit. Partus autem qui membrorum humanorum officia ampliauit, alicuius uidetur effectus: & ideo inter liberos connumerabitur.*

a. l. liberorú. j. de verb. sig. b. l. 3. §. eo. c. l. 1. §. seté. tit. De intesta. succes. d. l. quæret. j. de verb. sig. e. consti. 1. & 3. §. f. l. qui mortui. j. de verb. sig. g. §. i. const. 3. h. Cice. in rheto. arg. d. cóst. 1. & 3 §. i. Cic. pro. murre. k. d. consti. 3. l. glo. & Bar. hic Alci. l. qui mort. 1. j. de verb. sig. m. d. l. quæret. n. vt hic.

Apposita species est ambigui, quòd liberi sint filij, &c. [a] & qui serui non sunt. [b] Sed apud Paulum ambiguitas nulla fuit, qui filios non esse sensit, & ius trium liberorum matri non tribuere: [c] Vlpianus contrà in eodem argumento, matri prodesse scripsit. [d] Vt dubium non sit quin contraria hæc fuerint, apud iureconsultos. Sed quomodo ex Iustiniani voluntate ita accipiemus, vt repugnantia non videantur? [e] Et Accursius, & Bartolus, Vlpiani commentarium ad conditionem pertinere aiunt, quæ matri in testamento apposita est: Pauli verò sententiam ad testamenti infirmationem per agnationem posthumi, referunt. Quos & nostræ ætatis consultus magni nominis secutus est: [f] Et hoc nimirum est nouum inuentum, & occultè positum, quod discordiæ quærelam effugit Iustiniano. [g] Sed hoc à Triboniano scriptum conscio sibi vel culpæ, vel doli mali, in componendis Pandectis, alij dicent: & huiusmodi coniecturam voluntatis Iustinianeæ, diuinationem esse: stultique scriptoris esse, non posse quæ de eadem re antè scripta fuerant contraria cõmentaria, oratione conciliare, cùm id instituerit maximè. [h] Cur enim Tribonianus memor huius sententiæ Pauli, liberos non esse portentosos partus, quos prodesse voluit matri: Vlpiani verba non reformauit in eadem re contraria? An in magna potentia esse eos voluit, qui consulerentur? An ex professo ius obscurè composuit, vt omnibus negotijs interessent, [i] qui subtili animo (vti ait Iustinianus) diuersitatis rationes ex contrarijs orationibus eruere possent? [k] An enim contraria non sunt, portenta inter liberos nõ haberi, & portẽta inter liberos haberi, & parentibus prodesse? Nam ita interpretes Paulũ, & Vlpianũ accipiũt. [l] Equidẽ nõ puto portẽta inter liberos esse vllo casu: si tamẽ ita cõcœptũ sit quod mulieri iniungitur. Si pariat, Si enixa sit, Si genuerit, &c. à verborũ significatione recedi nõ oportere, & ob id cõditionẽ iniunctã extitisse, nato portẽto. [m] Si verò ita concœptũ sit quod statuitur mulieri, si tres liberos pariat, Si liberi ei nascãtur, &c. cõditionẽ aio defecisse: [n] in qua veri, & falsi ratio exactissimè obseruatur,

seruatur, etiã si de libertate consequẽda certetur. [o] Sanè illud cõfitendũ est hoc loco, nõ id quod Paulus & Vlpianus voluerint, sed quod Iustinianũ voluisse, verba in Pandectas relata arguunt, ex his fragmentis nobis colligendum. [p] Etenim cùm iam constitutione Honorij in Codicem priorem relata, ius trium liberorum, vel quatuor, sublatum esset, [q] certum est non eò respicere Iustinianum, quò Paulus respexit. Ita enim scripsit lib. quinto Sentent. Mulier si monstrosum aliquid, aut prodigiosum enixa sit, nihil perficit. Non sunt enim liberi qui contra formam, &c. [r] Vlpianus ad legem Iuliam Papiam contrà scripsit, prodesse partum mulieri. [f] Interpretatur autem vterque S.C. Tertullianum, Si ingenua ter pepererit, &c. [t] Quæ verba & in lege Iulia Papia fuisse, argumento est, quòd Paulus quoque ad eam legem de ter enixis mulieribus locutus sit: vbi ter peperisse eam quæ ter geminos ediderit reliquisse, probabile non est: [u] cùm in quinto. Sent. libr. contrà scripserit. Sed Iustinianus, Pauli nomine relicto, quod negatiuè scripserat, dempta negatiua reformauit. Vt i hoc loco sustulit verbum enim, & pro duplicauit, posuie ampliauit: pro, matri prodesse placuit, suffecit, inter liberos connumerabitur, &c. Quod ideo factum à Iustiniano satis constat, ne ad vtilitatem matris cum Paulo hunc locum referremus, sed generaliter ad liberos, & statum personarum. Ex his, alijsque locis in Digesta relatis, ex Senten. Pauli (quæ extant) discet iuuentus verum esse quod ait Iustinianus: maximam partem reformatam eorum quæ in Pandectas translata sunt ex veteribus. [x] In quibus, si quid à stylo mundissimo iureconsultorum alienum occurrat, vel etiam aliquid quod à Christianis hominibus scriptum videri possit, Iustiniano emendanti feremus acceptum. Obscuritatem esse in quibusdam locis Pandectarum, negare non audeo: quod incommodi in tãta rerum sylua tolerabile est: & Iustinianus ad legumlatorem referri oportere sanxit, si quid tale occurrat. [y] Idem nostra ætate in statutis regionum conscribendis identidem peccatum scio: vtrúmve incuria compositorum festinantium mandato Principis quomodolibet defungi, an fraude potiùs, vt ipsi, & liberi perpetuò consulerentur, nescio. Cùm hoc quererer, pragmaticus mihi respondit, id omnium è re esse qui circa leges versantur. Quorsus, inquit, ista tua studia, nisi iura obscurè composita essent? Sed ille ioco, quod plærique seriò facimus: nimirum prudentibus similes qui Coruncanum præcesserunt, ius in latenti retinere gestientes, vt sine nobis lege agi non possie apud prouinciarum, quas incolimus, præsides. [z] Cùm interim responsa nostra non ita multùm ab alearum iactu differant, in iure ciuili controuerso, ob culpam, vel fraudem conditorum. Non sum nescius id quoque ἀντινομίαν hanc dissoluere posse ex communi sententia, quod à rhetoribus de contrarijs legibus dicitur: Illa de genere omnium liberorum, hæc de liberis qui matri prosunt, &c. quæ derogatio appellatur à iureconsultis, & rhetoribus: apud interpretes recentiores, exorbitare, & limitare, verba plausibiliora sunt. Ego magis in ijs conciliandis quæ contraria videri possint vtar illo loco communi. Inciuile esse, &c. [a] quòd legislationis Iustinianeæ hoc videam peculiare, vt regulæ alibi sint, alibi exceptiones plærumque: quod argumentum à consuetudine legumlatoris rhetores ducunt. Nec hoc vitio dabit legislationi tam numerosæ, qui apud animum reputabit triennio omnem hanc legislationem in ordinem confectam esse: [b] vt iam difficile non sit quod plærique desiderant præstare, & exceptiones legibus, regulísve legitimis adplicare. Quòd à Principibus, qui Iustinianum secuti sunt, beneficium accepissemus, si id beneficium è repub. fore videretur. Interesse enim publicè videri potest, dispersa esse, nec cuiuis obuia facultatis ciuilis præcepta: quò labori virtutique locus sit. Constat enim sapientes omnes, ex industria disciplinarum omnium canonibus, remotiora quædam miscuisse, vt difficultas assequendi, pretium, existimationemque augeret: & (vt est in prouerbio) cognitu difficilia pulchra haberentur. Vt taceam Reges Aegyptios in hoc pyramidum structuras primùm excogitasse, ne populus ociosus esset, & grandi pecunia successoribus relicta, luxus materia foret. Sed nunc ad reliqua.

o l. qui hæredi. j. de condi. & l. meuius. l. si is qui. C. de reb. dub.
p d. consti. 1. & 3. arg.
q l. 1. C. de iu. lib.
r vt hic.
f d. l. quæret.
t inst. de S.C. Tert. in prin.
u l. ter. j. de verb. sig.
x d. cõsti. 3 ï.
y d. consti. 3.
z l. 2. ï. de orig. iur. Cicer. pro mure.
a l. inciuile. ï. de ll.
b d. consti. 3.

Ad.l. XV. TRIPHONINVS. *Lib. 10. disputationum.*

Arescusa, si tres peperisset, libera esse testamento iussa: primo partu unum, secundo tres peperit. quæsitum est, an aliquis, & quis eorum liber esset. Et hæc conditio libertati apposita, iam implenda mulieri est: sed dubitari non debet quin ultimus liber nascatur. nec enim natura permisit simul uno impetu duos infantes de uno utero matris excedere: ut ordine incerto nascentium, non appareat uter in seruitute libertatéue nascatur. Incipiente igitur partu existens conditio, efficit ut ex libera edatur, qui postea nascitur: ueluti si qualibet alia conditio libertati mulieris apposita, parturiente ea existat. Et manumissa sub hac conditione, si decem millia hæredi Titióue dederit: eo momento quo pariet, si per alium impleuerit conditionem, iam libera peperisse credenda est.

Ad.l. XVI. VLPIANVS. *Lib.vij.disputationum.*

Idem erit, si eadem Arescusa primò duos pariat, postea geminos edat: dicendum est enim non posse dici, utrumque dici ingenuum, sed eum qui posterior nascitur. Quæstio ergo facti potiùs est, non iuris.

a j. de condi. & j. de códi. insti.
b.l.j. de códi. insti.
c.Bar.hic.
d.Cic. in Topi.
e.Quintil.Cicer.
f.j. de verb. sign.
g.j. de proba.
h. arg.s. eo.l. septi.
i.l.si fuerit j. de reb. dub.l. duo. de testa. tutel.& hic.

Ad exemplum priuilegij trium liberorum, vel quatuor, quod liberis mulieribus competebat: ᵃ ancillis quæ tres peperissent, vacationem: ijs quæ plures, libertatem concedere solebant veteres Romani, authore Columella. In testamento quoque sub qualibet cōditione libertas relinquitur ancillis, vt suo loco apparebit. ᵃ Igitur testamentum in quo ita scriptum fuit, Arescusa si tres peperit, libera esto: materiam disputationis Tryphonio, & Vlpiano dedit. Nam cùm vnum priùs, deinde tres vno partu fudisset ancilla: vel primùm duos, post deinde totidem edidisset, nullus dicebatur liber ex ijs, qui nati erant, quasi in seruitute matris omnes editi essent. Cur enim magis vnus ex partu posteriore, quàm alius liber nascatur, cùm vnus partus sit? Sed tamen cùm natura non patiatur, vt duo simul infantes vno impetu nascantur, conuenit ex quatuor vltimum liberum nasci, impleta iam conditione quæ libertati apposita fuerat. Quod autem ait, Incipiente partu, de secundo accipe: quem incœpisse vult in specie proposita, duobus iam editis. Non enim ad indiuiduum temporis quasi vinculū, sed ad breuius quoddam tempus, quo parit mulier, momentum quoque retulit. Incipit ergo parere mulier quæ parit: cùm paulò antè non pareret. Porrò parere mulier dicitur cùm est in nixu, peperisse vbi enixa est: partus verò vnus est, totus nixus, quamuis plures nascantur eodem tempore. Sic alibi extremo vitæ momento, & cùm moritur, id est breuiusculo temporis spatio antequam mortuus sit, legatū alicui acquiritur. ᵇ Quapropter dubius non est casus qui proponitur: si ego, misso ad pontem seruo, liberum esse volui, si primus qui obuius contingeret seruus & ipse esset: tu cōtrà tuū liberum esse iussisti, si liber ei primus occurreret: & fortè accidat vt alter alteri primus in ponte obuius eat. Nam seruo meo conditio apposita extitit eo momento quo tuus occurrit: postquam occurrit tuus, iam liber factus meus, non occurrere, sed occurrisse dicetur: vt eo momento tuus liber factus nō intelligatur, quo seruo occurrit. Et hæc dicenda non erant, nisi abusionem quādam verborum, ex tit. De incipit: & ex tit. De tempore, & momento, apud perperàm dialecticantes, & physicantes, Pandectarum interpretes ad hanc disciplinam attulissent, & his nugis refersissent commentarios suos. ᶜ Sed quid si nesciatur ex tribus, quis vltimus editus sit, vel ex duobus, vter posterior? Et hanc quæstionem facti potiùs, non iuris esse Vlpianus ait: quæ cùm Gallo Aquilio proponeretur, ad Ciceronem inquibat. ᵈ Est enim quæstio facti An sit, quod coniecturis & probationibus quæritur inter agendum caussas: quæstio iuris Quale sit, id est iustum sit an iniustum, quod factum conuenit. Cui diligentiæ præesse iureconsulti existimātur, qui respondent quid iuris sit, ex iure ciuili: ᵉ Iidem definiunt hodie ex eodem iure ciuili, quę legibus explicantur omnia: vt medici, & physici, quæ ad suam professionē pertinent. Plæraque ex consuetudine loquendi hominum, definitiones mutuantur, quod facti est ferè: nimirum an sic appellent homines id de quo quæratur. ᶠ Ergo in suprà scripta quęstione, testibus, vt obstetricibus, & alij qui præsentes fuere, inquirendum erit: ᵍ aut consulendi erunt medici, si fortè certum habent marem antè nasci, &c. ʰ Si factum probari non potest, conditio non deficit, & ius, sed probatio: & nullus pro libero habebitur. Nam ex iure constat vltimum liberum nasci, quis sit non apparet, quod est facti.ⁱ

Ad.l. XVII. IDEM. *Lib.xij.ad edictum.*

¶ Qui ciues, & quæ ciuiū iura, Cicero in orat. pro L. Cornel. Balbo.

In orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini ciues ¶ *Romani effecti sunt.*

a l.4.l.nō dubi. l. postli. j. de capti.
b. Cicer. pro. Cor.Balb.
c.Liuius.
d.j.de censib.
e vt hic & auten. vt li.>. de cæt.

Omnes populi, & Reges, aut liberi fuerunt, aut tributarij stipendiarijúe Romanorum, vel alioqu Romanam ditionem agnoscentes. Liberi alij socij & fœderati, *allies & confœderes*: alij hostes, alij nec fœderati, nec hostes. Fœderati alij æquo fœdere, alij comiter conseruare maiestatem populi Romani debuerunt. ᵃ Fundi populi dicebantur liberi, qui sponte sua legibus, & iure Romano vtebantur. ᵇ Ex ijs qui Romanis aliquando paruerunt, Latini antiquissimi socij fuere, qui militare in exercitu Romano, & magistratus in eodem gerere potuerunt: ijdem pòst iure Quiritium, ciuiumque Romanorum sunt donati: Ethrusci quoque & Itali codem iure vsi sunt. ᶜ Quapropter prouincilales alij iure veteris Latij, alij pleno iure ciuitatis, vel Quiritium donari cœpere: qui iure Italico donati dicebantur, ᵈ tota Italia iam eo iure donata. Tandem Antoninus constitutionem emisit, qua effectum est, vt omnes prouinciales ciues Romani haberentur. ᵉ Quod eò pertinebat, vt magistratus creari à Principe, militare in legione Romana, & in ea honores adipisci: legitimas hæreditates adire, liberos in potestate habere, testamentum iure Quiritium facere possent: flagris cædi non possent. Nam plenum ius Romanorum ciuium, vt Latini, & Itali, non omnes habebant ea constitutione ciuitate donati:

te donati: sed tantùm ij qui iuris Italici facti dicebantur beneficijs Principum. Hi enim tributarij stipendiarijúe non erant, & à capitatione immunes facti sunt: quibus oneribus alij prouinciales obnoxij fuerunt. Libertini porrò qui partim Latini, partim dedititij, partim ciues Romani priùs fiebant, beneficio Principum omnes eadem ciuitate Romana, id est eodem iure ciuium Romanorum donati sunt.[f] Qui cùm ciuis non esset, pro cioe se gerebat, in iudicium de ciuitate vocabatur: vt Balbus, & Archias, quos Cicero defendit. Ciuis Romanus cum peregrina, iustas nuptias non coibat, aut contrà:[g] & ideo liberos pater in potestate non habebat: sed quasi vulgò quæsiti matrem sequebantur.[h] Qui ciues Romani erant, in opus publicum perpetuò dati, aut in insulam deportati ciuitatem amittebant, & ἀπόλιδες ob id dicebantur: ea quæ meri iuris ciuilis erant, non habebant, sed tantùm ea quæ sunt iuris gentium:[i] quorum discrimina suprà dixi suo loco. Ex his apparet quid hic Vlpianus, aut potiùs Iustinianus velit: nimirum omnes liberos homines qui in orbe Romano sunt, hoc est sub ditione romana,[k] ciuitatis Romanæ iure donatos esse constitutione Antonini: quamobrem & alibi, Romam communem patriam omnium qui in orbe Rnmano sunt, lex vocat.[l] Accursij lectio absurda videtur, seruos ob id liberari quòd in vrbe Romana sint: cuius tamen error moribus deinde apud quosdam obtinuit.[m]

Ad.l. XVIII. IDEM. Lib.xxvij.ad Sabinum.

Imperator Adrianus Publio Marcello rescripsit, liberam, quæ prægnans ultimo supplicio damnata sit, liberum parere: & solitum esse seruari eam, dum partum ederet. Sed si ei quæ ex iustis nuptijs concæpit, aquæ & igni interdictum est: ciuem Romanum parit, & in potestate patris esse.

Damnatus vltimo supplicio (quod nullum aliud supplicium sequi potest) seruus fit. Propriè autem vltimum supplicium mors est, id est animæ amissio:[a] licet mendosè capitales omnes pœnæ hoc nomine contineantur, vt damnatio in metallum, aquæ & ignis interdictio, deportatio, ad bestias damnatio.[b] Sed tamen qui nascitur ex damnata vltimo supplicio liber nascitur, si modò libera conceperit mater:[c] quia non debet calamitas matris ei nocere qui in vtero est.[d] Qua ratione si aqua & igni interdictum sit matri, licet ipsa quæ sunt iuris meri ciuilis amittat,[e] qui nascitur ex ea tamen non solùm liber nascitur, sed etiam in potestate patris: quod posterius est meri iuris ciuilis.[f] Perinde enim habetur atque si iam in rebus humanis esset, & custodiri debet quoties de commodis eius quæritur.[g] Exulibus porrò interdicebatur aqua & igni, ijs nimirum elementis quibus vita maximè continetur: eadem elementa accipiebant nouæ nuptæ, quòd fœtus animantium calore & humore animētur, &c.[h] Huius pœnæ locum obtinuit deportatio in insulã, vt his promiscuè vti liceat, exẽplo veterũ.[i] Nobilis est ἀντινομία de his alibi: cùm Martianus, Vlpianus, & Iustinianus, tantùm ἀπόλιδας esse volũt:[k] Callistratus libertatem eis adimi ait, & qui in metallum dâtur, deportatis adæquat.[l] Et hic locus ex ijs est in quibus bonum alioqui Tribonianum dormitasse confiteor. Sed ne non satis videamur subtiles, in excutiendis diuersitatis rationibus:[m] Callistratũ dicemus nõ in hoc eò loci scripsisse, vt capitis minutionis gradus distingueret, sed vt magna diminutione consumi existimationem ostenderet. Est autem magna & quæ media est, & quæ maxima:[n] & vtraque libertatem adimit, sed maxima totam, media pro parte. Non enim ferendum est vt locus ille Callistrati, tam multis legum articulis vnus præualeat: cùm præsertim hi aperti sint, ille generalibus verbis concipiatur, quæ specialibus distingui voluit Iustinianus:[o] conscius nimirum multa de omni genere olim scripta à iureconsultis, ijs quæ de aliqua parte scripta fuere contraria visum iri: & quæ in plures res scripta, ijs quæ in certam aliquam rem scripta fuerunt, nisi distinctionibus huiusmodi concilientur in Pandectis. In his igitur prima ratione contrarijs, Pandectarum locis, optima cautio erit, vt id sanctius, firmiúsve habeatur ius, quod ex scripto videatur niti, & apertiùs descriptum sit, quàm quod per ambiguum, per ratiocinationem, per definitionem inducatur: & quæ in partem aliquam, vel certam aliquam rem, promptiùs ad caussam accedere videantur, & ad iudicium magis pertinere, quàm quæ de genere omni, vel in plures scripta sint:[p] vt alius locus alium distinguere, replere, declarare, aut exceptione quadam corrigere videatur: non in totum abrogare, & contrarius esse.[q] Vna enim legislatio est, cuius partes partibus contrarias esse maximum vitium est.

Ad.l. XIX. CELSVS. Lib.xxix.Digestorum.

Cùm legitimæ nuptiæ factæ sint, patrem liberi sequuntur. Vulgò quæsitus, matrem sequitur.

Suprà animaduertimus statum personarum, in hoc quoq; esse, vt legitimæ dicantur, vel contrà: quò hoc fragmẽtum, cum duobus alijs inferiùs in hunc titulum coniectis, nullo ordine, pertinent.

f.§.fi.insti. de liberti. C. de lat. liber. & C.de dedi. liber.toll.
g.inst.de nup. in prin.
h. Cicer. in Topi.vbi Boet.
i.l. quidam.ȷ̃. de Pœn.
k Marcell.
l.l. Roma. ȷ̃. ad municip.
m. Biturig. art.1.

a.l. quod ad statũ &.l. qui vltimo. ȷ̃. de pœn.l.vlt.eo. l.siquis de inst. testa.
b insti. de pu. iudi. in prin. &.§ itẽ.l.cor. de fal.
c.vt hic.
d.insti. de ingenn.§.1.
e.d l. quidam. ȷ̃.de pœn.
f.inst. de patr. po.
g.l.qui in vtero s.eo.
h.l. pen. ȷ̃. de do. inter. Lactã lib 2.inst.
i.l 1 ȷ̃.de.le 3.
k l.quidam.ȷ̃. de pœn.l.1.de leg. 3.§. minor.de ca. di.
l.l. cognitionum.ȷ̃.de var. co.
m. consti. 3 ȷ̃.
n.arg.l 1 ȷ̃.de fin.
o. d. consti 3.
p. Cic.in rheto.
q.d.consti.3.

a.l. vulgò & l.seq. eo. b.l. qui in j. eo. c.4.vulgò. inst. de Succ. cog. d.j. vnde legit. e.l.1.j.ad municip. f.l.filiam j.de senator. g.d.l.1. & d.§. vulgò. h inst.de nup. in prin.

tinent.[a] Ad statum etiam hominum id pertinet, vt quæramus patris, ao matris conditionem sequantur.[b] Alij enim in familia, agnationéve, aut gente patrum: alij tantùm stant in matrum cognatione.[c] Cuius differentiæ personarum, noo parua est vis, cùm de rebus, & actionibus quæritur. Nam qui patris conditionem sequitur, hoe iure ad legitimam hæreditatem agnatorum vocatur:[d] eius municipij esse intelligitur, cuius pater fuit:[e] dignitatem paternam, & ordinem ciere potest, &c.[f] Qui vulgò quæsitus est, id est quasi sparsim genitus ex meretricio concubitu, in cognatione tantùm est naturali, agnationem non habet, aut geotem: sed matrem sequitur, & eius ciuitatis esse intelligitur cuius mater fuit: tertio ordine ad bonorum possessionem vocatur à Prætore, &c.[g] De conditione seruili, vel liberali Celsus hic non respondit: eùm legitimas esse nuptias ponat, quas liberi homines demùm contrahunt iure ciuili.[h]

Ad.l. XX. VLPIANVS. Lib.xxxviij. Ad sabinum.

Qui furere cœpit, & statum & dignitatem in qua fuit, & magistratū & potestatem uidetur retinere: sicut & rei suæ dominium retinet.

a.l.1 j. de proscul.

Furor ius quæsitum persooæ non aufert, licet administrationem, exercitionémve adimat.[a] Et ideo neque statum io suprà scriptis consisteotem, oeque dignitatem senatoriam, prætoriam, præfectoriam, &c. neque magistratum, vt præturam, vel præfecturam, neque aliam sine ordinario magistratu quæsitam potestatem, neque denique rei suæ dominium furiosus amittit. Potest eoim accidere vt pristinam sanitatem recipiat, & exerceat magistratus officium: status verò dignitas, & domioium rerum, furioso vtilia sunt, licet bona non administret. Nec citra culpam oostram adimi nobis oportet quæ nostra sunt, nisi voluntas nostra legitimis modis accedat.[b]

b.l. id quod.j. de reg.iur.

Ad.l. XXI. MODESTINVS Lib.vij.Regularum.

Homo liber qui se uendiderit, manumissus, non ad suum statum reuertitur quo se abdicauit: sed efficitur libertinæ conditionis.

a.4 serui autē. insti. de iur. per. b.l. libertini. j eo.

Serui sunt iure mero ciuili, qui se venundari patiuntur:[a] qui non ideo ingenui sunt iam manumissi, quòd liberi nati sunt: sed ex communi regula libertini habeotur, quod ex iusta seruitute manumissi sint.[b]

Ad.l. XXII. IDEM. Lib.xij. Responsorum.

Hæremnius Modestinus respondit, si eo tempore enixa est ancilla, quo secundum legem donationis manumissa esse debuit: cùm ex constitutione libera fuerit, ingenuum ex ea natum esse.

Donatum, venditúmve mancipium ea lege vt manumittatur, sine facto domini peruenit ad libertatem, ex constitutionibus.[a] Quare ex ancilla, ea lege donata natus, ingenuus est vt pote qui ex matre libera natus est, sanè ex ancilla in seruitute natus, liber nascitur post morā factam fideicommissariæ libertati.[b]

a.l.1.&.2.C. si mācip. ita fu. ali. b l.1 j.adTer. tull.

Ad.l. XXIII. IDEM Lib.1.πανδεκτῶν.

Vulgò concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt: uel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet. qui & spurij appellantur, παρὰ τὴν σποράν.

1. à satione. a.vt hic & insti.de nupt §. pen. b.Plutarch.

Describit vulgò quæsitos, qui spurij etiam vocantur à græco verbo,[a] παρὰ τὴν σποράν, vel errore veterum, qui S. P. id est sine patre, cum nomine S. P. id est Spurius, confuderunt.[b] Significat autem iureconsultus omnes vulgò dici conceptos, qui ex iustis nuptijs geniti non sunt: licet cum matre vnus duntaxat consueuerit. Quod autem ait lex, Sed cum habent quem habere non licet, ita accipe. Spurius patrem quidem ioterdum demonstrare potest: eum nimirum cum quo vno mater consueuit: sed quem habere non licet patrem, quia nuptiæ cum patrem non demonstrant:[c] vt periode fit, ad statum quod attinet, atque si patrem non haberet, atque vulgo, & ex meretricio coitu natus esset: quem & latiori significatione vulgò conceptum etiam vocamus.[d] Accursius errori quorundam dedit occasionem, qui spurios ex incæsto concubitu tantùm editos putant: sed malè interpretantur Modestinum, quem Iustinianus alibi interpretatur, vti prædiximus.[e]

c.l.4. j. de in ius vo. d.§ pen insti. de nupt. e.d § pen. a.inst.de nup. in prin.

Ad.l. XXIIII. VLPIANVS. Lib.xxij.ad Sabinum.

Lex naturæ est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur: nisi lex specialis aliud inducat.

b.§. vulgò. j. de succ. cog. c. l. fi. C. de muni. leg.l.1. de tamia. lib. 11. d.l.1.j.ad municip.

Lex ciuilis legitimum matrimonium iodueit,[a] Lex naturæ cognationem eum matre,[b] qitam naturales filij sequuntur, nisi priuilegio aliquo patrem naturalem sequaotur,[c] vti contrà legitimi priuilegio, specialive lege, matrem sequuntur.[d]

Ad.l.XXV.

Ad.l. XXV. IDEM Lib.1.ad.l.Iuliam & Papiam.

Ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo sententia lata est, quamuis fuerit libertinus: quia res iudicata, pro ueritate accipitur.

Res iudicata pro veritate est: [a] quod ad ius consuetudinis Cicero refert. [b] Et si libertinus cõtradicto iudicio ingenuus pronuncietur, sententia ius faciet, [c] vt in alijs quibusdam caussis.

a.l.res iudi.j. de Reg.iur. b.l.2. de Inuentio. c.Leirca.j.de Proba.l.qui repud.j. de Inoffic.

Ad.l. XXVI. IVLIANVS Lib.68.Digestorum.

Qui in utero sunt, in toto penè iure ciuili intelliguntur in rerum natura esse. Nam & legitimæ hæreditates his restituũtur: & si prægnans mulier ab hostibus capta fuerit, id quod natum est, postliminium habet. Item patris uel matris conditionem sequitur. Præterea si ancilla prægnans surrepta fuerit: quamuis apud bonæ fidei emptorẽ pepererit, id quod natum erit, tanquam furtiuum usu non capitur. His consequens est, ut libertus quoque quandiu patroni filius nasci posit, eo iure sit, quo sunt qui patronos habent.

Suprà satis hoc caput declaratur.

Ad.l. XXVII. VLPIANVS Lib.5.Opinionum.

Eum qui se libertinum esse fatetur, nec adoptando patronos ingenuum facere potuit.

Libertinus à patrono arrogatus, iura ingenuitatis in patroni quidem familia consequitur: cæterùm libertinus manet, nec Senatoriam fœminam ob id ducit hoc iure vxorem. [a] Igitur totus hic de statu personarum titulus, vsque ad tit. De his q.s.s. septem ferè personarum, hominúmve differentias complectitur: liberos nimirum homines, & seruos: liberos ingenuos, & libertinos, in rebus humanis, vel rerum natura habitos, & contrà: viros, & fœminas, iustos liberos, & contrà: ciues, & peregrinos, legitimos, & spurios. Ad formam legum veterũ nullo negotio reuocabit iuuentus, hoc modo. Omne ius quo Romani vtentur, circa personas, res, vel actiones versator: ad hominum vtilitatem refertor: certa via & ratione, de personis, rebus, & actionibus, vt rei natura patiatur, compositum esto. Omnes homines, liberi, aut serui sunto: libertas naturalis facultas, &c. esto: seruitus constitutio iuris gentium, &c. habetor: serui à seruando appellantor, &c.

a. l.sciendum 2.j de rit.nupti.

IVS GALLICVM AD EVNDEM titulum.

Moribus Galliarum liberi homines, & serui obseruãtur, & serui manumittũtur à dominis, vt apud Meldenses, [a] & alicubi apud Aruernos. [b] Sed ita licet appellẽtur, re tamẽ magis ascriptitij coloni sunt, & apud alios serui manu mortua homines, [c] apud alios iã manumissi *afranchis* dicũtur, [d] *serfz, main morte, & main mys, ou manumys*, &c. Hi si cũ liberæ cõditionis hominibus cõnubia ineant, nõ soluuntur quidẽ matrimonia, sed seruꝫ mulctã dominis dependunt illiciti connubij, quod *formariage* vocant. Qui nascitur ex eo matrimonio matrẽ sequitur, nisi alteruter ex cõiugibus nobilis sit, cuius conditionem partus eligere potest. [e] Apud Trecenses [f] alibi ex ignobili vtroque nati, optionem conditionis habent, alibi vel inuiti liberam conditionem sequuntur, alibi ventrem, alibi deteriorem conditionem, vt apud Borbonios. Ad marium, fœminarumq́; conditionem quod attinet, alia est apud Gallos nuptarum conditio quàm apud Romanos. [g] Nam in maritorum manum conuenientes, in parentum potestate esse desinunt, & in maritorum manu & potestate esse incipiunt. [h] quod & olim apud Romanos matribusfamilias conueniebat. [i] Cæterùm ius Romanum sequuntur, vt fœminę tutelę, curationis, procurationis forensis, munus nõ obeant ferè. [k] De spurijs proprio iure vtuntur etiam in plærisque Galli. Nam nec matri quidem succedunt apud quosdam, vt nec his mater, sed dominus iurisdictionis succedit sine liberis decedentibus, qui ex iustis nuptijs suscepti sunt: nisi fortè beneficio Principis legitimi facti dicãtur. [l] Sed & apud alios dominus iurisdictionis mediæ, apud alios maximæ duntaxat, vel Princeps succedit nothis. [m] Inter ciues Gallicanos, & peregrinos differẽtia obseruatur insignis in successione: quòd qui peregrinus sit, ius successionis non habeat, nisi beneficio principali ciuitate Gallicana donatus sit: [n] quod dare, communicare, & largiri ciuitatem, Cicero etiam dicere solet, vt pro Cornel. Balb. *Aulbains, ou estrangiers, & lettres de naturalité* appellant Franci. Peregrinorũ verò bona, qui ciues Gallicani non sunt, ad dominum maximæ iurisdictionis in ea regione pertinẽt apud quosdam, *au seigneur hault iusticier*: vti bona vacãtia, & oberrantia animalia, *aulbainnes, biẽs uacans, espaues*. [o] Apud alios dominus minimæ iurisdictionis, bona extraneorum sibi vendicat suo iure, *le bas iusticier*. [p] Peregrinos pro ciuibus Romanis etiam peregrinãtibus extra ciuitatem suã, vsurpasse videtur Fœdericus Augustus: quãdo hęredibus reddẽda peregrinorum bona statuit. [q] Nam qui in ciuitate nõ est sua, peregrinus est: quorum vtrumque ambiguum verbum est, & qui eiusdem regni non est, & qui non est eiusdem municipij, demonstrãs. Vt contrà ciuis ambiguè

a. in prin.& art.77. &.2. seq. b. 27.& seq. c. Burgund. d. *La rue d'indre* Victr.140 Aruer.27. e. Melden.4. & 5. f. Trecen.3. & seq. g. l.si vxorẽ. C de Condi. insert. h. Biturig.5. i. Gell.lib.18. cap.6. l. pronuntiatio.j. de Verb.sig. k. Britan. 23. & seq. tit. *des mineurs.* l. Legitimi etiam fiunt iustis nuptijs pòst initis. Auxer. Senon.68. m. Pyćto.228. Britan.tit. de Spur. Seno. ar. 30. Meld. 112. n. arg.l.j C. de Hæred. insti. o. Seno.8. Borbo.188. *La chastellenie de Selles en Berry* Auxerre Pycto.229. p. Pycto.229. q. in vsib.feu. de Sta. & cõsu.et. C. con. de succ. aut. omn.pereg.

& is est, qui eiusdem regni, vel imperij est: & qui eiusdem municipij. Itaque in ea Fœderici sanctione, ea accipienda est significatio quæ vitio caret: [r] ne peregrinis qui ciues Romani non sunt, aduersus certum ius antè sancitum identidem, testamenti factionem indulgere videatur: [f] vt taceam ex inferiore scriptura Fœderici, quod per se ambiguum est, fieri perspicuum. [t] Etenim cõtrariam consuetudinem hospitum, qui bona fortè mobilia peregrinantium sibi arrogabant, ea lege abrogat: & secundum ius ciuile, ad hæredes scriptos, vel ab intestato venientes pertinere ea bona constituit, si eiusmodi nemo appareat, in pias caussas per Antistites verti. Qua in re nonnihil derogat iuri fiscali de bonis vacãtibus. [u] Sed apud Francos Fœderici leges, vt aliorum Augustorum post Iustiniani imperium latas, non obseruari aiunt, quod ignorationis rerum omnium seculo latæ sint, & Franci non aliam ob caussam legislationi Romanæ pareant, quam quòd sapienter à Iustiniano composita videatur. Quod verò Accursius putat, peregrinos pro deportatis in legibus vsurpari, fallere iuuentutẽ nolim. [x] Ideo enim deportati testamenti factionem non habent, quòd peregrini, id est ἀπόλιδες facti sint, & ob id iure ciuitatis testari non possint: cũ hæredis institutio, legatum, & fideicommissum, propria sint Romanorũ ciuium: [z] ἀπόλιδες, id est peregrini, siue desierint esse ciues, siue nunquam inter ciues fuerint, id iuris non habeant. [a] Quapropter à iure Romano non multùm abhorret, quod de albinatu (vt aiunt) Franci obseruant. Nam ex viro peregrino, & Galla nati, iure Romano iusti filij esse non possunt: [b] & à latere, atque adeò in recta linea non succeditur iure gentiũ, sed ciuili, vel prætorio. [c] Non dicam hic quãtum iniquitatis ex ignoratione simili interpretum, in mores perducatur: qui cùm obseruassent prædia ab hoste capta, militibus Romanis assignata per Principem iure gentium: [d] Regẽ omnia rerum auferre posse iustis possessoribus collegerunt. Sed hæc suo loco, vti alia innumera, explicabo. His ita à me conscriptis ad titulum. De sta. homi. Ioãnis Longouallij causidici insignis apud præfecturam prætorianam Parisiorum, cõsultatio oblata est de peregrinorum successione: quam vnà cùm responso meo subieci.

EGVINARII BARONIS IVRECONS. AD IOANnis Longouallij aduocati, & oratoris in ampliss. Parisiorum curia, de peregrinorum successs. quæstionem, responsum.



EX facto proponebat Ioannes Longouallius ciuis Parisiensis, Ioannem Cænamium ciuem suum, & cognatum, ab intestato decessisse: cuius hæreditatem tanquam proximo hæredi sibi legibus & moribus delatam, adijt, iam sunt decẽ plùs minùs anni, & domum ex ea hæreditate in hodiernum diem possedit, atq; adeò incoluit. Eam Godofredus Cænamius Venetijs natus ex defuncti fratre Pandolpho vendicat, & quòd sibi donata sit à patre suo, proximo defuncti agnato, & quòd patre eodem repudiante, ipse velut gradu propior, Longouallium iure suo hæreditate, qua de re agitur, excludat. Quærebat Longouallius, cũ sine controuersia Pandolphus olim Lutetiæ natus, quinquaginta annos & eò ampliùs, apud Venetos egerit, fortunas suas inibi constituerit, atque argentariam nõ paruo tempore fecerit, ducta vxore Veneta, & susceptis ex ea liberis, &c. iuréne Godofredus domum, qua de re agitur, ex suprà scriptis caussis sibi asserat? Mouebatur & quòd Pandolphus ciuitatem Gallicanam sponte sua reiecisse, seque Venetorum ciuitati dicasse videretur: & quòd bello inter Gallos & Venetos (Ludouico regnãte) orto, apud hostes continenter fuerit, nec bello confecto, ad suos redierit vnquam eo animo, vt res eorum sequeretur, Venetorúmque relinqueret. Duarum enim ciuitatum ciuis esse, iure Romano nemo potest: & qui ciuis non est, peregrinus est, & legitimarum hæreditatum iure excluditur: quod & Galliarum moribus conuenit. Contrà Godofredus patrem se minimè in ciuitatem Venetorum dicasse contendit, quandoquidem publicè adscitus non sit, originem voluntate non amitti: duarum ciuitatum se ciuem esse posse, peregrinos lege noua Fœderici, legitima hæreditate nõ excludi: Venetos, quos fœdus cum Francis inijsse cõstat, nõ esse extraneos, peregrinósve: nihil hostiliter patrem in Gallos gessisse, sed tãtùm apud eos fuisse, apud quos antè quam bellum exarsisset, fuerat, &c. Quæ omnia etsi Longouallius replicando ita infirmaret, vt nihil mihi noui reliquum videretur, quod de iure responderẽ: attamen quando ita placuit vt noctuas Athenas, respondi secundum ea quæ proponebantur, cum vnde petebatur, iure potiorem videri. Non quòd tanquam reiectione Gallicæ ciuitatis, Pandolphum ciuem Venetum factũ oporteret, quem publicè adscriptum in ciuitatem Venetorum fuisse, Godofredus pernegabat: sed quòd ante bellum, & belli tẽpore sponte apud extraneos & hostes fuerit, tum maximè quo tempore Ioannis Cænamij hæreditas proximis, & idoneis hæredibus delata est, domicilium sponte sua trans alpes habuerit. Etenim Marcus Cicero non vno in loco, de iure mutandæ ciuitatis locutus, voluntate sua quemq; mutare ciuitatem dixit, modò adsciseeretur ab ea ciuitate, cuius esse se ciuitatis vellet. Qua in re receptum, exceptum, adscitum, adscriptum, in ciuitatem dicere consueuit, [a] & tabulas fieri solitas, vbi allectorum nomina scripta essent, non obscurè scriptum reliquit. [b] Quod non solùm in danda

r. l. in ambig. ssp. de ll.
f. d. l. si de hære. insti. l. j. C. eo.
t. Ci. in Rhe. l. li ser § fi. j. de Leg. j.
u C. de Bon. va. l. vacãtia.
x. l. si sub. § .10 lemus. j. de Hære. insti. l. j. C. eo.
y. l. 5. & l. postli. j. de capt. l. j. de Leg. 3. l. quidã j. de Pœn.
z. Theop. insti. per. q. per.
d. ll. de Hær. insti.
a. l. quidem j. de pœn. d. l. j. C de Hæred. insti.
b inst. de Nupti. in princ. Cic. in Topi. vbi Boet.
c. j. vnde leg. & vnd. cog l. fi. j. de Bo. dã.
c ius nat. & e. ius quir. di. j. l. si qua. j. j. tit. §.
d. l. itẽ si verb. j. de Rei vẽd. l. Lucius. j. de Euict. §. item ea. q. ex host. insti. de re. di.

a. pro Corn. Balb.
b. pro Archi.

danda ciuitate Romana, sed in cæteris quoque obseruatum ait. Quid? Nũ Archias poëta multis annis ante ciuitatẽ datam, domicilium Romæ babuit atq; etiam sedem omnium rerum, ac fortunarum collocauit? Sanè hodie rerum capitalium damnati ἀπόλιδες fiunt, id est iure Romanæ ciuitatis exuuntur, priusquàm in aliam ciuitatem recepti sint: [c] licet ius vetustius huic cõtrarium M. Cicero adducat quodam loco. [d] Non enim apolides dicuntur, quòd in nulla ciuitate sint, sed quòd Romana (quæ per excellẽtiam sic appellatur) careãt: qui non propriè, sed generaliter peregrini appellantur, quòd ciues non sint Romani. [e] Inter peregrinos & fœderati referuntur, licet extranei omnimodo non sint, & ideo ius postliminij non habeant. [f] Cùm verò ante bellum apud extraneos, & belli tempore apud hostes sponte sua fuerit, [g] & denique fœdere percusso, constantissimè in eam horam permanserit, qua Ioannes Cænamius decessit è viuis: legibus, moribusque vniuersæ Galliæ, hæreditate exclusus est. [h] Sed quoniam omne ius controuersum, vel in verborum interpretatione positũ est, vel in æqui prauique discrimine, & aliter periti, aliter docti verba hic accipiant: rem paulò altiùs repetã. Igitur ciuitas Romana primùm augustis finibus inclusa, ex omnibus ciuitatibus viam esse in se voluit, quæ si cui communicata esset, certa tribu, certo numero habebatur, [i] ius proprium ciuium Romanorum, vt testandi, legitimas hæreditates adeundi, [k] ius patriæ potestatis, &c. adeptus largitione ciuitatis. Qui ciues Romani non erant, sed aliarum ciuitatum, vel in nullam etiam ciuitatem dicati, peregrini dicebantur, [l] quòd peregrè id est longè à Romana ciuitate degerent, vel cùm apud Romanos essent peragrasse viderentur: & pro hostibus antiquitùs habiti sunt. Ex his alij liberi fuerunt, vel Regibus suis tantùm paruerunt: alij tributarij, stipendiariive, aut alioqui Romanam ditionem agnoscentes. Ex liberis, alij societate, amicitia, sponsione, fœdere, pactione cùm Romanis coniuncti, alij hostes, alij nec fœderati, nec hostes, sed extranei. Fœderati alij æquo fœdere, alij comiter maiestatẽ populi Romani conseruare debuerunt. Fundus populus etiam fiebat, qui sponte sua legibus, & iure Romano vtebatur. [m] Ex his porrò qui Romanis aliquando paruerunt, Latini antiquissimi socij fuere: qui in exercitu Romano militare, & magistratus in eodem gerere potuerunt: deinde pòst iure Quiritium, Romanorúmve ciuium donati sunt. Quamobrem prouinciales alij iure veteris Latij, alij iure ciuitatis, vel Quiritium donari cœpere: [n] qui cùm Italia tota eo iure donata esset, iure Italico deinceps dicebantur donari. [o] Quod ius hoc etiam continebat, vt à grauioribus tributis immunes haberentur. Ad extremum Antoninus Pius constitutionem emisit, qua omnes prouinciales etiam, ciues Romani effecti sunt. [p] Quod eò pertinebat, vt militare in Romana legione, honores petere, legitimas hęreditates adire, liberos in potestate babere, testamentum iure Quiritium facere possent. Nam priuilegium Romanorum, vt Itali, non omnes habebant, sed tantùm ij qui iuris Italici facti dicuntur beneficijs Principum. [q] Libertini qui partim ciues, partim Latini, partim dedititij fiebant, eadem ciuitate Romana, id est eodem iure testãdi, legitimas hæreditates adeundi, &c. constitutionibus donati sunt. [r] Ciuis Romanus cum peregrina, vel cõtrà, iustas nuptias non contrahebat, [s] ideoque pater liberos inde susceptos, non habebat in potestate, sed quasi vulgò quæsiti matrem sequebãtur, [t] ideoque quod Tacitus ait de patria eorum qui per connubia Romanis sociabantur, ad incolatum referri debet, nisi adscripti sint. Proinde qui ciues Romani in opus publicum perpetuò dantur, vel deportantur in insulam, ciuitatẽ amittunt Romanam, id est ius suprà scriptum Romanotum proprium, & ob id à Gręcis ἀπόλιδες, à Latinis peregrini fieri dicuntur, quòd desinant esse ciues Romani, etiamsi Romæ nati sint. [u] Aliam enim patriam loci, aliam iuris habemus: [x] Roma omnium communis patria iuris est, [y] vbicunq; nati sint liberi homines, Romanæ ditioni subiecti: idque ex suprà adducta Antonini lege. [z] Peregrini igitur, vel ἀπόλιδες verbum generale est, quo qui ciues Romani iure non sunt, significantur. [a] Claudius Cæsar splendidum virum, q̃ Latinè nesciret, albo iudicum erasit, & ad peregrinitatem redegit. [b] Non enim quòd latinè nesciret, deportatione dignũ existimauit, aut hostis patriæ nomine, sed toga Romana exuit, & ius ciuium Romanorũ ei ademit. [c] Simili ratione Vlpianus eloquitur, si per pœnam deportationis, inquit, ad peregrinitatem redactus sit patronus, putat Põponius eum amisisse honorem. [d] Significat Prætoris edictum de non vocando patronum in ius sine permissu, eiusdem rationem habere: & peregrinos (inter quos habentur deportati) ea [e] demũ retinere apud Romanos, quæ sunt iuris gentium, & communia omnium populorum: [f] quale est vt solutum ex obligatione iuris gentium, retinere possint, [g] & repetere iniustè possessum, [h] agere ex stipulatu, non possint, vt nec adire hæreditates legitimas, &c. Quapropter Vlpianus ait, si ciuis Romanus scriptus hæres viuo adhuc testatore factus sit peregrinus, & mox ad ciuitatẽ peruenerit, id ei non nocere. [i] Peregrinum accipere eò loci pro eo qui quocunque modo ciuis esse desierit Romanus, & consuetudo loquendi doctorum hominum, [k] & ratio ciuilis suadet: quando nihil intersit vtrum exilio, postliminio, an allectione in aliam ciuitatem expressa, vel tacita, ciuis Romanus esse desinat. Sanè qui sola, nudaque volũtate repudiat ius agnationis, vel ciuitatis, nihil agit, vt nec is qui dominum se esse non vult, [l] tantùm abest vt decedendo loco, & vrbe, tacita

pactione

c. l. j. ff. de Legib. 3.
d. de do. sua. ad Põtif. pro Cor. Balb.
e. d. l. j. l. q̃dã. ff. de Pœn.
f. l. Loõ dub. ff. de capti.
g. l. postliminium. §. trãsfuga. & l. si captiuus. & l. in bello. §. j ff. de Capti.
h. l. postliminij. & l. 10 bel lo. eo. Senon. 67. Auxerre.
i. Cicer. pro Cor. Balb.
k. Cic. pro Arch.
l. Cic. in offi. Sueto. 10 August. & in Claud.
m. Cic. p Bal. l. postliminij. l. non dubito. l postliminn. ff. de capti.
n. Liu. Plin.
o. ff. de Cẽsib.
p l. in orbe. ff. de Sta. ho. augen. vt liber. de Cæt
q ff de Censi.
r. C. de lat. liber. & C. de dedit. liber.
s. 10st. de Nupti. in prio.
t. Cic. 10 Topic. vbi Boet.
u. d. l. quidã. de Pœn. d. l. j. de Leg. 3.
x. Cicer. lib. j. de ll.
y. l. Roma. ff. ad municip. l. 3. de Seoat.
z. d. l. in orbe
a. l. j. C. de Hær. insti. & l. nec apud. l. sed & ff. eo. l. sed. de 10 ius vocan.
b. Trãquil. in Claud.
c. l. sed si accepto. ff. de Iur. fisc.
d. d l. sed si hac. de in ius vocan.
e. l. j. C. de Hę re. insti.
f. l. quidam. ff. de Pœn.
g. l. quod enim. & l fideiuss. §. fideiuss. ff. de Fideiuss. l. naturaliter. de Cond. indeb.
h. l. rerum quidem. ff. re. amo. l. indebiti de Cond. indeb. l. indebitam. eo.
i. d. l. sed & de Hær. insti.
k Cicer. Sueto.
l. Lius autem ag. ff. de Pact. l. si quis in. §. diff. ff. de Acq. poss.

pactione amittere ius ciuitatis possis. Nihil enim nuda voluntate habetur pro derelicto, sed re, atque facto derelinqui oportet. [m] Nã & naturæ patria, re, atque facto relicta, ciuitas retineri potest, id est ius ciuitatis, quod & Cicero de Pomp. Attico scribit lib. 5. de Finib. & Cornel. Tacitus oblatam Atheniensium ciuitatem, noluisse ait. Hæc cùm ita se habeant, quæ de ciuibus Romanis, & peregrinis diximus, obseruare oportet vtráque vocem ambiguam esse, & aliter quàm dictum est, pro loco vsurpari. Nam municipes diuersorum municipiorũ sub Romana ditione, ciues diuersarum ciuitatum dicuntur, [n] & qui ex eadem ciuitate non sunt appellantur peregrini. [o] Quo modo absurdum non est si duarum ciuitatum idem ciuis habeatur: [p] quando ius maioris ciuitatis & cõmunis patriæ, nihil varietur. [q] Qua ratione extraneus variè dicitur, & qui suus nõ est, vt cùm de hærede sermo fit, [r] & qui ita peregrinus est, vt fœderatus non sit. [s] Nam liberi populi Romanis fœdere iuncti, extranei non sunt: peregrini sunt, cùm sint liberi, nec ius Romanæ ciuitatis habeant. [t] Nunc parua imperia (si placet) magnis comparemus. Respublica Venetorũ, & regnum Gallicanum, nihilò magis sub eodem imperio sunt, quàm Gaditanorum ciuitas, & Romana respublica, vt si iuris Romani rationem sequare, idem vtriusque ciuitatis ciuis esse non posit, [u] licet posit esse ciuis duarum ciuitatum sub ditione Gallicana, vel Venetorum. [x] Illud tamẽ interesse caussari potest Cænamius, quòd Veneti, & Franci hodie fundi populi sint. Vtriq; enim, opinor, ius legitimarum hæreditatum ex legibus Romanis sibi adsciuerũt, vt ea ratio cessare videatur, quæ eundem ciuem esse duarum ciuitatum vetat. [y] Nec parum iuuat Cænamium; quòd apud vtrumque populum, non priùs peregrè venientes ciuibus adnumerentur, quàm publicè in ciuitatem adscripti sint nominatim, vel tacitè, vt incola, non ciuis, apud Venetos pater fuisse videatur. [z] Illud multò magis eius caussam prægrauat, quòd antequam bellum Venetũ indiceretur, transfuga ad extraneos, quibus cum nulla amicitia Francis fuerat, fide suscepta transfugerit. [a] Qui si fœderati priùs fuissent, bello iam exardescente, deinde pòst fœdere icto, Cænamius siue seruus, siue manumissus (qui mos est Christianis) apud Venetos manserit, ciuitatẽ Gallicanam amisisse necesse est, quam nec postliminio quidem recepisse videri potest. Pandolphus, qui nunquam eo animo ad suos redijt, vt eorum res sequeretur, Venetorum relinqueret. [b] Quæ si vera sunt, Godofredus ex peregrino natus, ciuis Gallicanus esse qui potuit ante delatã hæreditatẽ. [c] Non enim antè in Franciã venit Godofredus apud Venetos natus, quàm Ioãnes Cænamius (de cuius hæreditate quæritur) è viuis decesserat. Sed hæc inferiùs resumam. Nec ad rẽ pertinet quòd vterque populus fundus sit, & ex iure Romano vtrique communi, legitimę hæreditates deferantur, non Gallorum proprio. Etenim Galli hoc propriũ ius habent, ne hæreditates legitimæ proximis agnatis, cognatisve obueniãt, nisi qui alioqui idonei sint ad succedendum ijs, qui intra regni limites decessisse dicantur. [d] Et hoc ius in mores omniũ ciuitatum, regionumq; receptum est. Porrò iure nostro hi inidonei sunt hæredes, qui vel in perpetuum exilium damnati sunt, [e] vel qua hora quis decesserit, domum trans alpes, aut alioqui apud peregrinas ciuitates incoluerit: vt non multùm intersit, vtrum ciuis Venetus Pandolphus fuerit, an tantùm domicilium, sedemque rerum suarum apud Venetos habuerit, quo tempore frater in Gallia decessit. Nã & qui Venetias incolunt, licet in tribu, & numero honoratiorum ciuium non sint, iure tamen Venetorum proprio, ni fallor vtuntur: vt ad ius quod attinet legitimarũ hæreditatum, ciuis Venetus dici posit Cænamius, absque solenni allectione in ciuitatem. Sed morum nostrorum verba subijcienda sunt. Apud Senones igitur ita lex municipalis scripta extat. *Vn estrangé demourant hors du Royaulme oultre les mons, ne succedera point aux biens de ses parens mors au Royaulme: mais leur succederont leurs aultres parens demourans audict Royaulme, si aucuns en ont. Si non, competent au Roy, ou hault iusticier, si n'y a priuilege donné au contraire.* [f] Et pauló pòst. *Quãd la succeßion uiẽt a un banny, le Roy, ou hault iusticier ne succede pour luy, mais accroist aulx aultres parens.* [g] Item lex Victriẽsium ita conscripta est, *par l'entrecours entre Victry & Barroys, lesdictz Barroys demourans au Balliage de Victry, si decedent sans parens regnicolé, & demourans auec eulx le tempr, & heure de leur trespas, le Roy succede, & non l'heritier absent.* [h] Et apud hos quidem allectione nulla opus est, sed domiciliũ extra regni fines habere suffieit, vt hæreditate cognatorum intra regnum decedentium excludantur. Quinimò moribus quibusdam vsurpatum est, vt intra prouinciæ eiusdem fines, res, fortunasque suas cum habere collocatas tẽpore mortis oporteat, qui defuncto cognato velit succedere. [i] Suprà scriptos verò mores formula rescripti comprobat, quo Rex peregrinos ciuitate Gallicana donare solet, & hæredes habere permittit, modò regni incolæ sint, &c. Equidẽ rescripta ciusmodi legi, quibus ea clausula inserta non fuit: sed hæc, *tout ainsi que s'il estoit natif du Royaulme.* Hæc cùm à me scriberentur, ex amicis didisci, hęreditatem, quæ in fiscum Regium nuper tanquã vacans reciderat, defuncti filio, qui apud Hispanos multis iam annis, vxore ducta, egerat, iudicio Senatus vel restitutam, vel certè in eo loco omnibus videri, vt restitueretur. Quare etiam atque etiam videndum dicebam Lõgouallio, ne de præiudicato iam iure constituendum esset. Sed tamẽ ille nescio quis (nihil enim præter auditum habebam) & Godofredus & Cænamius, in disimili caussa esse videbãtur. Ille enim fidem fecisse dicebatur, bello subitò exorto, spectasse Galliam, spectasse domum patriam, & ad suos redire cupijsse, si pietas in susceptos ex Hispana liberos tulisset. Itaque postliminio reuersus iure tam Gallico, quàm Romano videbatur, qui suo fato apud hostes depræhensus, ad suos eo animo redierat,

m. ff. pro dereli. l. 5.
n. lib. 10. C. de Ciuib. & incol. & ff. ad municip.
o. §. fin. instit. de Hær. inst. auten. omnes C. cõ. de Succ.
p. l. si quis à plurib. ff. ad municip. l. ciues. C. de Incol. lib. 10.
q. Cic. p Bal.
r. inst. de Hære. qual.
s. d. l. non dubito. & d. l. postliminiũ. de Capti.
t. d. l. j. C. de Hær. inst. &c.
u. l. postliminiũ & l. non dub. ff. de Capti.
x. arg. d. l. si quis à. ff. ad municip. & d. l. ciues. C. de Ciuib.
y. Cicer. pro Balb.
z. Vid. de mag. Vene. libr.
a. d. §. transfuga.
b. l. in bello. §. manumittendo. ff. eo.
c. l. apud. ff. e.
d. Paris. 145. &c.
e. Senon. 73. 67. Auxer. Niuer. 26. de Succ. Borbó. 322. Victr. 78.
f. 67.
g. 73.
h. 78.
i. Laon. 15.

redierat, vt eorum res sequeretur, Hispanorum à quibus abiuerat, relinqueret.[k] At Godofredũ ex transfuga natum patre, postliminium non habere respõdi, quando is demum postliminio reuerti possit, qui ab hoste, vel extraneo captus sit haud turpiter.[l] Illud equidẽ ex Christiano more in bello gerendo probabam, si pater non turpiter apud Venetos fuerit, fœdere icto, ciuitatem Gallicanam eum recœpisse, vel potiùs non amisisse, & si loco nõ decesserit: quãdo satis sit, apud fœderatos, liberos nos, & tutò esse, vt ciuitatẽ postliminio recuperemus:[m] id quod & in eo qui apud Hispanos mansit fœdere similiter percusso, dici poterat,[n] in eo qui transfuga fuit (cuiusmodi pater Godofredi fuisse dicebatur) idem locum non haberet, qui non aliter ciuitatem recipere potest, quàm si nominatim id fœdere exceptum constet.[o] Ex quo postea susceptus Godofredus, ciuis Gallicanus dici non posset, cũ è patre peregrino natus esset, nec ex sua persona postliminium haberet. Si antè natus fuisset, ex Christianorum consuetudine, ad personam quod attinet, postliminio reuersus videri poterat, etiamsi in Galliam non redijsset:[p] quod cõtrà in vtroque respondendum foret, ex mero iure Romano, & siue more Christiano, pace composita, fœdere, &c.[q] Sed iuri Romano hac in re mores Galliarum apud quosdam repugnare videri dicebam, quibus extra fines nostros demorantes, ciuibus apud nos, decedentibus succedere non possent. Quamobrẽ siue ex transfuga natus esset Godofredus, iure Romano: siue non esset, iure illo Gallico Longouallius potior in ea caussa visus est: præsertim cùm sua sponte extra fines regni domũ incoluerit Godofredus, quo tempore patruus decessisse ferebatur: nec eo animo in Galliam venerit, vt apud suos maneret. Quod in eo qui apud Hispanos egit, similiter non habere locum respõdi: qui inuitus extra fines, partim belli, partim in pace fuisse dicebatur, & cumprimùm licuit, redijsse eo animo vt in Gallia maneret. Sed & fœdere Veneto comprænhensum nõ esse dicebam, vt Franci absque postliminio ciuitatem reciperent, vel contrà, ideoque iure Romano non aliter postliminio redijsse Godofredum, quàm si maneat, &c.[r] etsi more Christiano, nec amisisse quidem ciuitatem captiuus videatur, vt dixi, quod ad personam magis quàm ad bona spectat.[f]

k. l. postliminij. & l. in bello. ff. de capt.
l. d. §. transfuga. l. 3. & 4. ff. eo.
m. l. postliminiũ & l. non dub. eo.
n. d. l. in bello & d. l. postliminium.
o. d. §. transfuga.
p. d. l. postliminium arg. vbi not.
q. d. l. in bello in prin.
r. d. l. in bello
f. Bar. l. hostes. eo.

DE HIS QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT.

Titulus VI.

Superior titulus generalis est, & inferiores hosce duos complectitur. Nam ad statum & cõditionem hominum pertinet, quòd alij sui iuris, alij iuris alieni dicantur: & qui alieni iuris sunt, alij in potestate dominorum sint serui, alij in potestate patria filijfamiliàs: & qui in parentum potestate sunt, alij in potestate naturalium parentum, alij in potestate adoptiuorum.

Ad l. I. CAIVS *Lib. 1. Institutionum.*

DE iure personarum alia diuisio sequitur: quòd quædam sui iuris sunt, quædam * *alieno iuri subiecta sunt. Videamus itaque de ijs quæ alieno iuri subiectæ sunt. Nam si cognouerimus quæ istæ personæ sunt: simul intelligemus quæ sui iuris sunt. Dispiciamus itaque de ijs quæ in aliena potestate sunt. Igitur in potestate sunt serui dominorum, quæ quidem potestas, iuris gẽtium est. Nã apud omnes peræquè gẽtes animaduertere possumus, dominis in seruos uitæ necisque potestatem fuisse: & quodcumque per seruum acquiritur, id domino acquiritur, sed hoc tempore nullis hominibus qui sub imperio Romano sunt: licet supra modum, & sine caussa legibus cognita, in seruos suos sæuire.* ¶ *Nam ex constitutione diui Pij Antonini, qui sine caussa seruum suum occiderit, non minùs puniri iubetur, quàm qui alienum seruum occiderit. Sed & maior asperitas dominorum, eiusdem Principis constitutione coërcetur.*

* aliàs quædã quæ in pãde. Fl.
¶ Paulus ad Ephe. cap. 6.

Caius lib. 1. Institutionũ, personas summa diuisione in liberos homines, & seruos diuisit:[a] secunda diuisione in eas quę sui iuris sunt, & quæ alieni, personas.[b] Ex huius Institutionibus præcipuè Iustinianus suas descripsit,[c] cuius etiam methodum secutus est, vti hic locus arguit. Alius Caius Institutiones reliquit sub Christianis Augustis (quæ hodie circũferuntur vnà cum Theodosiano Codice) in duos libros diuisas. Ait igitur Caius, omnes homines aut sui iuris esse, aut alieni: & quoniam ex contrario cognoscitur contrarium (vt Aristoteles scribit)[d] de ijs personis quæ in aliena potestate sunt: hoc est de seruis, & filijsfamiliatũ dicit, vt simul intelligatur qui sint homines liberi, & patresfamiliarum. Dominorum in seruos potestatem ex iure gentium venisse ait: cuius duos effectus subijcit, ius seruos trucidandi, & per eos acquirendi. Sed ius ciuile à iure gentium recessit, vti suo loco exposui.[e] Porrò rescriptum Imperatoris (quod in corpus iuris tũ relatum non fuit) ad consequentiam producit: vt inferiùs Vlpianus tam sententiã, quàm rescriptum

a. l. 3. sup. eo.
b. vt hic.
c. proœ. inst. §. pen.
d. 5. libr. ad Nicom.
e. l. ius ci. sup. de Iust.

f. j.l.seq. g. l.metum.j. quod met. h. l.fi.C.de ll. i. l.3.C.de ll. §.sed &.insti. de Iur. nat. vbi Theoph.

tum ad exemplum trahit, [f] & alibi rescriptum. [g] Quod in vniuersum receptum est, cùm ad ius, & relationem magistratuum rescribitur, vel diffinitiua sententia à Principe simpliciter pronũciatur. [h] Interlocutiones Principum, & aliæ personales constitutiones, ad similia nõ trahuntur, præsertim quæ contra communes leges emittuntur. [i]

Ad.l. II. VLPIANVS Lib.8.de Officio Proconsulis.

¶ Huius rescripti interpretationem diffuse tractat Macrobius lib.1.Saturnaliũ c.11.

Si dominus in seruos sæuiat, uel ad impudicitiam, turpemq́ue uiolationem cõpellat: quæ sint partes Præsidis, ex rescripto diui Pij ad Aelium Martianum Proconsulem Beticæ manifestatur: cuius rescripti uerba hæc sunt, ¶ *Dominorum quidem potestatem in seruos suos, illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium cõtra sæuitiam, uel famem, uel intolerabilem iniuriam denegetur ijs qui iustè deprecantur. Ideoq́ue cognosce de querelis eorum qui ex familia Iulij Sabini ad statuam confugerunt. & si uel duriùs habitos quàm æquum est, uel infami iniuria affectos cognoueris, uænire iube: ita ut in potestatem domini non reuertantur. Quod si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum seueriùs executurum.*

Diuus etiam Adrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquẽnium relegauit, quòd ex leuissimis caussis ancillas suas atrocissimè tractasset.

a. l.cõtra.&.l. seq.sup. de ll.

Ait, fraudem fecerit, nimirum palam vendens seruum, sed clam hoc agens vt sibi reddatur. Nã non minùs lege tenetur, qui fraudem ei facit, quàm qui contrà eam facit. [a]

Ad.l. III. CAIVS Lib.1.Institutionum.

¶ De potestate parentũ in filios, Gellius lib.2.ca.7. Plato dialo.3. & 4.de Legib. Deuterono. cap.27. Vale. lib.5. titu. de Parentum seueritate.

Item in potestate nostra sunt liberi nostri ¶ *quos ex iustis nuptijs procreauimus. quod ius proprium ciuium Romanorum est.*

Ait lex, Quod ius proprium. Dominorum ius commune est omnium gentium: sed parentum ius, proprium Quiritium. Nam parentibus licet pateant liberi vbique gentium, apud Romanos solos acquirunt parentibus, [a] &c.

Ad.l. IIII. VLPIANVS Lib.1.Institutionum.

a. l.veluti.§. de Iusti. Gell. lib.2.j.per.q. pers.& hic.

Nam ciuium Romanorum quidam sunt patresfamiliarum, quidam filijfamiliarum, quædam matresfamiliarum, quædam filiæfamiliarũ. Patresfamiliarum sunt, qui suæ potestatis sunt: siue puberes, siue impuberes. Simili modo matresfamiliarum, filij uerò & filiæ familiarum qui sunt in aliena potestate. Nam qui ex me & uxore mea nascuntur, in potestate mea sunt. Item qui ex filio meo & uxore eius nascuntur: id est, nepos meus & neptis, æquè in mea sunt potestate: & pronepos & proneptis, & deinceps cæteri.

a. l.pronũci. j.de verb.sig. b. Gell.lib.18 cap.6.l.si is.j. de Adop. c. j.ad Tertu. l.j. d. d.l.pronũciatio.j. de Verb.sig. e. l.3.j. de ex hib.lib.

Patresfamiliàs sunt qui dominium in domo habent, quamuis patres non sint re, sed tantùm spe. [a] Materfamiliàs interdum vxor est, quæ in manum viri conuenit. [b] Hoc loco paterfamiliàs est qui sui iuris est (vt dixi) homo liber: materfamiliàs, quę in potestate parentis quoque non est. [c] Filiusfamiliàs, & filiafamiliàs contrà, qui sunt in potestate parẽtis. Nam qui in potestate parentis non est, familiam propriam habet iure, etsi neque filium, neque vxorem habeat. Filia quoque quæ in potestate parentis non est, iure familiam propriam habet, & dominiũ, præeminentiámve in domo, quãtùm ad hæreditatem suam attinet. Familia enim hæreditatem, & corpus quoddam eorum qui vni personæ subiecti sunt, demonstrat: vt patremfamiliàs, matremfamiliàs, filiumfamiliàs, filiamfamiliàs, nepotem, neptem, & deinceps. [d] Vnde constat vxorem marito subiectam esse, licet in patria potestate esse non desinat iure Ro. Matremfamiliàs ex materia subiecta, notę authoritatis, fœminam accipimus. [e]

Ad.l. V. IDEM Lib.36.ad edictum.

Nepotes ex filio, mortuo auo recidere solent in filij potestatem, hoc est, patris sui: simili modo & pronepos, & cæteri deinceps, uel in filij potestatem, si uiuit & in familia mansit: uel in eius parentis qui ante eos in potestate est, & hoc non tantùm in naturalibus, uerùm & in adoptiuis quoque iuris est.

a. C.de nat. li. autẽ. quib. mod.nat.effi.

Obserua naturales dici ad legitimos tantùm relatos: alioqui naturales ad legitimos simul & naturales relati, naturales tantùm accipiuntur. [a]

Ad.l. VI.

Ad.l. VI. IDEM *Lib.9. ad Sabinum.*

Filium eum definimus, qui ex uiro & uxore eius nascitur. sed si fingamus abfuisse maritum (uerbi gratia) per decennium, reuersum anniculum inuenisse in domo sua: placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium. Non tamen ferendum Iulianus ait eum, qui cum uxore sua assiduè moratus, nolit filium agnoscere, quasi non suum. Sed mihi uidetur (quod & Scæuola probat) si constet maritum aliquandiu cum uxore non concubuisse, infirmitate interueniente, uel alia caussa, uel si ea ualetudine paterfamiliâs fuit ut generare non posset, hunc qui in domo natus est, licet uicinis scientibus, filium non esse.

Filium definit, qui ex viro & vxore eius nascitur: quæ definitio ad naturalem & legitimum simul respicit. Est enim primùm in ea quæstione, quæ de filiofamiliâs venit in iudicium, illud quærendum, an filius sit? Nam si filius non est, filiusfamiliâs esse non potest. Filius esse præsumitur, qui in domo natus probatur ex matrefamiliâs, cum qua maritus assiduè moratus est. Sed tamen aduersus eam præsumptionem admittitur probatio: si ea valetudine fuit, vt generare non potuerit. Quod aiunt vulgò, filium esse probari non posse, falsò dici puto.[a] Non enim ideo probari non potest, quòd in potestate filij id non sit: quodque ex euentu probationis pendeat. Quid enim si vicinos non inueniat, qui testificentur ex matre illa, illo viro eius, assiduè commorante, natum? Id si possit, probabit se filium, nisi non potuisse concumbere ex aduerso probetur. Probare enim intelligitur non solùm qui necessariò ita esse colligit, sed qui vt ius postulat, id arguit.[b]

a. l. Lucius. ff. de Cond. & hic.
b. l. ess de. ff. de Prob. l. 3. ff. de Testi.

Ad.l. VII. IDEM *Lib.25. ad Sabinum.*

Si qua pœna paterfamiliâs fuerit affectus, ut uel ciuitatem amittat, uel seruus pœnæ efficiatur: sine dubio nepos filij loco succedit.

Ciuitatem adimit deportatio, aquæ & ignis interdictio, in opus publicum perpetuò datio: libertatem aufert in metallum, vel in opus metalli damnatio, ad bestias, vel ad vltimum supplicium.[a] Qui autem maximam capitis minutionem, vel mediam patitur, in agnatione quoque sua esse desinit, & in parentis potestate:[b] vt meritò nepos quasi agnascatur suus hæres auo.[c]

a. l. qui vlti. & l. quidã. ff. de Pœn.
b. l. l. ff. ff. de capi. di. & insti. eo.
c. §. posthumorum. insti. de exhær. lib.

Ad.l. VIII. IDEM *Lib.26. ad Sabinum.*

Patre furioso, liberi nihilominùs in sui patris potestate sunt. Idem & in omnibus est parentibus qui habent liberos in potestate. Nam cùm ius potestatis moribus sit receptũ, nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi, quibus casibus solent: nequaquam dubitandum est remanere eos in potestate. Quare non solùm eos liberos in potestate habebit, quos ante furorem genuit: uerùm & si qui ante furorem concepti, in furore editi sunt. sed si in furore agente eo, uxor concipiat: uidendum est an in potestate eius nascatur filius. Nam furiosus licet uxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest. Quod cùm ita se habet, in potestate filium habebit. Proinde & si furiosa sit uxor, ex ea antè conceptus, in potestate nascetur. Sed & in furore eius conceptus ab eo qui non furebat, sine dubio in potestate nascetur: quia retinetur matrimonium. Sed & si ambo in furore agant, & uxor & maritus, & tunc concipiat, partus in potestate patris nascetur: quia retinetur matrimonium, quasi uoluntatis reliquijs in furiosis manentibus. Nam cùm consistat matrimonium altero furente, constat & utroque. Adeo autem retinet ius potestatis pater furiosus, ut & acquiratur illi commodum eius quod filius acquisiuit.

Furorem non esse modum tollendi ius patriæ potestatis ostendit: quo nec mattimonium finitur. Quod de honote, dignitate, & dominio, suprà constitutum est.[a] Furiosus ergo acquiret per filium, licet consensus eius filio necessarius non sit.[b] Obseruа patriam potestatem, non lege, vel alia parte scripti iuris, sed moribus primùm introductam. Ex non scripto enim omnia descenderunt, quæ more maiorum, moribus, vel consuetudine recepta, scripserunt iureconsulti:[c] vtcumque Accursius sua glossula hæc obscuret.

a. l. qui furere ff. j. tit.
b. Instit. de Nup. in prin.
c. l. more. ff. de iurisd. l. more. ff. de Fer. l. morib. ff. de Vulga. l. de quib. ff. de ll.

Lege agere, est quæ ad iurisdictionem voluntariam, contentiosámve pertinent, per magistratum solenni formula expedire. [a] Sed cur ait, apud quem legis actio est? an non apud omnem magistratũ est legis actio? [b] An non caussa restringendæ generalitatis, aut gratia attribuendæ proprietatis, hæc verba subiecta sunt, Apud quẽ &c. Equidẽ restringere existimo relationem. Nã & Paulus lib. I ꝗ. Sent. tit. 26. non omnes magistratus municipales habuisse legis actionẽ significat.

a. Cicer. pro mure. l. Barb. j. de Offic. Præt. l. j. C. e. b. l. j. C. de emancip. autẽ. de defensor.

Ad. l. V. CELSVS Lib. 28. Digestorum.

In adoptionibus eorum, qui suæ potestatis sunt, ipsorum duntaxat voluntas exploratur: sin autem à patre dantur in adoptionem, in his utriusque arbitrium expectandum est, uel consentiendo, uel non contradicendo.

Ad. l. VI. PAVLVS Lib. 35. ad edictum.

Cùm nepos adoptatur quasi ex filio natus, consensus filij exigitur, idq́ue etiam Iulianus scribit.

Ad. l. VII. CELSVS Lib. 38. Digestorum.

Cùm adoptio fit, non est necessaria in eam rem authoritas eorum, inter quos iura agnationis consequuntur.

Ad. l. VIII. MODESTINVS Lib. 2. Regularum.

Quod ut nec curatoris authoritas intercederet in arrogatione, antè tenuerat: sub diuo autem Claudio rectè mutatum est.

Subijcit personas, quarum voluntas in adoptionibus, & arrogationibus exploratur, voluntas autem in hoc argumento ea sufficit, quæ vel consentit, vel non contradicit: alibi consensu opus est. [a] Contrà inuitus est, & qui non consentit, & qui contradicit: & pro materia subiecta accipitur. Nã hoc loco pactione opus non est, quæ consensum habere debet: [b] vt in mandato, constitutione seruitutis, &c. Satis est enim visum, si pater det in adoptionem quem habet in potestate, nec filius præsens contradicat: cui benigniùs indultum est, vt dissentiendo patris voluntatem infirmet. Huc pertinet illa regula, qui tacet consentire videtur: [c] quæ fictionem iuris habet. Nam verum est, eum qui tacet, nec fateri, nec negare. [d] Quapropter species obseruãdæ sunt in iure, in quibus quasi consensus, vel consensus verus desideratur: & eatenus ad consequentiam producendæ, quatenus ratio suadet. [e]

a. l. inuitũ. j. de Ser. vrb. l. filiusfa. j. de Proc. b. l. j. j. de Pac. c. e. qui tacet. de Reg. iu. in 6. l. 2. j. sol. ma. d. l. qui tacet. j. de Reg. iur. e. is qui. de reg. iur. in 6. e. l. non poss. & l. seq. ſ. de ll.

Ad. l. IX. VLPIANVS. Lib. 1. ad Sabinum.

Etiam cæcus adoptare, uel adoptari potest.

Adoptio naturam imitatur: [a] quæ patrem, filiumq́ue cæcum, interdum agnoscit.

a. l. adoptio. j. eo. a. §. ita. de Hęre. ab in.

Ad. l. X. PAVLVS Lib. 2. ad Sabinum.

Si quis nepotem, quasi ex filio natum, quem in potestate habet, cõsentiẽte filio adoptauerit, non agnascitur auo ut suus hæres: quippe cùm post mortem aui, quasi in patris sui potestatem recidit.

Suus hæres est cuique, qui in potestate est proximus: [a] qui ob spem eiusmodi hęres dicitur, nõ quòd hæres existat viuenti. [b] Quare Gallus induxit vt posthumus alienus institueretur, nõ suus: quandò proximus in potestate aui non esset tempore institutionis: licet post mortem suus hæres existat. [c]

b. vt hic. c. l. gall. j. de lib. & po. l. pe. j. de Leg. j.

Ad. l. XI. IDEM Lib. 4. ad Sabinum.

Si quis cùm filiũ haberet, in nepotis locũ adoptasset: perinde atque si ex eo filio natus esset, & is filius author factus non esset, mortuo auo nõ esse nepotẽ in potestate filij.

Authoritatem, & consensum, hic confundunt iureconsulti: & in hac specie requirunt vt author sit, consentiátve filius: [a] ne ei inuito suus hæres agnascatur, [b] quáuis alioqui satis sit eos qui dantur in adoptionẽ non contradicere: [c] & auus nepotẽ det in adoptionem sine cõsensu filij. [d]

a. l. cũ nepos. sup. eo. & hic. b. §. sed si quis instit. eo. c. l. in adopt. sup. eo. l. fi. C. eo. d. d. §. sed si quis.

Ad. l. XII. VLPIANVS Lib. 14. ad Sabinum.

Qui liberatus est patria potestate, is postea in potestatem honestè reuerti non potest, nisi adoptione: sed si semel fuerit adoptatus, ampliùs adoptari non potest.

Ius semel extinctum restitui subtili ratione iuris nõ solet: vt seruus manumissus, & pòst redactus in seruitutem, alius videatur: [a] & filiusfa. emãcipatus, non possit esse quod fuit. [b] Adoptione tamen quasi quilibet in potestatem reuertitur honestè, & legitimus fit qui fuerat naturalis. [c] Sanè & propter ingratitudinem emancipatus redigitur in potestatem, sine adoptione: [d] vt non sine effectu dicat, honestè, &c. Hanc regulam corrigit vno casu lex Iustiniani, [e] velut exceptione. Est enim ex nouis C. insertis.

a. l. qui res. §. areã. j. de Sol. b. arg. l. homo. ſ. de Sta. ho. l. filio. j. de Vulg. c. l. nepotes. ã. j. tit. & hic. d. l. j. C. de Ingra. lib. e. l. cum in adop. C. eo.

Ad. l. XIII.

Ad l. XIII. PAPINIANVS *Lib. 38. Quæstionum.*

In omni ferè iure, finita patris adoptiui potestate, nullũ ex pristino iure retinetur uestigium. denique & patria dignitas quæsita per adoptionem, finita ea deponitur.

Ad l. XIIII. POMPONIVS *Lib. 5. ad Sabinum.*

Sed & nepos ex filio, apud adoptiuum patrem cõcœptus & natus, per emancipationem iura omnia perdet.

Ius ciuile tollit ciuile, naturale non æquè. Et ideo cognatio sola lege inducta, legitima emancipatione ita tollitur, vt nullum vestigium relinquat.[a] Nisi quòd nuptiæ consistere non possunt inter eum qui emancipauit, & emancipatam.[b] Non enim quod licet, sed & quod honestum est in matrimonijs considerari solet.[c] Nepos quoque ex adoptiuo filio, concœptus apud auum, & natus, per emancipationem omnia iura perdet: quòd per adoptionem patris, non per naturam nepos fuerit, & emancipatus, nepos esse desinat.

a. §. si de le. ag. tut. & hic. b. §. ergo. inst. de Nup. & §. seq. l. quinetiam. j. de Ritu nupt. c. l. semper. e.

Ad l. XV. VLPIANVS *Lib. 26. ad Sabinum.*

Si paterfamiliâs adoptatus sit: omnia quæ eius fuerũt, & acquiri possunt, tacito iure ad eum transeunt, qui adoptauit. Hoc amplius, liberi eius qui in potestate eius sunt, eum sequũtur: sed & ij qui postliminio redeũt, uel qui in utero fuerunt cũ arrogaretur, simili modo in potestatem arrogatoris rediguntur. Qui duos filios, & ex altero eorum nepotem habet: si uult nepotem, quasi ex altero natus sit, adoptare: potest hoc efficere si eum emancipauerit, & sic adoptauerit, quasi ex altero natum. facit enim hoc quasi quilibet, non quasi auus, & qua ratione, quasi ex quolibet natum potest adoptare, ita potest & quasi ex altero filio. In arrogationibus cognitio ¶ uertitur num fortè minor sexaginta annis sit is qui arrogat: qui magis liberorum procreationi studere debeat: nisi fortè morbus aut ualetudo in caussa sit, aut alia iusta caussa arrogandi: ueluti si cõiunctam sibi personam uelit adoptare. Item non debet quis plures arrogare, nisi ex iusta caussa: sed nec libertum alienum: nec maiorem minor.

¶ Ad hoc respõsum & sequẽtes leges pertinent ea quæ elegãter disserit Cice. in oratione p domo sua ad pontif.

Ad l. XVI. IABOLENVS *Lib. 6. ex Cassio.*

Adoptio enim in ijs personis locum habet, in quibus & natura potest habere.

Ad l. XVII. VLPIANVS *Lib. 26. ad Sabinum.*

Nec ei permittitur arrogare, qui tutelam uel curam alicuius administrauit, si minor uigintiquinque annis sit qui arrogatur: ne fortè eum ideo arroget, ne rationes reddat. Item inquirendum est, ne fortè turpis caussa arrogandi subsit. Iis duntaxat pupillorum arrogatio permittenda est, qui uel naturali cognatione, uel sanctißima affectione ducti adoptarent: cæterorum autem prohibenda: ne sit in potestate tutorum & finire tutelam, & substitutionem à parente factam extinguere. Et primùm quidem excutiendum erit quæ facultates pupilli sint, & quæ eius qui adoptare eum uelit: ut æstimetur ex comparatione earum, an salubris adoptio possit pupillo intelligi. deinde cuius uitæ sit is qui uelit pupillum redigere in familiam suam. tertiò, cuius demum ætatis sit: ut æstimetur an meliùs sit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quemquam redigere in potestatem suam. Præterea uidendum est, an non debeat permitti ei qui uel unum habebit, uel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum quos ex iustis nuptijs procreauerit, diminuatur spes, quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi: aut qui adoptatus sit, minùs percipiat quàm dignum erit eum consequi. Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori, si uitæ eius sobrietas clara sit, uel affectio honesta, nec incognita. Satisdatio autem in his casibus dari solet.

Ad.l. XVIII. MARCELLVS Lib.26.Digestorum.

Non enim aliter uoluntati eius qui arrogare pupillum uolet (etiam si caussam eius ob alia probabit) subscribendū erit, quàm si cauerit seruo publico se restituturū ea quæ ex bonis eius consecutus fuerit, illis ad quos res peruentura esset si arrogatus permansisset in suo statu.

Ad.l. XIX. VLPIANVS Lib.26.ad Sabinum.

His uerbis satisdationis quæ ab arrogatore præstari debet, Ad quos ea res pertinet: & libertatibus prospectū esse quæ secundis tabulis datæ sunt, & multò magis substituto seruo, item legatarijs, nemo dubitat. quæ satisdatio si omissa fuerit, utilis actio in arrogatorem datur.

Iuris tantùm incipit esse penes arrogatorem, quantùm fuit penes arrogatum: & ideo quæ arrogati fuerunt, & ei per liberos acquiri potuerunt (castrensia enim non potuerunt)[a] ad arrogatorem transeũt, &c. [b] Ait, qui duos. In adoptione eorum qui in potestate sunt, alius dat in adoptionem, alius accipit: [c] ideo auus non potest adoptare nepotem ex altero filio natum, quasi ex altero natum, nisi emancipet, vt authore Principe arroget, quasi quemlibet extraneum. Inquit, in arrogationibus. Lege continenter vsque ad caput, Qui in adoptionem, & ex Institutionibus adde his lucem. [d] Ait lex, Et substitutionem à parente. Arrogatio pupilli infirmat testamentũ ei à parẽte factũ: [e] & ideo satisdatio dari solet, qua substitutis, & legatarijs prospicitur: aut si testamentum factum non sit, hæredibus qui venturi erant ab intestato, si in sua familia pupillus mansisset. Ij sunt agnati proximi, qui per arrogationẽ desierũt agnati esse: vt ex stipulatione eis agẽdum sit, non petitione hæreditatis. Et hæc ad ius Digestis comprehensum pertinent. Nam iure autentico, cognati cum agnatis vocantur ad successionem, & qui arrogantur non amittunt hæreditatis petitionẽ eorum qui agnati fuerunt: certè bonorũ possessionẽ rectè petunt, cũ ijs qui in eodem gradu sunt, agnatis. [f] Ea stipulatio his verbis concipitur à tabellione. Quicquid ex bonis Titij pupilli consecutus eris, ijs ad quos ea res pertinet, si intra pubertatem moriatur, restituere spondes? [g] Sed & fideiussores arrogatoris interrogat tabellio. Hæc ita factum iri fide vestra esse iubetis? [h] Datur autem actio directa, ex ea constitutione, quæ satisdari iubet: siue ea fuerit Antonini rescriptum, siue alia pars scripti iuris. Et quamuis constitutio non expresserit, si obmissa sit stipulatio, hæredes impuberis, & legatarios agere posse: ita interpretatur Vlpianus, quasi certa ea sit sententia constitutionis, aut certè si hoc cogitasset qui constituit vt satisdaretur, non dubium sit quin idem ius constituisset nominatim, obmissa satisdatione, quod locum habet ea data: & ideo vtilem actionem dandam à magistratu hæredibus pupilli, & legatarijs, in arrogatorẽ scribit. [i] Vbi haud satis compertum habent iureconsulti, an de obmisso casu cogitarit legulator, aut si cogitasset, idémne ius constituisset, in factum actiones à Prætore dandas voluerunt, magis quàm vtiles quasi ex iure ipso, hoc est ciuili. Atque ita Iustinianus ferè has actiones distinxit, de damno iniuria. [k] Dubium tamen non est, quin alij ex iureconsultis vtilem actionem dandam, alij in factum ex eadem caussa scripserint. Dandam enim actionem conuenit inter eos plærumq;, sed vtrúmne ex sententia legis, an ex suppletione Prætoris, non satis conuenit: & ideo in factum dari à Prætore actionem, ratione æquitatis suadente, magis quàm incerta cõiectura voluntatis niti, sæpe placuit. [l] Sed hæc suo loco obseruabuntur opportuniùs. Sanè iure ciuili, hac cõstitutione vetustiori, alteri stipulando alter non acquirebat: [m] & ideo ex simili stipulatione Prætoria, vtilis actio datur, non directa: vtpote quam nulla pars iuris ciuilis confirmat, sed tantùm iurisdictio Prætoria. [n] Quòd plærique omnes producunt ad consequentiam stipulationem hanc serui publici, [o] mihi non placet. An quia pro pupillo tabellio, magistratusque stipulari potest, [p] vel hoc loco pro incertis hæredibus pupilli, aut alioqui in iudicijs, ideo indistinctè extra iudicium tabelliones pro nobis stipulantur? [q] Porrò his temporibus serui adhuc tabularij esse potuerunt. [r]

a. inst. per.q. per.§.j. b.§.cũ autem. insti.eo. &.§. illud prop. c. l. in adoptio. sup.eod. d. instit.eo.§. cũ autẽ. &.§. illud prop. e. instit.quib. mod. testa. infir.l. qui ex liberis.j. de Bo. poss.se. tab. f. auten. de Her.ab intes. g. vt hic.l. nõ ali.&.l. seq. h. l.2.C.eo. i. vt hic l.his. k.§.fi.inst.de l.aquil. l. l.item si ob. j.ad.l. aquil. quia.j. de præs.verb l. quoties.eo.& d.§.fi. m §.alteri. de inutil.stip. n.l.4.j.rẽ pupill.l.j.j. de magi.con. o. Bar.ad.l si arrogator. hic. p l.j.j.de magi.con.d.l. 4. j. rem pupill. q.l.stip.ista §. alteri. j. de Verb.ob. r. l. generali. C.de tabell.

Ad.l. XX. MARCELLVS Lib.26.Digestorum.

Hæc autem satisdatio locum habet, si impubes decessit. Sed etsi de pupillo loquitur, tamen hoc & in pupilla obseruandum est.

Ad.l. XXI. CAIVS Lib.singulari Regularum.

Nam & fœminæ ex rescripto Principis arrogari possunt.

Supplet Marcellus constitutionem de pupillo loquentem, quam ad pupillam porrigit. [a]

a.l.nam vt ait supr.de ll.l.3. j.de fund.do. l.orat. j. de sponsal.arg.

Ad.l. XXII. VLPIANVS Lib.26.ad Sabinum.

Si arrogator decesserit impubere relicto filio adoptiuo, & mox impubes decesserit: an hæredes arrogatoris teneãtur? Et dicendum est, hæredes quoq; restituere debere bona

arrogati,

arrogati, & præterea quartam partem. Sed an impuberi arrogator substituere poßit, quæritur. Et puto nõ admitti substitutionem, nisi fortè ad quartam solam quam ex bonis eius consequitur: & hactenus, ut ei usque ad pubertatem substituat. Cæterùm si fidei eius committit, ut quandoque restituat, non oportet admitti fideicommissum: quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, sed principali prouidentia. Hæc autem omnia dicenda sunt siue in locum filij, siue in locum nepotis aliquis impuberem arrogauerit.

Obligatio ex suprà scripta satisdatione de restituẽdis bonis arrogati, & prestãdis legatis, &c. & ex constitutione D. Pij de quarta parte bonorum arrogatoris relinquenda arrogato, transit in hæredes tam arrogatoris, quàm arrogati. Quod regulare est in obligationibus ex contractu, vel quasi contractu venientibus.[a] Qui enim arrogat pupillũ, aut contrahit satisdando, aut quasi contrahit arrogando.[b] Ait lex, Ad quartam solam. Pater pro pupillo testamentum facere potest intra pubertatem, & hæredem ei instituto substituere: post pubertatem si substituerit directò, nihil agit:[c] sed per fideicommissum rogare oportet. Quamquam ex qualitate personę, vt militis testantis, &c.[d] verba ciuilia, id est iure ciuili prodita, ad fideicõmissum, assidua quadam iurisdictione inductum magis, quàm iure ciuili, traducantur.[e] Sed hoc receptum est in parente naturali, quòd filius impubes nulla bona ferè habeat hoc iure (castrensia enim absque priuilegio non habet impubes)[f] non etiam in arrogatore, qui de bonis arrogati disponere nõ potest. De quarta tamen suorum bonorum, quam ei relinquere tenetur, vel si quid prætetea beneficio eius, arrogatus acquirat, eadem ratione testabitur pro arrogato intra pubertatem, qua pater naturalis testatur. post pubertatem per fideicommissum ideo frustrà arrogator rogat arrogatum, quòd non voluntario eius iudicio quarta pars bonorum ad arrogatum perueniat, sed legis prouidentia: quod in patre naturali contrà obseruatur.[g] Si quid tamen præter quartam debitam ei reliquerit, in eo fidei eius committere, exemplo naturalium parentum poterit: & à contrario id hic locus arguit.[h] Quapropter si quid ad pupillum naturalem, post mortem patris aliunde peruenerit intra pubertatem, in eo directa substitutio patris valebit quidem. Fideicommissum non valebit.[i] Quod hodie in aduẽtitijs locum habet simili ratione.[k] Quamobrem pro regula obseruabis, patrem primas tabulas, id est proprium testamẽtum, & secundas tabulas, hoc est pupilli testamentum simul scribere posse, & tam de bonis ad pupillum aliunde post mortem suam peruenturis, quàm de ijs quæ ei relicturus est, disponere substituẽdo, vsque ad pubertatem, Et hæc directò fieri dicuntur, nimirum ex iure ciuili, & moribus per se testator disponit, nõ per obliquum, alienúmve ministerium, fidei hæredis committendo. Quæ vsqueadeò vera sunt, vt exhæredato filio substituere (non etiam à substituto legata relinquere) pater naturalis queat, licet nihil ei relinquat.[l] Hoc enim moribus ei concessum est, ob patriã potestatem, vt in eam ætatem pro filio faciat testamentũ, antè quàm ipse sibi facere non possit: atque ita hæredibus ab intestato ad bona pupilli venturis incommodare.[m] Et hæc in patre naturali recępta sunt vsque ad pubertatem. Sanè post pubertatem directò ei non substituet, quod iam ipse de rebus suis disponere per ætatem possit: sed vt ea bona quæ ei ipse relinquit, alijs restituat, per fideicommissum rogare poterit: vt alium quemlibet hæredem,[n] vt bona aliunde obuentura restituat, frustrà rogabit: ne de alieno disponat, de quo dominus possit disponere.[o] Arrogator in eadẽ caussa non est, vtpote qui non aliter arrogat quàm caueat, &c. & quartam bonorum partem necessariò impuberi relinquit: ideo de bonis quæ pupilli fuerunt, disponere non potest vsque ad pubertatem, sed tantùm de quarta, quæ pupilli non fuit: & si quid prætereà ei ipse reliquerit vltrò. Per fideicommissum de quarta, & bonis aliunde obuenturis, nequicquàm disponet, de eo quod ipse relinquet vltrò, rectè.[p]

Ad.L. XXIII. PAVLVS. Lib. 36. ad edictum.

Qui in adoptionem datur, ijs quibus agnascitur, cognatus fit: quibus uerò non agnascitur, nec cognatus fit, adoptio enim non ius sanguinis, sed ius agnationis affert: & ideo si filiũ adoptauero, uxor mea illi matris loco non est. Nec enim agnascitur ei, propter quod nec cognatus eius fit. Item nec mater mea auiæ loco illi est, quoniam ijs qui extra familiam meam sunt, non agnascitur: sed filiæ meæ is quẽ adoptaui, frater fit, quoniam in familia mea est filia: nuptijs tamen eorum prohibitis.*

Adoptiuus filius, cognatus fit legitimus patri adoptiuo, & omnibus cognatis eius: Vxori, auiæ, & cæteris quibus cognatus non esset naturalis filius, non fit cognatus adoptiuus. Patri, auo paterno, fratri, filio, filiæ, & alijs qui in familia sunt adoptantis, & nomen idem familiæ ferunt, cognatus fit: nimirũ filius, nepos, filius fratris, frater.[a] Quos ita licet appellemus plenissimè, propriè tamen in locum filij, nepotis, fratris, adoptati dicuntur:[b] & ideo in cõditionibus, si sine li-

a. l. ex contractu. us. j. de actio.
b. arg. inst. de obl. ex qua. con.
c. §. pen. & fi. inst. de pupilla.
d. l. centurio. j. de vulg. l. scæuola. ad trebell.
e. insti. de fideico. hæ. in prin. l. verbis. j. de vulg.
f. l. sacratus. j. ad ter. insti. per. q. per. in prin. l. castrense. j. de castr. pec. l. sed & mi §. iam verò militi minori. l. pen. j. de leg. 3. l. fi. C. de testa mili.
g. vt hic. & §. sed si plures. j. de vulg. l. qui liberis.
h. d. §. fi.
i. §. nõ solũ insti. de pup. vbi nō & hic. & d. §. sed si plures.
k. l. cùm oportet. C. de bo. q. lib. §. 1. insti. per. q. per.
l. l. qui libe. §. sed si plures. j. de vulg. l. qui fundum. §. qui filios. & l. in ratio. j. ad l. falcid. d. §. non solũ. l. cum quidã. C. de lega.
m. inst. de pup. substi. in prin.
n. d. §. fi.
o. d. l. cũ quidam. d. l. in ratio. in fi.
p. vt hic. & d. §. sed si plures.
* Aliàs & quandiu.
a. vt hic. & patris j. de iu ius vo.
b. l. 1. l. cum nepos & l. si quis j. eo. l. filium. j. 1. tit.

beris decesserit, Quandiu liberos habuerit,&c.adoptiui filij,vel nepotes, inter liberos non habentur.[c] Nam in hisce conditionibus proprietatem sermonis obseruamus, nec producimus ad consequentiam scriptum,[d] nisi eadem voluntas in vtroque casu appareat.[e]

c l. fideicō. j. de condi. l. si ita quis. de l. 2 §. fi.
d. l. fi. C. de his qui ve. æta.
e. l. si mater. C de insti.

Ad. l. XXIIII. VLPIANVS. Lib. 1. Disputationum.

Neque absens, neque dissentiens arrogari potest.

Dissentientem non posse arrogari suprà dixit:[a] sed quia non potuit commodè separari ab eo quod de absente hic dicit, repetitur:[b] item quod de absente hic constituit, capite sequenti repetet: quòd ab eo seiungere non licuit quod de procuratore ait: vt taceā pleniùs inibi cōstitui tam de adoptione, quàm de arrogatione. Sed cur inter præsentes? an non quòd naturam imitatur?[c]

a. l. In adopt.
b. arg. const. 1. & §. j.
c. l. adoptiu. ĩ. eo.

Ad. l. XXV. IDEM. Lib. 5. Opinionum.

Post mortem filiæ suæ, quæ ut materfamiliâs quasi iure emancipata uixerat, & testamento scriptis hæredibus decesßit, aduersus factum suum, quasi non iure eā, nec præsentibus testibus emanciparit pater: mouere controuersiam prohibetur. Neque adoptare, neque arrogare quis absens, nec per alium eiusmodi solennitatē peragere potest.

Pater qui agnoscit se emancipasse filiam, & eam passus est viuere quasi iure emancipata esset, non auditur si id deinde caussetur, non ritè, & præsentibus testibus emancipasse. Testes enim ad probandum emancipationem adhibentur:[a] de qua, si confessione patris fidem facit iudici filia, & se in quasi possessione libertatis vixisse ostendit, cur aduersus factum suum patrē audias mouentem controuersiam?[b] Erat autem magna solennitas testium temporibus Vlpiani, in emācipatione filiæ obseruanda:[c] quæ tamen necessaria non erat aduersus eum qui fatebatur: quod & ad controuersum ius testamenti producere posses. An qui fatetur patrem legasse animo donandi, audiendus erit, si solennia defuisse testamēto dicat?[d] Sanè alius admitteretur ad probandum emancipationem non rectè factam:[e] pater qui emancipauit non admittitur, qui cùm factum agnoscat, iuris subtilitate se defendat: cùm præsertim subtilitas illa iuris, & solennitas, ad probādam illam voluntatem adinuēta sit. Quam ob rem qui inutilem acceptilationem pactum habere negat, consensisse eum qui acceptum tulit, ne fateatur.[f] In hoc enim solennia, verbaque concepta sunt contrahentibus testantibus, emancipantibus, &c. præstituta vt ex his voluntas appareat: de qua si conuenit, frustrà ad solennitatis aucupia confugimus.[g]

a. l. ab ea. j. de prob.
b. vt hîc.
c. Caius in Insti. Theop. §. præterea. inst. quib. mod. ius pa. po.
d. l. si veritas. C de fideicō. § fi. inst. de fideicō hær.
e. l. ab ea. j. de proba.
f. l. an. mutil. j. de accept.
g. d. §. fi.

Ad. l. XXVI. IVLIANVS. Lib. 25. Digestorum.

Quem filius meus emancipatus adoptauerit: is nepos meus non erit.

Ratio huius responsi est, quòd ijs quibus agnascitur, cognatus fiat demum adoptiuus:[a] & emancipatus patri agnatus non sit, sed caput nouæ familiæ.[b]

a. l. qui in. ĩ. eo.
b. l. pronunci. j. de verb. sig.

Ad. l. XXVII. IDEM. Lib. 35. Digestorum.

Ex *adoptiuo natus, adoptiui locum obtinet in iure ciuili.*

Ex adoptiuo filio natus, adoptiuus quidem nō est, sed locum adoptiui obtinet. Non enim ipse adoptatus est, sed pater eius, qui ob id propriè adoptiuus dicitur: ex eo natus, quasi adoptiuus, vel pro adoptiuo, & loco adoptiui habetur.[a] Quapropter in iure ciuili, & legibus, quod de adoptiuo statuitur, in quasi adoptiuo locū habebit: in priuilegijs, &c. à propria verborum significatione non recedemus, nisi de voluntate constet.[b] Quod & de filio, & adoptiuo filio, similiter dicendum est. Nam plenissimè, vt dixi, cognationis appellatione, legitima tantū cognatio etiam significatur:[c] propriè tamen naturalis cognatio hoc verbo demonstratur. Itaque filij, nepotis, fratris, patris appellatione, adoptiuos etiam contineri in lege respondebimus, nisi alia voluntas appareat:[d] in iure singulari, priuilegio, more regionis legibus aduerso, testamento, &c. non recedemus à germana verborum significatione, nisi voluntas alioqui certa sit.[e]

a. vt hîc.
b. l. non aliter. j. de leg. 3. l. quod, verò. ĩ. de ll.
c. l. non facilè. j. de gradi.
d. l. 1. l. 6. l. sed & . ĩ. eo. & l. quem. l. filium ĩ. 1. tit.
e. l. fideicō j. de cond. l. si quis. de leg. 2. § si l non aliter de leg. 3.

Ad. l. XXVIII. CAIVS. Lib. 1. Institutionum.

Liberum arbitrium est ei qui filium, & ex eo nepotem in potestate habebit: filium quidem de potestate dimittere, nepotem uerò in potestate retinere: uel ex diuerso, filium quidem in potestate retinere, nepotem uerò manumittere: uel omnes sui iuris efficere. Eadem & de pronepote dicta esse intelligimus.

Manumittere generale verbum est, quòd filij mancipari & manumitti cōsueuerint, serui manumitti.[a] Sed cùm mancipari, & manumitti in eodem loco dicitur, ad seruos specialiter refertur: quod de adoptionis appellatione, & cognationis, suprà obseruauimus.[b]

a. Caius in Insti. Theop. §. præte. quib. mod. ius pa. po.
b. l. 1 j. quam act. de pe. l. 2 j. de off. procon.

Ad. l. XXIX. CALLISTRATVS. Lib. 2. Institutionum.

Si pater naturalis loqui quidem non posßit: alio tamen modo quàm sermone, manifestum facere posßit, uelle se filium suum in adoptionem dare: perinde cōfirmatur adoptio, ac si iure facta esset.

Dubium

Dubium non est quin apud populum primùm, deinde apud magistratum loqui eum oportuerit qui arrogabat, & eum qui dabat in adoptionem, & qui adoptabat.[a] Et ea quidẽ adoptio iusta, vel iure facta dicebatur.[b] Si pater ergo naturalis loqui non posit, iniusta erit adoptio, hoc est solenni more facta non erit: sed perinde confirmabitur rescripto principali in hoc impetrato, ac si iure, id est solenniter facta esset.[c]

a.l.2.C.eo.l.8.§.eo.Gell. b.l.1.ĵ. de iniust. test. arg. & insti. quib. mod. test. infir. c.arg.l. adoptio.ĵ.eo.

Ad.l. XXX. PAVLVS. Lib.1.Regularum.

Et qui uxores non habent, filios adoptare possunt.

Adoptio in his personis locum habet, in quibus & natura:[a] at qui vxorem nõ habet, vxorem ducere, & liberos suscipere natura potest plærumque: vt nihil noceat adoptare volenti, quòd vxorem non habeat, modò alioqui idoneus sit qui adoptet.[b] Quam ob rem sacrificus Christianus adoptabit, qui natura generare potest.[c]

a.l.adoptio.§.eo. b.vt hic. c.not.hic.

Ad.l. XXXI. MARTIANVS. Lib.5.Regularum.

Non potest filius qui in potestate patris est, ullo modo compellere eum ne sit in potestate: siue naturalis, siue adoptiuus sit.

Regula est iuris, ex lib. quinto regularum Martiani translata: quæ ita procedit, vt sine caussa non posit filius cogere parentem ad dimittẽdum potestate. Ex certis caussis potest citra restitutionem in integrum:[a] quibus cessantibus, minor etiam restituetur, si se circumuentum probauerit.[b]

a.ĵ.l. seq. l. si leno. C. de epis.aud.l. & si ĵ.eo. b.l.3.ĵ. de minor.not.§.fi.ĵ quib.mod.ius pa.po.

Ad.l. XXXII. PAPINIANVS. Lib.31.Quæstionum.

Nonnunquam autẽ impubes qui adoptatus est, audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret: idque caussa cognita per iudicem statuẽdum erit. Nam Imperator Titus Antoninus rescripsit, priuignum suum tutori adoptare permittendum.

Ait, Priuignum. Tutor pupillum suum minorem vigintiquinque annis non adoptat:[a] priuignum tamen suum tutor adoptat. Regula enim est ne tutor eum adoptet, cuius tutelam gesit: quod cognita caussa permittitur.[b]

a.l.nec.§.eo. b.vt hic. & d. l.nec.

Ad.l. XXXIII. MARTIANVS. Lib.5.Regularum.

Et si pubes factus non expedire sibi, in potestatem eius redigi, probauerit: æquum est emancipari eum à patre adoptiuo, atque ita pristinum ius recuperare.

Redigi in potestatem ait eum qui nunquam antè in potestate fuit:[a] vti redigi in scripturam mores, & redigi in potestatem hostes dicimus. Redigimus etiam quod reducimus in pristinum locum, vt in memoriam, in concordiam, &c. Accursius impropriè illud dictum putat: ego vsum latinorum habeo loco proprietatis.[b]

a.l.fi.§.1. tit.l. si paterfa. §. eo. b.l. anniculus ĵ.de verb.sig.

Ad.l. XXXIIII. PAVLVS. Lib.11.Quæstionum.

Quæsitum est. Si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus (ut post triennium puta) eundem mihi in adoptionem des: an actio ulla sit? & Labeo putat nullam esse actionem, nec enim moribus nostris conuenire, filium temporalem habere.

Actus quidam legitimi sunt, qui in totum vitiantur adiecta die, vel conditione.[a] Adoptio quoque vitiatur, nec ad tempus facta perpetuatur. Certè actio ex pacto, vt post tempus detur in adoptionem, nulla est.[b] Eius rei rationem Paulus adfert, mores Romanorum, quibus non conuenit filium in diem habere. An non ideò quòd adoptio naturam imitetur?[c] Nam naturalis filius temporalis non est. Sunt actus qui ipso iure ad tempus non valent, sed ex pacto exceptio datur: de quibus suo loco.[d] Legis ergo actionem, adoptionis actum hic accipe.

a.l.actus.ĵ. de reg.iur. b.vt hic. c.l.adoptio.§. eo. d.l.seruitu.ipso.ĵ.de ser.

Ad.l. XXXV. IDEM. Lib.1.Responsorum.

Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur. unde Senator & si à plæbeio adoptatus est, manet tamen Senator, similiter manet & Senatoris filius.

Adoptio cognationem naturalem nõ tollit, sed agnationem, legitimámve cognationem inducit, & mutat.[a] Ideo nec originem patris naturalis,[b] nec claritatẽ generis amittit adoptiuus, nec propriam dignitatem ponit adoptatus à plębeio.[c] Cõtrà si à senatore, vel alioqui claro adoptetur plębeius, vel alioqui inferioris dignitatis, dignitatem nouam acquiret in nouam familiam, & cognationem legitimam translatus. Eadem ratione per emancipationem dignitas naturalis parentis non amittitur: sed adoptiui parentis quæsita dignitas legitima cognatione, eadem rursus posita, perditur.[d] Sed cur contrà fœminæ non retinent parentum dignitatẽ plæbeis nuptæ?[e] An non vt ea multa arceantur à plæbeiorum connubijs? Porrò Senatorem hic vocat non senatorium quemlibet, sed qui in hoc lectus est à Principe, vt inter senatores sententiam dicat. Nam senatorij, & filij senatorum, & nepotes, interdum senatores appellantur:[f] vt & ij qui honoribus curulibus functi sunt, & ius dicendæ sententiæ in senatu habent,[g] licet in senatũ lecti non

a.d.l. non facilè.ĵ.de grad. b.l. ordine.§. fi.ĵ.ad muni. c. vt hic & .ĵ. de sena.l.senato.fil. d.l.emancip.ĵ de sena.§.eo. l.in omni. e.l.fœminę & l.fi. de senat. inf. f.l.plæbs. inf. de verb.sig. g.l.fi.inf.de sena.Gell.lib.3.

non sint, nec propriè senatores appellentur.

Ad.L. XXXVI. IDEM. Lib.18.Responsorum.

Emancipari filium à patre quocunque loco posse constat, ut exeat de patria potestate. Apud proconsulem, etiam in ea prouincia quam sortitus non est, & manumitti, & adoptionem dari posse placet.

Voluntariæ iurisdictionis esse emancipationem, manumissionem, adoptionem, suprà dixi. Et ideo semper, & vbique fiunt:[a] quod contentiosæ iurisdictioni non conuenit. Nam alieni territorij hominem coercere magistratus non oporret, nec alibi quàm pro tribunali expedire negotia, quæ caussæ cognitionem maiorem desiderant.[b] Quæ voluntate omnium fiunt, & de plano, & in aliena prouincia, apud quem legis actio est, rectè fiunt.[c]

a. §. serui. inst. de liber. Paul. lib. 2. senten. tit. 26.
b. l. fi. j. de iurisd. l. r. j. de offi proc. & l. nequicquam.
c. d. §. serui. l. etiam. de manuodi. d. l. 1. & 2. de offi. procon. l. 4. §. eo.

Ad.L. XXXVII. IDEM. Lib.2.Sententiarum.

Adoptare quis loco nepotis potest, etiam si filium non habet. Eum quem quis adoptauit, emancipatum, uel in adoptionem datum, iterum non potest adoptare.

Ex libro secundo Sententiarum, siue factorum, hæc translata sunt: quia in receptis sententijs non extant. Adoptare autem nepotis loeo potest qui filium nō habet: quòd natura & filium habere, & nepotem ex filio, vel mortuo filio nepotem solùm habere posit. Quod deinde sequitur, ideo receprum est, quòd iterata eiusdem adoptio, vel fraudis, vel leuitatis suspicionem moueat. Filius, quem natura fecit, emancipatus, semel reuerti potest eitra suspicionem eiusmodi, in patris potestatem, adoptione.[a] Neque enim ludibrio leges habere videtur, qui semel earum beneficio vtitur:[b] cùm præsertim reddatur filius patri adoptione, magis quàm in eum transferatur.[c]

a. l. qui libe. §. eo.
b. l. fi. C. de bo. q. lib.
c. l. filio. j. de vulg.

Ad.L. XXXVIII. MARCELLVS. Lib.26.Digestorum.

Adoptio non iure facta, à Principe confirmari potest.

Adoptionem non iure factam dieit Marcellus, quæ vel apud magistratum municipalem, qui non habebat legis actionem: vel absente adoptatore facta est, &c. quę confirmari potest à Principe, vt suprà de emancipatione dixi.[a]

a. l. pòst. §. eo.

Ad.L. XXXIX. VLPIANVS. Lib.3.de offi.Proconsul.

Nam ita diuus Marcus Eutichiano rescripsit: Quod desideras, an impetrare debeas, æstimabunt iudices adhibitis etiam ijs qui contradicerent, id est, qui læderentur confirmatione adoptionis.

Rescriptum D. Marci producit ad eonsequentiam:[a] inde constat iudices non debere iudicare secundum rescripta principalia (quod integrare literas Regias dicũt) nisi vocatis ijs qui probabiliter contradieerent, & lædi possent rescriptis à iudice admissis.[b] Adoptionis autem cōfirmatione lædi possunt filij naturales adoptantis, qui successuri erant patri in solidum:[c] non item alij agnati, vel cognati, quos pater testamento exeludere potuit hæreditate.[d] Nisi malis & hos adhibendos, quòd ab intestato succedere posint.[e]

a. l. 1. §. de cōsti. l. non poss. §. de ll.
b. l. in caussæ. §. caussa. j. de mino. l. fi. j. de resti. nat. l. fi. C. si per vim.
c. l. nec §. eo.
d. insti. de exhæ. lib. l. 7. §. eo.
e. not. hic.

Ad.L. XL. MODESTINVS. Lib.1.differentiarum.

Arrogato patrefamiliâs, liberi qui in eius erant potestate, nepotes apud arrogatorem efficiuntur: simulque cum patre suo in eiusdem recidunt potestatem, quod non similiter in adoptione contingit: nam nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur potestate. Non tantùm cùm quis adoptat, sed & cùm arrogat, maior esse debet eo quē sibi per arrogationem uel per adoptionem filium facit: & utiq; plena pubertate, id est, decem & octo annis eum præcedere debet. Spado arrogando suum hæredem sibi adsciscere potest: nec ei corporale uitium impedimento est.

Repetit quædam legumlator, quòd commodè seiungi non potuere.[a] Addit eum qui adoptat plena pubertate, id est decem & octo annis præeedere debere filium. Nam licet pubes, id est annos natus quatuordecim, generare posit, & adoptio naturam imitetur, tamen visum est id temporis expectandum ei qui adoptare cupit, quo frequentiùs generare solent, qui liberis operam dant. Quo tempore non solùm pubescit, sed planè pubescit masculus. Spado cur adoptare posit, non autem eastratus, suprà diximus.[b]

a. l. 12. l. si pater. §. eo. arg. cōsti. 1. & 3. §.
b. d. l. 2. nota. Insti. eo.

Ad.L. XLI. IDEM. Lib.2.Regularum.

Si pater filium, ex quo nepos illi est in potestate, emancipauerit, & postea eum adoptauerit: mortuo eo, nepos in patris non reuertitur potestatem: sed nec is nepos in patris

tris reuertitur potestatem, quem auus retinuerat filio dato in adoptionem, quem denuò readoptauerit.

Ratio huius regulæ est, quòd emácipatus, vel datus in adoptionem à patre naturali, familiam amiserit, & quasi quilibet extraneus in eam familiam deinde pòst redierit. [a] Exhæredatio tamen antè facta ei nocet, quòd redditus parenti magis quàm translatus in nouam familiam videatur: vt alibi lex ait. [b] Obserua obiter reuerti, redadoptare, iterum adoptare, [c] recidere, redigere, [d] & id genus, dici interdum non quòd idem actû, idémve factum iteretur, sed quòd post alium actum, &c. hæc fiant. Vnde titulus de dote relegata, quòd dos profecta à muliere, per legatum pòst ad eam reuertatur.

a. not. ī. l. qui libera. b. l. filio. j. de vulg. c. d. l. filio. d. not. l. & si ī. eo.

Ad. l. XLII. IDEM. Lib. 1. παρ...

Etiam infantem in adoptionem dare possumus.

Minor septem annis infans est, [a] non quòd omninò non loquatur, (nam sex annos natus articulatè loquitur) sed quòd non satis expeditè loquitur. Dari autem in adoptionem infans potest, quòd satis sit, si non dissentiat qui datur parentis iudicio in adoptionē. [b] Impubes arrogari quidem potest, sed seruata solennitate præscripta. [c] An autē infans arrogari possit, apertè scriptum non extat: sed verius est non posse, quòd rogari debeat, [d] & id à contrario hic locus confirmat. Olim nō nisi vsuceps, id est pubes, arrogari potuit, [e] quod deinde aliter obseruatū est. [f] Emácipatio verò infantis fit principali rescripto, quòd in ea re verbi opus non sit.

a. l. si infanti C. de iur. delib. b. l. 5. ī e. c. l. 2. C. eo. l. nec. ī. eo. & ll. seq. d. l. 2. ī. e. Gel. lib. 5. f. d. l. nec. & d. l. 2. eo.

Ad. l. XLIII. POMPONIVS. Lib. 21. ad Q. Mutium.

Adoptiones non solùm filiorum, sed & quasi nepotum fiunt: ut aliquis noster nepos esse uideatur, perinde quasi ex uero filio, uel incerte natus sit.

Nota quasi nepotem, & nepotem videri, ad fictionem legis pertinere. Quod excussum est, incertè, pro deinceps, eò spectat, vt ex incerto filio, nepotem adoptiuum habere possimus: quòd & caput sequens probat. Et fortassè legendū est, vel incerto, hoc sensu, perinde quasi ex filio etiam incerto.

Ad. l. XLIIII. PROCVLVS. Lib. 8. ἐπιστολῶν.

*Si is qui nepotem ex filio habet, in nepotis locum aliquem adoptauit: non puto mortuo auo iura consanguinitatis inter nepotes, futura esse. sed si sic adoptauit, * ut etiam iure legis nepos suus esset, quasi ex Lucio (puta) filio suo & ex matrefamiliâs eius natus esset, contrà puto.*

* Aliâs ut iam iure legéque nepos sibi esset, quàm si ex Lucio.

Eccè quod ad caput præcedens dixi, loco nepotis adoptari quasi ex incerto filio: quod is facit qui filium non habet. [a] Sed & qui filium habet, si in locum nepotis adoptet, adoptiuus nepos nō erit consanguineus, [b] id est frater nepotis naturalis, nisi quasi ex filio nominatim adoptauerit, & ex quasi matrefamiliâs eius, id est vxore. Id vt fiat, consensus filij exigitur, vt suprà dictum est. [c] Ait, Iure legis, hoc est nepos legitimus, qui adoptiuus dicitur.

a. l. adoptare. ī. eo. b. §. 1. insti. de leg. ag. suc. l. 1. & 2. j. de suis & leg. c. l. si quis cū.

Ad. l. XLV. PAVLVS Lib. 3. ad l. Iuliam & Papiam.

Onera eius qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptiuum transferuntur.

Adoptiuus cum commodo, & incommodo transfertur in potestatem adoptantis. Iustum enim est vt is cui acquirit lucrum, damnum etiā sentiat, & de peculio eius nomine pulsetur, exhibere compellatur, [a] &c.

a. inst. de acq. per arrog.

Ad. l. XLVI. VLPIANVS. Lib. 3. ad l. Iuliam & Papiam.

In seruitute mea quæsitus mihi filius, in potestatem meam redigi Principis beneficio potest: libertinum tamen eum manere non dubitatur.

Etsi libertum alienum arrogare non liceat cum incommodo patroni, [a] in potestatem tamen patris naturalis redigi potest, Principali beneficio: sed ita vt libertinus maneat. Hoc enim naturali patri specialiter datum est, aduersus regulā suprà scriptam, vt arrogatione, filium in seruitute quæsitum in suam potestatem redigat. Quod Anastasius generaliter naturalibus parentibus indulsit: & Iustinianus deinde vetuit. [b] Nisi malis Principali beneficio, quo naturalis legitimus fiat, opus esse, nec sufficere arrogationis mentionem fieri in rescripto: vt à Iustiniano generaliter constitutum est. [c] Quòd verò ait libertinum manere, posteriorem sententiam magis arguit: quando sola arrogatione, nec ingenuus quidem adoptando, ad iura ingenuorum perducat: [d] tantùm abest vt pater libertinus adoptione faciat ingenuum.

a. l. si pater. ī. eo. b. l. legē C. de natura. lib. c. auten. quib. mod. nat. eff. leg. & d. l. d. l. si ī. de sta. ho. Gell. lib. 5.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Sed nunc ius Gallicanum de adoptionibus, &c. videamus. Et quidem in legibus Regijs, moribusque regionum scripto etiam constantibus, nulla adoptionis, arrogationisve mētio extat.

Quibus

& is est, qui eiusdem regni, vel imperij est: & qui eiusdem municipij. Itaque in ea Fœderici sanctione, ea accipienda est significatio quæ vitio caret: [r] ne peregrinis qui ciues Romani non sunt, aduersus certum ius antè sancitum identidem, testamenti factionem indulgere videatur: [f] vt tacitam ex inferiore scriptura Fœderici, quod per se ambiguum est, fieri perspicuum. [t] Etenim cõtrariam consuetudinem hospitum, qui bona fortè mobilia peregrinantium sibi arrogabant, ea lege abrogat: & secundum ius ciuile, ad hæredes scriptos, vel ab intestato venientes pertinere ea bona constituit, si eiusmodi nemo appareat, in pias caussas per Antistites verti. Qua in re nonnihil derogat iuri fiscali de bonis vacãtibus. [u] Sed apud Francos Fœderici leges, vt aliorum Augustorum post Iustiniani imperium latas, non obseruari aiunt, quòd ignorationis rerum omnium seculo latæ sint, & Franci non aliam ob caussam legislationi Romanæ pareant, quam quòd sapienter à Iustiniano composita videatur. Quod verò Accursius putat, peregrinos pro deportatis in legibus vsurpari, fallere iuuentutẽ nolim. [x] Ideo enim deportati testamenti factionem non habent, quòd peregrini, id est [illegible] facti sint, & ob id iure ciuitatis testari non possint: cũ hæredis institutio, legatum, & fideicommissum, propria sint Romanorũ ciuium: [z] [illegible], id est peregrini, siue desierint esse ciues, siue nunquam inter ciues fuerint, id iuris non habeant. [a] Quapropter à iure Romano non multùm abhorret, quod de albinatu (vt aiunt) Franci obseruant. Nam ex viro peregrino, & Galla nati, iure Romano iusti filij esse non possunt: [b] & à latere, atque adeò in recta linea non succeditur iure gentiũ, sed ciuili, vel prætorio. [c] Non dicam hic quãtum iniquitatis ex ignoratione simili interpretum, in mores perducatur: qui cùm obseruassent prædia ab hoste capta, militibus Romanis assignata per Principem iure gentium: [d] Regẽ dominia rerum auferre posse iustis possessoribus collegerunt. Sed hæc suo loco, vti alia innumera, explicabo. His ita à me conscriptis ad titulum. De sta. homi. Ioãnis Longouallij caussidici insignis apud præfecturam prætorianam Parisiorum, cõsultatio oblata est de peregrinorum successione: quam vna cùm responso meo subieci.

r. l. in ambig. sup. de ll.
f. d. l. si de here. insti. l. j. C. eo.
t. C. t. in Rhe. l. si ser. § fi. j. de Leg. j.
u. C. de Bon. va. l. vacãtia.
x. l. si sub. §. solemus. j. de Hære. insti. l. j. C. eo.
y. l. 5. & l. posth. j. de capt. l. j. de Leg. 3. l. quidã j. de Pœn.
z. Theop. insti. per. q. per.
d. ll. de Hær. insti.
a. l. quidem. j. de pœn. d. l. j. C de Hæred. insti.
b inst. de Nupti. in princ. Cic. in Topi. vbi Boet.
c. j. vnde leg. & vnd. cog. l. fi. j. de Bo. dã.
e ius nat. & e. ius quir. d. j. l. si qua. j. j. tit. !.
d. l. itẽ si verb. j. de Rei vẽd. l. Lucius. j. de Euict. §. item ea. q. ex host. insti. de re. di.

EGVINARII BARONIS IVRECONS. AD IOANnis Longouallij aduocati, & oratoris in ampliss. Parisiorum curia, de peregrinorum success. quæstionem, responsum.



EX facto proponebat Ioannes Longouallius ciuis Parisiensis, Ioannem Cænamium ciuem suum, & cognatum, ab intestato decessisse: cuius hæreditatem tanquam proximo hæredi sibi legibus & moribus delatam, adijt, iam sunt decẽ plùs minùs anni, & domum ex ea hæreditate in hodiernum diem possedit, atq; adeò incoluit. Eam Godofredus Cænamius Venetijs natus ex defuncti fratre Pandolpho vendicat, & quòd sibi donata sit à patre suo, proximo defuncti agnato, & quòd patre eodem repudiante, ipse velut gradu propior, Longouallium iure suo hæreditate, qua de re agitur, excludat. Quærebat Longouallius, cũ sine controuersia Pandolphus olim Luteriæ natus, quinquaginta annos & eò ampliùs, apud Venetos egerit, fortunas suas inibi constituerit, atque argentariam nõ paruo tempore fecerit, ducta vxore Veneta, & susceptis ex ea liberis, &c. iuréne Godofredus domum, qua de re agitur, ex suprà scriptis caussis sibi asserat? Mouebatur & quòd Pandolphus ciuitatem Gallicanam sponte sua reiecisse, seque Venetorum ciuitati dicasse videretur: & quòd bello inter Gallos & Venetos (Ludouico regnãte) orto, apud hostes continenter fuerit, nec bello confecto, ad suos redierit vnquam eo animo, vt res eorum sequeretur, Venetorúmque relinqueret. Duarum enim ciuitatum ciuis esse, iure Romano nemo potest: & qui ciuis non est, peregrinus est, & legitimarum hæreditatum iure excluditur: quod & Galliarum moribus conuenit. Contrà Godofredus patrem se minimè in ciuitatem Venetorum dicasse contendit, quandoquidem publicè adscitus non sit, originem voluntate non amitti: duarum ciuitatum se ciuem esse posse, peregrinos lege noua Fœderici, legitima hæreditate nõ excludi: Venetos, quos fœdus cum Francis inijsse cõstat, nõ esse extraneos, peregrinósve: nihil hostiliter patrem in Gallos gessisse, sed tãtùm apud eos fuisse, apud quos antè quam bellum exarsisset, fuerat, &c. Quæ omnia etsi Longouallius replicando ita infirmaret, vt nihil mihi noui reliquum videretur, quod de iure responderẽ: attamen quandoq; ita placuit vt noctuas Athenas, respondi secundum ea quæ proponebantur, eum vnde petebatur, iure potiorem videri. Non quòd tanquam reiectione Gallicæ ciuitatis, Pandolphum ciuem Venetum factũ oporteret, quem publicè adscitum in ciuitatem Venetorum fuisse, Godofredus pernegabat: sed quòd ante bellum, & belli tẽpore sponte apud extraneos & hostes fuerit, tum maximè quo tempore Ioannis Cænamij hæreditas proximis, & idoneis hæredibus delata est, domicilium sponte sua trans alpes habuerit. Etenim Marcus Cicero non vno in loco, de iure mutandæ ciuitatis locutus, voluntate sua quemq; mutare ciuitatem dixit, modò adsciseeretur ab ea ciuitate, cuius esse se ciuitatis vellet. Qua in re receptum, exceptum, adscitum, adscriptum, in ciuitatem dicere consueuit, [a] & tabulas fieri solitas, vbi allectorum nomina scripta essent, non obscurè scriptum reliquit. [b] Quod non solùm in danda

a. pro Corn. Balb.
b. pro Arch.

danda ciuitate Romana, sed in cæteris quoque obseruatum ait. Quid? Nũ Archias poëta multis annis ante ciuitatẽ datam, domicilium Romæ habuit atq; etiam sedem omnium rerum, ac fortunarum collocauit? Sanè hodie rerum capitalium damnati ἄπολιδες fiunt, id est iure Romanæ ciuitatis exuuntur, priusquàm in aliam ciuitatem recepti sint: [c] licet ius vetustius huic cõtrarium M. Cicero adducat quodam loco. [d] Non enim apolides dicuntur, quòd in nulla ciuitate sint, sed quòd Romana (quæ per excellẽtiam sic appellatur) careãt: qui non propriè, sed generaliter peregrini appellantur, quòd ciues non sint Romani. [e] Inter peregrinos & fœderati referuntur, licet extranei omnimodo non sint, & ideo ius postliminij non habeant. [f] Cùm verò ante bellum apud extraneos, & belli tempore apud hostes sponte sua fuerit, [g] & denique fœdere percusso, constantissimè in eam horam permanserit, qua Ioannes Cænamius decessit è viuis: legibus, moribusque vniuersæ Galliæ, hæreditate exclusus est. [h] Sed quoniam omne ius controuersium, vel in verborum interpretatione positũ est, vel in æqui prauique discrimine, & aliter periti, aliter docti verba hic accipiant: rem paulò altiùs repetã. Igitur ciuitas Romana primùm augustis finibus inclusa, ex omnibus ciuitatibus viam esse in se voluit, quæ si cui communicata esset, certa tribu, certo numero habebatur, [i] ius proprium ciuium Romanorum, vt testandi, legitimas hæreditates adeundi, [k] ius patriæ potestatis, &c. adeptus largitione ciuitatis. Qui ciues Romani non erant, sed aliarum ciuitatum, vel in nullam etiam ciuitatem dicati, peregrini dicebantur, [l] quòd peregrè id est longè à Romana ciuitate degerent, vel cùm apud Romanos essent peragrasse viderentur: & pro hostibus antiquitùs habiti sunt. Ex his alij liberi fuerunt, vel Regibus suis tantùm paruerunt: alij tributarij, stipendiariive, aut alioqui Romanam ditionem agnoscentes. Ex liberis, alij societate, amicitia, sponsione, fœdere, pactione cùm Romanis coniuncti, alij hostes, alij nec fœderati, nec hostes, sed extranei. Fœderati alij æquo fœdere, alij comiter maiestatẽ populi Romani conseruare debuerunt. Fundus populus etiam fiebat, qui sponte sua legibus, & iure Romano vtebatur. [m] Ex his portò qui Romanis aliquando paruerunt, Latini antiquissimi socij fuere: qui in exercitu Romano militare, & magistratus in eodem gerere potuerunt: deinde pòst iure Quiritium, Romanorúmve ciuium donati sunt. Quamobrem prouinciales alij iure veteris Latij, alij iure ciuitatis, vel Quiritium donari cœpere: [n] qui cùm Italia tota eo iure donata esset, iure Italico deinceps dicebantur donari. [o] Quod ius hoc etiam continebat, vt à grauioribus tributis immunes haberentur. Ad extremum Antoninus Pius constitutionem emisit, qua omnes prouinciales etiam, ciues Romani effecti sunt. [p] Quod eò pertinebat, vt militare in Romana legione, honores petere, legitimas hęreditates adire, liberos in potestate habere, testamentum iure Quiritium facere possent. Nam priuilegium Romanorum, vt Itali, non omnes habebant, sed tantùm ij qui iuris Italici facti dicuntur beneficijs Principum. [q] Libertini qui partim ciues, partim Latini, partim deditititij fiebant, eadem ciuitate Romana, id est eodem iure testãdi, legitimas hæreditates adeundi, &c. constitutionibus donati sunt. [r] Ciuis Romanus cum peregrina, vel cõtrà, iustas nuptias non contrahebat, [s] ideoque pater liberos inde susceptos, non habebat in potestate, sed quasi vulgò quæsiti matrem sequebãtur, [t] ideoque quod Tacitus ait de patria eorum qui per connubia Romanis sociabantur, ad incolatum referri debet, nisi adscripti sint. Proinde qui ciues Romani in opus publicum perpetuò dantur, vel deportantur in insulam, ciuitatẽ amittunt Romanam, id est ius suprà scriptum Romanorum proprium, & ob id à Gręcis ἄπολιδες, à Latinis peregrini fieri dicuntur, quòd desinant esse ciues Romani, etiamsi Romæ nati sint. [u] Aliam enim patriam loci, aliam iuris habemus: [x] Roma omnium communis patria iuris est, [y] vbicunq; nati sint liberi homines, Romanæ ditioni subiecti: idque ex suprà adducta Antonini lege. [z] Peregrini igitur, vel ἄπολιδες verbum generale est, quo qui ciues Romani iure non sunt, significantur. [a] Claudius Cæsar splendidum virum, ꝙ Latinè nesciret, albo iudicum erasit, & ad peregrinitatem redegit. [b] Non enim quòd latinè nesciret, deportatione dignũ existimauit, aut hostis patriæ nomine, sed toga Romana exuit, & ius ciuium Romanorũ ei ademit. [c] Simili ratione Vlpianus eloquitur, si per pœnam deportationis, inquit, ad peregrinitatem redactus sit patronus, putat Põponius eum amisisse honorem. [d] Significat Prætoris edictum de non vocando patronum in ius sine permissu, eiuslem rationem habere: & peregrinos (inter quos habentur deportati) ea [e] demũ retinere apud Romanos, quæ sunt iuris gentium, & communia omnium populorum: [f] quale est vt solutum ex obligatione iuris gentium, retinere possint, [g] & repetere iniustè possessum, [h] agere ex stipulatu, non possint, vt nec adire hæreditates legitimas, &c. Quapropter Vlpianus ait, si ciuis Romanus scriptus hæres viuo adhuc testatore factus sit peregrinus, & mox ad ciuitatẽ peruenerit, id ei non nocere. [i] Peregrinum accipere eò loci pro eo qui quocunque modo ciuis esse desierit Romanus, & consuetudo loquendi doctorum hominum, [k] & ratio ciuilis suadet: quando nihil intersit vtrum exilio, postliminio, an allectione in aliam ciuitatem expressa, vel tacita, ciuis Romanus esse desinat. Sanè qui sola, nudaque volũtate repudiat ius agnationis, vel ciuitatis, nihil agit, vt nec is qui dominum se esse non vult, [l] tantùm abest vt decedendo loco, & vrbe, tacita pactione

c. l.j ff. de Legib. 3.
d. de do. iua. ad Põtif. pro Cor. Balb.
e. d. l. j. l. qdã. ff. de Pœn.
f. l. nõ dub. ff. de capti.
g. l. postliminium. §. trãsfuga. & l. si captiuus. & l. in bello. §. j ff. de Capti.
h. l. postliminij. & l. in bello. eo. Senon. 67. Auxerre.
i. Cicer. pro Cor. Balb.
k. Cic. pro Arch.
l. Cic. in offi. Sueto. in August. & in Claud.
m. Cic. p Bal. l. postliminij. l. non dubito. l. postlimin. ff. de captι.
n. Liu. Plin.
o. ff. de Cẽsib.
p. l. in orbe. ff. de Sta. ho. au teo. vt liber. de Cæt.
q. ff de Censi.
r. C. de lat. liber. & C. de dedit. liber.
s. inst. de Nupti. in prio.
t. Cic. in Topic. vbi Boet.
u. d. l. quidã. de Pœo. d. l. j. de Leg. 3.
x. Cicer. lib. j. de ll.
y. l. Roma. ff. ad municip. l. 3. de Senat.
z. d. l. in orbe
a. l. j. C. de Hær. insti. & l. nec apud. l. sed & ff. eo. l. sed. de in ius vocan.
b. Trãquil. in Claud.
c. l. sed si accepto. ff. de Iur. fisc.
d. d l. sed si hac. de in ius vocan.
e. l. j. C. de Hęre. insti.
f. l. quidam. ff. de Pœn.

g. l. quod enim. & l fideiuss. §. fideiuss. ff. de Fideiuss. l. naturaliter. de Cond. indeb. h. l. rerum quidem. ff. re. amo. l. indebiti de Cond. indeb. l. indebitam. eo. i. d. l. sed &. de Hær. insti. k. Cicer. Sueto. l. l. ius autem ag. ff. de Pact. l. si quis in. §. diff. ff. de Acq. poss.

pactione amittere ius ciuitatis possis. Nihil enim nuda voluntate habetur pro derelicto, sed re, atque facto derelinqui oportet.[m] Nã & naturæ patria, re, atque facto relicta, ciuitas retineri potest, id est ius ciuitatis, quod & Cicero de Pomp. Attico scribit lib. 5. de Finib. & Cornel. Tacitus oblatam Atheniensium ciuitatem, noluisse ait. Hæc cùm ita se habeant, quæ de ciuibus Romanis, & peregrinis diximus, obseruare oportet vtrãque vocem ambiguam esse, & aliter quàm dictum est, pro loco vsurpari. Nam municipes diuersorum municipiorũ sub Romana ditione, ciues diuersarum ciuitatum dicuntur,[n] & qui ex eadem ciuitate non sunt appellantur peregrini.[o] Quo modo absurdum non est si duarum ciuitatum idem ciuis habeatur:[p] quando ius maioris ciuitatis & cõmunis patriæ, nihil varietur.[q] Qua ratione extraneus variè dicitur, & qui suus nõ est, vt cùm de hærede sermo fit,[r] & qui ita peregrinus est, vt fœderatus non sit.[s] Nam liberi populi Romanis fœdere iuncti, extranei non sunt: peregrini sunt, cùm sint liberi, nec ius Romanæ ciuitatis habeant.[t] Nunc parua imperia (si placet) magnis comparemus. Respublica Venetorũ, & regnum Gallicanum, nihilò magis sub eodem imperio sunt, quàm Gaditanorum ciuitas, & Romana respublica, vt si iuris Romani rationem sequare, idem vtriusque ciuitatis ciuis esse non possit,[u] licet possit esse ciuis duarum ciuitatum sub ditione Gallicana, vel Venetorum.[x] Illud tamẽ interesse caussari potest Cænamius, quòd Veneti, & Franci hodie fundi populi sint. Vtriq; enim, opinor, ius legitimarum hæreditatum ex legibus Romanis sibi adsciuerũt, vt ea ratio cessare videatur, quæ eundem ciuem esse duarum ciuitatum vetat.[y] Nec parum iuuat Cænamium, quòd apud vtrumque populum, non priùs peregrè venientes ciuibus adnumerentur, quàm publicè in ciuitatem adscripti sint nominatim, vel tacitè, vt incola, non ciuis, apud Venetos pater fuisse videatur.[z] Illud multò magis eius caussam prægrauat, quòd antequam bellum Venetũ indiceretur, transfuga ad extraneos, quibus cum nulla amicitia Francis fuerat, fide suscepta transfugerit.[a] Qui si fœderati priùs fuissent, bello iam exardescente, deinde pòst fœdere icto, Cænamius siue seruus, siue manumissus (qui mos est Christianis) apud Venetos manserit, ciuitatẽ Gallicanam amisisse necesse est, quam nec postliminio quidem recepisse videri potest. Pandolphus, qui nunquam eo animo ad suos rediit, vt eorum res sequeretur, Venetorum relinqueret.[b] Quæ si vera sunt, Godofredus ex peregrino natus, ciuis Gallicanus esse qui potuit ante delatã hæreditatẽ.[c] Non enim antè in Franciã venit Godofredus apud Venetos natus, quàm Ioãnes Cænamius (de cuius hæreditate quæritur) è viuis decesserat. Sed hæc inferiùs resumam. Nec ad rẽ pertinet quòd vterque populus fundus sit, & ex iure Romano vtrique communi, legitimę hæreditates deferantur, non Gallorum proprio. Etenim Galli hoc propriũ ius habent, ne hæreditates legitimæ proximis agnatis, cognatisve obueniãt, nisi qui alioqui idonei sint ad succedendum iis, qui intra regni limites decessisse dicantur.[d] Et hoc ius in mores omniũ ciuitatum, regionumq; receptum est. Porrò iure nostro hi inidonei sunt hæredes, qui vel in perpetuum exilium damnati sunt,[e] vel qua hora quis decesserit, domum trans alpes, aut alioqui apud peregrinas ciuitates incoluerit: vt non multùm intersit, vtrum ciuis Venetus Pandolphus fuerit, an tantùm domicilium, sedemque rerum suarum apud Venetos habuerit, quo tempore frater in Gallia decessit. Nã & qui Venetias incolunt, licet in tribu, & numero honoratiorum ciuium non sint, iure tamen Venetorum proprio, ni fallor vtuntur: vt ad ius quod attinet legitimarũ hæreditatum, ciuis Venetus dici possit Cænamius, absque solenni allectione in ciuitatem. Sed morum nostrorum verba subiicienda sunt. Apud Senones igitur ita lex municipalis scripta extat. *Vn estrangé demourant hors du Royaulme oultre les mons, ne succedera point aux biens de ses parens mors au Royaulme: mais leur succederont leurs aultres parens demourans audict Royaulme, si aucuns en ont. Si non, competent au Roy ou hault iusticier, si n'y a priuilege donné au contraire.*[f] Et pauló pòst. *Quãd la succession uiẽt a un banny, le Roy, ou hault iusticier ne succede pour luy, mais accroist aulx aultres parens.*[g] Item lex Victriẽsium ita conscripta est, *par l'entrecours entre Victry & Barroys, lesdictz Barroys demourans au Balliage de Victry, si decedent sans parens regnicolé, & demourans auec eulx le temps, & heure de leur trespas, le Roy succede, & non l'heritier absent.*[h] Et apud hos quidem allectione nulla opus est, sed domiciliũ extra regni fines habere sufficit, vt hæreditate cognatorum intra regnum decedentium excludantur. Quinimò moribus quibusdam vsurpatum est, vt intra prouinciæ eiusdem fines, res, fortunasque suas eum habere collocatas tẽpore mortis oporteat, qui defuncto cognato velit succedere.[i] Suprà scriptos verò mores formula rescripti comprobat, quo Rex peregrinos ciuitate Gallicana donare solet, & hæredes habere permittit, modò regni incolæ sint, &c. Equidẽ rescripta eiusmodi legi, quibus ea clausula inserta non fuit: sed hæc, *tout ainsi que s'il estoit natif du Royaulme.* Hæc cùm à me scriberentur, ex amicis didisci, hęreditatem, quæ in fiscum Regium nuper tanquã vacans reciderat, defuncti filio, qui apud Hispanos multis iam annis, vxore ducta, egerat, iudicio Senatus vel restitutam, vel certè in eo loco omnibus videri, vt restitueretur. Quare etiam atque etiam videndum dicebam Lõgouallio, ne de præiudicato iam iure constituendum esset. Sed tamẽ ille nescio quis (nihil enim præter auditum habebam) & Godofredus & Cænamius, in dissimili caussa esse videbãtur. Ille enim fidem fecisse dicebatur, bello subitò exorto, spectasse Galliam, spectasse domum patriam, & ad suos redire cupiisse, si pietas in susceptos ex Hispana liberos tulisset. Itaque postliminio reuersus iure tam Gallico, quàm Romano videbatur, qui suo fato apud hostes depræhensus, ad suos eo animo

rediérat,

m. ff. pro de reli. l. 5.
n. lib. 10. C. de Ciuib. & incol. & ff. ad municip.
o. §. fin. instit. de Hær. inst. auten. omnes C. cõ. de Succ.
p. l. si quis à plurib. ff. ad municip. l. ciues. C. de Incol. lib. 10.
q. Cic. pro Bal.
r. inst. de Hære. qual.
s. d. l. non dubito. & d. l. postliminiũ. de Capti.
t. d. l. 3. C. de Hær. inst. &c.
u. l. postliminiũ & l. non dub. ff. de Capti.
x. arg. d. l. si quis à ff. ad municip. & d. l. ciues. C. de Ciuib.
y. Cicer. pro Balb.
z. Vid. de magi. Vene. libr.
a. d. §. transfuga.
b. l. in bello. §. manumittendo. ff. eo.
c. l. apud. ff. e.
d. Paris. 145. &c.
e. Senon. 73. 67. Auzer. Niuer. 26. de Succ. Borbõ. 322. Victr. 78.
f. 67.
g. 73.
h. 78.
i. Laon. 25.

redierat, vt eorum res sequeretur, Hispanorum à quibus abiuerat, relinqueret.[k] At Godofredũ ex transfuga natum patre, postliminium non habere respõdi, quando is demum postliminio reuerti posset, qui ab hoste, vel extraneo captus sit haud turpiter.[l] Illud equidẽ ex Christiano more in bello gerendo probabam, si pater non turpiter apud Venetos fuerit, fœdere icto, ciuitatem Gallicanam eum recœpisse, vel potiùs non amisisse, & si loco nõ decesserit: quãdo satis sit, apud fœderatos, liberos nos, & tutò esse, vt ciuitatẽ postliminio recuperemus:[m] id quod & in eo qui apud Hispanos mansit fœdere similiter percusso, dici poterat,[n] in eo qui transfuga fuit (cuiusmodi pater Godofredi fuisse dicebatur) idem locum non haberet, qui non aliter ciuitatem recipere potest, quàm si nominatim id fœdere exceptum constet.[o] Ex quo postea susceptus Godofredus, ciuis Gallicanus dici non posset, cũ è patre peregrino natus esset, nec ex sua persona postliminium haberet. Si antè natus fuisset, ex Christianorum consuetudine, ad personam quod attinet, postliminio reuersus videri poterat, etiamsi in Galliam non redijsset:[p] quod cõtrà in vtroque respondendum foret, ex mero iure Romano, & siue more Christiano, pace composita, fœdere, &c.[q] Sed iuri Romano hac in re mores Galliarum apud quosdam repugnare videri dicebam, quibus extra fines nostros demorantes, ciuibus apud nos, decedentibus succedere non possent. Quamobrẽ siue ex transfuga natus esset Godofredus, iure Romano: siue non esset, iure illo Gallico Longouallius potior in ea caussa visus est: præsertim cùm sua sponte extra fines regni domũ incoluerit Godofredus, quo tempore patruus decessisse ferebatur: nec eo animo in Galliam venerit, vt apud suos maneret. Quod in eo qui apud Hispanos egit, similiter non habere locum respõdi: qui inuitus extra fines, partim belli, partim in pace fuisse dicebatur, & cumprimùm licuit, redijsse eo animo vt in Gallia maneret. Sed & fœdere Veneto compræhensum nõ esse dicebam, vt Franci absque postliminio ciuitatem reciperent, vel contrà, ideoque iure Romano non aliter postliminio redijsse Godofredum, quàm si maneat, &c.[r] etsi more Christiano, nec amisisse quidem ciuitatem captiuus videatur, vt dixi, quod ad personam magis quàm ad bona spectat.[f]

k. l. postliminij. & l. in bello. ff. de capt. l. d. §. transfuga. l. 3. & 4. ff. eo.
m. l. postliminiũ & l. non dub. eo.
n. d. l. in bello & d. l. postliminium.
o. d. §. transfuga.
p. d. l. postliminium arg. vbi not.
q. d. l. in bello. in prin.
r. d. l. in bello
f. Bar. l. hostes. eo.

DE HIS QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT. *Titulus* VI.

Superior titulus generalis est, & inferiores hosce duos complectitur. Nam ad statum & cõditionem hominum pertinet, quòd alij sui iuris, alij iuris alieni dicantur: & qui alieni iuris sunt, alij in potestate dominorum sint serui, alij in potestate patria filijfamiliàs: & qui in parentum potestate sunt, alij in potestate naturalium parentum, alij in potestate adoptiuorum.

Ad l. I. CAIVS *Lib. 1. Institutionum.*



E iure personarum alia diuisio sequitur: quòd quædam sui iuris sunt, quædam * *alieno iuri subiectæ sunt. Videamus itaque de ijs quæ alieno iuri subiectæ sunt. Nam si cognouerimus quæ istæ personæ sunt: simul intelligemus quæ sui iuris sunt. Dispiciamus itaque de ijs quæ in aliena potestate sunt. Igitur in potestate sunt serui dominorum, quæ quidem potestas, iuris gẽtium est. Nã apud omnes peræquè gẽtes animaduertere possumus, dominis in seruos uitæ necisque potestatem fuisse: & quodcumque per seruum acquiritur, id domino acquiritur, sed hoc tempore nullis hominibus qui sub imperio Romano sunt: licet supra modum, & sine caussa legibus cognita, in seruos suos sæuire.*[¶] *Nam ex constitutione diui Pij Antonini, qui sine caussa seruum suum occiderit, non minùs puniri iubetur, quàm qui alienum seruum occiderit. Sed & maior asperitas dominorum, eiusdem Principis constitutione coërcetur.*

* aliàs quædã quæ in pãde. Fl.
¶ Paulus ad Ephe. cap. 6.

Caius lib. I. Institutionũ, personas summa diuisione in liberos homines, & seruos diuisit:[a] secunda diuisione in eas quę sui iuris sunt, & quæ alieni, personas.[b] Ex huius Institutionibus præcipuè Iustinianus suas descripsit,[c] cuius etiam methodum secutus est, vti hic locus arguit. Alius Caius Institutiones reliquit sub Christianis Augustis (quæ hodie circũferuntur vnà cum Theodosiano Codice) in duos libros diuisas. Ait igitur Caius, omnes homines aut sui iuris esse, aut alieni: & quoniam ex contrario cognoscitur contrarium (vt Aristoteles scribit)[d] de ijs personis quæ in aliena potestate sunt: hoc est de seruis, & filijsfamiliarũ dicit, vt simul intelligatur qui sint homines liberi, & patresfamiliarum. Dominorum in seruos potestatem ex iure gentium venisse ait: cuius duos effectus subijcit, ius seruos trucidandi, & per eos acquirendi. Sed ius ciuile à iure gentium recessit, vti suo loco exposui.[e] Porrò rescriptum Imperatoris (quod in corpus iuris tũ relatum non fuit) ad consequentiam producit: vt inferiùs Vlpianus tam sententiã, quàm rescrip-

a. l. 3. sup. eo.
b. vt hic.
c. proœ. inst. §. pen.
d. 5. libr. ad Nicom.
e. l. ius ci. sup. de Instit.

tum

f. j. l. seq. g. l. metum. j. quod met. h. l. fi. C de ll. i. l. 3. C. de ll. j. sed & insti. de Iur. nat. vbi Theoph.

tum ad exemplum trahit, [f] & alibi rescriptum. [g] Quod in vniuersum receptum est, cùm ad ius, & relationem magistratuum rescribitur, vel diffinitiua sententia à Principe simpliciter pronúciatur. [h] Interlocutiones Principum, & aliæ personales constitutiones, ad similia nó trahuntur, præsertim quæ contra communes leges emittuntur. [i]

Ad.l. II. VLPIANVS Lib. 8. de Officio Proconsulis.

Si dominus in seruos sæuiat, uel ad impudicitiam, turpemq́ue uiolationem cõpellat: quæ sint partes Præsidis, ex rescripto diui Pij ad Aelium Martianum Proconsulem Beticæ manifestatur: cuius rescripti uerba hæc sunt, ¶ Dominorum quidem potestatem in seruos suos, illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium cõtra sæuitiam, uel famem, uel intolerabilem iniuriam denegetur ijs qui iustè deprecantur. Ideo'que cognosce de querelis eorum qui ex familia Iulij Sabini ad statuam confugerunt. & si uel duriùs habitos quàm æquum est, uel infami iniuria affectos cognoueris, uænire iube: ita ut in potestatem domini non reuertantur. Quod si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum seueriùs executurum.

¶ Huius rescripti interpretationem diffusé tractat Macrobius lib. 1. Saturnaliũ c. 11.

Diuus etiam Adrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquẽnium relegauit, quòd ex leuißimis caußis ancillas suas atrocißimè tractasset.

Ait, fraudem fecerit, nimirum palam vendens seruum, sed clam hoc agens vt sibi reddatur. Nã non minùs lege tenetur, qui fraudem ei facit, quàm qui contrà eam facit. [a]

a. l. cõtra. & l. seq. sup. de ll.

Ad.l. III. CAIVS Lib. 1. Institutionum.

Item in potestate nostra sunt liberi nostri ¶ quos ex iustis nuptijs procreauimus. quod ius proprium ciuium Romanorum est.

¶ De potestate parentũ in filios, Gellius lib. 2. ca. 7. Plato dialo. 3. & 4. de Legib. Deuterono. cap. 27. Vale. lib. 5. titu. de Parentum seueritate.

Ait lex, Quod ius proprium. Dominorum ius commune est omnium gentium: sed parentum ius, proprium Quiritium. Nam parentibus licet pareant liberi vbique gentium, apud Romanos solos acquirunt parentibus, [a] &c.

a. l. veluti. j. de Iusti. Gell. lib. 2. j. per. q. pers. & hic.

Ad.l. IIII. VLPIANVS Lib. 1. Institutionum.

Nam ciuium Romanorum quidam sunt patresfamiliarum, quidam filijfamiliarum, quædam matresfamiliarum, quædam filiæfamiliarũ. Patresfamiliarum sunt, qui suæ potestatis sunt: siue puberes, siue impuberes. Simili modo matresfamiliarum, filij uerò & filiæ familiarum qui sunt in aliena potestate. Nam qui ex me & uxore mea nascuntur, in potestate mea sunt. Item qui ex filio meo & uxore eius nascuntur: id est, nepos meus & neptis, æquè in mea sunt potestate: & pronepos & proneptis, & deinceps cæteri.

Patresfamiliâs sunt qui dominium in domo habent, quamuis patres non sint re, sed tantùm spe. [a] Materfamiliâs interdum vxor est, quæ in manum viri conuenit. [b] Hoc loco paterfamiliâs est qui sui iuris est (vt dixi) homo liber: materfamiliâs, quę in potestate parentis quoque non est. [c] Filiusfamiliâs, & filiafamiliâs contrà, qui sunt in potestate parẽtis. Nam qui in potestate parentis non est, familiam propriam habet iure, etsi neque filium, neque vxorem habeat. Filia quoque quæ in potestate parentis non est, iure familiam propriam habet, & dominiũ, præeminentiámve in domo, quãtùm ad hæreditatem suam attinet. Familia enim hæreditatem, & corpus quoddam eorum qui vni personæ subiecti sunt, demonstrat: vt patremfamiliâs, matremfamiliâs, filiumfamiliâs, filiamfamiliâs, nepotem, neptem, & deinceps. [d] Vnde constat vxorem marito subiectam esse, licet in patria potestate esse non desinat iure Ro. Matremfamiliâs ex materia subiecta, notę authoritatis, fœminam accipimus. [e]

a. l. pronũci. j. de verb. sig. b. Gell. lib. 18 cap. 6. l. fi §. j. de Adop. c. j. ad Tertu. l. j. d. d. l. pronũciatio. j. de Verb. sig. e. l. 3. j. de ex hib. lib.

Ad.l. V. IDEM Lib 36. ad edictum.

Nepotes ex filio, mortuo auo recidere solent in filij potestatem, hoc est, patris sui: simili modo & pronepos, & cæteri deinceps, uel in filij potestatem, si uiuit & in familia mansit: uel in eius parentis qui ante eos in potestate est, & hoc non tantùm in naturalibus, uerùm & in adoptiuis quoque iuris est.

Obserua naturales dici ad legitimos tantùm relatos: alioqui naturales ad legitimos simul & naturales relati, naturales tantùm accipiuntur. [a]

a. C. de nat. li. autẽ. quib. mod. nat. effi.

Ad.l. VI.

Ad.l. VI. IDEM *Lib.9. ad Sabinum.*

Filium eum definimus, qui ex uiro & uxore eius nascitur. sed si fingamus abfuisse maritum (uerbi gratia) per decennium, reuersum amniculum inuenisse in domo sua: placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium. Non tamen ferendum Iulianus ait eum, qui cum uxore sua assiduè moratus, nolit filium agnoscere, quasi non suum. Sed mihi uidetur (quod & Scæuola probat) si constet maritum aliquandiu cum uxore non concubuisse, infirmitate interueniente, uel alia caussa, uel si ea ualetudine paterfamiliâs fuit ut generare non posset, hunc qui in domo natus est, licet uicinis scientibus, filium non esse.

Filium definit, qui ex viro & vxore eius nascitur: quæ definitio ad naturalem & legitimum simul respicit. Est enim primùm in ea quæstione, quæ de filiofamiliâs venit in iudicium, illud quærendum, an filius sit? Nam si filius non est, filiusfamiliâs esse non potest. Filius esse præsumitur, qui in domo natus probatur ex matrefamiliâs, cum qua maritus assiduè moratus est. Sed tamen aduersus eam præsumptionem admittitur probatio: si ea valetudine fuit, vt generare non potuerit. Quod aiunt vulgò, filium esse probari non posse, falsò dici puto.[a] Non enim ideo probari non potest, quòd in potestate filij id non sit: quodque ex euentu probationis pendeat. Quid enim si vicinos non inueniat, qui testificentur ex matre illa, illo viro eius, assiduè commorante, natum? Id si possit, probabit se filium, nisi non potuisse concumbere ex aduerso probetur. Probare enim intelligitur non solùm qui necessariò ita esse colligit, sed qui vt ius postulat, id arguit.[b]

a. l. Lucius. ff. de Cond. & hic.

b. l. cū de. ff. de Prob. l. 3. ff. de Test.

Ad.l. VII. IDEM *Lib.25. ad Sabinum.*

Si qua pœna paterfamiliâs fuerit affectus, ut uel ciuitatem amittat, uel seruus pœnæ efficiatur: sine dubio nepos filij loco succedit.

Ciuitatem adimit deportatio, aquæ & ignis interdictio, in opus publicum perpetuò datio: libertatem aufert in metallum, vel in opus metalli damnatio, ad bestias, vel ad vltimum supplicium.[a] Qui autem maximam capitis minutionem, vel mediam patitur, in agnatione quoque sua esse desinit, & in parentis potestate:[b] vt meritò nepos quasi agnascatur suus hæres auo.[c]

a. l. qui vlti. & l. quidā. ff. de Pœn.

b. l. fi. ff. de capi. di. & insti. eo.

c. §. posthumorum. insti. de exhær. lib.

Ad.l. VIII. IDEM *Lib.26. ad Sabinum.*

Patre furioso, liberi nihilominùs in sui patris potestate sunt. Idem & in omnibus est parentibus qui habent liberos in potestate. Nam cùm ius potestatis moribus sit receptū, nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi, quibus casibus solent: nequaquam dubitandum est remanere eos in potestate. Quare non solùm eos liberos in potestate habebit, quos ante furorem genuit: uerùm & si qui ante furorem concepti, in furore editi sunt. sed si in furore agente eo, uxor concipiat: uidendum est an in potestate eius nascatur filius. Nam furiosus licet uxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest. Quod cùm ita se habet, in potestate filium habebit. Proinde & si furiosa sit uxor, ex ea antè conceptus, in potestate nascetur. Sed & in furore eius conceptus ab eo qui non furebat, sine dubio in potestate nascetur: quia retinetur matrimonium. Sed & si ambo in furore agant, & uxor & maritus, & tunc concipiat, partus in potestate patris nascetur: quia retinetur matrimonium, quasi uoluntatis reliquijs in furiosis manentibus. Nam cùm consistat matrimonium altero furente, constat & utroque. Adeo autem retinet ius potestatis pater furiosus, ut & acquiratur illi commodum eius quod filius acquisiuit.

Furorem non esse modum tollendi ius patriæ potestatis ostendit: quo nec matrimonium finitur. Quod de honore, dignitate, & dominio, suprà constitutum est.[a] Furiosus ergo acquiret per filium, licet consensus eius filio necessarius non sit.[b] Obserua patriam potestatem, non lege, vel alia parte scripti iuris, sed moribus primùm introductam. Ex non scripto enim omnia descenderunt, quæ more maiorum, moribus, vel consuetudine recepta, scripserunt iureconsulti:[c] vtcumque Accursius sua glossula hæc obscuret.

a. l. qui furere ff. j. tit.

b. Instit. de Nup. in prin.

c. l. more. ff. de iurisd. l. more. ff. de Fer. l. morib. ff. de Vulga. l. de quib. ff. de ll.

Ad.l. IX. POMPONIVS *Lib.16.ad.Q.Mutium.*

Filiusfamiliâs in publicis caussis¶ loco patrisfamiliâs habetur: ueluti si uel magistratum gerat, uel tutor detur.

In publicis caussis filiusfa. id est in omni materia iuris, quæ ad publicam vtilitatem spectat, loco patrisfamiliâs habetur: [a] & ideo consensu, & authoritate patris non eget, in magistratu gerendo, vel tutela, [b] sed pater de peculio tenetur, filio malè gerente, aut si agnoscat munus, vel honorem, in solidum. [c] Patrem in ius sine venia potest vocare nomine tutorio, & cũ eo experiri. [d]

Ad.l. X. VLPIANVS *Lib.4.ad.l.Iuliam & Papiam.*

Si iudex nutriri uel ali oportere pronunciauerit, dicendum est, de ueritate quærendum, filius sit, an non. Neque enim alimentorum caussa, ueritati facit præiudicium.

Caussa alimentorum summatim expediri solet: ideò si iudex pronunciet Titium ali oportere ab eo qui pater dicetur, non ideo non erit ampliùs quærẽdum filius sit, an non? [a] Exceptio enim rei iudicatæ nulla oberit præiudicio agenti de statu, [b] cùm non hoc pronunciatum sit filium esse, sed ali oportere. [c] Neque enim veritati caussa alimentorum facit præiudicium: id est non nocet quò minùs de veritate quæratur. [d] Si tamen qui pater dicebatur, quòd non denunciarit ex se prægnantem non esse matrem, agnoscere partum coactus sit, illa tacita confessio grande præiudicium adferet pro filio, quando cœperit caussa agi: [e] hoc est ducetur argumentum à confessione patris, quasi non neglexisset denunciare matri ex S.C. Plautiano prægnantem ex se non esse, nisi pater verè fuisset. [f] Animaduerte, præiudicium non facere veritati, vel non præiudicare, id est non nocere, nec exceptionem parere, quò minùs de veritate quæratur: & præiudicium facere pro filio confessionem patris, id est argumentum à præiudicio duci posse ad probandum filium esse: & denique præiudicio certare, vel agere, id est eo genere iudicij quod præiudicium appellatur, [g] nimirum quòd eo iudicio præiudicetur, vel præiudicium fiat de alia controuersia. vt cùm filius pronunciatur, præiudicatur & hæres suus: cùm libertus iudicatur, præiudicatur & de obsequio, &c. Et de præiudicijs ad Institutiones diximus pleniùs. [h]

Ad.l. XI. MODESTINVS *Lib.1.pandectarum.*

Inuiti filij naturales uel emancipati non rediguntur in patriam potestatem.

Parentes inuiti non emancipant ferè, filij non emancipantur, [a] non rediguntur in patriã potestatem inuiti, siue nunquam fuerint in potestate, vt naturales: siue exierint potestatẽ, vt emãcipati. [b] Si quis verò hunc titulum in versus redigere cupiat, ita scribito. Personæ aut sui iuris, "
aut alieno subiectæ sunto. Serui in potestate dominorum, iusti liberi in parentum potestate ha- "
bentor. Domini in seruos ne supra modum sæuiuntọ: si sæuierint, vænire magistratus, vel inuitis "
dominis, iubento: si fraudem legi fecerint domini, coerceentor. &c. "

IVS GALLICVM AD EVNdem Titulum.

Sed proprium ius Galliarum de more nunc attingamus. Et serui quidem, & liberi, quales sunt apud Gallos, ad superiorẽ titulũ dixi. Alibi enim corpore serui nulli sunt, sed manu mortua, vt apud Burgundiones: alibi sunt personæ seruę quidẽ, quæ & vendicari à dominis possunt, quocũque se proripiant: sed tamen dominium habent rerum suarum, contractus ineunt, testimonij dictionem habent, agunt, & pulsantur in iudicijs, &c. [c] & colonis censitis, & ascriptitijs, similiores sunt quàm planè seruis: [d] *serfz de suyte, & de mainmorte, & taillables de taille serue.* Patresfamiliâs Galli vocant *franches personnes, usans de leurs droictz:* [e] filiumfamiliarum, *filz de famille.* Moribus quibusdam filiusfamiliarum tutor esse potest, sed patris accedente authoritate: quam vt præstet, iudex imperabit, si contumax erit, ipse authoritatem præstabit. Contrahere, agere, vel conueniri non potest sine parentis authoritate, aut procuratorem constituere: nisi aduersus parẽtem. Acquirit patri profectitia nisi matrimonium iam coierit, aut viginti quinque annos natus, domum propriam incolat: quibus casibus pro emancipato habetur. Maritus tamẽ in contractibus, & iudicijs, parẽtis authoritatem requiret, si minor sit annis viginti, aut 18. Quinimò & nupta minor viginti annis, aut 18. parentis authoritatem, & consensum desiderat: vt per matrimoniũ in hoc tantùm emancipati intelligantur, vt bona sua sibi habere liceat. [f] Eodem more inuiti filijfamiliarum non emancipantur: & parens actiones pro filijsfa. ritè intendit, & denique ex delicto sine parente pulsantur filij, [g] & ex delictis agunt, dato fideiussore iudicatum solui. Filiafamiliâs nupta, consensum parentis, & mariti, in negotijs requirit: quod à iure Romano alienum non est, cũ sit in vtriusque familia, & potestate. [h] Hoc interest, quòd nupta moribus sibi acquirat, vel marito: iure communi profectitia parenti quærantur, & aduentitiorum vsusfructus. [i] Porrò si mulier nupta palã negotietur, sinẽte marito, sine consensu mariti obligabitur, & ex ea caussa ritè aget. [k] Sunt mores quibus omnimodò coniuges sui iuris intelliguntur, *usans de leurs droictz:* [l] sunt quibus filijsfa.

¶ In publicis caussis parentũ iura intergescere, Gellius lib.11.ca 11.
a.l.nam quod ff. ad Trebel. Gel.li.2.ca.2.
b.l.cùm Prætor.ff. de Iud. in prin. Insti. qui test. tuto.
c. l.ii filiusfa. ff. de Tutel l. Luci⁹. de ad. tuto.
d.l.quæsitũ.ff. de In ius vo.
a. l.j.&.l.5.ff. de lib. agn.
b.l.& an eadem ff. de Re iudi.
c. d.l.5.
d. d.l 5.arg. C.rei inter alij.
e. d.l.j.
f. arg l.j.ff. de Cõfes. Quintil.lib 5.
g. l.j.ff. de rei vendi l.quoties.ff.de Proba.l § si libe. inge.l.Impe. de Pri.cred.
d.l.5.§.præiudi.de Actio.
b. d.§.præiudi. de Actio.
a.§.fin.Instit. qu.b.mod ius patr. vbi not. auten. quib. mod.nat. eff. sui Vid.Paul. lib.2.Sen.
b.vt hic.
c. Borb. 197. & seq.
d. C.de Agri. lib.11.C.
e. Paris.97.& seq.
f.Britann.tit. de Proc. & tit.de Min
g.auten.quib. mod. nat eff. §. generaliter.l.fin.C.de Bo.q.lib.§. si. insti. de Nupt.l. 4. ff. de Procur.
h.l si vxorẽ. C. de Condi. in f r.l. pronunci ff de Verb.sig.
i. insti.per.q.per in princ.C.de Bo.mat. & C.de Bo.q. lib.
k. Britan. Tit.de Nuptijs. Biturig.7.Paris.14.
l.Paris.17.Biturig.3.

filijfa. maiores annis vigintiquinque, vel palàm negotiantes, pro patribusfa. habentur:[m] infantes sine rescripto emancipantur, & absentes, contrà quàm iure communi constitutum est. Sed hæc ad titulum sequentem magis pertinent.

m. Biturig. 3. & 6. arg. l. 3. ͡j. ad mace. Biturig. §. cōtr. l. pen. C. de emancip.

DE ADOPTIONIBVS, ET EMANCIPATIONIbus, & alijs modis quibus patria potestas soluitur.

Titulus. VII.

Adoptione filiusfamiliarum fit, & esse desinit: emācipatione, & alijs modis, desinit esse filiusfamiliarum, & in patremfamiliarum transmutatur:[a] quæ ad statum, conditionémve personarū omnia pertinent,[b] & in iudicijs sæpe controuertuntur, cū de rebus disceptatur: ideo & hæ personarum differentiæ, ijs quæ superioribus titulis expositæ sunt, rectè subijciuntur.

a. insti. quib. mod. ius. pat. po.
b. l. non ali. ͡j. eod.

Ad. l. I. MODESTINVS Lib. 2. Regularum.

Iliosfamiliâs non solùm natura, ¶ uerùmetiam adoptiones faciunt.

F *Quod adoptionis nomen quidem generale est: in duas autem species diuiditur, quarum altera adoptio similiter dicitur, altera arrogatio. Adoptantur filijfamiliarum: arrogantur qui sui iuris sunt.*

¶ Adoptiuos naturalibus præferendos suadet Plin. in Panegyrico ad Traianū, & Adrianus imperator apud Dionem Cassiū.

Adoptio (si quis fortè exactiùs definire cupiat) actus est legitimus, quo filiumfamiliarum facimus.[a] Ea duplex est, adoptio & arrogatio: adoptio eum alterius filiumfamiliâs facit, qui alterius est: arrogatio eum qui sui iuris est. Coangustatur autem in hac diuisione generale nomē ad speciem alteram demonstrandam, per subauditionem exclusiuæ tantùm: id quod passim in iure factum animaduertemus: vt cùm in agnationem & cognationem, diuiditur cognatio: vbi Paulus expressit aliquando voculam tantùm.[b] veterem solēnitatem vtriusque adoptionis, & rationem verbórum, ex Gellio, qui volet, repetet.[c]

a. Theop. eo. in prin. & hic
b. l. j. & §. j. de Grad.
c. lib. 5. ca. 19.

Ad. l. II. CAIVS Lib. 1. Institutionum.

Generalis enim adoptio duobus modis fit: ¶ aut Principis authoritate, aut magistratus imperio. Principis authoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt: quæ species adoptionis dicitur arrogatio: quia & is qui adoptat, rogatur (id est interrogatur) an uelit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse: & is qui adoptatur, rogatur an id fieri patiatur. Imperio magistratus adoptamus eos qui in potestate parentis sunt: siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia: siue inferiorē, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. Illud utriusque adoptionis commune est, quòd & ij qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt: ¶ Castrati autem non possunt. Hoc uerò proprium est eius adoptionis quæ per Principem fit: quòd is qui liberos in potestate habet, si se arrogandum dederit, non solùm ipse potestati arrogatoris subijcitur, sed & liberi eius in eiusdem sunt potestate, tanquam nepotes.

¶ Hanc diuisionē eiusq; partes declarat Gell. lib. 5. noc. att. ca. 19.

¶ Non legūtur in P. Flo.

Generalis adoptio duobus modis fit, inquit, Generalem adoptionem dicit, adoptionem generaliter acceptam: vt alibi generalem iurisdictionem, sub generis nomine mandatam.[a] Ait, Iustum filium. Iustum filium, legitimum accipe, vt suprà diximus.[b] Ait deinde, spadones. Spadónes sunt qui frigiditate, aut vitio aliquo, dare operam liberis non possunt, natura tamē possunt: castrati, quibus testiculi execti sunt, vt ampliùs natura generare nequeant.[c]

a. l. cognitio. ͡j. de Offi. eo.
b. arg. l. 3. ͡j. pro soc. l. respon. ͡j. de Sta. ho.
c. Theop. ad. §. sed & illud eo. vbi not.

Ad. l. III. PAVLVS Lib. 4. ad Sabinum.

Si Consul uel Præses filiusfamiliâs sit, posse eum apud semetipsum uel emācipari, uel in adoptionem dari, constat.

Emancipatio liberorum, & in adoptionem datio, ex voluntate omnium tam parētum, quàm liberorum proficiscitur: vt nihil referat quis sit magistratus, cuius imperio fiat. In ijs enim quæ statuuntur inter litigantes, iudex idoneus non est Prætor sibi, vel liberis, ne in rem suam alienū ius vertat, vel suis plus satis tribuat, &c.[a] Hæc iurisdictionis contentiosæ, illa voluntariæ, alibi appellantur.[b]

a. l. qui iurisd. ͡j. de Iurisd.
b. l. 2. ͡j. de Off. procon.

Ad. l. IIII. MODESTINVS Lib. 2. Regularum.

Magistratum, apud quem legis actio est, & emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se posse, Neratij sententia est.

Lege agere, est quæ ad iurisdictionem voluntariam, contentiosámve pertinent, per magistratum solenni formula expedire. [a] Sed cur ait, apud quem legis actio est? an non apud omnem magistratũ est legis actio? [b] An non caussa restringendæ generalitatis, aut gratia attribuendæ proprietatis, hæc verba subiecta sunt, Apud quẽ &c. Equidẽ restringere existimo relationem. Nã & Paulus lib. II. Sent. tit. 26. non omnes magistratus municipales habuisse legis actionẽ significat.

a. Cicer. pro mure. l. Barb. j. de Offic. Præt. l. j. C. e. b. l. j. C. de emancip. autẽ. de defensor.

Ad. l. V. CELSVS Lib. 28. Digestorum.

In adoptionibus eorum, qui suæ potestatis sunt, ipsorum duntaxat uoluntas exploratur: sin autem à patre dantur in adoptionem, in his utriusque arbitrium expectandum est, uel consentiendo, uel non contradicendo.

Ad. l. VI. PAVLVS Lib. 35. ad edictum.

Cùm nepos adoptatur quasi ex filio natus, consensus filij exigitur, idq́ue etiam Iulianus scribit.

Ad. l. VII. CELSVS Lib. 38. Digestorum.

Cùm adoptio fit, non est necessaria in eam rem authoritas eorum, inter quos iura agnationis consequuntur.

Ad. l. VIII. MODESTINVS Lib. 2. Regularum.

Quod ut nec curatoris authoritas intercederet in arrogatione, antè tenuerat: sub diuo autem Claudio rectè mutatum est.

Subijcit personas, quarum voluntas in adoptionibus, & arrogationibus exploratur, voluntas autem in hoc argumento ea sufficit, quæ vel consentit, vel non contradicit: alibi consensu opus est. [a] Contrà inuitus est, & qui non consentit, & qui contradicit: & pro materia subiecta accipitur. Nã hoc loco pactione opus non est, quæ consensum habere debet: [b] vt in mandato, constitutione seruitutis, &c. Satis est enim visum, si pater det in adoptionem quem habet in potestate, nec filius præsens contradicat: cui benigniùs indultum est, vt dissentiendo patris voluntatem infirmet. Huc pertinet illa regula, qui tacet consentire videtur: [c] quæ fictionem iuris habet. Nam verum est, cum qui tacet, nec fateri, nec negare. [d] Quapropter species obseruãdæ sunt in iure, in quibus quasi consensus, vel consensus verus desideratur: & eatenus ad consequentiam producendæ, quatenus ratio suadet. [e]

a. l. inuitũ. j. de Ser. vrb. l. filiusfa. j. de Proc. b. l. j. j. de Pac. c. e. qui tacet. de Reg. iu. in 6. l. 2. j. sol. ma. d. l. qui tacet. j. de Reg. iur. c. is qui. de reg. iur. in 6. e. l. non poss. & l. seq. s. de ll.

Ad. l. IX. VLPIANVS. Lib. 1. ad Sabinum.

Etiam cæcus adoptare, uel adoptari potest.

Adoptio naturam imitatur: [a] quæ patrem, filiumq́ue cæcum, interdum agnoscit.

a. l. adoptio. j. eo.

Ad. l. X. PAVLVS Lib. 2. ad Sabinum.

Si quis nepotem, quasi ex filio natum, quem in potestate habet, cõsentiẽte filio adoptauerit, non agnascitur auo ut suus hæres: quippe cùm post mortem aui, quasi in patris sui potestatem recidit.

Suus hæres est cuique, qui in potestate est proximus: [a] qui ob spem eiusmodi hęres dicitur, nõ quòd hæres existat viuenti. [b] Quare Gallus induxit vt posthumus alienus institueretur, nõ suus: quandò proximus in potestate aui non esset tempore institutionis: licet post mortem suus hæres existat. [c]

a. §. ita. de Hęre. ab in. b. vt hîc. c. l. gall. j. de lib. &. po. l. pe. j. de Leg. j.

Ad. l. XI. IDEM Lib. 4. ad Sabinum.

Si quis cùm filiũ haberet, in nepotis locũ adoptasset: perinde atque si ex eo filio natus esset, & is filius author factus non esset, mortuo auo nõ esse nepotẽ in potestate filij.

Authoritatem, & consensum, hic confundunt iureconsulti: & in hac specie requirunt vt author sit, consentiátve filius: [a] ne ei inuito suus hæres agnascatur, [b] quãuis alioqui satis sit eos qui dantur in adoptionẽ non contradicere: [c] & auus nepotẽ det in adoptionem sine cõsensu filij. [d]

a. l. cũ nepos. sup. eo. & hîc. b. §. sed si quis instit. eo. c. l. in adopt. sup. eo. l. si. C. eo. d. d. §. sed si quis.

Ad. l. XII. VLPIANVS Lib. 14. ad Sabinum.

Qui liberatus est patria potestate, is postea in potestatem honestè reuerti non potest, nisi adoptione: sed si semel fuerit adoptatus, ampliùs adoptari non potest.

Ius semel extinctum restitui subtili ratione iuris nõ solet: vt seruus manumissus, & pòst redactus in seruitutem, alius videatur: [a] & filiusfa. emãcipatus, non possit esse quod fuit [b] Adoptione tamen quasi quilibet in potestatem reuertitur honestè, & legitimus fit qui fuerat naturalis. [c] Sanè & propter ingratitudinem emancipatus redigitur in potestatem, sine adoptione: [d] vt non sine effectu dicat, honestè, &c. Hanc regulam corrigit vno casu lex Iustiniani, [e] velut exceptione. Est enim ex nouis C. insertis.

a. l. qui res. §. areã. j. de Sol. b. arg. l. homo. s. de Sta. ho. l. filio. j. de Vulg. c. l. nepotes. s. j. tit. & hic. d. l. j. C. de Ingra. lib. e. l. cum in adop. C. eo.

Ad. l. XIII.

Ad l. XIII. PAPINIANVS Lib. 38. Quæstionum.

In omni ferè iure, finita patris adoptiui potestate, nullũ ex pristino iure retinetur uestigium. denique & patria dignitas quæsita per adoptionem, finita ea deponitur.

Ad l. XIIII. POMPONIVS Lib. 5. ad Sabinum.

Sed & nepos ex filio, apud adoptiuum patrem cõcœptus & natus, per emancipationem iura omnia perdet.

Ius ciuile tollit ciuile, naturale non æquè. Et ideo cognatio sola lege inducta, legitima emancipatione ita tollitur, vt nullum vestigium relinquat.[a] Nisi quòd nuptiæ consistere non possunt inter eum qui emancipauit, & emancipatam.[b] Non enim quod licet, sed & quod honestum est in matrimonijs considerari solet.[c] Nepos quoque ex adoptiuo filio, conceptus apud auum, & natus, per emancipationem omnia iura perdet: quòd per adoptionem patris, non per naturam nepos fuerit, & emancipatus, nepos esse desinat.

a. §. fi. de le. ag. tut. & hic. b. §. ergo. inst. de Nup. & 4. seq. l. quinctam. j. de Ritu nupt. c. l. semper. e.

Ad l. XV. VLPIANVS Lib. 26. ad Sabinum.

Si paterfamiliâs adoptatus sit: omnia quæ eius fuerũt, & acquiri possunt, tacito iure ad eum transeunt, qui adoptauit. Hoc amplius, liberi eius qui in potestate eius sunt, eum sequũtur: sed & ij qui postliminio redeũt, uel qui in utero fuerunt cũ arrogaretur, simili modo in potestatem arrogatoris rediguntur. Qui duos filios, & ex altero eorum nepotem habet: si uult nepotem, quasi ex altero natus sit, adoptare: potest hoc efficere si eum emancipauerit, & sic adoptauerit, quasi ex altero natum. facit enim hoc quasi quilibet, non quasi auus, & qua ratione, quasi ex quolibet natum potest adoptare, ita potest & quasi ex altero filio. In arrogationibus cognitio ¶ uertitur num fortè minor sexaginta annis sit is qui arrogat: qui magis liberorum procreationi studere debeat: nisi fortè morbus aut ualetudo in caussa sit, aut alia iusta caussa arrogandi: ueluti si cõiunctam sibi personam uelit adoptare. Item non debet quis plures arrogare, nisi ex iusta caussa: sed nec libertum alienum: nec maiorem minor.

¶ Ad hoc responsum & sequẽtes leges pertinent ea quæ elegãter disserit Cice. in oratione pro domo sua ad pontifi.

Ad l. XVI. IABOLENVS Lib. 6. ex Cassio.

Adoptio enim in ijs personis locum habet, in quibus & natura potest habere.

Ad l. XVII. VLPIANVS Lib. 26. ad Sabinum.

Nec ei permittitur arrogare, qui tutelam uel curam alicuius administrauit, si minor uigintiquinque annis sit qui arrogatur: ne fortè eum ideo arroget, ne rationes reddat. Item inquirendum est, ne fortè turpis caussa arrogandi subsit. Iis duntaxat pupillorum arrogatio permittenda est, qui uel naturali cognatione, uel sanctissima affectione ducti adoptarent: cæterorum autem prohibenda: ne sit in potestate tutorum & finire tutelam, & substitutionem à parente factam extinguere. Et primùm quidem excutiendum erit quæ facultates pupilli sint, & quæ eius qui adoptare eum uelit: ut æstimetur ex comparatione earum, an salubris adoptio possit pupillo intelligi. deinde cuius uitæ sit is qui uelit pupillum redigere in familiam suam. tertiò, cuius demum ætatis sit: ut æstimetur an meliùs sit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quemquam redigere in potestatem suam. Præterea uidendum est, an non debeat permitti ei qui uel unum habebit, uel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum quos ex iustis nuptijs procreauerit, diminuatur spes, quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi: aut qui adoptatus sit, minùs percipiat quàm dignum erit eum consequi. Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori, si uitæ eius sobrietas clara sit, uel affectio honesta, nec incognita. Satisdatio autem in his casibus dari solet.

Ad.l. XVIII. MARCELLVS Lib.26.Digestorum.

Non enim aliter uoluntati eius qui arrogare pupillum uolet (etiam si caussam eius ob alia probabit) subscribendū erit, quàm si cauerit seruo publico se restituturū ea quæ ex bonis eius consecutus fuerit, illis ad quos res peruentura esset si arrogatus permansisset in suo statu.

Ad.l. XIX. VLPIANVS Lib.26.ad Sabinum.

His uerbis satisdationis quæ ab arrogatore præstari debet, Ad quos ea res pertinet: & libertatibus prospectū esse quæ secundis tabulis datæ sunt, & multò magis substituto seruo, item legatarijs, nemo dubitat. quæ satisdatio si omissa fuerit, utilis actio in arrogatorem datur.

Iuris tantùm incipit esse penes arrogatorem, quantùm fuit penes arrogatum: & ideo quæ arrogati fuerunt, & ei per liberos acquiri potuerunt (castrensia enim non potuerunt)[a] ad arrogatorem transeūt, &c. [b] Ait, qui duos. In adoptione eorum qui in potestate sunt, alius dat in adoptionem, alius accipit: [c] ideo auus non potest adoptare nepotem ex altero filio natum, quasi ex altero natum, nisi emancipet, vt authore Principe arroget, quasi quemlibet extraneum. Inquit, in arrogationibus. Lege continenter vsque ad caput, Qui in adoptionem, & ex Institutionibus adde his lucem. [d] Ait lex, Et substitutionem a parente. Arrogatio pupilli infirmat testamentū ei à parēte factū: [e] & ideo satisdatio dari solet, qua substitutis, & legatarijs prospicitur: aut si testamentum factum non sit, hæredibus qui venturi erant ab intestato, si in sua familia pupillus mansisset. Ij sunt agnati proximi, qui per arrogationē desierūt agnati esse: vt ex stipulatione eis agēdum sit, non petitione hæreditatis. Et hæc ad ius Digestis comprehensum pertinent. Nam iure autentico, cognati cum agnatis vocantur ad successionem, & qui arrogantur non amittunt hæreditatis petitionē eorum qui agnati fuerunt: certè bonorū possessionē rectè petunt, cū ijs qui in eodem gradu sunt, agnatis. [f] Ea stipulatio his verbis concipitur à tabellione. Quicquid ex bonis Titij pupilli consecutus eris, ijs ad quos ea res pertinet, si intra pubertatem moriatur, restituere spondes? [g] Sed & fideiussores arrogatoris interrogat tabellio. Hæc ita factum iri fide vestra esse iubetis? [h] Datur autem actio directa, ex ea constitutione, quæ satisdari iubet: siue ea fuerit Antonini rescriptum, siue alia pars scripti iuris. Et quamuis constitutio non expresserit, si obmissa sit stipulatio, hæredes impuberis, & legatarios agere posse: ita interpretatur Vlpianus, quasi certa ea sit sententia constitutionis, aut certè si hoc cogitasset qui constituit vt satisdaretur, non dubium sit quin idem ius constituisset nominatim, obmissa satisdatione, quod locum habet ea data: & ideo vtilem actionem dandam à magistratu hæredibus pupilli, & legatarijs, in arrogatorē scribit.[i] Vbi haud satis compertum habent iureconsulti, an de obmisso casu cogitarit legulator, aut si cogitasset, idémne ius constituisset, in factum actiones à Prætore dandas voluerunt, magis quàm vtiles quasi ex iure ipso, hoc est ciuili. Atque ita Iustinianus ferè has actiones distinxit, de damno iniuria. [k] Dubium tamen non est, quin alij ex iureconsultis vtilem actionem dandam, alij in factum ex eadem caussa scripserint. Dandam enim actionem conuenit inter eos plærumq;, sed vtrúmne ex sententia legis, an ex suppletione Prætoris, non satis conuenit: & ideo in factum dari à Prætore actionem, ratione æquitatis suadente, magis quàm incerta cōiectura voluntatis niti, sæpe placuit.[l] Sed hæc suo loco obseruabuntur opportuniùs. Sanè iure ciuili, hac cōstitutione vetustiori, alteri stipulando alter non acquirebat: [m] & ideo ex simili stipulatione Prætoria, vtilis actio datur, non directa: vtpote quam nulla pars iuris ciuilis confirmat, sed tantùm iurisdictio Prætoria. [n] Quòd plærique omnes producunt ad consequentiam stipulationem hanc serui publici, [o] mihi non placet. An quia pro pupillo tabellio, magistratusque stipulari potest, [p] vel hoc loco pro incertis hæredibus pupilli, aut alioqui in iudicijs, ideo indistinctè extra iudicium tabelliones pro nobis stipulantur? [q] Porrò his temporibus serui adhuc tabularij esse potuerunt. [r]

a. inst. per.q. per.§.j.
b.§.cū autem. insti.eo. &.§. illud prop.
c. l. in adoptio. sup.eod.
d. instit.eo.§. cū auté. &.§. illud prop.
e. instit.quib. mod. testa. infir.l. qui ex liberis.j. de Bo. poss.se. tab.
f. auten. de Her.ab intes.
g. vt hic.l. ob ali.&.l. seq.
h. l.a.C.eo.
i. vt hic l.his.
k.§.fi.inst.de L.aquil.
l. Litem si ob. j.ad.l. aquil. quia.j. de præs.verb l. quoties.eo.& d.§.fi.
m.§.alteri. de inutil.stip.
n.l.4.j.rē pupill.l.j.j. de magi.con.
o. Bar.ad.l fi arrogator. hic.
p l.j.j.de magi.con.d.l. 4. j. rem pupill.
q.l.stip.ista.§. alteri. j. de Verb.ob.
r. l. generali. C.de tabell.

Ad.l. XX. MARCELLVS Lib.26.Digestorum.

Hæc autem satisdatio locum habet, si impubes decessit. Sed etsi de pupillo loquitur, tamen hoc & in pupilla obseruandum est.

Ad.l. XXI. CAIVS Lib.singulari Regularum.

Nam & fœminæ ex rescripto Principis arrogari possunt.

Supplet Marcellus constitutionem de pupillo loquentem, quam ad pupillam porrigit. [a]

a.l.oam vt ait supr.de ll.l.3. j.de fund.do. l.orat. j. de sponsal.arg.

Ad.l. XXII. VLPIANVS Lib.26.ad Sabinum.

Si arrogator decesserit impubere relicto filio adoptiuo, & mox impubes decesserit: an hæredes arrogatoris teneātur? Et dicendum est, hæredes quoq; restituere debere bona

arrogati,

arrogati, & præterea quartam partem. Sed an impuberi arrogator substituere possit, quæritur. Et puto nõ admitti substitutionem, nisi fortè ad quartam solam quam ex bonis eius consequitur: & hactenus, ut ei usque ad pubertatem substituat. Cæterùm si fidei eius committit, ut quandoque restituat, non oportet admitti fideicommissum: quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, sed principali prouidentia. Hæc autem omnia dicenda sunt siue in locum filij, siue in locum nepotis aliquis impuberem arrogauerit.

Obligatio ex suprà scripta satisdatione de restituẽdis bonis arrogati, & pręstãdis legatis, &c. & ex constitutione D. Pij de quarta parte bonorum arrogatoris relinquenda arrogato, transit in hæredes tam arrogatoris, quàm arrogati. Quod regulare est in obligationibus ex contractu, vel quasi contractu venientibus.[a] Qui enim arrogat pupillũ, aut contrahit satisdando, aut quasi contrahit arrogando.[b] Ait lex, Ad quartam solam. Pater pro pupillo testamentum facere potest intra pubertatem, & hæredem ei instituto substituere: post pubertatem si substituerit directo, nihil agit:[c] sed per fideicommissum rogare oportet. Quamquam ex qualitate personę, vt militis testantis, &c.[d] verba ciuilia, id est iure ciuili prodita, ad fideicõmissum, assidua quadam iurisdictione inductum magis, quàm iure ciuili, traducantur.[e] Sed hoc recœptum est in parente naturali, quòd filius impubes nulla bona ferè habeat hoc iure (castrensia enim absque priuilegio non habet impubes)[f] non etiam in arrogatore, qui de bonis arrogati disponere nõ potest. De quarta tamen suorum bonorum, quam ei relinquere tenetur, vel si quid præterea beneficio eius, arrogatus acquirat, eadem ratione testabitur pro arrogato intra pubertatem, qua pater naturalis testatur. post pubertatem per fideicommissum ideo frustrà arrogator rogat arrogatum, quòd non voluntario eius iudicio quarta pars bonorum ad arrogatum perueniat, sed legis prouidentia: quod in patre naturali contrà obseruatur.[g] Si quid tamen præter quartam debitam ei reliquerit, in eo fidei eius committere, exemplo naturalium parentum poterit: & à contrario id hic locus arguit.[h] Quapropter si quid ad pupillum naturalem, post mortem patris aliunde peruenerit intra pubertatem, in eo directa substitutio patris valebit quidem. Fideicommissum non valebit.[i] Quod hodie in aduẽtitijs locum habet simili ratione.[k] Quamobrem pro regula obseruabis, patrem primas tabulas, id est proprium testamẽtum, & secundas tabulas, hoc est pupilli testamentum simul scribere posse, & tam de bonis ad pupillum aliunde post mortem suam peruenturis, quàm de ijs quæ ei relicturus est, disponere substituẽdo, vsque ad pubertatem. Et hæc directò fieri dicuntur, nimirum ex iure ciuili, & moribus per se testator disponit, nõ per obliquum, alienúmve ministerium, fidei hæredis committendo. Quæ vsque adeò vera sunt, vt exhæredato filio substituere (non etiam à substituto legata relinquere) pater naturalis queat, licet nihil ei relinquat.[l] Hoc enim moribus ei concessum est, ob patriá potestatem, vt in eam ætatem pro filio faciat testamentũ, antè quàm ipse sibi facere non possit: atque ita hæredibus ab intestato ad bona pupilli venturis incommodare.[m] Et hæc in patre naturali recępta sunt vsque ad pubertatem. Sanè post pubertatem directò ei non substituet, quod iam ipse de rebus suis disponere per ætatem possit: sed vt ea bona quæ ei ipse relinquit, alijs restituat, per fideicommissum rogare poterit: vt alium quemlibet hæredem,[n] vt bona aliunde obuentura restituat, frustrà rogabit: ne de alieno disponat, de quo dominus possit disponere.[o] Arrogator in eadẽ caussa non est, vtpote qui non aliter arrogat quàm caueat, &c. & quartam bonorum partem necessariò impuberi relinquit: ideo de bonis quæ pupilli fuerunt, disponere non potest vsque ad pubertatem, sed tantùm de quarta, quæ pupilli non fuit: & si quid prætereà ei ipse reliquerit vltrò. Per fideicommissum de quarta, & bonis aliunde obuenturis, nequicquàm disponet, de eo quod ipse relinquet vltrò, rectè.[p]

Ad.l. XXIII. PAVLVS. Lib.36. ad edictum.

Qui in adoptionem datur, ijs quibus agnascitur, cognatus fit: quibus verò non agnascitur, nec cognatus fit, adoptio enim non ius sanguinis, sed ius agnationis affert: & ideo si filiũ adoptauero, uxor mea illi matris loco non est. Nec enim agnascitur ei, propter quod nec cognatus eius fit. Item nec mater mea auiæ loco illi est, quoniam ijs qui extra familiam meam sunt, non agnascitur: sed filiæ meæ is quẽ adoptaui, frater fit,[*] *quoniam in familia mea est filia: nuptijs tamen eorum prohibitis.*

Adoptiuus filius, cognatus fit legitimus patri adoptiuo, & omnibus cognatis eius: Vxori, auiæ, & cæteris quibus cognatus non esset naturalis filius, non fit cognatus adoptiuus. Patri, auo paterno, fratri, filio, filiæ, & alijs qui in familia sunt adoptantis, & nomen idem familiæ ferunt, agnatus fit: nimirũ filius, nepos, filius fratris, frater.[a] Quos ita licet appellemus plenissimè, propriè tamen in locum filij, nepotis, fratris, adoptati dicuntur:[b] & ideo in cõditionibus, si sine li-

 beris

a.l. ex contractu us. j. de actio.
b. arg. inst. de obl. ex qua. con.
c. §. pen. & fi. inst. de pupilla.
d. l. centurio. j. de vulg. l. scaunla. ad trebell.
e. insti. de fideico. hæ. in prin. l verbis. j. de vulg.
f. l. sacratis. j. ad tet. insti. per. q. per. in prin. l. castrẽse. j. de castr. pec. l. sed & mi. §. iam verò militi minori. l. pen. j. de leg. 3. l fi. C. de testa mili.
g. vt hic. & §. sed si plures. j. de vulg. l. qui libetis.
h. d. §. fi.
i. § nõ solũ insti. de pup. vbi not. & hic. & d. §. sed si plures.
k. l. cùm oportet. C. de bo. q. lib. §. t. insti. per. q. per.
l. l. qui libe. §. sed si plures. j. de vulg. l. qui fundum. §. qui filios. & l. in ratio. j. ad. l. falcid. d. §. non solũ. l. cum quidã. C. de lega.
m. inst. de pup. substi. in prin. a. d. §. fi.
o. d. l. cũ quidam. d. l. in ratio in fi.
p. vt hic. & d. § sed si plures.
* Aliàs & quandiu.
a. vt hic. & §. patris. j. de in ius vo.
b l. t. l. cum nepos & l. si quis §. eo. l. hinum. §. i. tit.

beris decesserit, Quandiu liberos habuerit,&c.adoptiui filij,vel nepotes, inter liberos non habentur.[c] Nam in hisce conditionibus proprietatem sermonis obseruamus, nec producimus ad consequentiam scriptum,[d] nisi eadem voluntas in vtroque casu appareat.[e]

c l. fideicõ. j. de condi. l. si ita quis.de.l.2 §.fi.
d.l fi.C.de his qui ve.æta.
e l.si mater C de insti.

Ad.l. XXIIII. VLPIANVS. Lib.1.Disputationum.

Neque absens,neque dissentiens arrogari potest.

Dissentientem non posse arrogari suprà dixit:[a] sed quia non potuit commodè separari ab eo quod de absente hic dicit, repetitur:[b] item quod de absente hic constituit,capite sequenti repetet:quòd ab eo seiungere non licuit quod de procuratore ait: vt taceã pleniùs inibi cõstitui tam de adoptione, quàm de arrogatione. Sed cur inter præsentes? an non quòd naturam imitatur?[c]

a.l.in adopt.
b.arg.const.1. &.§.ĩ.
c.l. adoptio.ĩ. eo.

Ad.l. XXV. IDEM. Lib.5. Opinionum.

Post mortem filiæ suæ,quæ ut materfamiliâs quasi iure emancipata uixerat, & testamento scriptis hæredibus decesßit,aduersus factum suum,quasi non iure eã,nec præsentibus testibus emanciparit pater:mouere controuersiam prohibetur. Neque *adoptare, neque arrogare quis absens, nec per alium eiusmodi solennitatẽ peragere potest.*

Pater qui agnoscit se emancipasse filiam,& eam passus est viuere quasi iure emancipata esset, non auditur si id deinde caussetur,non ritè,& præsentibus testibus emancipasse. Testes enim ad probandum emancipationem adhibentur:[a] de qua,si confessione patris fidem facit iudici filia, & se in quasi possessione libertatis vixisse ostendit, cur aduersus factum suum patrẽ audias mouentem controuersiam?[b] Erat autem magna solennitas testium temporibus Vlpiani,in emãcipatione filiæ obseruanda:[c] quæ tamen necessaria non erat aduersus eum qui fatebatur: quod & ad controuersum ius testamenti producere possis. An qui fatetur patrem legasse animo donandi,audiendus erit,si solennia defuisse testamẽto dicat?[d] Sanè alius admitteretur ad probandum emancipationem non rectè factam:[e] pater qui emancipauit non admittitur, qui cùm factum agnoscat,iuris subtilitate se defendat:cùm præsertim subtilitas illa iuris,& solennitas,ad probãdam illam voluntatem adinuẽta sit. Quam ob rem qui inutilem acceptilationem pactum habere negat,consensisse cum qui acceptum tulit,ne fateatur.[f] In hoc enim solennia,verbaque concœpta sunt contrahentibus testantibus,emancipantibus, &c. præstituta vt ex his voluntas appareat:de qua si conuenit,frustrà ad solennitatis aucupia confugimus.[g]

a.l.ab ea.j. de prob.
b.vt hic.
c. Caius in Inst. Theop §. præterea.inst. quib.mod.ius pa po.
d l. si veritas. C de fideicõ. § fi.inst.de fideicõ hær.
e.l. ab ea. j. de proba.
f.l.an inutil.j. de accept.
g.d.§.fi.

Ad.l. XXVI. IVLIANVS. Lib.25.Digestorum.

Quem filius meus emancipatus adoptauerit: is nepos meus non erit.

Ratio huius responsi est,quòd ijs quibus agnascitur, cognatus fiat demum adoptiuus:[a] & emancipatus patri agnatus non sit,sed caput nouæ familiæ.[b]

a l. qui in. ĩ. eo.
b.l. pronunci. j.de verb.sig.

Ad.l. XXVII. IDEM. Lib.35. Digestorum.

Ex adoptiuo natus,adoptiui locum obtinet in iure ciuili.

Ex adoptiuo filio natus,adoptiuus quidem nõ est,sed locum adoptiui obtinet. Non enim ipse adoptatus est, sed pater eius, qui ob id propriè adoptiuus dicitur:ex eo natus, quasi adoptiuus, vel pro adoptiuo, & loco adoptiui habetur.[a] Quapropter in iure ciuili,& legibus, quod de adoptiuo statuitur,in quasi adoptiuo locũ habebit: in priuilegijs,&c. à propria verborum significatione non recedemus,nisi de voluntate constet.[b] Quod & de filio,& adoptiuo filio,similiter dicendum est. Nam plenissimè,vt dixi,cognationis appellatione, legitima tantũ cognatio etiam significatur:[c] propriè tamen naturalis cognatio hoc verbo demonstratur. Itaque filij,nepotis, fratris,patris appellatione, adoptiuos etiam contineri in lege respondebimus, nisi alia voluntas appareat:[d] in iure singulari,priuilegio,more regionis legibus aduerso,testamento,&c. non recedemus à germana verborum significatione,nisi voluntas alioqui certa sit.[e]

a.vt hic.
b.l.non aliter. j. de leg.3. l. quod,verò. ĩ. de ll.
c.l.non facilè. j.de gradi.
d.l 1.l.6.l. sed & .ĩ. eo. &.l. quem.l.filium ĩ.t.re.
e.l. fideicõ j. de cond. l. si quis.de leg.1. § fi l.non aliter de leg.3.

Ad.l. XXVIII. CAIVS. Lib.1.Institutionum.

Liberum arbitrium est ei qui filium, & ex eo nepotem in potestate habebit: filium quidem de potestate dimittere,nepotem uerò in potestate retinere:uel ex diuerso,filium quidem in potestate retinere, nepotem uerò manumittere: uel omnes sui iuris efficere. Eadem & de pronepote dicta esse intelligimus.

Manumittere generale verbum est,quòd filij mancipari & manumitti cõsueuerint, serui manumitti.[a] Sed cùm mancipari, & manumitti in eodem loco dicitur, ad seruos specialiter refertur:quod de adoptionis appellatione,& cognationis, suprà obseruauimus.[b]

a. Caius in Inst. Theop. §. præte. quib. mod. ius pa. po.
b.l.1 j. quam act. de ne.l.a j de off. procon.

Ad.l. XXIX. CALLISTRATVS. Lib.2.Institutionum.

Si pater naturalis loqui quidem non poßit:alio tamen modo quàm sermone, manifestum facere poßit,uelle se filium suum in adoptionem dare: perinde cõfirmatur adoptio, ac si iure facta esset.

Dubium

Dubium non est quin apud populum primùm, deinde apud magistratum loqui eum oportuerit qui arrogabat, & eum qui dabat in adoptionem, & qui adoptabat.[a] Et ea quidè adoptio iusta, vel iure facta dicebatur.[b] Si pater ergo naturalis loqui non possit, iniusta erit adoptio, hoc est solenni more facta non erit: sed perinde confirmabitur rescripto principali in hoc impetrato, ac si iure, id est solenniter facta esset.[c]

a.l.2.C.eo.l.2. §.eo.Gell. b l.1.§. de inst. test. arg. & insti. quib. mod. test. infir. c.arg.l. adoptio.§.eo.

Ad.l. XXX. PAVLVS. Lib.1.Regularum.

Et qui uxores non habent, filios adoptare possunt.

Adoptio in his personis locum habet, in quibus & natura:[a] at qui vxorem nō habet, vxorem ducere, & liberos suscipere natura potest plærumque: vt nihil noceat adoptare volenti, quòd vxorem non habeat, modò alioqui idoneus sit qui adoptet.[b] Quam ob rem sacrificus Christianus adoptabit, qui natura generare potest.[c]

a.l.adoptio.§.eo. b.vt hic. c.oot.hic.

Ad.l. XXXI. MARTIANVS. Lib.5.Regularum.

Non potest filius qui in potestate patris est, ullo modo compellere eum ne sit in potestate: siue naturalis, siue adoptiuus sit.

Regula est iuris, ex lib. quinto regularum Martiani translata: quæ ita procedit, vt sine caussa non possit filius cogere parentem ad dimittēdum potestate. Ex certis caussis potest citra restitutionem in integrum:[a] quibus cessantibus, minor etiam restituetur, si se circumuentum probauerit.[b]

a.§.l. seq. l. si leno. C. de epis.aud.l. & si §.eo. b.l.3.§. de minor.not.§.si.§ quib.mod.ius pa.po.

Ad.l. XXXII. PAPINIANVS. Lib.31.Quæstionum.

Nonnunquam autē impubes qui adoptatus est, audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret: idque caussa cognita per iudicem statuēdum erit. Nam Imperator Titus Antoninus rescripsit, priuignum suum tutori adoptare permittendum.

Ait, Priuignum. Tutor pupillum suum minorem vigintiquinque annis non adoptat:[a] priuignum tamen suum tutor adoptat. Regula enim est ne tutor eum adoptet, cuius tutelam gessit: quod cognita caussa permittitur.[b]

a.l.oee.§.eo. b.vt hic. & d. l.nec.

Ad.l. XXXIII. MARTIANVS. Lib.5.Regularum.

Et si pubes factus non expedire sibi, in potestatem eius redigi, probauerit: æquum est emancipari eum à patre adoptiuo, atque ita pristinum ius recuperare.

Redigi in potestatem ait eum qui nunquam antè in potestate fuit:[a] vti redigi in scripturam mores, & redigi in potestatem hostes dicimus. Redigimus etiam quod reducimus in pristinum locum, vt in memoriam, in concordiam, &c. Accursius impropriè illud dictum putat: ego vsum latinorum habeo loco proprietatis.[b]

a.l.si.§.1. tit.l. si paterfa. §. eo. b.l. anniculus §.de verb. sig.

Ad.l. XXXIIII. PAVLVS. Lib.11.Quæstionum.

Quæsitum est. Si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus (ut post triennium puta) eundem mihi in adoptionem des: an actio ulla sit? & Labeo putat nullam esse actionem, nec enim moribus nostris conuenire, filium temporalem habere.

Actus quidam legitimi sunt, qui in totum vitiantur adiecta die, vel conditione.[a] Adoptio quoque vitiatur, nec ad tempus facta perpetuatur. Certè actio ex pacto, vt post tempus detur in adoptionem, nulla est.[b] Eius rei rationem Paulus adfert, mores Romanorum, quibus non conuenit filium in diem habere. An non ideò quòd adoptio naturam imitetur?[c] Nam naturalis filius temporalis non est. Sunt actus qui ipso iure ad tempus non valent, sed ex pacto exceptio datur: de quibus suo loco.[d] Legis ergo actionem, adoptionis actum hic accipe.

a.l.actus.§. de reg.iur. b.vt hic. c.l.adoptio. §. eo. d.l seruitus.ipso.§.de ser.

Ad.l. XXXV. IDEM. Lib.1.Responsorum.

Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur. unde Senator & si à plæbeio adoptatus est, manet tamen Senator, similiter manet & Senatoris filius.

Adoptio cognationem naturalem nō tollit, sed agnationem, legitimamve cognationem inducit, & mutat.[a] Ideo nec originem patris naturalis,[b] nec claritatē generis amittit adoptiuus, nec propriam dignitatem ponit adoptatus à plebeio.[c] Cōtrà si à senatore, vel alioqui claro adoptetur plebeius, vel alioqui inferioris dignitatis, dignitatem nouam acquiret in nouam familiam, & cognationem legitimam translatus. Eadem ratione per emancipationem dignitas naturalis parentis non amittitur: sed adoptiui parentis quæsita dignitas legitima cognatione, eadem rursus posita, perditur.[d] Sed cur contrà fœminæ non retinent parentum dignitatē plæbeis nuptæ?[e] An non vt ea multa arceantur à plæbeiorum connubijs? Porrò Senatorem hic vocat non senatorium quemlibet, sed qui in hoc lectus est à Principe, vt inter senatores sententiam dicat. Nam senatorij, & filij senatorum, & nepotes, interdum senatores appellantur:[f] vt & ij qui honoribus curulibus functi sunt, & ius dicendæ sententiæ in senatu habent,[g] licet in senatū lecti non

a.d.l. non facilè.§.de grad. b. l. ordine.§. si.§.ad muni. c. vt hic & .§. de sena.l.senato.fil. d.l.emancip.§ de sena. §. eo. l.in omni. e.l.fœminæ & l.si. de senat. inf. f l.plæbs. inf. de verb.sig. g.l.si.inf.de sena.Gell.lib.3.

non sint, nec propriè senatores appellentur.

Ad l. XXXVI. IDEM. Lib. 18. Responsorum.

Emancipari filium à patre quocunque loco posse constat, ut exeat de patria potestate. Apud proconsulem, etiam in ea prouincia quam sortitus non est, & manumitti, & adoptionem dari posse placet.

Voluntariæ iurisdictionis esse emancipationem, manumisionem, adoptionem, suprà dixi. Et ideo semper, & vbique fiunt:[a] quod contentiosæ iurisdictioni non conuenit. Nam alieni territorij hominem coercere magistratus non oportet, nec alibi quàm pro tribunali expedire negotia, quæ caussæ cognitionem maiorem desiderant.[b] Quæ voluntate omnium fiunt, & de plano, & in aliena prouincia, apud quem legis actio est, rectè fiunt.[c]

a. §. serui. inst. de liber. Paul. lib. 2. senten. tit. 26.
b. l. fi. j. de iurisd. l. 1. j. de offi. proc. & l. nequicquam.
c. d. §. serui. l. etiam. de manumissis vindi. d. l. 1. & 2. de offi. procon. l. 4. ŝ eo.

Ad l. XXXVII. IDEM. Lib. 2. Sententiarum.

Adoptare quis loco nepotis potest, etiam si filium non habet. Eum quem quis adoptauit, emancipatum, uel in adoptionem datum, iterum non potest adoptare.

Ex libro secundo Sententiarum, siue factorum, hæc translata sunt: quia in receptis sententijs non extant. Adoptare autem nepotis loco potest qui filium nõ habet: quòd natura & filium habere, & nepotem ex filio, vel mortuo filio nepotem solùm habere posit. Quod deinde sequitur, ideo receptum est, quòd iterata eiusdem adoptio, vel fraudis, vel leuitatis suspicionem moueat. Filius, quem natura fecit, emancipatus, semel reuerti potest citra suspicionem eiusmodi, in patris potestatem, adoptione.[a] Neque enim ludibrio leges habere videtur, qui semel earum beneficio vtitur:[b] cùm præsertim reddatur filius patri adoptione, magis quàm in eum transferatur.[c]

a. l. qui libe. ŝ. eo.
b. l. fi. C. de bo. q. lib.
c. l. filin. j. de vulg.

Ad l. XXXVIII. MARCELLVS. Lib. 26. Digestorum.

Adoptio non iure facta, à Principe confirmari potest.

Adoptionem non iure factam dicit Marcellus, quæ vel apud magistratum municipalem, qui non habebat legis actionem: vel absente adoptatore facta est, &c. quę confirmari potest à Principe, vt suprà de emancipatione dixi.[a]

a. l. pòst. ŝ. eo.

Ad l. XXXIX. VLPIANVS. Lib. 3. de offi. Proconsf.

Nam ita diuus Marcus Eutichiano rescripsit: Quod desideras, an impetrare debeas, æstimabunt iudices adhibitis etiam ijs qui contradicerent, id est, qui læderentur confirmatione adoptionis.

Rescriptum D. Marci producit ad consequentiam:[a] inde constat iudices non debere iudicare secundum rescripta principalia (quod integrare literas Regias dicũt) nisi vocatis ijs qui probabiliter contradicerent, & lædi possent rescriptis à iudice admisis.[b] Adoptionis autem cõfirmatione lædi possunt filij naturales adoptantis, qui successuri erant patri in solidum:[c] non item alij agnati, vel cognati, quos pater testamento excludere potuit hæreditate.[d] Nisi malis & hos adhibendos, quòd ab intestato succedere posint.[e]

a. l. 1. ŝ. de cõsti. l. non poss. ŝ. de ll.
b. l. in caussæ. §. caussa. j. de mino. l. fi. j. de resti. nat. l fi. C. si per vim.
c. l. nec ŝ. eo.
d. insti. de exhæ. lib. l. 7. ŝ. eo.
e. not. hic.

Ad l. XL. MODESTINVS. Lib. 1. differentiarum.

Arrogato patrefamiliâs, liberi qui in eius erant potestate, nepotes apud arrogatorem efficiuntur: simulq́ue cum patre suo in eiusdem recidunt potestatem, quod non similiter in adoptione contingit: nam nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur potestate. Non tantùm cùm quis adoptat, sed & cùm arrogat, maior esse debet eo quẽ sibi per arrogationem uel per adoptionem filium facit: & utiq; plena pubertate, id est, decem & octo annis eum præcedere debet. Spado arrogando suum hæredem sibi adsciscere potest: nec ei corporale uitium impedimento est.

Repetit quædam legumlator, quòd commodè seiungi non potuere.[a] Addit eum qui adoptat plena pubertate, id est decem & octo annis præcedere debere filium. Nam licet pubes, id est annos natus quatuordecim, generare posit, & adoptio naturam imitetur, tamen visum est id temporis expectandum ei qui adoptare cupit, quo frequentiùs generare solent, qui liberis operam dant. Quo tempore non solùm pubescit, sed planè pubescit masculus. Spado cur adoptare posit, non autem castratus, suprà diximus.[b]

a. l. 22. l. si pater. ŝ. eo. arg. cõsti. 1. & 3. ŝ.
b. d. l. 2. ante. Insti. eo.

Ad l. XLI. IDEM. Lib. 2. Regularum.

Si pater filium, ex quo nepos illi est in potestate, emancipauerit, & postea eum adoptauerit: mortuo eo, nepos in patris non reuertitur potestatem: sed nec is nepos in patris

tris reuertitur potestatem, quem auus retinuerat filio dato in adoptionem, quem denuò readoptauerit.

Ratio huius regulæ est, quòd emãcipatus, vel datus in adoptionem à patre naturali, familiam amiserit, & quasi quilibet extraneus in eam familiam deinde pòst redierit. [a] Exhęredatio tamen antè facta ei nocet, quòd redditus parenti magis quàm translatus in nouam familiam videatur: vt alibi lex ait. [b] Obserua obiter reuerti, redadoptare, iterum adoptare, [c] recidere, redigere, [d] & id genus, dici interdum non quòd idem actũ, idémve factum iteretur, sed quòd post alium actum, &c. hæc fiant. Vnde titulus de dote relegata, quòd dos profecta à muliere, per legatum pòst ad eam reuertatur.

a. not. ĩ.l. qui libera. b.l filio.ĵ. de vulg. c.d.l.filio. d.not.l.& si ĩ. eo.

Ad.l. XLII. IDEM. *Lib.1.* [Greek]

Etiam infantem in adoptionem dare possumus.

Minor septem annis infans est, [a] non quòd omninò non loquatur, (nam sex annos natus articulatè loquitur) sed quòd non satis expeditè loquitur. Dari autem in adoptionem infans potest, quòd satis sit, si non dissentiat qui datur parentis iudicio in adoptionẽ. [b] Impubes arrogari quidem potest, sed seruata solennitate præscripta. [c] An autẽ infans arrogari possit, apertè scriptum non extat: sed verius est non posse, quòd rogari debeat, [d] & id à contrario hic locus confirmat. Olim nõ nisi vesticeps, id est pubes, arrogari potuit, [e] quod deinde aliter obseruatũ est. [f] Emãcipatio verò infantis fit principali rescripto, quòd in ea re verbi opus non sit.

a.l.si infanti C. de iur. delib. b.l.5.ĩ e. c.l. 2. C. eo.l. nec.ĩ.eo.& ll. seq. d.l.2.ĩ. e.Gel.lib.5. f.d.l.nec.&.d. l.2.eo.

Ad.l. XLIII. POMPONIVS. *Lib.21.ad Q. Mutium.*

Adoptiones non solùm filiorum, sed & quasi nepotum fiunt: ut aliquis noster nepos esse uideatur, perinde quasi ex uero filio, uel incertè natus sit.

Nota quasi nepotem, & nepotem uideri, ad fictionem legis pertinere. Quod excussum est, incertè, pro deinceps, eò spectat, vt ex incerto filio, nepotem adoptiuum habere possimus: quòd & caput sequens probat. Et fortassè legendũ est, vel incerto, hoc sensu, perinde quasi ex filio etiam incerto.

Ad.l. XLIIII. PROCVLVS. *Lib.8.* [Greek]

Si is qui nepotem ex filio habet, in nepotis locum aliquem adoptauit: non puto mortuo auo iura consanguinitatis inter nepotes, futura esse. sed si sic adoptauit, [*] *ut etiam iure legis nepos suus esset, quasi ex Lucio (puta) filio suo & ex matrefamiliâs eius natus esset, contrà puto.*

[*] Aliàs ut iam iure legéque nepos sibi esset, quàm si ex Lucio.

Eccè quod ad caput præcedens dixi, loco nepotis adoptari quasi ex incerto filio: quod is facit qui filium non habet. [a] Sed & qui filium habet, si in locum nepotis adoptet, adoptiuus nepos nõ erit consanguineus, [b] id est frater nepotis naturalis, nisi quasi ex filio nominatim adoptauerit, & ex quasi matrefamiliâs eius, id est vxore. Id vt fiat, consensus filij exigitur, vt suprà dictum est. [c] Ait, Iure legis, hoc est nepos legitimus, qui adoptiuus dicitur.

a.l. adoptare. ĩ.eo. b.§.1.instit. de leg.ag.suc.l.2. &.2.ĵ. de suis & leg. c.l.si quis cũ.

Ad.l. XLV. PAVLVS *Lib.3.ad.l.Iuliam & Papiam.*

Onera eius qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptiuum transferuntur.

Adoptiuus cum commodo, & incommodo transfertur in potestatem adoptantis. Iustum enim est vt is cui acquirit lucrum, damnum etiã sentiat, & de peculio eius nomine pulsetur, exhibere compellatur, [a] &c.

a.inst.de acq. per arrog.

Ad.l. XLVI. VLPIANVS. *Lib.3.ad.l.Iuliam & Papiam.*

In seruitute mea quæsitus mihi filius, in potestatem meam redigi Principis beneficio potest: libertinum tamen eum manere non dubitatur.

Etsi libertum alienum arrogare non liceat cum incommodo patroni, [a] in potestatẽ tamen patris naturalis redigi potest, Principali beneficio: sed ita vt libertinus maneat. Hoc enim naturali patri specialiter datum est, aduersus regulã suprà scriptam, vt arrogatione, filium tn̄ seruitute quæsitum in suam potestatem redigat. Quod Anastasius generaliter naturalibus parentibus indulsit: & Iustinianus deinde vetuit. [b] Nisi malis Principali beneficio, quo naturalis legitimus fiat, opus esse, nec sufficere arrogationis mentionem fieri in rescripto: vt à Iustiniano generaliter constitutum est. [c] Quòd verò ait libertinum manere, posteriorem sententiam magis arguit: quando sola arrogatione, nec ingenuus quidem adoptando, ad iura ingenuorum perducat: [d] tantùm abest vt pater libertinus adoptione faciat ingenuum.

a.l. si pater.ĩ. eo. b.l.leg.C.de natura.lib. c.auten. quib. mod. nat.eff. leg.& d.l. d.l.si ĩ de sta. ho.Gell.lib.5.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Sed nunc ius Gallicanum de adoptionibus, &c. videamus. Et quidem in legibus Regijs, moribusque regionum scripto etiam constantibus, nulla adoptionis, arrogationisve mẽtio extat.

Quibus

Quibus ea quæ constituta non sunt, iure communi, id est Romano, definiri inter pragmaticos conuenit, & iure Gallorum proprio etiam constitutum est. [e] Igitur in iure communi, quod in Pandectis de adoptione speciali scriptum est generaliter, Iustiniani lege Codici inserta, velut exceptione quadam corrigitur: [f] nimirum vt adoptio pleno iure valeat, si auis, vel proauis, &c. quis detur adoptandus, nec is viuo parente naturali, emancipet adoptatum. Hoc enim tantùm casu in potestatem parentis adoptiui transit, & sub naturalis potestate esse desinit. Deinde pòst lege eiusdem autentica, ita in successione abintestato sublata est agnationis differentia, & patriæ potestatis, vt nihil referat, in potestate patris naturalis sit filius, an in potestate adoptiui: & naturalibus parentibus, & cognatis, nihilominùs succedat, & contrà huic illi, quàm si adoptio nulla interuenisset. Quod tamé plerique opinati sunt in filio dato in adoptionem, vel arrogato, & patre naturali, locum non habere: sed tantùm in filio emancipato & naturali parente, & à latere in adoptiuo cognato, & naturali: quod verius est. [g] Iure veró pontificũ, nuptijs impedimẽto est adoptio. Quam ob rem ijs moribus, quibus ex præscripto iuris communis, parentes liberis, & contrà, vt succedant institutum est: vtque testantes legitimis, veris que hæredibus, trientem relinquãt: & denique vt morientes rerum suarum possessionem in proximos hæredes, idoneos que transmittant, [h] &c. non video cur ritè adoptati, arrogatìve, liberorũ appellatione, vel hæredum legitimorum, non contineantur, vt in iure ciuili. Nam id statuti ius commune declarare videtur in successione descendentium, & ascendentium: quò nos etiam transmittit. [i] Quod & in ijs statutis locum habet, opinor, quibus liberorum, filiorumve mentio fit, siue iuri communi derogent aliquid, siue ei similia alioqui habeantur: quamuis iuris communis nõ meminerint. Non enim ius singulare ea interpretatio producit ad consequentiam, [k] sed verba vt in iure communi interpretatur. [l] Cùm veró filij, vel liberi naturales & legitimi, aut alioqui, *hoirs descendens de son corps, sa chair, procrées en loyal mariage, &c.* statuto exprimũtur, [m] id sine effectu expressum nõ crediderim, sed in hoc vt adoptiui, & spurij, ea dispositione excludãtur: siue sit similis alioqui iuri cõmuni, siue ei abroget, derogetve. Erit enim locus argumẽto, quod à speciali vocãt, [n] ne statutum supervacuum sit: [o] cùm præsertim iuri communi similia reijciantur ab ijs, qui statuta regia authoritate reformant: vt taceam quòd in iure communi ijsdem verbis adoptiui à naturalibus seiungantur. [p] Scio tamen sæpiùs responsum esse, in statutis derogantibus, liberorum legitimorum, vel filiorum appellatione, adoptiuos non contineri. Sed non ideo verba in lege municipali generaliter, vti in cõmuni, non accipiemus, quòd in conditionibus propriè accipiantur. [q] Nam in legibus ex ratione pari, vel maiori, conijcimus voluntatem: [r] in conditionibus magis ex verbis. [f] Quapropter cùm liberis non extantibus, ascendentes ad mobilia, & quæstus vocantur: adoptiui excludent ascendentes. [t] Et hoc conuenit. Sed & cùm filij beneficijs excludant filias, adoptiuos connumerabimus. Poterat enim scriptor legis exprimere naturales, si de ijs tantùm sensisset: quod in statutis passim factitatum videmus. [u] Hìc tamen ea cautio adhibenda erit, vt dispiciamus an consuetudine, vel authoritate rerum perpetuò similiter iudicatarum, aliud obseruatum sit: [x] præsertim si lex interpretationem nominatim non auersetur, præter eam quæ ex communi iure asciscitur. [y] Sanè mores qui successionem deferunt cognatis ex latere, si quis sine liberis ex se descendentibus decedat, &c. non sola sententia, sed verbis etiam adoptiuos liberos excludunt. [z] Emancipatio apud Gallos per iudicem fit, vt iure communi: & alijs quibusdam modis quasi emancipati efficiuntur filijfamiliarum. Nam & matrimonio, & ætate viginti quinque annorum, & negotiatione, quasi liberãtur à patria potestate: [a] quod & in mariti potestate quodam tenus receptum est. Nam & per iudicẽ emancipantur, id est liberantur viri potestate, caussa cognita: [b] & negotiantes palàm, sine mariti authoritate, subeunt iudicium nuptæ: [c] Sed & de his in superiorem titulum dixi. Quod ait lex, [d] non posse filium compellere patrem ad emancipandum, supplet quod statuto deest. Pater, inquit, non emancipat, nisi filius maior factus id desideret: [e] quæri potuit, an si desideret, patrem compellat? Et hìc ait nõ compellere: quod quibusdam de caussis contrà obseruatum est, vti in vxore. Aliud statutum ait patrem emancipare posse filium, [f] sed an inuitus emancipet, non statuit: quod iure communi definitur. Si quem delectat vetustarum legum forma, exemplo earum quæ ad superiores titulos perscriptæ sunt, hunc quoq; titulum in versus rediget. Nos eos titulos qui circa legem aliquam veterem, plebiscitum, edictũ, Senatusconsultum, aut constitutionem versantur, ad suum velut cardinem reducemus. Nam tituli superiores nullam certam legem, &c. habent, quam interpretentur iureconsulti: sed ex varijs locis legum, Senatuscon. rescriptorum, &c. collegerunt ea iureconsulti, quæ Iustinianus sub hos titulos retulit, secutus ordinem epitomæ Hermogeniani, & Institutionum Caij: primùm in iure personatum, & retum, deinde edicti perpetui dispositionem ferè, cum codẽ Hermogeniano: [g] id quod inscriptiones librorum passim ostendunt. De arrogatione impuberum D. Pij rescriptum [h] (nã circa hoc bona pars huius tituli versatur) Diocletianus & Maximianus pòst imitati sunt: [i] in quo seruus publicus ob id vocatur tabellio, opinor, quòd adhuc seruus tabellio esse potuerit: id quod deinde Cæsaribus displicuit. [k]

DE RE-

e. in process. verb. ad mores. & ll. Reg.
f. l. pen. C. eo.
g. auten. de hæred. ab. vbi gloss.
h. c. 1. de cog. leg.
i. glo. c. dispẽdia. de relcr. in. 6.
k. l. quod verò. ĩ. de ll.
l. l. nepotes. ĩ. 1. tit. l. ex adop. ĩ. e.
m. Biturg. rit. de succ. 2. de sesta. 5. Rupel. 52. Eugolis. 83.
n. l. maritus. C. de procur.
o. auten. diaco. C. de epi. & cle. vbi not.
c. erit. dist. 4.
p. l. nepotes. ĩ. s. tit. l. si quis cũ. ĩ. eo. & l. si quis nepo.
q. l. fideic. ĩ. de condi. l. si ita quis. de le. 2.
r. l. 3. ĩ. de fũd. do.
s. d. l. fideic6. not. l. si is qui ll. 10 princ. de reb. dub.
t. Paris. 42.
u. Biturig. Rupell. Eugolis. Britan.
x. l. nã imper. ĩ. de ll.
y. vide process. ver. ad mores Galliarum & lite. paten. ad refor.
z. Bituri. 2. de succ. Britã. 48
a. Burdigal. 2. & 3. Eugolis. 120. Biturig. 3. Brit. 44.
b. la rue d'indre. Bituri. 48
c. Biturig. 7.
d. l. nõ potest. ĩ. eo.
e. Britan. 43. de minor.
f. Biturg. 5.
g. l. 2. ĩ. de sta. ho.
h. l. nec ei. & ll. seq ĩ. eo.
i l. 2. C. de adopt.

k. l. generali. C. de tabell.

DE RERVM DIVISIONE ET QVALITATE.

Titu. VIII.

Hactenus de diuisione hominũ, & qualitate eorũdẽ, quã conditionẽ & statum dicimus:[a] nunc de diuisione rerum aliarum ad ius pertinentium, & qualitate eorundem, tã substãtiali, quàm accidente, per quã diuiduntur. Hic enim ordo propositus fuerat,[b] qui in institutionibus Iustiniani maximè obseruatur: & apud Caium priùs extitit,[c] & Paulum,[d] in Institutionibus. Eũdem ordinem iunior Caius secutus est sub Cæsaribus Christianis, in duobus libris Institutionum, qui circumferuntur cum Theodosiano Codice. Hermogenianus,[e] & Iustinianus in Digestis,[f] paucis priùs de personis, & rebus generaliter expositis, ordinẽ edicti perpetui ferè secuti sunt: quod ab eo edicto duxisse initiũ cõstat, ꝙ de iurisdictione propositũ, &c. quãquã & ab eo videtur, quod De in ius vocãdo propositũ fuerat.[g] Interseruit tamẽ meritò Iustinianus De senatoribus, & deinceps titulos proximos atq; cõiũctos: in quibus apud Vlpianũ, & Paulũ, ordinẽ edicti nõ obseruabis, vti à tit. De iurisdictione obseruare licet, Paul. vel Vlpianus lib. 1. 2. 3. 4. 5. ad edictũ lib. 6. lib. 7. &c. In quibusdã locis idẽ neglexit ordinẽ edicti perpetui, & cur id factum, ex eodẽ cõstat:[h] in alijs librariorũ culpa eũdẽ ordinẽ mutatũ esse, coniectura est:[i] quę singula suo loco animaduertemus.

a. à tit. de sta. ho. l. pedius. j. de incend. b. l. 1. & 2. §. de sta. ho. c. l. 3. eo. & j. l. 1. d. l. 1. §. de sta. ho. e. d. l. 2. f. consti. 1. & 3. §. g. j. de iurisd. l. fi. l. 1. si quis di. §. fi. inst. de pœn. te. litig. h. d. const. 3. §. i. j. de coniun. cũ emãcip. & tit. de ventr. in poss.

Ad. l. I. CAIVS. Lib. 2. Institutionum.



Summa rerum diuisio in duos articulos deducitur. Nam aliæ sunt diuini iuris: aliæ humani. Diuini iuris sunt ueluti res sacræ & religiosæ. Sanctæ quoque res ueluti muri & portæ ciuitatum, quodãmodo diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id in nullius bonis est. Id uerò quod humani iuris est, plærumque in alicuius bonis est. Potest autem & nullius in bonis esse. Nam res hæreditariæ, antè quàm aliquis hæres existat, nullius in bonis sunt. Hæ autem res quæ humani iuris sunt, aut publicæ sunt, aut priuatæ. Quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur, ipsius enim uniuersitatis esse creduntur. Priuatæ autem sunt, quæ singulorũ existunt. Quædam præterea res corporales sunt, quædam incorporales. Corporales eæ sunt, quæ sui natura tangi possunt, ueluti fundus, homo, uestis, aurum, & argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea quæ in iure consistunt: sicut hæreditas, usufructus, obligationes quoquo modo cõtractæ sunt. Nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales continentur. nam & fructus qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plærumque corporale est: ueluti fundus, homo, pecunia. Nam ipsum ius successionis, & ipsum ius utendi fruendi, & ipsum ius obligationis, incorporale est. Eodem numero sunt & iura prædiorum urbanorum & rusticorum: quæ etiam seruitutes uocantur.

Duobus modis Caius lib. 11. Institutionum diuidit res, de quibus homines litigare solent: quæ apud iureconsultos res specialiter appellãtur. Serui & si in dominio sunt plærũq; liberorum hominũ, personæ interdũ appellãtur magis quã res.[a] Actiones, id est iudicia, neq; personæ, neq; res dicuntur. Obligationes ad res pertinẽt,[b] vti & cõtractus, vel quasi, maleficia, vel quasi maleficia, vnde oriuntur. Eõdẽ respiciunt modi acquirẽdi dominij, & res omnes incorporales, quæ in iure cõsistũt.[c] Ait, I d quod humani iuris est. Humani iuris esse ait res, vt aiunt, aptitudine: licet nunc hominis nullius sint, vt res hæreditariæ, & pro derelictis habitæ Sed & res quę omnium hominũ sunt vsu, vel singulorum populorum, vti Romani, Atheniensis, &c. humani iuris sunt: quod subdiuisio sequens rerum humani iuris, probat. In qua publici appellatio, & communes omnium hominum res, & populorum singulorum, cõplectitur.[d] Quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur, id est nullius priuati, sunt enim populi alicuius, vel omniũ. De rebus incorporalibus dixi ad institutiones. Illud obserua, hæreditatem ambiguè dici, nunc res hæreditarias,[e] nunc vniuersum ius quod defunctus habuit cum commodo, & incommodo.[f]

a. l. 3. & 4. §. de sta. ho. l. in pecudũ j. de vsur. b. vt hic. c. insti. de re. di. vsq. ad tit. de actio. d. arg. l. pen. j. eo. l. adeò. j. de acq. do. l. si pub. de aq. plu. l. quod in tit. de acq. do. e. Cice. in top. f. l. nihil. j. de verb. sig. & hic.

Ad. l. II. MARTIANVS. Lib. 3. Institutionum.

Quædam naturali iure communia sunt omnium, quædã uniuersitatis: quædã nullius, plæraque singulorum, quæ uarijs ex caussis cuique acquiruntur. Et quidem naturali iure omnium communia sunt illa, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris.

Ad.l. III. FLORENTINVS. Lib.1.Institutionum.

Item lapilli & gemmæ cæteráque quæ in littore inuenimus, iure naturali nostra statim fiunt.

Ad.l. IIII. MARTIANVS. Lib.3.Institutionum.

Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur piscandi caussa: dum tamen ullis & ædificijs & monumentis abstineat, quia non sunt iuris gentium sicut & mare: idque & diuus Pius piscatoribus Formianis & Capenatis rescripsit. Sed & flumina penè omnia, & portus publici sunt.

Ad.l. V. CAIVS. Lib.2.rerum quotidianarum, siue aureorum.

Riparum quoque usus publicus est iure gentium, sicut ipsius fluminis: itaque naues ad eas appellere, & funes ex arboribus ibi natis religare, retia siccare, & ex mari deducere, & onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est: sicuti per ipsum flumẽ nauigare: sed proprietas illorum est, quorum prædijs adhærent, qua de caussa arbores quoque in eisdem natæ, eorumdem sunt. In mari piscantibus liberum est casam in littore ponere, in quam se recipiant.

a. l. nemo. ȷ̈. eo.
b. insti. de re. di.
c. l. adeò. ȷ̈. de acq. do.
d. l. in tantũ. ȷ̈. eo.

Martianus cõmunium appellatione cõpræhendit cõmunes res omnium hominũ, & publicas, id est singulorum populorũ, qui singula imperia habent. Paulò pòst separare videtur,[a] vti Iustinianus,[b] quando flumina dicit publica, id est populi Romani, teste Theophilo. Caius lib. 2. Institutionum flumina publici iuris gentium dicit, & Theophilus publica, vel iuris gentium. [c] Vniuersitas minor populo est, vt ciuitas, vel corpus, sub quolibet imperio. [d] Ex cõmunibus omniũ, alia omnimodò occupantium fiunt, vt lapilli in littore inuenti: alia sine incommodo communis vsus mortalium occupantur, vt aer, aqua profluens, id est quæ alienius priuati agro nõ continetur, sed lõgè fluit, vt flumẽ perenne. Nã hac aqua, vt igni, omnibus naturali ratione vti licet, modò vsum nauigandi, & piscãdi, populo ei permittãt, cui iure gentiũ flumẽ ascriptũ est. Sed ad Institutiões hæc explicamus pluribus: vbi flumina quędã iuris gentiũ esse ponimus iure gẽtiũ, &c.

Ad.l. VI. MARTIANVS. Lib.3.Institutionum.

In tãtum, ut & soli domini constituantur, qui ibi ædificant, sed quãdiu ædificiũ manet: alioqui ædificio dilapso, quasi iure postliminij reuertitur locus in pristinã caussam: & si alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet. Vniuersitatis sunt, non singulorum, ueluti quæ in ciuitatibus sunt theatra & stadia, & his similia, & si qua alia cõmunia sunt ciuitatũ. Ideoq; nec seruus cõmunis ciuitatis, singulorũ pro parte intelligitur, sed uniuersitatis: & ideo tã cõtra ciuem, quàm pro eo posse seruum ciuitatis torqueri, diui fratres rescripserunt. Ideoq; & libertus ciuitatis non habet necesse ueniam edicti petere, si uocet in ius aliquẽ ex ciuibus. Sacræ ¶ res, & religiosæ, & sanctæ, nullius in bonis sunt. Sacræ autem res sunt eæ, quæ publicè consecratæ sunt non priuatim. Si quis ergo priuatim sibi sacrum constituerit, sacrum nõ est, sed profanum. Semel autẽ æde sacra facta, etiam diruto ædificio locus sacer manet. Religiosum autem locum unusquisq; sua uoluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. In commune autem sepulchrum etiã inuitis cæteris licet inferre. Sed & in alienum locum cõsentiẽte ¶ tãtũ domino licet inferre: & licet postea ¶ ratũ nõ habuerit quã illatus est mortuus, tamẽ religiosus fit locus. Cenotaphiũ quoq; magis placet locum esse religiosum: sicut testis in ea re est Virgilius.

¶ Hunc locũ explicat Macrobius lib. 3. saturnalium. cap. 3 Gellius. lib. 4. capi. 9.

¶ No. in. ff. F.
¶ Ratum habuerit. ff. F.

Ad.l. VII. VLPIANVS. Lib.25.ad edictum.

Sed diui fratres contrà rescripserunt.

a. l. littora. & l. seq. ȷ̈. ne. q. in lo. pub.
b l. si quisquã. ȷ̈ de di. præsc. l. sanè de iniur.

Hęc Martiani cohęserũt verbis eiusdẽ, ijs similibus quę ex Caio ad finẽ superioris capitis extãt. Cõstatq; ex hoc loco littus iure gẽtiũ publicũ, vel cõmune, vsucapi nõ posse: sed eius fieri qui ędificarit, tãtisper dũ ædificium manet. Quæ occupatio sine publico incõmodo, recepta est. [a] Eodẽ modo sensit idem Martianus alibi, eũ qui diuerticulo fluminis solus piscatus sit pluribus annis, alterum iure prohibere: hoc est quandiu id iuris possidet. [b] Papinianus obtinere locum publicũ non posse ait, hoc est ita per longã possessionẽ ius dominij quærere, vt etiam diruto ædificio, & alio deinde inibi posito, vel consimiliter amissa possessione piscandi in fluminis diuerticulo

exceptio-

exceptionẽ domini (quæ occupanti feras, vel gẽmas, dari solet) opponere poſsit ſecũdo ædificatori, vel piſcatori. [c] Et hác diſtinctionẽ apertè hic Martianus probat, vt cauillationi nullus locus relinquatur. Illud negotiũ faceſsit, quod Celſus ait, littora in quæ populus Ro. imperium habet, populi Ro. eſſe arbitror: maris autẽ cõmunem vſum omnibus mortalibus. [d] At Iuſtinianus, [e] & Martianus [f] eiuſdẽ iuris littus, & mare eſſe voluerunt: nimirũ omnium hominũ. Nec audiẽdũ ijs eſt, qui quãtùm ad iuriſdictionẽ, littora populi Ro. eſſe aiũt Celſo: [g] id quod ad edictũ de loco vſu publico (quod interpretatur) nihil pertinet. Nam Prætor in loco publico vetat fieri id, de quo Celſus loquitur. [h] Igitur vt aqua profluens vſu quodã omniũ mortaliũ eſt, nauigatio tamen populi vnius eſt: [i] ita littus omniũ hominum eſt, vſu quodã nauigantius per mare neceſſario, nõ tamen vt ędificiũ ponere in littore Romano peregrini poſsint, & littus populo Romano iure gentium quæſitũ, occupare. Ea ergo littora quæ Romanis prædijs adhærent, non ſola iuriſdictione, ſed vſu publico, non proprietate, populi Romani eſſe arbitratur Celſus, quantùm ad edictũ Prętoris attinet: [k] licet vſu quodam barbaris non negando (modò hoſtes non ſint) omnium hominum ſint Martiano, [l] & Iuſtiniano. [m] Quò pertinet illud troiani oratoris apud Didonem Vergilianam: Hoſpitio prohibemur arenæ. Vtcumque hæc tamẽ ſubtili libra à nobis expenſa erunt, & conciliata, Triboniani diligentiam deſideramus: qui ſi fide bona, non defunctoriè hanc operam nauaſſet ſub Iuſtiniano, verbo addito hæc nobis conciliata reliquiſſet, quæ prima rationẽ præclaris ingenijs contraria maximè videri poſſunt: vt quæ de flumine ex Caio, & Iuſtiniano adduxi. [n] Nam publicum eſſe, id eſt populi Ro. & publici iuris gentium, id eſt omnium mortalium, repugnantia videntur: ſed flumina vel gentium ſunt multarum, vel ſingulorum populorum, pro ſua magnitudine. Quod ait deinde, vniuerſitatis. Obſerua res communes vniuerſitatis alias ſolo vſu, quæ in pecunia municipij non ſunt, nec alienari poſſunt: alias eſſe in pecunia, & dominio ciuitatis, & abalienari poſſunt. [o] Quarum neutræ ſingulorum pro parte eſſe intelliguntur, ſed ciuitatis, vel alius corporis. [p] Et hoc velut ad ſimile producentes, ciuẽ in cauſſa, ciuitatis idoneum teſtem aiunt, niſi emolumentum ſuo nomine ex victoria referre poſsit. Ait, Et licet poſtea ratum non habuerit.. In Florentinis negationem eſſe negant, quæ lectio maioris effectus eſt: nimirum ratihabitionem æquare mandatum. [q] Nam ſi conceſſerit dominus, & ratũ pòſt non habuerit, indubitatum eſt aduerſus contractum ſuum fruſtrà ratum non habere: [r] niſi pacto nudo conceſsiſſe dicas, & in fauorem religionis hoc receptũ eſſe. [ſ] Ait, Cenotaphiũ. Inanẽ tumulũ Vergilius, [t] honorariũ Suetonius vocat: qualibus vtũtur Galli in anniuerſarijs exequijs. Nec quod ſequitur ex Vlpiano, contraria lex eſt: ſed ex Martiano, & Vlpiano Iuſtinianus ſancit, cenotaphium non eſſe religioſum. Verba enim Vlpiani perfectam orationem non reddunt, niſi Martiani ſentẽtia præcederet. Satiùs tamen fuerat Vlpiano hæc aſcripſiſſe, Diui fratres reſcripſerunt cenotaphium religioſum non eſſe: omiſsis ex Martiano de eadem re hùc tranſlatis. An enim aduerſus ea quæ ſcribit Iuſtinianus, [u] Martiani & Vlpiani contrarias ſententias in hunc locum non retulit? quarum neutram expreſsim probauit? Niſi fortè propter reſcripti authoritatẽ, quod antè Martianus in Inſtitutionibus ſuis ſcripſerat, antiquari voluerit ęqualis eius Vlpianus: & ob eãdem authoritatem hoc tacitè à Iuſtiniano probatum videri: qui tamẽ nihilò magis reſcriptis pepercit, quàm iureconſultorum opinionibus. [x]

c. l. ſi ȷ̃ de vſucap.
d. d. l. litora.
e. §. 1. de re. di.
f. l. quędam. ȷ̃. eo.
g. oot. d. l. litora.
h. l. Prætor. ȷ̃. ne q. in lo pu.
i. d. l. quædã. & l. nemo. ȷ̃. eo.
§. & §. flumina. inſti. eo.
k. d. l. litora.
l. d. l. quædã.
m. d. §. 1. & §. litorum.
n. ad. l. 2. ȷ̃. eo.
o. l. ſed Celſus ȷ̃. de contrah. empt. l. quod in litore. de aq. do.
p. vt hic. & ȷ̃. de in ius vo. l. ſed ſi hac.
q. l. hoc iure. & l. ſemper. ȷ̃. de re iur. c. ra. ha. tio. eo. in 6.
r. l. ab emptio. ȷ̃. de pact. C. quod ſemel. de re. iur. in 6
ſ. arg. l. eiuſ ȷ̃. de vſur.
t. 3. Aeneid.
u. conſt 3. ȷ̃.
x. d. conſt. 3.

Ad. l. VIII. MARTIANVS. Lib. 4. Regularum.

Sanctum eſt, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt. Sanctum autem dictum eſt à ſagminibus. Sunt autem ſagmina quædam herbæ quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos uiolaret: ſicut legati Græcorum ferunt ea quæ uocantur κηρύκια. *In municipijs quoque muros eſſe ſanctos, Sabinũ rectè reſpondiſſe Caſſius refert: prohiberique oportere, ne quid in his committeretur.* id eſt caducei.

Ad. l. IX. VLPIANVS. Lib. 69. ad edictum

Sacra loca ea ſunt, quæ publicè dedicata ſunt: ſiue in agro ſiue in ciuitate ſint. Sciendum eſt locum publicum tunc ſacrum fieri poſſe, cùm Princeps eum dedicauerit, uel dedicandi dederit poteſtatem. Illud notandum eſt, aliud eſſe ſacrum locũ, aliud ſacrarium. Sacer locus eſt locus conſecratus. Sacrariũ eſt locus, in quo ſacræ res reponuntur: quod etiam in ædificio priuato eſſe poteſt. Et ſolent qui liberare eum locum religione uolunt, ſacra inde euocare. Propriè dicimus ſancta, quæ nec ſacra nec profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata: ut leges ſanctæ ſunt, ſanctione enim quadam ſubnixæ ſunt, quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi Deo non ſit conſecratum. Et interdum in ſanctionibus adijcitur, ut qui ibi aliquid commiſit, capite puniatur. Muros au-

ros autem municipales nec reficere licet ſine Principis uel præſidis authoritate: nec aliquid eis coniungere uel ſupponere. Res ſacra non recipit æſtimationem.

Sanctum vel à ſanguinibus, vel à ſanciendo, id eſt muniendo, & confirmando dictum voluit: quòd ſagmina muniant, & defendant ab iniuria hominum legatos: & ſanctiones leges ſint, quæ pœnis leges ſanciant, vnde & leges ipſæ ſanctæ ſunt, quòd eas corrumpere non liceat.[a] Sancta ergo dicta ſunt publici iuris omnia antiquis, quæ neque ſacra Deo, neq; religioſa fuere: ſed tamen intacta ob pœnas quibus ſanciebantur.[b] Eiuſmodi fuerunt Caio iuniori, muri, fora, portę, theatra, circus, arena: quòd inde tolli aliquid, aut contingi non liceret.[c] Martianus theatra inter ea, quæ vniuerſitatis ſunt, refert, & à ſanctis ſeiungit,[d] quem Iuſtinianus ſequitur: & muros, portasq; inter ſancta habet,[e] quibus leges Vlpianus addit.[f] Hermogenianus alia loca ſancta eſſe putauit, in quib⁹ ne quid fiat, néve ea immittatur, interdici oportcat:[g] vt ſancta eſſe dicẽda videãtur ea quæ publica, vel vniuerſitatis ſunt, ſi ſanctione quadã intacta fiãt: vt iã non tam populi, aut vniuerſitatis dici cõmodè poſsint, quàm quodã modo diuini iuris.[h] Sunt igitur publica eadẽ, & ſancta, diuerſa ratione: ne cõtraria reſpõſa in Digeſta Iuſtinianũ cõgeſsiſſe putes, parũ ſubtiliter diuerſitatis rationes obſeruãs.[i] Pro verbenaca herba, & caduceo, Gallorũ legati vtũtur armilla: blaſonũ vulgò dicunt, & in prælio, cottã armorũ. De euocatione ſacrorũ vide Macrob. lib. tertio & I. lib. quinto. Eſt enim profana reddere oppida antè quã expugnẽtur, ꝙ fit euocatis inde dijs. Princeps locũ publicũ dedicauit cũ põtifex max. fuit: permiſit põtifici quãdo nõ fuit pontifex.[k]

Ad.l. X. POMPONIVS. *Lib.6.ad Plautium.*

Ariſto ait, ſicut id quod in mari ædificatum eſſet fieret priuatum: ita quod à mari occupatum ſit, fieri publicum.

Publicum hìc, vt dixi, commune vocat, vt alibi ſæpe. Satis enim habẽt Romani cõmunia eſſe Romanis, quæ gentibus patent.

Ad.l. XI. IDEM. *Lib.2.ex uarijs lectionibus.*

Si quis uiolauerit muros, capite puniatur: ſicuti ſi quis tranſcendet ſcalis admotis, uel alia qualibet ratione. Nam ciues Romanos alià quàm per portas egredi non licet: cũ illud hoſtile & abominandum ſit, nam & frater Romuli Remus occiſus traditur ob id, quòd muros tranſcendere uoluerit.

Qui violat, demolitúrve muros, capite punitur: ꝙ de eo accipiẽdũ nõ eſt qui obſeſſa ab hoſtibus vrbe, ſcalis admotis, aut alia ratione, & arte militari, hoſtẽ opprimit. Nã lex quæ homicidas vltimo ſupplicio punit, in lictorẽ nõ animaduertit, qui lege ait.[a] Neq; quiſquã niſi ob dolũ malũ, vel culpã, & malũ exẽplũ, ſeueriori pœna coercetur:[b] vt cõiectura volũtatis temperãda ſint meritò verba legis.[c] Quòd ait Remũ occiſum ꝙ murũ trãſcendere voluerit, eò pertinet, vt intelligamus volũtatẽ haberi pro crimine perfecto: præſertim cũ per eũ qui voluit, nõ ſtetit quominùs perpetrauit.[d] Quãquã alia pœna ſtatuitur interdũ perfecto flagitio, quã imperfecto: vel ꝙ ei qui iniuriã paſſus ſit, ita ſatisfieri oporteat, vel ꝙ dubitetur an per quẽ ſteterit, quominùs maleficiũ perfectũ ſit.[e] De muris aũt indiſtinctè Põponius ſcribit, ꝙ & ad muros municipales ſpectat, cũ ſint & ipſi ſãcti.[f] De quibus ciuiliter etiã interdicere licet, ꝙ huc nõ pertinet:[g] vtrũq; Bartolus ratiocinetur

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Sed ius propriũ Gallorũ de rerũ diuiſione, tãdẽ audiamus. Igitur ſacræ res (quæ Vlpiani tẽpore à Principe dedicabãtur) per ſolos põtifices cõſecrari cœperũt ſub Auguſtis[h] Chriſtianis, Cõſtãtino cognomẽto Magno, & deinceps: & ſacrę eccleſiæ, vel ædes ſacroſãctæ, & religioſę promiſcuè dictæ ſunt: itẽ ſacra vaſa, veſtes ſacræ, &c.[i] Deinde iure põtificũ, forma his cõſecrãdis præſcripta eſt, & religioſę domus à cõſecratis alioqui eccleſijs ſeparẽtur:[k] ꝙ ius in Gallia adhuc obſeruatur. Locus in quem illatus eſt mortuus, eo iure religioſus non fit, niſi per pontificem deſtinetur cœmiterium ſepeliendis mortuis:[l] quę terra benedicta, & ſacra, vel ſancta magis appellatur. Sed tamen ius ciuile in hoc obſeruari putarũt, vt religioſa eo iure loca abalienari nõ poſsint, &c[m] & actio De ſepulchro violato, ex lege priore, ad legem pontificiã pòſt conſtitutam, trahatur,[n] &c. Idẽ de ſanctis rebus dicẽdũ, cũ ad ius ciuile Galli cõfugiãt, vbi propriũ ius, vel põtificiũ de rebus ad põtificiã iuriſdictionẽ pertinẽtibus nõ habẽt.[o] Sanè fundi, & reliqua eccleſiarũ, domorúmve religioſarũ patrimonia, à priuatis dicata, nõ à põtificibus, ſacra nõ ſunt iure põtificũ, ſed profana:[p] diuini tamẽ iuris ſunt ex cõſtitutionibus, nec niſi ſolẽni more, & vrgẽte neceſsitate, abalienãtur.[q] Nã & mobilia eccleſiarũ (quãuis ſacra) ſi ſuperflua ſint, vænire poſſunt: & quæ ſuperflua nõ ſint in redẽptionẽ captiuorũ, & pauperũ alimẽta verti.[r] Publica iuris gẽtiũ, quę & cõmunia omniũ vocãtur, vt mare, & litora, iure Gallicano etiam cõſtituuntur:[s] quod neq; in totũ à gẽtiũ iure recedit, neq; per omnia ei ſeruit.[t] Euphrates, Tigris, Nilus, & Indus, eiuſdem iuris gentium eſſe vidẽtur, cùm per bonam partem terrarum profluãt in mare, cætera perennia flumina magis ſunt publica, id eſt ſingulorum populorũ, apud quos fluũt, vt Sequana, Ligeris, & Meduana apud Gallos.

a.l. ſanctio. ǰ. de pœn.
b. Macrob.
c. lib. 2. Inſti.
d. ſ. l. in ſantũ.
e. inſt. de re. d.
f. l. ſacra. ǰ.
g. l. 2. ǰ. ne q. in lo. ſa.
h. l. 1. ſ. eo.
i. conſti. 3. ſ.
k. Suetn. in Auguſt.
a. l. 1. ǰ. de ſica. & .l. in lege. eo.
b. l. 3. ǰ. de ſica.
c. l. benignius. ſ de ll.
d. l. qui ſal. ǰ. de ſal. l. ſi quis non di. C. de epi. aud. l. quiſquis. C. maie.
e. l. 1. ǰ. de ext. cri.
f. l. ſanctũ & .l. ſeq. ſ eo.
g. ǰ. ne q. in lo. ſacr.
h. l. ſacra. ſ. eo. Lãprid. in Alex.
i. C. de ſac. ec. C. de epi. aud. C. de epi. & cler. auten de monach. autẽ. de ecc. tit.
k. de religin. dn. de conſe. ecc. de conſe. di. 1.
l. de ſepul. c. ligneis. & ſeq. de conſe. ecc.
m. Io. ſab. inſt. eo.
n. arg. l. nõ eſt no. & .l. ſeq. ſ. de ll.
o. Franciſ. 1. de breuia. litiũ
p. In. ſab. §. tamen. & ad tit. iuris ponti.
q. auten. hoc ius. C. de ſacr. ecc. l. vi inter. en.
r. l. ſancimus. eo. & auten. ſeq. & c. aurũ. 12. q. 2.
s. Franciſ. 1. de la marine.
t. l. ius ci. ſ. de iuſti.

Gallos. Apud quos flumina alia Regalia sunt, vti apud Longobardos: [u] & Princeps modum, & tempus piscationis constituit, vectigalia capit, & proprios magistratus fluminibus, aquis, & syluis præficit. Alia sunt flumina dominis confinium prædiorum, longi temporis præscriptione, consuetudine, vel titulo iusto quæsita: in quibus piscari inuitis ipsis non licet. Et hæc flumina proscripta dicuntur, *riuieres bannales*. [x] Quæ omnia iuri Romano affinia sunt, quo Princeps, [y] vel lex municipalis [z] in publico quid facere vetat, & permittit: diuerticula fluminum longo tempore, vt piscariæ defenduntur, quandiu possessor tenet, & habet ædificatum. [a] Princeps enim vel senatus curabat, vt publicis rebus sine incommodo alieno quisque vteretur: [b] quæ res moribus Regales dicuntur propter vectigalia, & curam: non quòd in dominio Principis sint (sunt enim vsu populi) [c] sed quòd ea quæ ad imperium populi pertinebant, lege Regia Principi ascripta fuere. [d] Neque enim quisquam potest præscriptione longi temporis, toto vsu fluminis, vel alioqui rei publicæ, excludere populum: sed sine magno incommodo populi, quandiu piscariam habet, vel alioqui possidet, alios eodem iure vti prohibet, in ea parte fluminis. [e] Nam in litore præscriptione opus non est, [f] sed ædificio. De his ita statutum est apud trecenses, vti mulctã sexaginta solidorum dependat domino, qui inuito eo piscatus sit in flumine, vt pisces restituat, & committat retia, hamos, & alia piscatoria instrumenta. Lege Niuernẽsiũ mulcta dicitur arbitraria: nec sine titulo, vel præscriptione flumen quis tuetur. Burgundionum more, in flumine proscripto alterius, nemo sine titulo piscari potest: & has quidem consuetudines à ratione iuris communis non abhorrere putant. [g] Sed quo titulo quis flumen sibi tuetur? an quòd à Principe id ei permissum sit? sed tamen is iure communi si incommodet publicè, quod cõmune est permittere non solet priuatis. [h] Præscriptionem ob id valere aiunt, quòd cum consuetudine, & tacito consensu populi, iuncta sit: [i] & Princeps derogare iuri gentium potest nominatim, non per omnia ab eo recedere. [k] Sanctiones legum obseruare licet, ad finem legum Regiarum, vbi Rex præfectis prætoriorum, & magistratibus omnibus iniungit, eas leges obseruẽt, & obseruari curent, sub pœna, &c. Quod verò de loco sacro ait Martianus, diruto ædificio: ita iure pontificum sancitur, vt ruina ecclesiæ, parietibus integris, & altaribus, profanam eam non efficiat. [l] De seruitutibus, & alijs incorporalibus, opportuniùs alibi dicemus, ex legibus Regijs, & moribus Gallicanis. Titulus hic certam legem veterem, pro cardine non habet, sed in triplici rerum diuisione vertitur, ex iureconsultis huc translata per Iustinianum. Eum in formam legum veterum nullo labore rediges, imitatus Ciceronem libr. tertio. de ll. Omnes res Diuini iuris, vel humani sunto, &c.

u. Francisc. 1. des eaues & Forestz. In vsi. feud. tit. quæ sunt Regal. x. Trecen. 189 Chaulmont. 110. Niuer. Burgun. y. l. quominus. j. de flu. z. l. 3. §. planè. j. quod vi. a. l. si quisquã j. de di. præt. l. quod in litore. j. de acq. do. b. l. si in publi. l. quod in prĩcipis. j. de aq. plu d. l. quo. l. seruitutes. de. ser. c. d. l. quod in. d. l. 1. § de cõ. stu. psin. e. d. l. si quisquam. f. d. l. quod in litore. & l. quã uis eo. l. in tãtũ. § l. pe. en. g. Io. Fab. inst. eo. § flumina. ar. d. l. 3. quod vi aut clam. h. l. si nautẽ. de aq. plu d. l. quo. l. seruitutes. j. de ser. l. diligenter. de aquædu. lib. 11 C. i. In. Fab. d. §. k. d. l. ius ci. l. d. c. ligneis.

DE SENATORIBVS. *Tit.* IX.

De iure & partibus eius, leges primùm retulit in Pandectas legumlator Iustinianus: [a] deinde Caium secutus, leuiter de statu, ac conditione personarum, deque rerũ diuisione, de quibus personę iure agere possunt, vel contrà. [b] Nunc de actionibus, ordine edicti perpetui, leges ponit. [c] Cuius initium ea pars fuit, quæ de iurisdictione primùm proposita est à prętoribus: [d] id quod ex inscriptione librorum Vlpiani, & Pauli ad edictum, infrà apparebit. [e] Sed quoniã iure agere volentes, actiones suas apud senatum, vel magistratus, aut iudices ab his datos intẽdunt, vocatis eò in ius aduersarijs: de his interseruit aliquot titulos Iustinianus inter *τὰ πρῶτα*, à collegio senatorũ incipiens. Apud senatum verò lege agere licuisse, & ab eo iudices petere, non solùm ex Suetonio in Caligula, Nerone, Domitiano, & Vopisco in Probo, sed ex iureconsultis sub Alexandro constat. [f] Fuit autem Suetonius magister epistolarum sub Hadriano, authore Spartiano: ne fortè ignorasse vbi agere licuerit existimes.

*a. vsq. ad tit. de sta. ho. b à dict. ti vsq. ad tit. de re. di. c. l. 2. §. de sta. ho. d. l. si. j. de iurisd. §. si. insti. de pœn. te. lis. e. j. de in ius voc. & tit. seq. f. l. 1. j. à quib. app. * Qua.*

Ad. l. I. VLPIANVS. *Lib. 62. ad edictum.*



Consulari fœminæ utique consularem uirum præferendum esse nemo ambigit. sed uir præfectorius an fœminæ consulari præferatur, uidendum est, & puto præferri: * *quia maior dignitas est in sexu uirili. Consulares autem fœminas dicimus consularium uxores. Adijcit Saturninus etiam matres: quod nusquam relatum est, nec usquam receptum.*

Obserua inscriptionem ad hoc caput, & confer alia ex Vlpiano translata in Pandectas sub eadem inscriptione: [a] vnde constabit lib. 62. ad edictum de iurisdictione, & dicendis sententijs Vlpianum scripsisse, id postulante ea parte edicti perpetui. Igitur in senatu cùm lege ageretur, consul senatores, sententias rogabat certo ordine: nimirum eos qui consulatu functi essent, ante eos qui præf. prætoriana: & hos ante senatores, qui nullo honore functi fuerant. [b] Quod & in sedendo in orchestra, & alioqui vbi de ordine dignitatum contenderetur, obseruabatur. [c] Neque solùm inter viros senatorij ordinis, sed etiam inter vxores eorum, prærogatiuæ dignitatum custodiuntur: atque adeò inter viros & fœminas. Nam fœminis dignitatem tribuunt mariti. [d] De hoc igitur ordine legem hanc tulit Iustinianus, ex Vlpiano huc transcriptam.

a. l. 5. j. de ser. b. Gell. lib. 4. cap. 10. Suet. in Cæsar. 25. c. l. 2. vt. dig. ord. lib. 12. C. l. 2. de præf. eo. lib. d. l. fœminæ. j. eo.

scriptam. Porrò ex senatoribus alios consulares fuisse, alios prætorios, alios præfectorios, &c constat: qui ex senatu ad hos honores euehebantur, & defuncti honoribus, legebantur in senatum. [e] Fuerunt autem consulares qui consulatu functi, vt præfectorij, qui præfectura: [f] qui exconsules, vel exconsulibus, expræfecti, vel expræfectis, [g] alio seculo appellati sunt. Interdum etiam honorarij consulares, præfectorij, &c. ita fiebant, vt consularia ornamēta, & codicillos dignitatis, sine administratione acciperent: quos vacantes dixere. Nam Claudio ante imperium, consularia ornamenta primùm decreta fuere, deinde vt inter consulares etiam sententiam diceret in senatu, placuit. [h] Eadem ornamenta ijs qui bene rēp. gessissent, sub Alexandro, [i] & præf. prǽt. sub Antonino Pio, decreta sunt. [k] Quod & sub Theodo. similiter obseruatum est. [l]

Ad.l. II. MARCELLVS. *Lib.3.Digestorum.*

Cassius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem à senatu motus, nec restitutus est, iudicare, uel testimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum hæc fieri uetat.

Lege Iulia repetūdarum nominatim cautum fuit, ne ea lege damnati, & moti senatu, iudicarent, vel testimonium dicerent. [a] Integri enim vitæ maximè esse debent iudices, & testes, ne vel damnent innocentem, vel lædant testimonio. Eam legem Marcellus, cùm de iure responderet, generaliter ad consequentiam produxit post Cassium: vt qui lege qualibet, aut extra ordinem, senatu motus sit, nec à senatu, vel Principe deinde restitutus in integrum, nec iudex dari possit, nec testimonium dicere: si modò ob scęlus remotus sit. Eadem enim est ratio. [b] Remouebantur autem senatores ante legem Regiam, à censore ferè: [c] post eam legem ab Impèratoribus, [d] vel à magistratibus in prouincia, aut iudicibus ab Imperatore datis, pro claritate, vel dignatione senatorum, loco mouentur. [e]

Ad.l. III. MODESTINVS. *Lib.6.Regularum.*

Senatorem remotum à Senatu, capite non minui, sed Romæ morari diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Non omnis damnatio consumit existimationem, & minuit capite damnatum: sed est quæ tātùm minuit existimationem, salua libertate, & ciuitate: atque adeo salua familia. [a] Nā qui mouetur senatu, non statum, sed dignitatem magis amittit. [b] Quare Romæ morari, id est ciuē Romanum manere, ex rescripto Imperatorum Modestinus pro Regula tradidit: licet Claudius Cęsar antè, non solùm albo iudicum splendidum virum eraserit, sed etiam in peregrinitatem redegerit, ob ignorationem Latini sermonis: [c] id est ciuitatem Romanam ei ademerit, & fecerit eum (vt Galli aiunt) extraneum, peregrinúmve. [d] Romam pro loco malè hic alij intelligunt, vt alibi peregrinum pro deportato, vel hoste. Non enim si deportatus est peregrinus, cōsequens est omnem peregrinum deportatum esse. Interdum qui peregrè profectus est, peregrinus dicitur: [e] vt alibi dixi.

Ad.l. IIII. POMPONIVS. *Lib.12.ex uarijs lectionibus.*

Qui indignus est inferiori ordine, indignior est superiori.

Duo ordines primū fuere Romani populi, senatorius, & plæbeius: [a] deinde pòst equestris ordo medius insertus est. [b] Hoc igitur varia lectione obseruauit scriptum Pōponius, eum qui indignus sit (exempli gratia) equestri ordine, indigniorem esse senatorio. Quod & in diuersis senatorum ordinibus, vt quæstorijs, prætorijs, pręfectorijs, consularibus: [c] & diuersis plæbis ordinibus, vt militibus gregarijs, & perfectissimis, similiter dicendum est. [d] Qui enim ob negotiationem indignus est, qui militet: [e] is indignior est perfectissimatu, equestri dignitate, clarissimatu, spectabilitate, illustri dignatione: de quibus inferiùs.

Ad.l. V. VLPIANVS. *Lib.1.ad.l.Iuliam, & Papiam.*

Senatoris filium accipere debemus non tantùm eū qui naturalis est, uerùm adoptiuū quoque: neque intererit à quo uel qualiter adoptatus fuerit. nec interest an in senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante dignitatem senatoriam.

Animaduertendū hoc caput, ad legem Iuliam Papiā scriptū esse ab Vlpiano: quæ vetat senatorem, filium senatoris, &c. ducere vxorem libertinā. [a] In ea lege igitur filius senatoris accipiédus est non tantùm naturalis, sed adoptiuus quoq;. [b] Nec interest à quo, id est ab auo in locū nepotis, an à patre in locū filij adoptatus, vel arrogatus sit. [c] Sed & benignè eum qui ante senatoriam dignitatem natus est, senatoris filium accipere debemus: quo modo & alibi decurionū filij dicuntur in priuilegio non absimili, qui ex decurionibus iam editi non sunt, sed in plæbeia familia ante decurionatum nati. Nam & parentibus decurionum, id priuilegij datum est, ad quos dignitas non transit. [d] Sanè ante dignitatem editus senatoriam, eandem dignitatem non consequetur,

e. Sueto. in Domitia. Spartia. in Seuer. l. 3. C. vbi. sena.
f. l. 2. C. de dig. lib. 12. l. 1. C. de consul. eo. lib.
g. l. 2. C. de pręf. l. 2. C. vt dig. ordi. lib. 12. consti. 2. §.
h. Sueto. in Claud.
i. Lamprid. in Alex.
k. Capitol. in Pio.
l. l. 2. C. vt dig. ord.
a. l. eadem. ÿ. repetunda.
b. arg. l. non poss. & seq. ÿ. de ll.
c. Ascon.
d. Sueto. in Domitia. 8. in tiber. 35.
e. C. vbi sena.
a. l. cognitionũ. ÿ. de var. cog.
b. §. quib. de cap. di.
c. Sueto. in Claud. 16.
d. l. sed si ÿ. de in ius vo. l. 2. C. de hęr. inst. §. si sub. ÿ. de cōd. inst. l. nō dub. ÿ. de capti.
e. l. omnes. C. cō. de succ. §. fi. de hęr. inst.
a. l. plæbs. ÿ. de ver. sig. §. plębiscitũ. insti. de iur. nat. l. 2. §. de orig. iur.
b Pli. lib. 33. l. 1 C. de eq. dig. lib. 12. Sueto. in vespa. 9.
c § l. 1.
d. l. 1. 12. C. qui milita. poss. & tit. de perfectiss. dig.
e. tit. nego. ne mil. lib. 12. C.
a. l. lege. ÿ. de Rit. nupt.
b. l. nepotes. §. de his qui sui l. ex adopt. §. de adopt.
c. d. l. ex. & l. cùm nepos. eo.
d. l. 2. ÿ. decur. l. moris. ÿ. de pœn. l. filij. ÿ. ad municipal. arg. d. l. 1. §. eo.

quetur, nec clarissimus dicēdus erit, sed tantùm is qui post dignitatem susceptus est: [e] qua ratione ante decurionatum editus, curialem dignitatem non habet, sed plębeius manet: licet quãtùm ad hoc ne fustigetur, vel ne detur in metallum, decurionatus patris ei prosit, & decurionis filius dicatur. [f] Et hæc ad Regis filium, ante regnum delatum, susceptum: & ad filium plębeij hominis, qui à Principe nobilitatis codicillos accepit post natum filium, infrà cùm de iure Gallicano dicemus, producenda erunt.

e. l. senator. C. de Dig. lib. 12. f. d. l. 2. de Decur.

Ad. l. VI. PAVLVS *Lib. 2. ad. l. Iuliam & Papiam.*

Senatoris filius est etiam is quem in adoptionem accipit, quandiu tamen in familia eius manet: emancipatus uerò nomen filij emancipatione amittit. A senatore uerò in adoptionẽ filius datus ei qui inferioris dignitatis est, quasi senatoris filius uidetur: quia non amittitur senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis, non magis quàm ut cõsularis desinat esse.

Ad eandem legem Iuliam, Vlpiani interpretatio est: quæ duabus regulis continetur, quas suprà de adoptionibus exposui. [a] Quod ait, consularis. Qui consul fuit, nõ potest non fuisse: & qui filius senatoris similiter est, non desinet esse. [b] Estque argumẽtum ductum à pari. Nec te moueat quod Paulus hic ait, Quia nõ amittitur senatoria dignitas, &c. Nam de senatoris filio loquitur, qui propriè eiusmodi est, id est ex senatore iam lecto genitus: [c] Vlpianus benignè in eadem lege, etiam eum qui ante dignitatem natus est, senatoris filium interpretatur: vt paulò antè dixi.

a. l. in omni. & l. per adoptionem. b. arg. l. in bello. j. de capti. l. j. j. de Acq. poss. c. d. l. senator. de Dig.

Ad. l. VII. VLPIANVS *Lib. 1. ad. l. Iuliam & Papiam.*

Emancipatum à patre senatore, quasi senatoris filiũ haberi placet. Item Labeo scribit, etiam eum qui post mortem patris senatoris natus sit, quasi senatoris filium esse: sed eum qui postea quàm pater eius de Senatu motus est, concipitur & nascitur, Proculus & Pegasus opinantur quasi non esse senatoris filium, quorũ sententia est uera: nec enim propriè senatoris filius dicitur is, cuius pater à Senatu motus est antè quàm ipse nasceretur. Sed si quis concœptus quidem sit antè quàm pater eius Senatu moueatur, natus autem post patris amissam dignitatem, magis est, ut quasi senatoris filius intelligatur. tempus enim concœptionis spectandum plærisque placuit. Si quis & patrem & auum habuerit senatorem: & quasi filius, & quasi nepos senatoris intelligitur. Sed si pater amiserit dignitatem ante cõcœptionem huius, quæri poterit, an quamuis quasi senatoris filius non intelligatur, quasi nepos tamen intelligi debeat? Et magis est ut debeat: ut aui potiùs ei dignitàs prosit, quàm obsit casus patris.

Emancipatio patriam quidem potestatem soluit: [a] dignitatem non aufert quæ filijs tributa est, nón ijs qui in potestate sunt. Nõ enim filius esse desinit senatoris, qui manumissus est, sed eximitur patriæ potestati: quandoquidem nomen naturale sit filius, suus verò ciuile. [b] Quæ igitur patriam potestatem comitantur, emancipatus amittet, non item ea quæ sequuntur naturalẽ generationem: qualis est successio prætoria, [c] & dignitas liberis data. [d] Posthumus quoque in lege Iulia, quasi senatoris filius habetur: vt generaliter vbi de commodo ipsius partus quæritur. [e] Quod & in eo locum habet, qui cõcœptus est ante dignitatem senatoriam ademptam patri: vti & is benigna interpretatione liber nascitur, qui concœptus est à libera, licet ancilla facta peperit. [f] Sed si post motum patrem senatu, concœptus sit, nemo propriè senatoris filium dixerit. Nã quo modo antè quàm esset animal, amissa dignitas ad eũ perueniet? Quod lõgè aliter de eo dicendum, qui natus est ante senatoriam dignitatem patris: ad quem in hoc dignitas redundat, vt libertinam ducere non possit, vt non subijciatur pœnis plæbeiorum, &c. quamuis cætera clarissimus non sit. [g] Quod ait lex, si quis & patrem, &c. insignem [illegible] habere videtur, quæ interpretes miserè habet. [h] Ego hoc exemplo appositissimo vtar ad demonstrandum quanti momenti sint inscriptiones eiusmodi: Vlpia. lib 1. ad leg. Iul. & Papiã, &c. Ex verbis enim legis Iuliæ cõstat priuilegium datum nepoti senatoris, ne libertinam ducat, &c. [i] Ea verba secutus Vlpianus, casum patris non obesse scribit, sed dignitatem aui magis prodesse. A verbis enim recedendum non est, nisi de alia mente cõstet. [k] Si tamen de auo & nepote ita nominatim aliquid statuat lex, vt aui dignitas nepoti prosit, si filius nulla macula aspersus sit, in ea quoque lege à verbis non recedemus. [l] Sed cur in lege Iulia idem exceptum non est? [m] quia rescriptum, quod eximit nepotẽ quæstionibus, publicè nocere potest: & ideo exceptione inserta modum accipit: priuilegium legis Iuliæ & Papiæ, sine incommodo alieno procedit. [n] Et hæc nimirum est illa diuersitatis ratio, quam in conciliandis legibus prima ratione contrarijs, Iustinianus explorandam voluit. [o] Eam

a. §. prætereà. instit. quibus mod ius pa. b. l. fi. j. de gra. Liberorum. j. de Verb. sig. c. j. vnd. lib. d. l. senator. C. de Dig. lib. 12. l. fœmine. j. eo. e. l. qui in vtero. s. de Sta. ho. f. l. & seruorum. eo. g. sup. l. 6. vbi not. h. vt hic. & l. diuo. C. de Quæstio. i. l. lege. j. de Rit. nupt. k. l. nõ aliter. j. de Leg. 3. l. j. de Exer. §. is qui. l. d. l. diuo. m. d. l. Lege. & hic. n. arg. l. 2. j. neq. in lo. publ. not. sup. de Const. l. pen. o. const. 3. j.

nemo ex magnis illis professoribus, hoc loco inuenire potuit, qui nihil pensi habēt, quid Vlpianus, vel Paulus interpretetur, qua de re respondet, qua de re librum scribit. Non enim subtilitatem hanc à nobis requirit Iustinianus, vt diuinemus hic illud voluisse, auum in potestate nepotē habuisse: in lege, quæ velut contraria adducitur, contrà, nepotem exemptū fuisse auitæ potestati. Vnde enim hoc conijciemus? an ex antecedente, vel sequente scriptura.[p] An eà nihil iuuat cōiecturam. Vt taceam diuinationem hanc, voluntati legum repugnare. Quid enim ad dignitatem amittendam pertinet emancipatio?[q] Verius ergo erit in eiusmodi legum contrarietate, expendendam rationem, cur in hac specie dignitas aui prosit filio: in illa non prosit.[r]

p. l. si seruus. §. fi. j. de Leg.
j. Cic. in Rhe.
q. §. ea. l. in princ.
r. d. constit. 3.

Ad. l. VIII. IDEM Lib. 6. Fideicommissorum.

Fœminæ nuptæ clarissimis personis, clarissimarum fœminarum appellatione continentur. Clarissimarum fœminarum nomine, senatorum filiæ, nisi quæ uiros clarissimos sortitæ sunt, non habentur. Fœminis enim dignitatem clarissimam mariti tribuunt: parentes uerò, donec plæbeijs nuptijs fuerint copulatæ. Tandiu igitur clarissima fœmina erit, quandiu senatori nupta est uel clarissimo, aut separata ab eo alij inferioris dignitatis non nupsit.

Clarissimæ fœminæ mentionem facit testamētū: in quo fortè fœmina quādiu clarissima erit, iussa est per fideicōmissum frui re qualibet: vel vbi desierit esse clarissima, restituere cōmissum fidei. Quæritur quæ clarissima fœmina, & quandiu in clarissimatu manere videatur? Et Vlpianus lib. 6. fideicōmissorū ait, fœminas clarissimas esse, q̄ clarissimis viris nuptę sunt, & filias senatorū clarissimas esse, donec plębeis sint copulatæ: quod idē interpretatur, donec inferioris dignitatis viris nupserint. Sed quid sibi velit clarissimatus hic titulus, paucis dicēdū. Res enim est parū cognita & ijs qui sine iuris ciuilis notitia, alijs literis claruerunt: & ijs qui alias literas cū iuris ciuilis prudētia nō cōiunxerūt. Igitur Iulij Cæsaris, & M. Ciceronis seculo, familia equestris, & clara & illustris dici consueuit, quāuis alioqui plæbeia fuerit: nimirū cū patritia familia (quæ sola nobilis propriè dicebatur) collata. Neq; eo tempore Cōsul, vel alioqui senator, clarissimi titulo ab equite distingui cœperat.[a] Patritij verò ij propriè appellati sunt nobiles genere, qui ex patribus, id est primis senatoribus descenderant, vel qui à Principe inter patritios relati erant:[b] senatores qui à censore, dictatore, Principe, vel senatu, lecti erant in collegium, & cōscripti in ordine amplissimo, quem senatum appellarunt.[c] Quanquam & Festus, & Caius ad legem duodecim,[d] & Pomponius de origine iuris,[e] patrum appellatione, & senatorum, omne patritium genus complectantur: quo modo & Gellius, & Liuius, cæterique latini scriptores locuti videntur, cùm plębem à patribus secessisse, & controuersum fuisse vtrúmve patritij, vel patres, legibus tribunitijs tenerentur, scribunt:[f] nunc patres, nunc patritios in eadem re vsurpantes. Et hoc nuper cōtrouersum mihi fuit cum viro eximiæ doctrinæ alioqui, sed in iure ciuili parum versato. Alio deinde seculo sub Augustis, senatorij ordinis homines ab equite, & plæbe obscuriore, clarissimorum titulo seiungi cœpere: nimirum quòd equestris ordinis homines clari haberētur. Nam & hic ordo cum senatorio, ad plæbem relati, amplissimi ordines dicti sunt:[g] vt senatorius solus amplissimus, cum equitibus collatus, & plæbe obscuriore.[h] Quo modo eques Romanus plæbeius est, si cum senatorij ordinis homine contendatur, ad obscuriorem plæbem relatus, clarus est.[i] Quam pridem clarissimatus hic, cœperit senatores, liberos eorum, & vxores vtrorumque, separare ab equite, etsi non constet, certè Vlpiani sæculo præf. præto. ornamētis senatorijs donatos ab Alexandro author est Lampridius, vt clarissimi (inquit) & essent, & dicerentur: & sub Heliogabalo, fœminam quasi clarissimam, loco viri in senatum venisse, scribit: qui mos loquendi ad Iustiniani sæculum peruenit, vt omnes qui supra equestrem dignitatem clari essent, clarissimi dicerētur generali titulo:[k] quanquam & horum gradus quidam fuerunt, de quibus inferiùs. Et ex his quidem apparet, cur hic Vlpianus dicat, Senatori, vel clarissimo. Nam patritius, & senatorijs ornamentis donatus præf. prætorio, clarissimi erant, etsi nondum senatores propriè, id est adscripti in collegium ad dicendam sententiam in senatu.[l] Quo modo & Constantinus Senator, inquit, vel alius clarissimus,[m] & Vlpianus alibi ambiguè dici clarissimas personas significat: generaliter vtriusque sexus, specialiter quæ ornamentis senatorijs vtātur.[n] Quod ait, Alij inferioris dignitatis. Equitem, & plæbeium demonstrat. Nam & plæbs ingenua ad libertinitatem, & libertini ad seruilem conditionem relati, dignitatis alicuius sunt: quando & seruos alios alijs digniores habemus.[o] Et hæc Accursij cautionem in adnotatione vltima, eleuant.

a. Cic. p Mure. Sueto. in Cæsare.
b. Sueto. in August. 2. Li. lib. j. ab Vrb.
c. Gell. lib. 3.
d. l. plębs. j. de Verb. sig.
e. l. 2.
f. Gell. lib. 10. Liu. lib. 3. ab Vrb.
g. Sueto. in Vespa.
h. Cicer. pro Cluent.
i. Cic. p Mure. & d. l. plębs
k. const. j. C. de Emēdā. C. l. j. C. de Eq. dig.
l. Suet. in August. Lāprid. in Alex.
m. l. senator. C. de dig. lib. 12.
n. l. speciosas. j. de Verb. sig.
o. l. sed &. j. de Vsufr.

Ad. l. IX. PAPINIANVS Lib. 4. responsorum.

Filiam senatoris, nuptias liberti secutam, patris casus non facit uxorem: nam quæsita dignitas liberis, propter casum patris remoti à Senatu, auferenda non est.

Ex lege Iulia, & Papia, atque ex ijs quæ de eius legis argumento dixi,[a] quid responderit Papinianus lib. 4. responsorum constat: nimirum dignitatem senatoriam quæsitam liberis, nō auferri, licet

a. §. l. emācip.

ri, licet pater senator dignitatem amitat: & ideo cum libertinis matrimonia non coire,[b] &c.

b. d. l. Lege. ff. de Rit. nupt.

Ad l. X. VLPIANVS *Lib. 34. ad edictum.*

Liberos senatorum accipere debemus, non tantùm senatorum filios, uerùm etiam omnes, qui progeniti ex ipsis uel ex liberis eorũ dicantur: siue naturales, siue adoptiui sint liberi senatorum, ex quibus nati dicũtur. Sed si ex filia senatoris natus sit, spectare debemus patris eius conditionem.

Libro 34. ad edictum, Vlpianus de nuptijs, liberis ex legitimo matrimonio procreatis, atq; id genus rebus, scripsit. Id quod ex inscriptionibus capitum, ex eodem transcriptorum, ad tit. De donat. inter vir. & seq. tibi constabit. [a] Cùm igitur vel in edicto, vel in oratione Principis, aut S. C. ad eam partem edicti pertinente, verba hæc, Liberi senatorũ, extarent. Vlpianus quàm latè eò loci accipi debeant, declarat suo commentario ad edictum perpetuum. Nimirum in infinitũ, vti in lege duodecim tabularum Callistratus accipi ait, & generaliter in omni lege, nisi fortè nominatim vsq; ad nepotes, pronepotes, &c. aliquid liberis præstitũ voluerit. [b] Neque solùm naturales liberos, sed adoptiuos quoq; liberos senatorum esse, & natos ex adoptiuis: quia & hi adoptiuorum locum obtinent in iure ciuili, licet ipsi adoptati non sint. [c] Ex filia tamen, & nepte senatoris nati, conditionem patris sequuntur: quia mater eorum, non patris senatoris, sed mariti dignitatem habet: [d] vt per fœminã transmitti ad liberos dignitas nullo modo possit. Et ex hoc loco constat quod suprà adnotaui, nuptas amittere omnimodò patris dignitatem, siue equitibus Ro. siue Plæbeis, nuptæ sint filiæ senatorum. [e] Quod ait Accursius, & alij sequuntur, indultum liberis priuilegium, vltrà pronepotes non procedere, mihi verum non videtur, cùm vbique liberorum appellatione in infinitum geniti contineantur propriè, nisi expressim ad certum gradum aliquid præstitum sit. [f] Quamuis enim vltrà trinepotes proprio vocabulo non appellentur, generaliter tamen liberi sunt: & pòst trinepotes etiam posteriores: [g] vt veriùs sit priuilegijs nominatim exprimi oportere quatenus Princeps, qui indulget, velit procedere: alioqui à verbis recedendum non esse.[h]

a. l. Cũ hic sta. ff. de do. inter vir. b. l. liberorũ. ff. de Ver. sig. c. l. nepotes. s. de his qui s. sui. l. ex adop. s. de Adop. d. sup. l. fœm. e. d. l. fœmin. f. d. l. liberorũ g. l. fin. ff. de Grad. l. sed si. ff. de inius vo. h. l. n6 aliter. ff. de Leg. 3. l. ff de exerc. l. 3. de Nego. gest. l. piper. qui & à quib.

Ad l. XI. PAVLVS *Lib. 12. ad edictum.*

Senatores licet in urbe domiciliũ habere uideantur, tamen & ibi unde oriundi sunt, habere domicilium intelligũtur: quia dignitas domicilij adiectionẽ potiùs dedisse, quàm permutasse uidetur.

Ex prouincia oriundus, in senatum lectus est Romæ: quæsitum est an quod ei alienatũ sit, quasi alterius iurisdictionis homini contra edictum perpetuum alienatum videatur. Inscriptio enim capitis, vt ita facti speciem comminiscamur, admonet: cùm lib. 12. ad edictum, eam partem edicti perpetui Vlpianus interpretatus sit. [a] Et scribit senatorem non solùm Romæ domicilium habere, & obnoxium iurisdictioni, sed etiam in prouincia vnde oriundus est. [b] Sicut enim per adoptionem non minuitur dignitas, sed augetur, [c] per adoptionem non mutatur origo: [d] ita neque domicilium per dignitatem senatoriam amittitur, sed tantùm re, atque animo, aliò transfertur, si fortè fortunas suas omnes Romam eo animo transtulerit, quasi in prouinciam habitãdi caussa rediturus sit nunquam. [e] Igitur obserua quid intersit inter domicilium habere alicubi gentium, & ciuem eius municipij, ciuitatísve esse. [f] Non dico ciuem Romanum (quod ius omnibus concessum est qui in orbe Romano sunt) [g] sed ciuem, cui municipales honores, & munera, lege patria deferantur. [h] Domicilium enim incolam facit, cùm quis fortunarum suarum summam, & habitationem alicubi constituit sua voluntate: [i] ciuem verò facit origo, si pater eius municipij ciuis fuit: manumissio, si à domino eius municipij ciue, manumissus sit seruus: allectio, si allectus ascriptúsve sit in aliquam ciuitatem, aliunde oriundus: quo modo peregrini in ciuitatem Rom. allegebantur: item si adoptatus sit à ciue alterius ciuitatis. [k] Sed etsi quis allectus sit, vel adoptatus, duarum ciuitatum ciuis esse poterit: nimirum alterius originarius in qua pater eius fuit: alterius eius, municépsve allectus, &c. [l] Ciuis verò Romanus, & Atheniẽsis nemo esse potuit. Neque ideo quis ciuis erit alicuius ciuitatis, quòd ibi pater natus sit, vel quòd ipse natus sit. [m] Quid enim si domicilium, ibi pater duntaxat habuit? quid si mater fortè peregrè profecta, apud peregrinos pepererit? Quæ ideo hic quasi prælibanda volui, quòd interpretes parum appositè ad docendum hæc eloquantur. Id nemo mihi non credet ex ijs qui medioeri iudicio præditi, in commentarijs diu versati sunt: quos video relicta suibus glãde, lubenter Cereris frugibus vti. Ex quibus id apparebit (vt exemplo nostræ interpretationis vsum commonstrem) me ciuem Biturig. non esse, quòd Doctor iuris apud Bituriges publicè factus sim: sed tantùm incolam esse, & habere domicilium Biturigibus: vt miles habet vbi meret. [n] Originem verò à Leonensibus duco, vbi pater non tantùm natus, sed ciuis fuit: ea mihi patria, ea ciuitas, id municipium: eius ciuitatis ciuis sum originarius, ciuis etiam Gallicanus, maioris nimirum ciuitatis, ex quo Britannia Celtica Francorum regno accessit. Ciuis Biturig. non aliter futurus, quàm si publicè donet ciuitate, vt magistratum municipalem quemlibet, inibi ritè gerere ex lege municipij queã. Quod

a. ff. de alie. iudi. mut cau. l. 2. 3. &c. b. l. j. & 2. C. vbi Sena. & hic. c. l. per adopt. sup. de Adop. d. l. ordine. ff. ad municip. e. l. domiciliũ ff. ad munici. l. ciues. C. de incol. lib. 10. f. d. l. ciues. & l. j. ff. ad municip. g. l. in orbe. sup. de Sta. ho. l. Roma. ff. ad municip. l. 3. sup. h. l. j. & l. libertus. ff. ad municip. i. d. l. domicilium. k. d. l. ciues. l. j. & l. assumptio. ff. ad muni. Cicer. pro. Arch. p. Cor. Balb. l. rub. C. de Municip. & Orig. m. l. filios. eo. l. j. ff. ad municip. n. l. municeps s. miles. ff. ad municip.

& de

o. d. l. assumptio. & l. qui in j. ad mu. l. j. C. vbi pe. tuto. p. l. municeps eo. q. vt hic. r. sup. de Statu ho.

& de filio meo in ea ciuitate edito, similiter dicendum est, atque adeo de nepote, & deinceps, nisi allegantur in ciuitatem. Erunt enim perpetuò, vbicunque nascentur, ciues Leonenses (quos Cæsar ni fallor Lemonites appellat) vnde ego naturalẽ originem duco. [o] Porrò senator (vt redeam vnde digressus) ad onera quod attinet, municeps esse desinit sui municipij, honorum ius habet: [p] incolatum per solam dignitatem non amittit, sed alium ei adijcit. [q] Sed de ciuibus, & peregrinis suprà latiùs diximus. [r]

Ad l. XII. VLPIANVS Lib. 2. de Censibus.

[a] aliàs Marinæ. [b] Fortè cõpilatorum sunt verba.

Nuptæ priùs consulari uiro, impetrare solent à Principe (quamuis perrarò) ut nuptæ iterum minoris dignitatis uiro, nihilominùs in consulari maneant dignitate, ut scio Antoninum Augustum Iuliæ [a] Mammeæ consobrinæ suæ indulsisse. [b] Senatores autem accipiendum est eos esse, qui à patricijs & consularibus usque ad omnes illustres uiros descendunt: quia & hi soli in Senatu dicere sententiam possunt.

a. arg. j. de Censib. & l. 3. C. de dig. lib. 12. b. arg. l. ætatem. j. de Cẽsib. c. vt hic. & l. fœmi. sup. d. Lampri. in Alex. e. l. spadonẽ. j. de Exc. tu. l. plæbs. de Verb. sig. f. Spartia. in Heliogab.

Vlpianus de censibus verba faciens, priuilegia indulta senatoribus, & consularibus memorauit: [a] quæ dignitati tributa, ad vxores quoque eorum pertinent, quandiu in consulari maneant dignitate. [b] Et si inferioris dignitatis viris nubant, cũ dignitate priuilegia amittrent, nisi à Principe priuilegium impetrent, vt iterum nuptæ inferioris dignationis maritis cõsularem retineãt dignitatem: quod genus priuilegij non temerè concedi solet à Principe [c] Quod ait, Iuliæ Mammeæ consobrinæ, hoc priuilegij ab Antonio indultum, eò accedit quòd Lampridius Mammeam Alexandri matrem fuisse, refert à plærisque traditum: Alexander autem Antoninis successit Augustus. [d] Ait Vlpianus, aut certè Iustinianus: Senatores autem accipiendum est eos esse. Definit senatores, qui in senatu sententiam dicere possunt: eiusmodique esse dicit, qui à patritijs, & consulibus, vsque ad omnes viros illustres descendunt. Quibus verbis fœminas excludit senatorum appellatione: licet figuratè, & senatoriæ fœminæ, & liberi senatorum, cõtineantur, [e] vt dixi. Atque hac in re institutum damnat aliorum Imperatorum, sub quibus fœminæ clarissimæ in senatum ingressæ dicuntur, & rogatæ sententiam. vt mater Heliogabali. [f] Quod ait, à patritijs. Si Vlpiani verba hæc fuerunt, ita accipere licebit: senatores esse non tantùm qui lecti sunt in senatum à Principe, sed latiùs qui honoribus functi, illustres, clarissimíve sunt: atque ob id veniendi in senatum, & dicendæ sentẽtiæ ius habent. Patritios quoque, id est nobiles Romanos ex patribus primis genitos, vel alioqui allectos in patriciatum senatores latiori significatione dici.

g. Gell. lib. 3. cap. 18. h. lib. 3. ca. 14. i. Cicer. pro Mure. k. Suet. in August. sup. eo. l. liberos. l. Senatoris. l. per sup. de Adop. l. Haloã. hic. m. cõst. j. & 3. supr. n. l. non sunt. sup. de St. ho. o. l. 3. C. de Consul. li. 12. l. fi. eo. Sudas. p. j. tit. seq.

Nã Gellius qui sub D. Hadriano in iudicijs versatus fuit, hoc edicto tralatitio vsos cõsules in vocandis senatoribus in curiam ait: [g] Senatores, quibúsve in senatu sententiam dicere licet, &c. Et suprà scripta quidem interpretatio in hoc à nobis adhibita est, vt ijs satisfaciamus qui verba hęc Vlpiani esse putabunt: quę tamen plùs in fronte habet, quàm in recessu. Nam non omnes equites ius sententiæ habuisse, sed tantùm eos qui honoribus populi vsi erant, Gellius refert: [h] qui tamen ex illustri ordine, & clara familia erant. [i] Deinde à Gallinaceo ad asinum (vt dicitur) transire videtur Vlpianus: qui de consulari fœmina locutus, ad senatorem virum definiendum gradum facit. Et licet de senatoribus antè fecerit mentionem lib. 2. de Censibus, hic tamen apud Iustinianum parum aptus est transitus, etiam si ad superiora capita respiciat Iustinianus: quandò liberi senatorum (qui patritij non sunt) [k] senatores non habeantur alibi sub hoc titulo. Igitur verior est eorum coniectura, qui verba hæc Iustiniano adscribunt propria: [l] qui professus est bonã partem eorum quæ transtulit in Pãdectas, se reformasse: addidisse alibi quædam de suo, alibi detraxisse: [m] id quod in ijs factũ, quæ ex Pauli sententijs mutuatus est, suprà ostendi. [n] Hæc enim Iustinianus adiecit, vt intelligamus q̃ latè patere velit senatoris appellationẽ: nimirũ pro omnibus, non solũ specialiter lectis in Senatũ, sed etiã pro patritijs, qui lecti erant in patritiatũ, ordinẽ reliquo senatu digniorẽ, [o] item pro cõsulibus, licet & hi à Senatoribus propriè separẽtur in edicto tralatitio, de quo superiùs: [p] pro præf. quoq; prętorianis & vrbanis, pro magistris, comitibus sacrarũ largitionũ, comitibus rerum priuatarũ, quæstoribus, & qui alioqui illustratũ cũ administratione, vel vacantẽ adepti sint. De quibus in Codice Iustinianeo, vsq; ad tit. De offi. Proecon. & lib. 12. vsq; ad tit. de Primicerio: & apud Cassiodorum lib. 6. vsque ad formulã Comitiuæ primi ordinis ferè. Hi enim omnes augebant numerum senatus, id quod ex Cassiodoro lib. 5. constat: vbi Cyprianum sacrarum largitionum dignitate donatum, apud senatũ Romanum Theodericus Rex commẽdat epistola: cum in hoc euexisse ad comitiuam adfirmans, vt senatus numerus augeretur. Quod & de quæstore, de comite rerum priuatarum, & alijs illustri dignitate honoratis, idem passim scribit. Fuit autem Cassiodorus (ne hoc putes ignorasse) senator V.C. & illustris, quæstor palatij, consul, magister officiorum, præfectus prætorio, prępositus, & patritius sub eodem Theoderico, Anastasij, & Iustiniani Augustorum seculo. Sed quid ego Cassiodorum laudo? zeno Augustus ante Iustinianum, superiores illustres adscribi in ordinem senatorũ post depositam administrationem solitos, testis est. [q] Accedit huic nostræ coniecturæ illud etiam, q̃ Vlpiani temporibus, clarissimatus quidem ordinem senatorum ab equite, & plæbe secreuerit: [r]

q. l. 3. C. vbi senat. l. fi. C. de præp. sa. li. 12. r. Lampri. in Alex.

spectabiles,

spectabiles, & speciosos, & illustres, clarissimis honoratiores fuisse non constat. [f] Nam, vt dixi, præf. suos latis clauis ornabat, vt clarissimi essent, & dicerētur: illustres viros senatores Spartianus vocat in Seuero: ex quibus quosdam clarissimos tantùm fuisse, non illustres, sub Constantino Magno, & deinceps manifestum est: [t] vt Vlpiani sæculo, illustres à claris viris distinctos non fuisse, probabile sit. Sanè sub Constantino, varios dignitatum titulos fuisse, [u] & vsque ad Iustinianū perpetuatos, certum est: [x] clarissimatum, spectabilitatem, illustratum, perfectissimatum Et hi à Principe vel cum administratione aliqua, vel antè, vel pòst, pro cuiusque meritis donabantur. [y] Qui ante administrationem aliquam his titulis ornabantur, vacantes dicti sunt, & honorarij, vt consulares, præfectorij, quæstorij: qui si pòst administrationem aliquam adepti essent inter vacantes non habebantur, sed antè ponebantur vacantibus eiusdem dignitatis: [z] non aliter quàm si ante titulum acceptum, ordinarij fuissent cōsules, præfecti, quæstores: qui posita administratione, ordinarij exconsules, expræfecti, exquæstores, vel exconsulibus, &c. appellati sunt. [a] Clarissimi igitur tantùm fuerunt senatorij ordinis homines: [b] & qui clarissimatu specialiter à Principe exornabantur, vt non solùm clari, sed clarissimi in epistolis &c. appellarentur superlatiuo nomine, vt idem Cassiodorus ait. [c] Nam cōsules, & senatores, qui specialiter spectabilitate, vel illustratu donati non erant vv. CC. id est viri clarissimi, vbique dicuntur: alij vocantur illustres, & c. qui hoc honore alioqui donati erant. [d] Quanquam Cōsulatus, & Patritiatus, supra illustratum haberentur: [e] & ex illustribus, qui maiores honores gessissent, excelsi, magnifici, sublimes, eminētissimi, magnificentissimi, augendi illustratus caussa, dicti sunt: interdū illustrissimi, amplissimi, [f] &c. Hoc clarissimatus titulo claruerunt Præsides prouinciarum quidem sub zenone, [g] vel ꝙ ex senatorio ordine essent, [h] vel ꝙ nominatim eo titulo decorati à Principe ante præsidatū, vel cū eis præsidatū daret. Proconsules, & duces, idē spectabiles dicit: quibus addit vicarios præf. prætorianorū, comitē orientis, præf. augustalē. [i] &c. Iustinianus Prætores quosdam, & comites, moderatoresq; inter spectabiles iudices refert. [k] Ex his alij ciuiles iudices, vt procōsules, & vicarij: alij militares erāt, vt duces, & comites. Sub Cōstātino nullus dux militū spectabilis, aut clarissimus fuit, sed tātū perfectissimi dicebātur. [l] Cōsulares, quos zeno inter clarissimos prouinciarū iudices enumerat, [m] alios spectabiles, alios illustres fuisse sub Theoderico Rege, ex Cassiodoro cōstat. Iustinianus Ioanni præf. præt. viro clarissimo alicubi scribit. [n] Illustris consul apud Cassiodorum legitur, clarissimus apud Iustinianum: [o] vt colligere liceat illustratum nō sequi necessariò consulatum, vel præfecturam, aut senatoriam dignitatē. [p] In iudicibus id cōstitutum est, vt à clarissimis ad spectabiles, & ab his ad excelsos illustres, appellationes fierēt: ita tamen vt si fortè medij iudices, vt duces, illustri dignitate, vel maiore splenderent, habita ratione prouinciæ quasi à spectabili, ad excelsos iudices prouocaretur. [q] Vnde constat sub Iustiniano regulariter in minoribus prouincijs clarissimos, in medijs spectabiles fuisse, & hinc appellari illustres iudices: & deniq; maximis ordinarijs honoribus decoratos, supra honorarios illustres fuisse: quod quidam ex doctis negant. Et hoc non solùm Iustinianus, [r] sed Cassiodorus probat: qui formulam consulatus velut supremæ dignitatis sub Principe, loco primo, deinde patritiatus loco secundo, tum præfecturarum formulas tertio loco concepit: & eum esse ordinem dignitatū inter consules, patritios, & præfectos reliquit. [s] Deinde pòst, vacātium codicillorum, & illustratus vacātis formulas subiecit, qui nihil aliud quàm merum honorē, sed eum perpetuum tribuūt: vt codicilli spectabilitatis, clarissimatus, perfectissimatus. Nam cōsulatus, patritiatus, præfectura, quæstura, &c. ordinarij honores sunt, vt senatoria dignitas: ex quibus patritiatus, & senatoria dignitas perpetuātur: reliqui honores post tēpus præstitutum deponuntur, [t] & excōsules ordinarij, expræfecti, exquæstores, vel exconsulibus, &c. [u] & apud veteres consulares, præfectorij, quæstorij dicebantur his honoribus functi. [x] Erant enim consules ordinarij, & suffecti: vnde exconsules ordinarij dicti. [y] Qui sine labore, & administratione, hos honores cōsequuntur, honorarij, & vacantes consules, &c. fiunt: & cōsulares, præfectorij, &c. apud Augustos post Constantinum vocantur. [z] Consularitas etiam nomen est ordinariæ dignitatis: [a] vnde excōsulares moderatores prouinciarum appellati, qui consulares prouincias rexere ordinarij. [b] Vice consulem Mysiæ, Iustinianus nominat, [c] quasi consularem aliquem pro consule missum in prouinciā consularem, more veterū. Patritij, vt dixi, primùm centum patrū à Romulo factorū progenies fuit: [d] deinde lecti à Rege Prisco, & Augustis veteribus in patritiatū: [e] ex quo ordine senatus legebatur, vt cōtrà senatores in patritiatū euehebātur, vt liberi patritij haberētur. Nā ex alijs senatoribus nati, senatorū liberi, & clarissimi habiti sunt: [f] patritij appellati nunquā. Qua in re fallūtur plæriq; omnes. Sub Cōstantino, & deinceps, nomē cœpit esse supremi consilij, ꝙ parentes Principū haberentur: [g] de quibus hic loquitur Diocle t. mihi videtur ad sua tempora respexisse, non Marci. [h] Sed cùm patritiatus hic perpetuus fuerit, quos expatritios zeno Augustus narrat. Et puto cingulum

[r] l. si quando. C. de Appel. auten. vt ordi. præf. l. 2. C. vt dig. ord. Cassio. in for. Duca. Reti C. per illustres dixit ad Atti. [s] lib. 6. [t] Cassio. in for. patritij præsida. & de Refe. in Sena [u] d. l. 2. vt dig. ord. const. 3. §. & in auten. inscriptio. [x] l. 1. C. de Dig. l. 1. §. eo. [y] inscrip. auten. Lamprid. in Alex. [z] d. l. 2. vt dig. ord. [a] Cassio. de For. consular. [b] l. petitionem. C. de aduo. di. iudi. [c] auten. nullum cred. [d] Liu. lib. 1. ab Vrb. [e] Sueto. in Aug. & in Claud. [f] l. fœminæ. sup. eo. l. per. sup. de Adop. l. liberos. sup. eo. Sueto. in Augu. [g] l. fi. C. de Consul. [h] l. diuo. C. de Quæst. l. 3. C. vbi senato.

[s] l. speciosas. §. de Verb. sig. l. 1. C. de sen. pass. l. 1. C. si ex fal.
[t] l. 1. C. vb. senat. l. 2. C. de ijs qui ve. æta.
[u] d. l. 1.
[x] auten. de appe. & C. de Eq. dig. & C. de Perf. dig.
[y] Cassiod. de For. illu. spec. & clariss. libr. 6. & 7. l. si quand. C. de Appel. l. 2. C. vt dig. ord.
[z] l. 2. C. vt dig. ord. ser. l. pen. C. de Consul. auten. vt ord. præf.
[a] autent. de Iudi. in rub. §. const. 3 d. l. 2.
[b] l. fœminæ. §. eo. d. l. 2. de ijs qui ve. æta.
[c] lib. 7. d. l. 1. C. de Eq. dig. d. l. fin. C. de tuto. ill. d. l. 2. de Iis qui ve. æta.
[e] l. 1. & 3. C. de Cōs. lib. 12. Cassio. lib. 6.
l. si quand. C. de Appel.
[f] const. 3. sup. auten. vt ab ill. d. l. 2. 3. po. & fi. de Cōsu.
[g] l. 1. §. de Off. præsid. l. 1. vt om. C.
[h] l. Senator. C. de dig. lib. 12.
[i] d. l. 1. l. à pcō. C. de App.
[k] auten. de Appel.
[l] Marcell. in Constan.
[m] d l 1.
[n] autent. de Immen. do.
[o] C. de Emēda. C.
[p] d. l. si quād. C. de Appell. d. l. 2. C. de Iis qui ve. æta.
[q] d. auten de Appell. d. l. si quand.

gulum quidem perpetuò retinuiſſe patritios,[i] ſed tamen laborem, & militiam deponere ſolitos: quos expatritios zeno vocat, & hoc Caſſiodorus ſignificare videtur. Nã & viri illuſtres præpoſiti ſacri cubiculi, ſub Anaſtaſio id priuilegij acceperũt, vt poſt depoſitã militiam, ſenatui adiũcti, cingulo vterentur, ſi quando proficiſci aliquo vellent.[k] Et hæc ſummatim dicta volui in hunc locum, quòd vulgares gloſſularij nõ ſatis ea percipiant: ſine quibus bona pars Codicis Iuſtinianei ignoratur. Nam ij quòd Comitem ſpectabilem legerint,[l] omnes Comites nõ alio titulo decoratos putarunt: cùm alios clariſſimos tantùm,[m] alios etiã illuſtres fuiſſe conſtet.[n] Duces ſpectabiles tãtùm poſuere (quod regulare fuit ſub Iuſtiniano)[o] ſed idem Iuſtinianus illuſtres, & his etiam maiores, Ducatum adeptos interdum ſcribit.[p] Illi tempora confundunt, nos temporibus Vlpiani,[q] & anteà,[r] præfectos clariſſimos dictos, & proconſules, obſeruamus: quorum illi illuſtres regulariter, hi ſpectabiles à Conſtantino ad Iuſtinianum fuere.[ſ] Illi cõſulem inter illuſtres referunt, nos conſulatus fulgorem ſupra illuſtratum dicimus: ſed tamen conſulem ex ordine ſenatorio, vel alioqui clariſſimũ, non aliàs dictum illuſtrem quàm ſi illuſtratu decoratus eſſet præter conſulatum.[t] Illi Senatores omnes illuſtres vocant, nos clariſſimos quidem fuiſſe cùm liberis, & vxoribus, illuſtres demum ſi vel illuſtrem ordinariam dignitatem, vel honorariam à Principe acceperint: vt præfecturam, quæſturam, &c.[u] Illi patritios in iure ciuili eodem modo vbique, nos alibi pro nobilibus Romanis, vel ex primis illis ſenatoribus, vel in nobilitatem adſcriptis:[x] alibi pro ſenatoribus ſupremæ dignationis accipimus.[y] Illi omnes ſpectabiles, & illuſtres fuiſſe clariſſimos, nos nõ fuiſſe cõcedimus: quod oſtendit inſcriptio Caſſiodori V.C. & illuſtris, &c. Dignitatum igitur gradus ſub Iuſtiniano ita computamus à plæbe obſcuriore, ad Regiam, Imperatoriamque dignitatem aſcendentes.

- Milites, militia
  - armata
    - Equites
    - Pedites
  - Inermis
    - Profeſſores
    - Curiales
    - Aduocati, &c.
- Perfectiſſimi, perfectiſſimatus.
- Equites, equeſtris dignitas.
- Clariſſimi, clariſſimatus.
  - Senatores interdum
  - Rectores prouinciarum, &c.
- Spectabiles, ſpectabilitas.
  - Duces.
  - Proconſules, &c.
- Illuſtres, illuſtratus. / Patritij, patritiatus.
  - Præf. prætoriorum.
  - Præf. vrb. &c.
  - Senatores interdum.
- Conſules, conſulatus.
  - Ordinarius conſul
  - Suffectus.
- Reges, Regalis dignitas.
- Imperatores, Imperatoria dignitas.

Sed ius Gallicanum tandem audiamus, quòd ad hunc titulum pertinere videatur.

DE IVRE GALLICANO AD TIT. DE SENATOR. PERTINENTE.

Vt Romæ ab initio nobiles, & plæbei fuerunt, quibus medius ordo equitum deinde inſertus eſt: ita apud Gallos, atque adeò bonam partem Europæ, tres hodie ſunt ordines, nobiles, clerici, & plæbeij, populareſve: *les troys eſtatz.*[a] Et vt ſenatores, & alij clariſſimi, honore: patritij ex illis nati, genere: patritij adſcripti, beneficio Principis nobiles dicti ſunt Romanis:[b] & propria significatione huius verbi, patritij ſoli: ita apud Galliam propriè nobiles dicuntur, qui vel genere, vel beneficio Principis nobiles ſunt. Inter quos ſunt equites honorati, qui & iure Romano ad inferiorem plæbem relati, clari fuerunt.[c] Porrò ſicut Iuſtinianus plæbeios, atque adeò libertinos, virtute & ſtudijs claros, ad ſenatoriam dignitatem, & clariſſimatum, vel maiores honores, euexit:[d] ita Galli Reges tam ex plæbe, quàm ex nobilitate legunt, quos honoribus donant. Imperatori Romano, vel Romanorum Regi potiùs (qualis fuit Theodericus quem ſuprà memini) Regẽ Galliarum opponimus: patritijs, duodecim pares olim, & nunc omnes interius Regis conſilium ingredientes: Cancellarius, & conſulis vnius fulgorem, & vnius præfecti prætoriani poteſtatem, & quæſtoris palatij officium ſimul ſibi vendicat, & inter patritios iure eſſe dicitur relatus. Pariſiorum ſupremum conſeſſum, non inecõcinnè Senatui Romano comparabimus: ſed ad iuriſdictionẽ quod attinet, conſilia gallicana, præfecturas prætorianas (quales ſub Iuſtiniano fuerũt) iuſtiùs dixeris.

i. Caſſiod. de For. patritia. k. l fin. C. de Prepo. ſa cub. lib. 12. l. d. l j. C. vt om. iudi. m. auten. vt ab illuſtr. n. l j. C. ne rei milit. o. d. l. ſi quãd. C. de Appell. p d. l. ſi quãd. Caſſio. de For. Duca. re. q. Lampri. in Alex. r. l. j. C. ſi ex fal. l. j. C. de Sena. paſſ. ſ. l. 2. C. vt dig. ord. lib. 12 l. j. C. vt om. iud. d aut. vt ab ill. & d. l. ſi quando. t. C. de Emẽ. C. & C. de cõſir. C. l. 3. C. vb. ſena. u. de tut. ill. l. ſi. C. l. fœminæ. ī co. l. 2. C. de his qui ve. æta. x. ſ. plæbis. de Iur. nat. Suet. in Auguſt. y. C. de Cõſu.

a. Franciſc. b. Caſſiod. l. a. ſ. de Excuſ. tut. l. j. C. de Comit. l. mulieres. C. de dig. l. 2. ſ. de Orig. iur. l. ſi. C. de incol. 56. di. c. nunquam. e. l. j. C. de Eq. dig. d auten. vt liber. l liber. C. de Dig.

dixeris. Nã magnum cõsilium, præfecturæ in comitatu: cætera parlamentorum consilia, præfecturæ orientis, Illyrici, Africæ, similia dicemus. [e] Hæc tamen omnia si appellatione Senatus decoraueris, non repugnabo: modò intelligas Iustiniano principatum tenẽte, ad præfecturas, magis q̃ ad Senatum à spectabilibus prouocatum fuisse: [f] licet sub Hadriano, Alexandro, Domitiano, Probo, iurisdictionem ordinariam Senatum habuisse constet. [g] Sanè demandasse criminis executionẽ Senatui, vel aliquot ex eo ordine iudicibus, Reges Romanos, ex Cassiodoro rescire possis. Idẽ amplissimus ordo, senatusconsulta eodem sæculo fecit, & creatos magistratus à Principe comprobauit. Ergo si præfecturas voces, præfectum prætorio eum qui præsidet appellabis: si senatus, præsidentes dices, Principes curię, more veterum. [h] Senatorum liberi apud Gallos, ius dicendæ sententiæ non habent, nisi referantur in Senatum à Principe: Cancellario venienti in senatum, Princeps senatus cedit, quasi consuli: & hic cedit Regi, vt consul Augusto: qui & ipse interdum venit in senatum. [i] Seneschalli, & Balliui instar spectabilium iudicum sunt: Regij iudices, à quibus hi appellantur, clarissimorum. Ad extremum nobilitas dignitatum, vti neminem reddidit apud Romanos immunem ab ordinarijs tributis, ante beneficiorum immunium originem: [k] ita nec apud Gallias. Et hæc propriè nobilitas apud easdem celebratur. Scio in præfecturas quasdam prætorianas apud Galliam, senechallos (quos cum spectabilibus iudicibus contulimus) ire solitos, & consiliarios Regios etiam dictitari: [l] qui in senatu ius sententiæ non habuerunt: [m] & senatusconsulta arestáve apud Galliam intra præscriptam singulis præfecturis iurisdictionem, vim suam obtinere: vt Romano, & Constantinopolitano senatui potiùs quàm veteri Romano (qui vnus olim fuit) nostra parlamenta comparaueris: licet in iure dicendo per omnia non conueniat, vti nec in eo quod modò dixi. Omnes senatores Galliarum tam magni consilij, quàm parlamentorum, in vnum velut corpus coeuntes, cum ijs omnibus qui ius sententiæ in interiore consilio habent, similes erunt senatoribus, quos hoc loco definit Iustinianus: vt liberi liberis, & vxores vxoribus: quos omnes clarissimos, vel illustres, & nobiles honore non iniuria dicemus. [n] Quanq̃ nobiles non sunt eo genere nobilitatis, ꝙ propria, specialive significatione sic appellatur apud Gallos: & ex vsu beneficiorum venit, quo tempore Ducibus, Comitibus, Castellanis, & alijs militibus, aut qui alioqui remp. benè gesserãt, Principes immunia beneficia dare cœperunt, atque adeò immunitatem ab omni munere patrimoniali, & personali, præter militiam. [o] Eam nobilitatem definimus hęreditariam, à muneribus tam patrimonialibus, quàm personalibus immunitatẽ, præter militandi officium. Et in hoc quidem genere id iuris obseruatur, quòdam tenus, quod in clarissimatu. [p] Natus enim ante patrem à Principe nobilitatum, nobilis non est, sed qui postea nascitur: & ideo iure plæbeiorum in familia ereiscunda, moribus quibusdam vtentur, etiam cum nobilibus fratribus: [q] licet illi deinceps iure nobilium proprio diuidãt hæreditatem. Alijs moribus vxor plæbeia, mariti nobilis prærogatiua fruitur quandiu vidua manet: [r] hæreditas tamen eius à liberis iure plæbeio diuiditur, licet deinceps patris nobilis sequantur conditionem, & eius familiam, nobiliũ iure singulari diuidant. [s] Alijs moribus aduersus iuris communis rationem, [t] ex plæbeio & nobili editi liberi, vtram volunt optant conditionem. [u] Sanè ante Ducatum, Comitatum, regnum parenti delatũ, vel alioqui quæsitum geniti liberi, Ducis, Comitis, Regis, liberi dicentur: licet paternam dignitatem non habeant. [x] Sed quia lex patria apud Gallos inter nobilium, plæbeiorumque successionem differentiam constituit, & liberis vel cognatis eam defert, non ijs qui alioqui eandem dignitatem habent: dubium non est quin ante dignitatem quamlibet, præter nobilitatem, nati, iure nobilium succedant in beneficia & alaudia. Nã nec lex Salica Regiam dignitatẽ habẽtibus liberis, sed protogonis eorum qui Reges forent, regnum detulit: si liberi mares non essent, proximis ex latere protogonis. Et hæc verior est ratio huius successionis, quàm quæ à plærisque traditur. [y] Nam iure Romano non mutatur liberorum successio, quòd alij ante clarissimatum, vel illustratum editi sint, alij pòst: modò omnes legitimi habeantur. [z] iure Gallicano quidẽ interest vtrũ ante nobilitatem hæreditariam cum immunitate editi sint, an posteà: non item an ante aliam dignitatem, vel pòst. Neque quicquam refert vtrum filij senatorum, Ducum, Regum, &c. dicantur propriè, an latiore significatione: modò filij sint eorum de quorum successione quæritur, & nobiles. Nam leges municipales ita cõcœptæ non sunt, vt à Duce susceptos liberos esse oporteat, qui Duci succedãt, sed à nobili qui succedant nobili. Sic lex Salica protogono regnum defert, quod verbum ei non conuenit qui post regnum delatum natus est, si antè alius editus sit: vt ex cognita voluntate, eam legem ad filium producamus, qui propriè Regis filius non sit, vel à Rege susceptus, sed à Duce, &c. Eadem enim ratio est, cùm non dignitati, sed cognationi hæreditas deferatur iure communi: & certè aliquo modo filius Regis intelligatur ante regnum natus, etsi propriè ex Rege non sit. [a] Illud omittendum non est nobiles honore, vel genere apud Galliam non omnibus frui priuilegijs, quæ communi iure eis indulta sunt. Nã & hi quæstioni subijciuntur vt plæbei, si modò duorum testium iudicijs vrgeantur. Sed ad singulos gradus dignitatum pertinentia, opportuniùs suo loco explicabimus tam ex Romano iure, quàm ex Gallorum proprio.

e. C. de Offic. præf. prætori. & C. de Offi. præto. Afri.
Vid. ll. Re. du grand conseil. du Chatel. &c.
f. d. autent. vt ab illustr.
g. l. j. j. à quib. app. Quinnl. Vopisc.
h. Gell. lib. 3.
i. l. ius sena. C. de dig. l. ité. j. de Pet. hær.
k. l. sio. C. de Mu. pa. l. 2. & 3. C. de Fund.
l. l. omn. C. de mu. patr.
Lamprid. in Alex.
l. l. Reg. de Consiliar. in subsell. cũ aduocato Regio sedent.
m. vt hic.
n. l. j. & l. mulieres. C. de dig. l. moris. j. de Pœn. l. diuo. C. de quęstio. l. pręcipimus. C. de dig. amen. vt ab. ill.
o. C. de Fund.
L. i. l. 2. & 3.
Lamprid. in Alex. l. om. C. de Mu. patr. & l. 6.
p. l. senator. C. dig.
q. Turon. 20. & seq.
r. vt hic. & Treceo. 13.
f. Andeg. 252. & seq.
s. l. cum legitimæ sup. de Sta. ho. l. j. j. ad mu.
u. Trecen. j.
x. l. senatoris. sup. eo. l. Lege. j. de Rit nupt.
y. l. imperialis. C. de nup.
z. aotent. de hæred. ab.
a. arg. l. oratio. j. de Spõsa. l. 3. j. de Fund. do. l. 4. j. de parrici.
glo. auten. vt hi. q. ob. ad verb. curat.

DE OFFICIO CONSVLIS.

Titulus X.

Consul diuersis temporibus variè ius dixit. Nam ante Augustos, belli, domiq; maximum fuit consulare imperiũ: [a] sub Augustis à nostra ętate remotioribus, etsi imminutũ fuerit, aditũ tamẽ ad patres consulẽ præbuisse, & de maiore summa q̃ Pretores cognouisse, & deniq; reos iudicasse senatũ, dubium non est. [b] Sed Iustiniani sæculo nihil relictũ fuisse consuli iurisdictionis ordinariæ, præter iurisdictionẽ voluntariam, & Iustiniani constitutiones, [c] & hic locus, & Cassiodorus de formula consulatus loquẽs, apertè probãt. Cur enim tã pauca ex tribus libris Vlpiani de Offi. consulis, huc transtulit Iustinianus, si consul aliã iurisdictionem habuit? Nam & ante Vlpianum sub Domitiano, & postea sub Probo, & sæculo Vlpiani sub Alexãdro, habuisse constat: [d] qua de re Vlpianus tribus libris scripsit. Moris autẽ fuit vt liberata metu hostium ciuitate per consulẽ, serui etiam manu apud eum mitterentur, publicè lætitiæ testimoniũ. [e] Vetus imperiũ ei ademerunt Principes, relictis ornamentis cõsularibus, & maxima inter honoratos dignatione. Huius nomẽ adhuc annos notabat, senatui præsidebat: sed iurisdictionem ordinariam nõ aliam habuit q̃ voluntariã. Quod & de senatu suprà dixi: vt quæ de non appellando à senatu in Pandectas retulit Iustinianus, ad decreta senatus potiùs quàm ad iudicationem caussarum ciuilium, vel criminum executionẽ, referri oporteat: [f] licet aliter senserint pro tẽpore iureconsulti. Demandare etiam quędam senatui consueuisse Principem temporibus Iustiniani, ex Cassiodoro suprà probauimus: quo casu à senatu ad Principem nõ appellari, voluit fortè Iustinianus in Digestis: cuius voluntas spectanda est. [g]

a. l. 2. supr. de Orig. iur. auten de Cósul.
b. Sueto. Vopis. Quintil.
c. C. de Consul. lib. 12. auten. eo.
d. Lampri. in Alex. Sueto. Vopis. Quintil.
e. Cassiod.
f. l. quo. j. de Flu. l. j. j. de Postu. l. quod prin. j. de aq. plu. l. j. j. à quib. ap.
g. const. j. & 3. sup.

Ad l. I. VLPIANVS Lib. 2. de Officio consulis.



Officium Consulis est consilium præbere manumittere uolentibus. Consules seorsum & singuli manumittunt: sed non potest qui apud alterũ nomina ediderit, apud alterum manumittere. separatæ enim sunt manumissiones. Sanè si qua ex caussa collega manumittere nõ potest, infirmitate scilicet, uel alia iusta impeditus: collegam posse manumissionem expedire Senatus cẽsuit. Consules apud se seruos suos manumittere posse, nulla dubitatio est: sed si euenerit ut minor uiginti annis consul sit; apud se manumittere non potest, cũ ipse sit qui ex senatusconsulto consilij caussam examinat. apud collegam uerò caussa probata, potest.

Consilium præbere hoc loco, est quod alibi dixit, consilium exercere: & Iustinianus apud cõsilium, &c. & Iulianus apud consilium, &c. [a] Dabat enim consul, vel præses in prouincia, qui cognoscerent an iusta esset caussa manumissionis, si minor viginti annis manumittere vellet. Et hunc consessum, cui consul præerat, consilium vocat: [b] cuius exercitio, mandata generali iurisdictione, non transibat in eum cui mandabatur. [c] Nam specialiter hoc consuli, & magistratibus maioribus, senatusconsulto datum est: nec ad omnes iure magistratus pertinet: id est, non propterea quòd magistratus quis factus sit à Principe, hoc consilium cogere potest, nisi specialiter id ei lege, &c. concessum sit. [d] Ait deinde, seorsum. Bini consules ferè quotannis fiebant, quorum alter cœptum apud alterum expedire non poterat, nisi iusta ex caussa impediretur qui cœperat. Cœpisse iam videtur, apud quem nomen manumittendi serui editum est, id est profitente domino quem vellet manumitti, & iustam caussam manumissionis probare apud consilium, scriptum in actis nomen. Alterius namque temporibus iurisdictio ad eos pertinebat. [e] Sicut enim vbi cœptum est iudicium, ibi & finem accipere debet: [a] ita & de cõsilio hic scribit Vlpianus. Nec in eadem caussa sunt consules, in qua proconsul, & legatus. [b] Eiusdem enim potestatis consules, & eorum manumissiones separatæ sunt: at legatus vice proconsulis audit custodias, &c. Sanè ex iusta caussa lex permittit, quę ad idem iudicium pertinẽt, apud diuersos iudices per partes tractari: [c] vt hic manumissionem expediri. Ait lex, Cum ipse sit. Iusta ratio est, ne quod fauore minorũ lege AElia Sentia introductum est, consuli minori negetur seueriore interpretatione. [d] Licet enim magistratus factus sit à Principe, minor tamen esse non desinit: [e] & qua facilitate manumittere instituit, eandem quamlibet caussam in consilio probabit. Quod ait, consilij caussam. Expone rationem consilij, quod cœpit dominus manumittendi seruum: nisi malis manumissionem esse caussam, id est materiã apud consiliũ tractandã: quod eodẽ recidit. Senatusconsultum, vel ex hoc loco, factũ fuisse cõstat, ad legem AEliã Sentiã pertinẽs: quo cõsules caussam manumissionis examinare singuli potuerunt, &c. Filios suos, & seipsos emancipare apud se, & in adoptionẽ dare, consules ideo possunt: quia apud eos legis actio est, nec caussæ cognitione est opus. [f] Quare, si maiores sint viginti annis, seruos apud se suos manumittẽt eadẽ ratiõe. [g] Alibi Vlpianus ait, Cõsulẽ apud se manumittere, etiã si minor viginti annis sit: [h] quod ex hoc loco ita accipe, si collega caussam manumittẽdi probarit, id est receperit. Prætor apud collegã manumittere non potest,

a. l. 2. j. de Offi. eod. §. ead. instit. quib. ex cau. ma. l. 7. j. qui & à quib. l. an apud. j. de Manumis. vindict. l. 4. eo. l. 6. eod. l. 15. eo.
b Theop. d. §. eadem.
c. l. 2. j. de Offic. eo.
d. l. j. j. de Offic. eod.
e. Liu. lib. 8. Marcel. li. 22.
a. l. vbi. j. de Iudi. l. nulli. C de iudi.
b l. solet. j. de Offi. proc.
c. l. iudices. & auten. seq. C. de Fid. instr.
d. d. §. eadem.
e. l. nulla. supr. de ll.
e. l. quidam. j. de Re iudi. l. fi. C. de Cósu.
f. l. 3. & 4. sup. de Adop.
g. hic.
h. l. si roga. j. de ma. vindi.

apud consulē potest. [i] Qua ratione consul apud consulē nō manumittet, sed tantū consilij caussam collega examinabit, vt deinde ipse apud se manumittat, nō apud parem. [k] Sed quo pacto Iustiniani sæculo, consulem maius imperium habuisse accipiemus? [l] Id enim verum fuit Pauli temporibus, & Vlpiani. [m] Equidem puto quæ in Pandectis extant, ad Iustiniani voluntatem trahenda: & maius imperium consulis quàm Prætoris ex sententia Iustiniani accipiēdum, quòd vterq; imperium habeat, [n] & consulis dignatio amplissima sit: non quòd contentiosam iurisdictionem ordinariam exercuerit. Nam quæ de origine magistratuum Pomponius apud Iustinianū altiùs repetiuit, non in hoc euulgata sunt, vt cōsul de capite adhuc ius dicat: sed vt originem, & successionem magistratuum intelligamus. [o]

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Huius dignitatis instar est, magis quàm similis, Cancellariatus apud Francos, vt dixi, sub Regibus: qui tamen munera non edit vt consulatus sub Augustis, [p] sed Quæstoris, & Præfecti Prętoriani simul officium facit: non dico vnius ex multis præfectis officium, sed vnici præfecti prætoriani, sub Augustis vetustioribus, vel pręfecti prętorio in comitatu primi. Ante Augustos imperium ferè Regium habuit consul: vt non sit cur mireris, ad tit. De Orig. iur. me Reges Francos Regibus Ro. Dictatoribus, Consulibus, &c. comparasse: & ad tit. De senator. præsidentes consilijs parlamentaribus, cum præfectis pluribus prætoriorum contulisse. qui sub Iustiniano ex spectabilium iudicum appellationibus cognouerunt. Porrò quæ de duobus consulibus hic dicuntur, ad quoslibet iudices in solidum habentes ius dicendi, vel iudicandi potestatem apud Francos, produccemus: [q] vt duos eiusdē antistitis vicarios, [r] duos iudices à seneschallo datos: ad Præfectos ciuitatibus, & iudices præsidales, in quibus caussis ius anteuertēdi habent ex lege Regia. [s] Item ad iurisdictionem voluntariam omnium iudicum in emācipationibus, manumissionibus, adoptionibus: quas habere locum apud Galliam suprà ostendi, non solùm vbi Romanis legibus, sed etiam vbi moribus vtuntur, ferè. [t]

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO.

Titulus XI.

Ex libro Arcadij de Præf. Præt. tantùm Iustinianus huc trāscripsit, quantùm attribui voluit Præfectis qui suo tempore, & deinceps forēt. Nimirum vt hi summam iurisdictionem secundum Principem exercerent: à sententijs eorum non appellaretur, nec Princeps quidem: ex suis sentētijs ipsi demum restituerēt. Quæ etsi de vnico Præf. sui sæculi scripsit Arcadius, Iustinianus trahi voluit ad præf. Orient. Illyr. Afr. &c. [a] Formam ab hoc vnico præfecto datam, Alexander obseruandam vbique constituit, si constitutionibus non aduersaretur: quam ad leges traducemus, quæ multos præfectos esse, & diuersa territoria habere voluerunt: vt intra propriam cuiusq; iurisdictionem, forma valeat. [b] Deinde pòst alij Augusti, supplicare Principi, pręfectorum sententijs læsos, fas esse statuere. [c]

Ad. l. I. AVRELIVS *Arcadius lib. singulari de officio præfecti prætorio.*

BReuiter cōmemorare necesse est, unde cōstituēdi præfecti prætorio officiū, origo emanauerit. Ad uicem enim magistri equitum, præfectos prætorio antiquitus institutos esse, à quibusdam scriptoribus traditū est. Nā cùm apud ueteres, Dictatoribus ad tēpus summa potestas crederetur, & magistros equitū sibi eligerent, qui associati principali curæ militiæ gratia, secundā post eos potestatem gererēt: regimentis reipublicæ ad Imperatores perpetuò translatis, ad similitudinem magistrorum equitum, præfecti prætorio à Principibus electi sunt: data eis pleniore licentia ad disciplinæ publicæ emendationem. His cunabulis prætorio præfectorum authoritas initiata, intantū meruit augeri, ut appellari à præfectis prætorio nō posset. Nā cùm antè quæsitum fuisset, an liceret à præfectis prætorio appellari, & an iure liceret, & extarent exempla eorum qui prouocauerāt: postea publicè sententia principali lecta, appellandi facultas interdicta est. Credidit enim Princeps eos qui ob singularem industriam (explorata eorum fide & grauitate) ad huius officij magnitudinem adhiberentur: nō aliter iudicaturos esse pro sapiētia ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus. Subnixi sunt etiam & alio priuilegio præfecti prætorio, ne à sententijs eorum minores ætate ab alijs magistratibus, nisi ab ipsis præfectis prætorio, restitui possint.

i. l. apud. j. de manumiss.
k. l. apud. tit. seq.
l. d. l. apud eū. de manumiss.
m. d. l. apud de Manu. l. 3. &. 4. de Arb. l. si cui libertas. j. de Cond. l. 2. j. de in ius voc. l. j. j. de Appel.
n. l. j. & 2. sup. de Adop. l. j. j. si quis ius di. d. l. 2. de in ius voc.
o. l. 2. supr. de Orig. iur.
p. autent. de Consul.
q. arg. l. non poss. & seq. ī. de ll.
r. Bar. hic.
s. l. Reg. de iurisdi. omn. iudi. & du chastellet.
t. sup. de Adopt. & ī. de his qui. s. sui ad si.
a. C. de Offi. Præf Præt. Afr. C. de Of. Præf. Præt. ori. l. præcipimus. C. de Appel.
b. l. 2. C eo.
c. C. de sen. Præf. Præt.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Veteribus magistris equitum hic obiter memoratis, constabulariū Franciæ suprà opposui, & tribuno celerū sub Regibus: [d] vt antiquiori huic præf. Cācellariū, ad iurisdictionē quod attinet, &(vt ait) ad disciplinæ publicæ emendationē. Magistris militū nostræ ætati propioribus, [e] Mareschallos: Præfectis Prætorianis, præsidentes viatorio cōsilio, & parlamentis, comparauimus. Igitur à Rege, Cancellario, & alijs consilijs apud Galliam præsidentibus, non prouocatur ferè: sed quasi proprij erroris venia petitur (quam propositionem erroris vocant) aut circumuentio aduersarij allegatur. [f] Cancellarius ordinarius, vel suffectus, rescripta dubij iuris emittere non potest, nisi ad aulicum consilium priùs referantur: quod illud censuerit, tenebitur sequi. [g] In integrum nemo præter Regem restituit minores, aut alioqui circumuentos: [h] qui per Cancellarij ministerium, supplicantes ex sententijs supremæ curiæ, admittit ad probandum caussas erroris apud eandem curiam, omnibus classibus in vnum conuentum coactis. [i] Formæ datæ à supremis consilijs intra fines euiusque iurisdictionis obseruantur: quæ modò legibus Regijs contrariæ nō sint. [k] Cætera quæ ad iudices pertinēt, à quibus apud Galliam non appellatur, suo loco commodiùs ex legibus Regijs adhibebimus: quas iudicibus Francis ignorare non licet.[l]

DE OFFICIO PRAEFECTI VRBI. *Tit.* XII.

Originem Præfecti vrbis ex Pomponio alibi retulit Iustinianus, [a] quam & Gellius memorat lib. 14. Eum ab initio senatorem non fuisse, sed tamen senatum habere potuisse, Capitonem Tuberoni assensum, idem ait. Sed hæc Iustiniani sæculo non cōueniunt, quo inter illustres ordinarias dignitates, Præfectura vrbis fuit, [b] vti sub Theodosio, [c] &c. & in senatu idem Præfectus sententiam dixit, [d] senatum etiam coēgit, Præfecto Prætorio dignitate par: [e] imò senatores, & cōsulares viros iudicauit. [f] Nam senatus in senatusconsultis faciendis, & confirmandis Principum legibus, similibusque, occupatus erat, vt dixi, [g] non in iudicandis controuersijs, nisi interdum ex delegatione Principum. Hoc consules, & patritij honoratiores fuerunt quidem, [h] licet Præfecto annonæ, Prætoribus, & alijs ordinariam potestatem, & dignitatem intra vrbē duntaxat habentibus, antepositus sit à Valentiano: [i] cuius rescriptum non legi, Accursius legendum reliquit: qui alibi oculatior zenonis rescriptum inspexit: [k] vt taceā quòd iurisdictione maior patritijs etiam fuerit, licet honore inferior, & dignitate. Apud veteres Pręfectus vrbi Romæ, Prętori posthabitus est. Nam hoc ordine senatum habebant, dictatores, cōsules, Prætores, Tribuni plebis, Interreges, præfecti: vt autor est Varro apud Gellium. [l] Longo enim tempore postquam Vlpianus hęc scripsit, Præfectum prætorio dignatione æquauit sub Valentiniano. [m] Et hæc omnia à Paulo & Vlpiano scripta fuerunt de Offi præf. vrb. sed Iustiniano ea cautio adhibenda fuit, vt nihil ex ijs transcriberet, quæ constitutionibus aduersa videri possent.

Ad l. I. VLPIANVS *Lib. singulari de Offi præfecti urbi.*

OMnia omnino crimina præfectura urbi sibi uēdicauit: nec tantùm ea quæ intrà urbem admittuntur, uerùm ea quoque quæ extra urbem, intra Italiam: ut epistola diui Seueri ad [*] Fabium Cilonem præfectum urbi missa declaratur. Seruos qui ad statuas cōfugerūt: uel sua pecunia emptos ut manumittantur, de dominis querentes audiet. Sed & patronos egentes, de suis libertis querentes audiet: & maximè si ægros se esse dicant, desyderentque à libertis suis exhiberi. Relegandi deportandique in insulam quam Imperator assignauerit: licentiam habet. In initio eiusdem epistolæ ita scriptum est: Cùm urbem nostram fidei tuæ cōmiserimus. Quicquid igitur intra urbem admittitur: ad præfectū urbi pertinere uidetur. Sed & si quid intra centesimum miliarium admissum sit: ad præfectum urbi pertinet. Sed si ultra ipsum lapidem egressum est, præfecti urbi notio non est. Si quis seruum suum adulteriū commisisse dicat in uxorem suam, apud præfectum urbi erit audiendus. Sed etiam ex interdictis, Quod ui aut clā, aut interdicto unde ui, audire potest. Item solēt ad præfectū urbi etiam tutores siue curatores remitti, qui malè in tutela siue cura uersati, grauiori animaduersione indigent, q̄ ut sufficiat eis suspectorum infamia: quos probari poterit uel numis datis tutelā occupasse: uel accepto præmio operam dedisse, ut nō idoneus tutor alicui daretur: uel cōsulto circa edendū patrimoniū quātitatē minuisse, uel euidenti fraude pupilli bona alienasse. Quod autē dictum est, ut seruos de dominis querentes

d. l. 2. sup. de Orig. iur.
e. l. j. C. de Offic. magi. mil.
f. Lodo. 12. 88. & sequē.
Francis. 135.
Ludo. 11. l. Prefectu. j. de mino.
g. Ludo 12. in j. coast. 135.
h. Ludo. 12. 47.
i. Ludo. 11. Franc. 135.
k. arg. d. l. 2. C. de Offic. Præf. Præt. ori. l. j. C. de Senatusc. l. nō ambi ī de ll.
l. Ludo. 12. 78
a. l. 2. ī. de Orig.
b. aut. vt ab il.
c. l. quicquid. C. de aduo. di. iudi.
d. l. fi sup. de Senato.
e. l. j. & 1. C. de Pręf. Pręt. lib. 12.
f. Cassiod. & l. pen. C. eo.
g. l. fin. sup. de senat.
h. l. j. & 3. C. de Consul. Cassiod. lib 6
i. l. j. & l. Præfectura C. e.
k. l. 3 C. de Consul.
l. lib. 14.
m C. de Pręf. pręt. l 2. li. 12.
* aliàs Fauiū.

querentes præfectus audiat: sic accipiemus, non accusantes dominos (hoc enim nequaquam seruo permittendum, nisi ex caussis receptis.) Sed si uerecundè expostulent: si sæuitiam, si duritiam, si famem, * *qua eos comprimant: si obscœnitatem, in quam eos compulerint uel compellant, apud præfectum urbi exponant. Hoc quoque officium præfecto urbi à diuo Seuero datum est, ut & mancipia tueatur ne prostituātur. Præterea curare debebit præfectus urbi ut nummularij probè se gerāt circa omne negocium suum, & temperent ab ijs quæ sunt prohibita. Cùm patronus contemni se à liberto dixerit, uel contumeliosum sibi libertum queratur, uel cōuicium se ab eo passum, liberósque suos uel uxorem, uel quid huic simile obijciat: præfectus urbi aditus pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut ulteriùs procedere in pœnā eius solet. Nam & puniendi plerunq; sunt & liberti. Certè si se delatum à liberto, uel si cōspirasse eum cōtra se cum inimicis suis doceat: etiam metalli pœna in eum statui debet.*

* aliàs, quæ eos cōprimat

Cura carnis omnis ut iusto precio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet, & ideo forū suarium sub ipsius cura est: sed & cæterorum pecorum siue armentorum quod ad huiusmodi præbitionem spectat, ad ipsius curam pertinent. Quies quoque populariū & disciplina spectaculorum ad præfecti urbi curā pertinere uidetur. Et sanè debet etiā dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi quid ubique agatur. Et urbe interdicere præfectus urbi, & qualibet alia solitarum regionum potest, & negotiatione, & professione, & aduocationibus, & foro, & ad tempus, & in perpetuū: interdicere poterit & spectaculis. & si quem relegat ab Italia, summouere eum etiam à prouincia sua. Diuus Seuerus rescripsit etiā eos, qui illicitum collegium coisse dicuntur, apud præfectum urbi accusandos esse.

Quo tempore hæc scribebantur, Romæ diuersi magistratus ius dicebât, alij de alijs negotijs, vt consules Prætores diuersi, Præfectus prætorio, Aediles,[a] &c. Præfectus vrbi de quibus caussis ius dixerit, & deinceps dicturum voluerit, Iustinianus ex Vlpiano, & Paulo exequitur. Habuit autem criminum omnium executionem intra vrbem, & cētesimum lapidem: & relegare, deportare, interdicere negotiatione, &c. fustibus castigare, & damnare in metallum potuit. Ius gladij habuisse ex hoc loco non constat vt nec ex constitutionibus Codicis, sub eodē titulo, sed aliunde id colligere licet, [b] sub Diocletiano. Ex appellationibus quorundam iudicū cognouisse sub Augustis posterioribus, certum est. [c] Damnatus ab eo in insulam deportandus, statim amittit ciuitatem, licet insula assignanda sit ab Imperatore: Præsidum prouinciarum sentētiæ à Principe vt comprobentur priùs oportet, quàm damnati [illegible] fiant: [d] quamuis ius gladij habuisse eos manifestum sit, qui vniuersas prouincias rexere. [e] Ex interdictis duobus, Præf. adibantur, annonam curabant, & quietem popularium: & vt nūmularij (quos campsores vocant) fraude carerent, &c vt ludi publici citra seditionē celebrarentur. [f] Quod ait, quicquid igitur, ex verbis epistolæ (quę desiderantur) illatum puto: ne interpretationem voluntatis tantùm credas. Nā mos est iurecōsultos summatim, ita ex verbis etiam legum colligere, [g] hoc sæculo. Sed quis ius gladij Romę habuit? Nam specialiter etiam pœnarum genera, epistola Seueri, Pręfecto competût: vti ius in metallum damnandi: [h] vt à speciali ducto argumento, colligas honorem iuris gladij nō habuisse. Et dubium non est Præfectum prætorio ius gladij habuisse: quem cùm cingeret Traianus, Accipe, inquit, si benè imperauero, pro me: si secùs contra me vsurus. [i] Præfectus vrbi, omnium criminū habuit executionem, sed quemadmodum epistola Seueri, & rescripto eius declaratur. Sed nos à contrario non ducemus argumentum, quod ius gladij ei datum, aliunde constet.[k]

a. l. 2. supr. de Origin. iur. l. omnib. & ll. seq. j. de Offi. præd.
b. l. quoniam. & l. fin. C. de Plag.
c. l. si apud. & l. cùm appellatio. C. de Appel. & intr.
Cassiod. de For. pręf. vrb.
d. l. j. j. de Leg. 3.
e. l. illicitas. j. de Offi. præf.
l. 6. j. de Pœ.
f. vt hic Cassiod. in epist.
g. l. lege. j. de Ritu. nupt.
h. l. aut. j. de Pœn. & hîc.
i. Dion.
k. d. l. quoniā.

Ad. l. II. PAVLVS *Lib. singulari de Off. præfecti urbi.*

Adiri etiam ab argentarijs, uel aduersus eos, ex epistola diui Adriani, & in pecuniarijs caussis potest.

Ecce specialiter ex epistola D. Hadriani præfecto datum, vt argentarijs, & aduersus eos ius dicat, etiam in pecuniarijs caussis: quod arguit pecuniarias caussas regulariter non cognouisse.[a] Fuerunt autem argentarij trapezitæ, qui pecuniam tam suam, quàm aliorum fœnori dabant, rationes negotiationis conficientes.[b]

a. ī. l. j. vers. sed.
b. l. si quis ex. j. de Eden.

Ad.l. III. VLPIANVS *Lib.2.ad edictum.*

Præfectus urbi, cùm terminos exierit, potestatem non habet: sed extra urbem potest iubere iudicare.

Extra terminos vrbis, intra quos conclusa est iurisdictio Præfecti, potestatem non habet, id est non exercet: vti alibi, iurisdictionem contentiosam non habere Proconsulé, pro eo quod est nõ exercere, dicitur.[a] Termini vrbis fuere lapides, qui centesimũ ab vrbe miliariũ distinxerunt: extra quos Præfectus iubere iudicare potuit, id est dare iudices, & delegare, mandarève eis caussarum notionem intra centesimum lapidẽ exercẽdam.[b] Habuit Præfectus vrbi vicarios, vt Præfectus prætorio:[c] quod ex inscriptionibus constitutionũ, & ex Cassiodoro rescire licet. Qui vices agere etsi viderentur, propriam tamen iurisdictionem à Principe accipiebant.[d]

a. l.a.j. de Of. Procó. & l.3. b. vt hic. & l. eum.j. de Iurisd.
c. l.j. C. si quis eam. l.j. C. vt omn. iudi.
d. Cassiod.

IVS GALLICVM.

Præfecto vrbis apud Galliam simillimus erit Præfectus vrbi Parisiorum: cuius & nomẽ retinet. Nam & hic vicarios habet duos, alterum ciuilium controuersiarum, alterum criminũ iudicem:[e] qui & ipsi à Principe suã accipiunt iurisdictionẽ, licet olim à magistratibus omnibus per Gallias, vicarij, legative designari potuerint:[f] & hodie quoq; præter designatos à Principe, ipsi alios quosdam renuncient, qui absentibus alijs, ius reddant: vt seneschalli apud Britanniã celticam, & iudices indictionales passim, *les eslus.*[g] Alibi absentibus vicarijs à Rege creatis primus in albo consiliariorum, vel caussidicorum scriptus, ius dicit: quod & lex Regia probat.[h] Ad exemplum præfecti vrbi Parisiorum, in alijs ciuitatibus per Gallias, præfecti à Rege creari cœperunt, qui singuli singulos vicarios habent:[i] & de omnibus ius dicũt, exceptis caussis specialiter præsidalibus iudicibus (sic enim loquuntur) adscriptis. Curã habent annonæ peculiariter, &c. Sed quę cuiusque iurisdictioni attributa sint apud Galliã, ex lege Regia nullo negotio disces. Sunt enim quædam caussæ supremis curijs quasi præfecturis prætorianis adscriptæ, præter appellationes à seneschallis, balliuis, & alijs quasi spectabilibus iudicibus:[k] quædam attributę peculiariter suprà scriptis seneschallis, &c. vel eorum legatis, præter appellationes à Præfectis ciuitatum, & alijs iudicibus quasi clarissimis: quædam deniq; priore iudicio à Præfectis municipiorum, & alijs (quos subalternos iudices Regios vocant) constituendæ.[l] Quæ singula de iurisdictiõne dicturus, opportuniùs adducam. Porrò vrbs Parisiorum, & municipia, suos terminos veteri instituto definitos habent, quos Bituriges *la septene* vocant, alij aliter *banlieue*, &c.

e. l. Reg. *de la police de Paris.*
f. Carol.7.87. & seq. Ludo. 12.47. & seq. in 2. & 41. & 2. constit.
g. Francisc.j. *sur le faict des aydes.*
h. Francisc. de breuia. lit. 11. & sequen.
i. Ludo.12. in 2. const. 41. & in 1. art. 60.
k. Carol.7.5. & seq.
l. Francisc. de Iurisd. omn. iudi.

DE OFFICIO QVAESTORIS.

Titulus. XIII.

Ad.l. I. VLPIANVS. *Lib. singulari de officio quæstoris.*



*Rrigo quæstoris creandi antiquissima est: & penè ante omnes magistratus. Gracchanus denique Iunius lib. septimo de potestatibus, etiam ipsum Romulum & Numam Pompilium binos quæstores habuisse, quos ipsi non sua uoce, sed populi suffragio crearent, refert. Sed sicuti dubium est, an Romulo & Numa Pompilio regnantibus quæstor fuerit: ita à Tullo Hostilio Rege quæstores fuisse certum est. Et sanè crebrior apud ueteres opinio est Tullum Hostilium primùm in rempublicã induxisse quæstores: & à genere quærendi quæstores initio dictos, & Iunius & Trebatius & Fenestella scribunt. Ex quæstoribus quidam solebant prouincias sortiri ex senatusconsulto, quod factum est Decimo Druso & * Porcina consulibus. Sanè non omnes quæstores prouincias sortiebãtur: uerùm excepti erãt candidati Principis. Hi etenim solis libris principalibus in Senatu legendis uacabant. Hodieque obtinuit indifferenter quæstores creari, tam patricios, quàm plæbeios: ingressus est enim & quasi primordium gerendorum honorum, sententiæque in Senatu dicendæ. Ex his (sicut diximus) quidam sunt qui candidati Principis dicuntur: quique epistolas eius in Senatu legunt.*

* Alias Peccina. fortè P. Cecinna.

Quæstores alij à quærenda, & administrãda pecunia publica dicti sunt: quorũ alij ærarij, ærarium in vrbe curantes: alij qui cum Consule, vel Prætore, prouincias sortiti, prædam ac manubias, in rationes publicas referebant.[a] Quidam à quærendis rebus, in senatu nomine Principis referendis, appellati sunt: qui orationes, & epistolas eiusdem ibidem recitabant: & hi quæstores Principis

a. Tract. li. 1. & hic.

Principis candidati ob id dicti, quòd quæstura initium esset gerendorum honorum, quam prætura sequebatur, & prouinciæ administratio, & denique ius dicendæ sententiæ in Senatu: quódque in libris Principalibus semper vacarent. [b] Nam & generaliter candidati Principis dicti sunt petitores honorum, quos Princeps populo commendabat. [c] Fuerunt & quæstores à quærendis criminibus dicti, [d] qui paricidij alibi appellantur: [e] & iudices quæstionis, vel quæsitores alijs téporibus dicti, quòd quæstioni, id est iudicio publico (in quo quærebatur de crimine) præessent. Quales fuêre Prætores à Sylla creati. [f] Quæstores Principis candidati, eò dignationis venerût sub Augustis posterioribus, vt in epistolis, edictis, legibus, diplomatibus, & id genus emittendis, vel recitandis, subscribendisve loco Principis essent: & si quid vel iudicandum, vel respondendum Principib. esset, quæstorum ministerio id præstarent. [g] Huius arbitratu magistratus, Principali authoritate accedente, dignitates conferebantur: [h] vt quæ hic ex Vlpiano leguntur de officio quæstoris candidati, ad constitutiones traducenda sint. Non enim ex persona Vlpiani sub Aexlandro (quo tempore quæstores candidati ad sententiam in Senatu hinc gradum faciebant) [i] sed ex Iustiniani persona hæc accipi debent, vt omnia quæ in Pandectas occurrunt. Constat autem quæstura palatij functos, senatores legi solitos: [k] vt non iniuria dicamus ingressum fuisse quæsturam sententiæ in senatu dicendæ. Et quoniam non nobilissimi, sed eloquentissimi, prudentissimique ad hunc quæsturæ honorem euehebantur sub Iustiniano: [l] quod Vlpianus ad sua tempora retulit, nimirum tam plæbeios quàm patritios proueh solitos, Iustiniani sæculo congruit: quo tamen, & illustres, & magnifici, & gloriosi quæstores dicebantur: [m] & ex appellationibus spectabilium iudicum vnà cum præfecto prætorio cognoscebant. [n] Quod Fenestellam Vlpianus adducit, nolim ad suppositium Fenestellam referas, qui circumfertur hodie quoque. Nam quê Vlpianus laudat historiæ nobilis scriptor fuit, Tyberij seculo, quê Asconius, & Gellius citant. Hic Subditius, qui in manibus est, ex Pandectis iuris ciuilis hystoriam suam De magistratibus ferè transcripsit: & in reddendis iureconsultorum sensis quadam velut paraphrasi, non semel insigniter lapsus est: vt interim librariorum infinita menda taceam, quæ legêtibus opusculum occurrent. Non fefellit tamen eum fiducia, quibusdam persuadendi se L. Fenestellam esse, quod nostri ordinis quidam credidere. [o] Alij Pomponij læti esse libellum putarunt, in hoc sub nomine Fenestellæ editû, vt auidiùs legeretur. Ego indignû esse Læti viri docti censura iudico: tantùm abest vt veteris historici libellum putem, in quo Aul. Gell. adducitur, quem sub Hadriano floruisse constat à morte Fenestellæ centum plùs minùs annis iam elluxis.

b. Lampri. in Alex. & hic.
c. Sue. in August.
d. auten. de Quæstor.
e. l. 2. sup. de Orig.
f d l 2. sup. de Orig. l. j. j. de fica.
g auten. vt. d. iussio. Cassi. de For. Quæstur.
h. C. de Offi. quæst. l. j. & 2.
i. Lamprid. in Alex.
k. l. 3. C. vb. senato.
l. Cassiod.
m. d. l. 2. C. de Off. quæst.
n. autent. de Appell.
o. Zasl. 2. de orig.

IVS GALLICVM.

Sed iam ad Gallorû leges, moresq; de quæstorû officio veniamus. Quæstorû igitur ærariorû officiû faciût apud Frácos, *les threforiers de France, les generaulx des finances, les recepueurs generaulx, & des amendes, &c.* [p] Quæstores prouinciales sunt, *les threforiers des guerres:* [q] veteri quæstori paricidij Romæ, similis est prefectus vrbi Parisiorû, aut eius vicarius criminû iudex. Quæstorû verò eminêtissimorû sacri palatij, officiû sibi vendicat Cácellarius Fráciæ ordinarius: in cuius locû nôdû loco moti, alterû iá suffectû ætas nostra videt. Eundê & instar vnici præfecti prætorij (ad ciuilia quod attinet) suprà posuimus Possumus & prefectû prætorio in comitatu primû dicere: [r] quod aulico, viatoriòve consilio (quod magnum dicitur) præsideat: deinde, eo absente, præfectus secundus prætorio, qui ætate nostra creatus est: *le President du grand conseil.* Nam Alexandrum duos habuisse constat, [f] & Iustinianus ad præfectum prætorio secundum identidem scripsit. [t] Porrò quæstor prouincialis, id est thesaurarius bellicus, nouissima Regia lege de re militari antiquatus est.

p. l. Reg *des finances,*
q. ea. l.
r. arg. l. præcipimus. C. de appell.
s. Lamprid. in Alex.
t. in auten.

DE OFFICIO PRAETORIS. Tit. XIIII.

Prætorum originem, & processum, ex Pomponio Iustinianus tráscripsit: & D. Neruæ temporibus decem & octo ius dixisse Romanis, author est. [a] Quo seculo, & deinceps, edicta proponebant vrbana, & prouincialia: quæ à Saluio Iuliano (vt diximus) [b] composita fuerunt sub Hadriano: vt quæ à primis illis prætoribus vrbano, & peregrino proposita erant, & deinceps vsque ad Cæsarem, Ofilius prior composuerat. [c] Idem ius Proconsulibus datum fuisse ex Caio ad edictum prouinciale constat: [d] & longo pòst tempore præsidibus alijs prouinciarum sub Probo. Sed quia hoc Prætorum officium desitum erat, & nemini homini iuris constituendi potestatem côpetere voluit Iustinianus, excepto Principe, & senatu: [e] ideo hic silentio præterit. Satis enim fuit suprà De origine iuris id memorasse. Illud etiam constat, ante Augustos, secundum consulem, Prætorem Romæ summum magistratum fuisse: & senatum cogere potuisse absente consule. [f] Sed Iustinianus & hic, & in suo Codice, suorum temporum habita ratione, & Præfectos, & quæstores ei præposuit: vt non sine ratione inter ordinariam spectabilitatis dignitatem habentes, vulgò referatur. [g] Iudicia etiam certis verbis concepta, & interdicta à Prætoribus dari, rediue solita, & ad iudices datos dirigi, vel ex formulis edictorum, (quæ adhuc extát) apparet. [h] Sed cùm hic ordo iudiciorum, solennitásve exoleuisset, [k] non habuit necesse Iustinianus sub hunc titulum referre.

a. l. 2. ii de ori. iur.
b. l. 2. ii. de sta. ho.
c. l. 2. ii. de ori. iur.
d. l. 1. j. quod cu. vniuersi.
e. l. fi C. do.
ll. l. 1. C. de senatus. l. non ambi. ii de ll.
f. Gell.
g. auten. de appell. & intr.
h. l. 2. j. de his qui deie.
i. §. fi. instr. de inter. l. fi. C.
eo. l. 1. C. de for. Cice. pro Cecin. & in verr.

Ad.l. I. VLPIANVS. Lib.26.ad Sabinum.



Pud filium familiâs Prætorem pater eius manumittere potest.

Ad.l. II. PAVLVS Lib.4.ad Sabinum.

Sed etiam ipsum apud se emancipari, uel in adoptionem dari placet.

a.l.4.&.§. de adop.

Prætores & cæteri magistratus qui legis actionem habuerunt, iurisdictionem voluntariam exercere omnes potuere. [a] Et cùm nihil intersit cuiusquam, pater apud filium familiâs Prætorem manumittere potest: & Prætor ipse apud se emancipari, & in adoptionem dari.

Ad.l. III. VLPIANVS. Lib.28.ad Sabinum.

Barbarius Philippus cùm seruus fugitiuus esset, Romæ præturam petijt, & Prætor designatus est: sed nihil ei seruitutem obstitisse, ait Pomponius, quasi Prætor non fuerit. Atqui uera etiam prætura eum functum: & tamen uideamus si seruus quandiu latuit, dignitate prætoria functus sit. Quid dicemus, an quæ dixit, quæ decreuit, nullius fore momenti? an fore, propter utilitatem eorum qui apud eum egerunt uel lege, uel quo alio iure? Et uerũ puto nihil eorum reprobari. hoc enim humanius est: cùm etiã potuisset populus Romanus seruo decernere hanc potestatem. Sed & si scisset seruum esse, liberum eum effecisset. Quod ius in Imperatore multò magis obseruandum est.

a.l.fi. C. de her.inst.insti. eo.in prin. Vid.Gell.
b.l.pen.&fi. C.qui milita. lib.12.
c.l. quod atti. §.de reg.iur.l. cùm Prætor. §. de iudi.
d.l.id quod.§. de reg.iur.l. digna.C. de ll.arg.
e.l.ius ci.§.de iusti.
f arg.in prin. insti.de testa. tutel.
g.insti. de testa. tutel. in prin.
h.l.ius sing.§. de ll.
i.arg.l.3.§.de sup.leg.
k.l.1.§.de ibi.

Vlpianus ad Sabinum virum cõsularem libros scripsit, vt ait Lampridius in Heliogabalo: sed vtrúmne ei libros dedicauit, an velut commentarium ad libros Sabini ediderit, in dubium versum scio. Et deuouisse libros suos insigni viro putes, vt Pomponium æqualem suum hic laudasse. Sed verius est ad Masurij Sabini libros, Vlpianum & Paulum scripsisse. Refert autẽ historiam de Barbario, qui quo tempore Prætores suffragijs populi in centurias diuisi creabãtur, [a] Romæ Prætor factus est. Vnde colligere liceat quæ à seruo gesta sint, ab Imperatore errante ad Præturam euecto, non reprobari. Faciliùs enim Principi, & paucis qui in consilio eius sunt, seruus obrepere potest, quàm toti populo: vt humanius sit, & sententias ab eo latas, & decreta seruari: ne qui imprudentes apud eum lege egerunt, sine culpa sua damnum patiantur. Sanè seruus, qui ignorante domino, Prætoriam dignitatem petiuit, intra 30. dies vendicanti domino reddetur: vti alibi constitutum est. [b] Nam fauore ciuium, qui quasi apud verum Prætorem egerunt lege, vel constitutione, &c. eiusmodi iuris interpretatio recepta est. Sed quo pacto seruus, qui iure ciuili, nullus intelligitur, [c] vera Prætura, quandiu conditio ignoratur, functus est? Nam neque populus, neque Princeps manumittendi voluntatem habuit eum, quem seruum ignorauit: nec si scisset, inuito domino manumittere potuisset. [d] Vlpianus tamen vtrumque vtrique licere, contra tenorem rationis, propter vtilitatem, innuit: quando vterque ciuile ius abrogare posit, & à gentium iure etiam recedere. [e] Quid enim si seruus prudentia, & virtute clarior sit, quàm vt seruire æquum videatur, & reip. necessarius sit? Sed quid est quod ait, sed & si scisset? nimirum populum qui potest manumittere, seruum manumittere tacitè videri, si quando id concedat, quod seruis lege negatur: [f] at in proposita specie dicendum est liberum non effecisse, quando liberum putauit, [g] verùmtamen Prætorem fecisse. Et hoc ius singulare vtilitas suadet, [h] & error facit, id est error est caussa sine qua seruus non esset Prætor: [i] quem si scisset populus, vel Princeps seruum esse, manumisisset, aut certè ad Præturã non euexisset. Quæ hic importunè de ambitu tractantur ab alijs, in suum locum sustinenda sunt. [k] Porrò errorem vel communem, vel singulorũ, ius facere, aut infirmare, pro materia subiecta accipiendũ est: vt plùs valere quod in veritate est, quàm quod in opinione, aut contrà. Quæ in hunc locum apud alios congesta, nos suo quæq; loco ita exponemus, vt vel ex indice tuo longè plura quàm ex aliorum commentarijs, cùm voles, depromere possis. Indicem autem rerũ eodem pertinentium conficere, diligentis ego auditoris, non magni professoris arbitror: ne tantopere glorietur, qui ad singula verbula multos dies immorari, palmarium credunt.

Ad.l. IIII. IDEM. Lib.1.de omnibus tribunalibus.

Prætor nec tutorem, nec specialem iudicem ipse se dare potest.

a.l.2.§.de ori.
b.l.1.§. de off. præsid.
c.l.fi.C.de off. Præto.
d.l.1.C.eo.

Prætores diuersos Romæ diuersa negotia examinasse, certum est. [a] Qui in prouincias mittebantur, omnia omninò negotia expediebant, & generali Præsidis appellatione continebantur: [b] de quibus latiùs inferiùs dicemus. Constantinopoli ternos quotannis creandos senatus iudicio, qui competentes caussas cognoscerent, Valentinianus constituit: [c] decreta interponere de in integrum restitutione, tutelis, & curationibus, & liberalia iudicia exercere, voluit Constantius. Hic ex Vlpiano Iustinianus sancit, [d] ne Prætor, qualem qualem iurisdictionẽ, potestatémve habeat, tutorem se det, aut specialem iudicem. Qui enim se tutorem dat, suspicione non caret: qui

qui se dat iudicem ad certam speciem desiniendam, contra rationem iuris efficit, vt à seipso appellandus sit.[e]

IVS GALLICVM.

Apud Galliam instar Prætorum vrbanorum sunt auditores castelli Parisiensis, quibus lege Regia caussæ quædam adscribuntur. Eorum iudicia Præfectus vrbi appellatus corrigit: vt huius sententias præfectura prætoriana.[f] Restitutiones in integrum tamen Princeps sibi peculiariter adscripsit: ita vt de iustitia caussæ, non de veritate cognoscat.[g]

e.l. prætor. ⁊. de tutel. l. i ⁊. quis à quo appell.
f. l. reg
g. not. ⁊. de off. præf. præt. vid. l. 3. ⁊. de in integ. re.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM.

Titulus XV.

Hunc præfectum vigilum, & præfectum annonæ, ordinarios magistratus ab initio non fuisse, Pomponius scripsit:[a] Theodosius & Valētinianus inter ordinarios retulisse videntur:[b] & Cassiodorus formulam præf. vigilibus creandi tradidit.[c]

a. l. 2. ⁊. de ori.
b. l. 1. C. de off. præf. vrb. & C. de offi. præf. vigil.
c. li. 7.

Ad. l. I. PAVLVS. Lib. singulari de offi. præfecti uigilum..



Pud uetustiores, incendijs arcendis Triumuiri præerant: qui ab eo quòd excubias agebant, etiam nocturni dicti sunt. Interueniebant nonnunquam & ædiles, & tribuni plæbis. Erat autem familia publica circa portas & muros disposita, unde si opus esset euocabatur. Fuerūt & priuatæ familiæ quæ incendia uel mercede uel gratia extinguerent. deinde diuus Augustus maluit per se huic rei consuli.

Ad. l. II. VLPIANVS. Lib. singulari de offi. præfecti uigilum.

Pluribus uno die incendijs exortis.

De nocturnis triumuiris, ædilibus, & tribunis dixit Iustinianus ex Paulo, vt præf. vigilū originem intelligamus sub Augusto primùm obseruatam. Tribunos enim plæbis, aut ædiles, vel triumuiros sub Iustiniano non fuisse argumento est, quòd titulos speciales de officio eorum nō reliquerit.[a] Et hic locus ante Augustum fuisse nocturnum triumuirum, non etiā pòst, satis probat. Quod ait familia, &c. seruos fuisse accipe populi, &c.[b]

a. vid. d. l. 2. ⁊. de orig.
b. l. vrbana. ⁊. de verb. sig.

Ad. l. III. PAVLVS. Lib. singulari de offi. præfecti uigilum.

*Nam salutem reipublicæ tueri, nulli magis credidit conuenire nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem. Itaque septem cohortes opportunis locis constituit, ut binas regiones urbis unaquæque cohors tueretur: præpositis eis tribunis, & super omnes spectabili uiro præposito, qui præfectus uigilum appellatur. Cognoscit præfectus uigilum de incēdiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus, nisi si qua tam atrox atque tam famosa persona sit, ut præfecto urbi remittatur. Et quia plærumque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fustibus castigat eos qui negligentius ignem habuerunt, aut seuera interlocutione comminatus, fustium castigationem remittit. Effracturæ fiunt plærumque in insulis horreisque, ubi homines preciosissimam partem fortunarum suarum reponunt: cùm uel cella effringitur, uel armarium, uel arca. & custodes plærumq; puniuntur, ut diuus Antoninus * Erutio Claro rescripsit. Ait enim posse eum horreis effractis quæstionem habere de seruis custodibus: licet & in illis ipsius Imperatoris portio esset. Sciendum est autem præfectum uigilum per totam noctem uigilare debere, & oberrare calceatum cum hamis & dolabris, ut curam adhibeant, & omnes inquilinos admonere ne per negligentiam aliquam incendij casus oriatur. Præterea ut aquā unusquisq; inquilinus in cœnaculo suo habeat, iubetur admonere. Aduersus * capsarios quoque qui mercede seruanda in balneis uestimēta suscipiunt, iudex est cōstitutus: ut si quid in seruandis uestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat.*

* Aliàs Eyritio.
* Alias carpsarios, cùm in alijs, tū etiā in Fl. pand.

Cæsarem pro Imperatore hoc loco dicit: quod sub Vespasiano nomē esse cœpit eius qui nondum Imperator, & Augustus erat, sed velut successor designatus futuri imperij. Pater enim Augustus, & filius Vespasianus, Cæsar eodem tempore dictus. Sed non omnes ante imperium, Cæsareum nomen ab Augusto, vel senatu acceperunt: sed alterum sine altero plærumque.[a] Nam & Octauianus, Cæsaris nomen tulit, antè quàm à senatu Augustus esset appellatus: sed idem Imperator

a Capitol. in Albin. Lāpri. in Alex. Eutrop.

rator fuit & Cæsar.[b] Quod ait, spectabili viro, &c. subdi Titius Fenestella clarissimo viro dicit: quòd hoc sæculo nulla fuerit horum titulorum differentia:[c] vt nec inter eosdem & illustratum. Quomodo accipere licet, quasi ex Vlpiano träscriptum, de illustribus viris, hoc est clarissimis.[d] Sed nos Iustiniano omnia ferentes accepta,[e] spectabilitatem à clarissimatu diuersam Præfecto vigilum rectè tribuemus: & solos illustres in senatu dicere sententiam inter senatores ordinarios, dicemus: clarissimos tätùm, vel spectabiles nö dicemus.[f] Nec moueor quòd in Codice post recturam prouinciæ, de præfectura vigilum titulus extet. Nam rectores prouinciarum non omnes clarissimi tantùm fuere, sed interdum spectabiles:[g] vt consulares Campaniæ, & Dalmatiæ, apud Cassiodorü. Neque verò ob id spectabilis aliquis fuit sub Iustiniano, & alijs Augustis post Constantinum, quòd præfectus vigilum, præfectus Augustalis, Proconsul, aut vicarius esset: sed quòd non nisi spectabilitate priùs donati à Principe, eam administrationem adipiscebantur ferè: vti suprà dixi.[h] Quòd præterea tribunos præpositos dicit ab Augusto septem cohortibus: frequens fuit in militia, vt singuli ordines, alæ, cohortes, suos haberent præfectos: quòd & Lætus obseruauit.[i] Ait, Cognoscit. Ideo ad præfectum vigilum capitalia iudicia nö pertinuisse significat Cassiodorus,[k] quòd de capite ciuis Romani, non nisi summis magistratibus quæstio permissa fuerit:[l] nam Rauennatium præfectus vigilum eam habuit potestatem. Ait, Sciendum est. Iuuenalis de vigilibus hisce, & eorum armatura: Dispositis, inquit prædiues hamis vigilare cohortes, &c,

b. Sueto. in Augu. Eutrop.
c. l. specio. §. de verb. sig.
d. l. fi. §. de sena.
e. consti. 1. & 3. §.
f. d. l. fi. & l. 3. C. vbi senato.
g. l. 1. C. vt om. iudi. l. fi quád. C. de appell.
h. l. fi. de sena.
i. Pomp. læt.
k. de for. præf. vigil.
l. d. l. 1. §. de orig.

Ad l. IIII. VLPIANVS. *Lib. singulari de officio præfecti uigilum.*

Imperatores Seuerus & Antoninus Iunio Ruffino præfecto uigilum ita rescripserunt: Insularios, & eos qui negligenter ignem apud se habuerint, potes fustibus & flagellis cædi iubere: eos autem qui dolo fecisse incendium conuincentur, a d • Fabium Ci*lonem præfectum urbi amicum nostrum remittere: & fugitiuos conquirere, eosque dominis reddere debes.*

• Aliàs Fauiü

Insularij sunt custodes insularum, id est domorum alijs ædificijs minimè coniunctarum:[a] in quibus pretiosissima quæque Romani solebant reponere: quòd à furibus, & incendijs essent tutiores.[b] Ait lex, amicum nostum. Sic Reges Franci magistratus amicos, & fideles dicunt: *A nostre amè, & feal. &c.* quorum posterius ex moribus beneficiorum venit.[c]

a. vide Taci. lib. 15.
b. l. 3. §. eo.
c. tit. de con. inter. do. & fidel. li. 1. feu. & l. imperialis. de prohib. feu. ali.

IVS GALLICVM.

De vigilibus nunc ius Gallicum persequamur. Et in vrbe Parisiorum, vigiles Regij, viginti equites, & quadraginta pedites coërrare solent: quibus vnus præfectus est, qui vocatur eques vigilum: sub quo duo tribuni, denis equitibus, vicenisque peditibus præpositi. Alij sunt vigiles stationarij, nimirum negotiatores, & artifices Parisienses, qui coguntur per duos viatores, & nomina edunt apud eos, quos *Les clercz du guet* appellant: & hi clerici, & viatores, singulorum absentias perscribunt, & renuntiant vocationes: vigiles verò in singulas absentias denos solidos Parisienses dependunt. De criminibus vigilum, & cæterorum Præfectus vrbi cognoscit: de quorum iudicijs inquisitores Castelli elogium conficiunt, & depræhensos in crimine etiam in carcerem duci iubent. Quæ potestas & vigilibus ipsis data est, qui tamen de maleficijs non cognoscunt. Sed hæc ex lege Fräcisci Regis petenda sunt.[d] De vigilibus in oppidis limitrophis, alijsque ciuitatibus, deque mulctis quas domini, vel arcibus præfecti, ijs dicunt, extat Ludouici duodecimi sanctio:[e] qua præfectis arcibus, iurisdictio omnis adempta est, & ordinarijs attributa magistratibus.[f] Vrbem Parisiorum verò, Fräciscus in sedecim regiones diuisit, & totidem cohortes vigilum stationariorum in eas mittendas constituit: quas obseruant tribuni, & Præfectus vigilum, in eas stationes diuertentes: *le cheualier du guet, & ses lieutenans qui uont, & uiennent esdictes places, des seize quartiers de la uille, &c.* Quæ omnia ad exemplum vigilum Romanorum constituta videntur: vti plæraque omnia in rep. Gallicana.

d. l. re. du guet.
e. du guet
f. cösti. Brit. 15

DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEGATI.

Titulus. XVI.

Constat Augustum prouincias ita diuisisse, vt aliæ populi, aliæ Augusti essent: populus ad regendas sibi attributas prouincias, consules, & prætores mittebat: vnde prouinciæ aliæ consulares, aliæ prætoriæ appellatæ.[a] Sed in prouincias proconsulibus sortitò mitti cœpere senatores, & consulares viri: vnde proconsulares rursus dictæ prouinciæ. Cæsar in prouincias sibi ascriptas, partim consulares, partim prætorios viros quoque mittebat, partim etiam equestris ordinis viros:[b] qui præsides, & legati Cæsaris dicti sunt. Capitolinus in Marco, cum ex consularibus prouincijs quasdam proconsulares fecisse, quasdam prætorias, scribit. Sub Probo senatus proconsules creauit, & legatos dedit consulibus.[c] Sed vt de Proconsule, & eius legato nunc dicamus locus postulat. Proconsulem primùm creatü à Consule aiunt, bello contra equos infœliciter gesto. Deinde ordinariam potestatem habuisse, & legatum sibi in prouincia decreta

a. strabo. Suet. in August.
b. strabo.
c. Vopis.

accipere

accipere solitum. Tres missos ad Consulem legatos ex Liuio, [d] totidem sibi Proconsulem legisse ex Cicerone ad Quintum fratrem constat. [e] Certè singulos legatos habuisse Proconsules, dubium non est. [f] Asia, & Achaia proconsules prouinciæ sub Alexandro, sub Constantino, & deinceps fuere. [g] In alias prouincias maiores vicarij prætorio præfectorum, vel prætores à Principe missi sunt: [h] in minores prouincias, Præsides, rectores, correctores, moderatores, legati Cæsaris, consulares. [i] Qui omnes generaliter præsides, & rectores interdum appellati, vel moderatores. Et hi iudices ciuiles fuerunt, vt spectabilis comes oriẽtis. [k] Nam militares iudices, vt Duces, Comites, militibus ius reddebãt in maioribus, minoribusque prouincijs: quarum illæ dioceses magis dictæ, hæ prouinciæ sub Iustiniano, & anteà. [l] His prouincijs mutata interdum nomina administratorum etiam sub Iustiniano fuere: vt qui Proconsul priùs, deinde Comes, vel consularis diceretur. [m] Consularẽ appello nunc non qui Consul fuit, sed qui hoc consularitatis titulo donatus est à Principè: cuius formulam concœpit Cassiodorus lib. 6. Alexander, præsides, proconsules, & legatos ad suum, vel senatus iudicium fecit, non ad beneficium, authore Lampridio.

d. lib. 17.
e. epist. 2.
f. l. uc. & C. de appar. pro. lib. 12.
g. l. 2. C de of. procõ. auten. de appell.
h. l. 2. C. vt om. iudi. & d. autẽ.
i. l. 1. C. de Of. præf præt. Afri. & C. de off. recto. pro.
d. l. 1. C. vt om. iudi.
k. d. l. 2.
l. auten. de appell. & infr. l. 1. C. vt om. iudi.
m. d. l. 1. C. de off. præf. pręt. Afri. auteo. vt iudi. sine.

Ad. l. I. VLPIANVS Lib. 1. Disputationum.



Roconsul ubique quidem proconsularia insignia habet statim atque urbem egressus est: potestatem autem non exercet, nisi in ea prouincia sola quæ ei decreta est.

Proconsul consularia insignia habuit, nisi quòd sex tantùm facibus vteretur: [a] quæ & à Principe extra vrbem assumebantur deferente senatu: quomodo Cæsareum nomen, atque Augustum, patris patrię reuerentiam, tribunitiam potestatem, pontificatum maximum quibusdam decreuit, vt Augustius esset imperium. [b] Sed potestatem Proconsul extra vrbem non exercuit, siue extraiudicialem, siue in iure dicundo positam, nisi in prouincia à senatu ei vel Principe decreta, Asia fortè, Achaia vel Africa. [c] Contrà ante Augustos, sub imperio Consulis omnes erant prouinciæ, cui parebant cùm aderat. [d] Sed huius imminutũ imperium suprà diximus, [e] proconsulis imperium immutabile permansit.

Qualẽ oportet esse procõsulẽ, pulchrè Cic. lib. 1. epi. ad Quin. fra. epist. 1.
a. l. 14. j. eõ.
b. Capitol. io Mar. & Max. Lãprid. in Alex. Vopis. io Prob.
c. l. 1. & 2. C. de offi. procõ. l. 4. & 10. j. eo.
d. Cicer. Philip. 4. & de ll.
e. s. de off. cõsu.

Ad. l. II. MARTIANVS. Lib. 1. Institutionum.

Omnes proconsules statim quàm urbem egreßi fuerint, habent iurisdictionem, non tamen contentiosam, sed uoluntariam: ut eccè manumitti apud eos poßunt tam liberi quàm serui, & adoptiones fieri. Apud legatum uerò proconsulis nemo manumittere potest: quia non habet iurisdictionem talem.

De potestate generaliter capite superiore dictum est: hoc loco de iurisdictione, quæ pars est potestatis proconsularis. Ea duplex est, voluntaria, & contentiosa. Voluntaria est quã inter eos exercet, qui sua voluntate eũ adeunt: vt qui manumittere seruos, vel filios familiâs, quiq; adoptare cupiunt. Contentiosa est, quam exercet inter contendentes de re aliqua. Illam vbique vrbem egressus exercet: hanc solùm in prouincia decreta: [a] extra prouinciã tamen potest iubere iudicare. Apud legatum id est vicarium procõsulis, nemo manumittere potest, nimirum statim atq; vrbem egressus sit: quia non habet iurisdictionem talem extrà prouinciam. Sic enim accipiendum hunc locum Paulus alibi ostendit: [b] & si Pomponius Lætus defunctoriè hæc scribens aliter sentiat.

a. l. solet. j. de offi. procoo.
b. l. apud. j. de manu. vind.

Ad. l. III. VLPIANVS. Lib. 26. ad Sabinum.

Nec adoptare potest: omnino enim non est apud eum legis actio.

Nec adoptare potest, nimirum statim atque vtbem egressus est, quod Proconsul potest. Omninò enim apud eum non est legis actio extra prouinciam decretam proconsuli. [a] Nam in prouincia, mandata ei iurisdictione, lege agi apud legatum potest: vt pecunia condici, vel seruus manumitti, filius emancipari, vel in adoptionem dari. [b]

a. d. l. solet. l. 4. j. de adopt.
b. l. 4. & 6. j. eo. & l. apud.

Ad. l. IIII. IDEM. Lib. 1. de officio proconsulis.

Obseruare autem proconsulem oportet, ne in hoßpitijs præbẽdis oneret prouinciam: ut Imperator noster cum patre, Aufidio Seueriano rescripsit. Nemo proconsulum, statores suos habere potest: sed uice eorum milites ministerio in prouincijs funguntur. Profi isci autem procõsulem melius quidem est sine uxore, sed & cũ uxore potest: dummodo sciat Senatum Cotta & Meßala consulibus censuisse futurum, ut si quid uxores eorum qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio & uindicta exigatur. Antè quã uerò fines prouinciæ decretæ sibi proconsul ingreßus sit, edictum debet de aduentu suo mittere, cõtinens commendationem aliquam sui, si qua ei familiaritas sit cum prouincialibus,

* Aliàs recusando.

j. accessus ad vrbem, quòd omnib. iis vrbē proficiscētibus pateant.

j. ad nauigationem.

j. & inter matrices vrbes, siue prouinciarum capita Ephesum.

*libus, uel coniunctio, & maximè * excusans, ne publicè uel priuatim ei occurant, esse enim congruens, ut unusquisque in patria sua eum excipiat. Rectè autem & ordine faciet si edictum decessori suo miserit: significetque qua die fines sit ingressurus, plærumque enim incerta hæc & inopinata turbant prouinciales, & actus impediunt. Ingressus etiam hoc obseruare debet, ut per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est: sed & quas Græci ἐπιδημίας appellant, siue κατάπλουν obseruare, in quam primùm ciuitatem ueniat uel applicet. Magni enim faciunt prouinciales seruari sibi cōsuetudinem istam, & huiusmodi prærogatiuas. Quædam prouinciæ etiam hoc habent, ut per mare in eas proconsul ueniat: ut Asia scilicet, usq; adeò ut Imperator noster Antoninus Augustus ad desideria Asianorum rescripserit, proconsuli necessitatem impositam per mare Asiam applicare: καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον primam attingere. Post hæc ingressus prouinciam, mādare iurisdictionem legato suo debet: nec antè hoc facere, quàm fuerit prouinciam ingressus. Est enim perquàm absurdum antè quàm ipse iurisdictionē nasciscatur, (nec enim priùs ei competit, quàm in eam prouinciam uenerit) alij eam mandare, quam non habet. Sed & si antè fecerit, & ingressus prouinciam, in eadem uoluntate fuerit: credendum est uideri legatum habere iurisdictionem: non exinde ex quo mandata est, sed ex quo prouinciam proconsul ingressus est.*

a. l. his. j. de vaca. mu. l fi. C. de profess. & med.
b. l. 3. j. de mu. & ho.
c. de stato. lib. 12. C.
d Lamprid. in Alex.
e. Cic ad Atti. & ad Quint. fra.
f l. 1. C. vt om. iudi auten. de appell. insti.
g. l. preci. C de appell.
h l. 1. C. de of pręf. pręt. Afr.
i. Lamprid. in Alex.
k. l. actus C. de fer.
l l. solet j. de iurisf. & l. seq.
m l. solet j. de proconf.
n. l. cognitio. j. de offi. e. l. 2. C. de appell.
o. l fi j. de off. præf. vrb.
p. l. 1. j. de offi. l more. j. de iurisd.
q. l. legat j eo.
r. l. Legatus j. eo. d. l more. l. cū Prætor. j. de iudi.
a. not. j. de ll.

Milites recipere hospitio, & iudices, tenentur prouinciales: quod inter munera patrimonialia habetur. [a] Sed dare operam oportet proconsules, vt per vices recipiant, quos id munus contingit, ne onerēt prouinciam. [b] Ait, Statores suos. statores magistratuum, siue à stando, siue à sistendo dicti sint, viatores & nuncij fuerunt: [c] quos suo tempore nō habuisse in apparitione sua proconsules ait Vlpianus, quòd milites armati eis parerent: quorum ministerio loco apparitorum vtebantur, vt tribuni, duces, legati, authore Lampridio. [d] Equidem proconsulem imperiū habuisse tam militare, & extraiudiciale, quàm ciuile, & iudiciale scio: [e] sed sub Iustiniano ciuilem tantùm fuisse iudicem, & anteà, non dubito. [f] Sub Theodosio obseruaui etiam eundem ducem militum, & præsidem prouinciæ. [g] In Africa à Iustiniano diuisa, nullus proconsul fuit, sed tantùm præsides, & consulares, ciuiles iudices: duces vero militares, atque ij clarissimi. [h] Ait, sine vxore. Sed quid delinquere possunt vxores eorum qui ad officia proficiscuntur? An quòd cupiditate & auaritia captæ, vel summos viros transuersos agant, & corrumpi possint? [i] Ait, Edictū. Epistolam commendatitiam quò benigniùs excipiatur à prouincialibus. Ait, Ne publicè. Ea est enim hominum natura, vt modestè laudem deprecātes maximè laudent: quæ res fugit sequentes, sequitur fugientes. Ait, Actus. Quæ aguntur in prouincia, publicè, vel priuatim. [k] Pertinent autem hæc ad captandos animos prouincialium, quos amore magis quàm metu continendos, Romani voluerunt. Tu videto Ciceronis epistolam ad Quintum fratrem Proconsulem Asiæ. Ait deinde, Mandare. Mandare iurisdictionem, vt actionem dicunt iureconsulti, pro eo quod est dare exercendam nomine mandantis. [l] Solet autem vel omnis iurisdictio mandari, vel vna species caussarum, vel in personas certas. Ait, Legato. Hic singulariter dixit: at paulò pòst pluraliter, [m] vt alibi Imperatores. [n] Et probabile est nunc vnum, nūc plures legi solitos, pro modo negotiorum. Ait, Iurisdictionem nanciscatur. Nam potestatem non exercet in iure dicendo, dum veniat in prouinciam. [o] Ait, Habere. Nimirum iurisdictionem mandatam non propriā. [p] Nec moueor quòd Pomponius dicat nihil proprium habere nisi mandatam à proconsule iurisdictionem. [q] Propriam enim habet mandatam, sed non suo iure, at alieno beneficio habet: vt proprium habere ambiguè dicatur. Pertinet autem eò proprietas mandatæ iurisdictionis, vt dare iudicem possit, mandare sibi mandatam non possit is cui mandata est. [r]

Ad. l. V. PAPINIANVS. *Lib. 1. Quæstionum.*

Aliquando mandare iurisdictionem proconsul potest, & si nondū in prouinciam peruenerit. quid enim si necessariam moram in itinere patiatur: maturissimè autem legatus in prouinciam peruenturus sit?

Aliquando Papinianus admittit, quod Vlpianus suprà negauit: vt quod de genere omni dictū est, intelligamus quasi exceptione quadam corrigi: regula ex illo, exceptione ex hoc desumpta. Quod frequentissimum est in Pandectis. [a]

Ad. l. VI. VLPIANVS. *Lib. 1. de officio proconsulis.*

Solet etiam custodiarum cognitionem mandare legatis: scilicet ut præauditas custodias

ſtodias ad ſe remittant: ut innocentē ipſe liberet, ſed hoc genus mandati extraordinariū eſt. Nec enim poteſt quis gladij poteſtatē ſibi datā, uel cuiuſquā alterius coërcitionis, ad aliū trāſferre. Nec liberādi igitur reos ius habet: cū accuſari apud eū nō poſſint. Sicut autē mādare iuriſdictionē uel nō mādare, eſt in arbitrio procōſulis: ita adimere mādatā iuriſdictionē licet quidē procōſuli, nō autē debet incōſulto Principe hoc facere. Legatos non oportet Principē cōſulere, ſed procōſulē ſuū: & is ad cōſultationes legatorū debebit [a] *reſpondere. Non* ¶ *uerò in totū xenijs abſtinere debebit proconſul, ſed modū adhibere, ut neq; moroſè in totū abſtineat, neq; auarè modū xeniorū excedat: quā rē diuus Seuerus & Imperator Antoninus elegātiſsima epiſtola ſunt moderati. cuius epiſtolæ uerba hæc ſūt: Quātū ad xenia pertinet audi quid ſentiamus. Vetus prouerbiū eſt:* οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. *Nā ualde inhumanū eſt à nemine accipere: ſed paſsim, uiliſsimū eſt, & per oīa, auariſsimū. Et* ꝙ *mādatis* ¶ *cōtinetur, ne donū uel munus ipſe procōſul, uel* ꝙ *in aliquo officio erit, accipiat emátue quid, niſi uictus quotidiani cauſſa: ad xenia iā nō pertinet: ſed ad ea quæ edulium excedūt uſū. ſed nec xenia producēda ſūt ad munerū qualitatē.*

Cuſtodias pro reis in cuſtodiā datis hic accipe: [a] licet Feneſtella Subdititius aliter videatur locū hūc intelligere, pro cuſtodibus. Hūc locū ſecutus Cōſtantinus, criminales cauſſas audire legatos voluit: [b] ſed remittere ad procōſules, vt ipſi puniāt reos, id eſt pręauditas cuſtodias, vt hic ait. Inquit lex, Extraordinariū. Ordinariū eſt ꝙ ſolito ordine fit: extraordinariū cōtrà, ꝙ cōtra ordinē, & ſolitū iudiciorū morē fit, [c] magiſtratuū qui cognoſcūt cauſſas, arbitratu. Regula enim eſt iuris, vt nemo ius gladij, id eſt gladio puniēdi, nō ſecuri, aut fame &c. [d] vel alterius coercitionis ob crimē admiſſum, ad aliū trāſferat. Qua ratione, nec ius liberādi reos trāſferet: quādo omninò accuſari apud eū cui mādata eſt iuriſdictio, rei nō poſsint. Eſt igitur extraordinariū hoc genus mādati quo procōſules legatis ſuis mādāt, vt pręauditas cuſtodias ad ſe remittāt: vt ipſi procōſules innocentē liberēt, vel ſontē dānent. Neq; enim verū eſt cū qui cōdēnare nō poteſt, abſoluere nō poſſe: niſi quādo omninò de crimine nō poteſt cognoſcere: [e] ꝙ ordinariū eſt in ijs, quibus mādata iuriſdictio eſt. [f] Ait, Eſt in arbitrio. Nō enim cogitur lege mādare, ſi tamē mādet, debet ingreſſus iā prouinciā mādare: vt ſuprà dixit. Ait, Debebit reſpōdere. Magiſtratus de iure dubio Principem cōſuluīt: cuius reſcripta infinita extant, quibus reſpōdit magiſtratibus. [g] ſed iudices dati à præſidibus, & legati procōſulū, ipſos magiſtratus conſulūt de iure, [h] nō de facto: id eſt nō referūt ad eos de lite Titij nominatim, ſed de lite tali inter quoſdā litigatores: ne infament perſonas, & gratię, aut ambitionis materiā magiſtratui tribuant. Ambitus enim eſt velle gratū alicui facere: vnde ambitioſa decreta alibi dicta, [i] in gratiā alicuius, & ad emerēdū eius fauorē, ab ordine decurionū facta: qualia in academijs fieri ſæpe videmus, cōtra ius, faſq; Sed vt ad cōſultationes redeā, iure autētico poteſtas referēdi imminuta eſt. [k] Ait, Ad xenia. Xeniū munuſculū eſt, ꝙ hoſpiti dabatur à veteribus: & generaliter quęcūq; dātur munuſcula alijs ad aucupādā, vel retinēdā gratiā, vt memores ſint eorū qui mittūt. Munus vult lex maius eſſe, & cū iudici datur ſuſpicione corrupti iudicij nō carere. Ecce ſi par perdicularū, vel lepuſculorū ad iudicē mittas, xęniū eſt: [l] Si viginti aureos aut aſturconē, munus: ita tamē vt qualitatē munerū, ex perſonarū qualitate æſtimemus: & in anno nō excedant centū aureos. [m] Quid enim ſi centum perdiculas à litigatore iudex accipiat? quid ſi decē vini amphoras? Hæc enim nō xenia, ſed munera ſunt: [n] quæ ſi ſine cauſſa mitti ſimules, dona, ſi ob aliam cauſſam, munera dixeris. [o] Ait, Emátve quid. Hoc in magiſtratibus annuis, aut alioqui temporaneis, receptum eſt: ne ob metum imperij viliùs emant prædia, &c. [p]

L. VII. IDEM *Lib. 2. de officio proconſulis.*

Si in aliquā celebrē ciuitatē, uel prouinciæ caput peruenerit, pati debet commēdari ſibi ciuitatē, laudeſq; ſuas nō grauatè audire: (cùm honori ſuo prouinciales id uindicēt) & ferias ſecundū mores & cōſuetudinē quæ retrò obtinuit, dare: & ædes ſacras & opera publica circumire, inſpiciēdi gratia an ſarta tectaq; ſint, & quæ ſint, uel an aliqua refectione indigeāt: & ſiqua cœpta ſunt, u cōſummētur prout uires eius reipublicæ permittūt, curare debet: curatores quoque operū diligētes & ſolēniter præponere: miniſteria quoq; militaria, ſi opus fuerit, ad curatores adiuuādos dare. Cùm pleniſsimam autē iuriſdictionem proconſul habeat, omnium partes qui Romæ uel quaſi magiſtratus, uel extra ordinem ius dicunt: ad ipſum pertinent.

Prouinciæ caput, metropolim dicunt, qualem Epheſum in Aſia ſuprà dixit. [a] Ait, Commēdari. Com-

¶ De hoc munerum modo pulchrè Ouidi. lib. 1. elegia 10.
¶ neq; omnia, neq; quouis tēpore, neque ab omnibus.
¶ Exodi cap. 24. Deut. cap. 16. Eccleſiaſt. cap. 20.
a. j. de cuſto. reor. l. 12.
b l. 1. C. de off. procon.
c. j. de extra. cr. & j. de var. cog. l. actio. j. de neg. ge. l. ſi j. de pri. de. l. ſi. j. de furtis.
l. ordo. j. de pub. iudi. §. ſi. inſti. de inter. l. ſi. C eo. vide Theophi. inſti. de ſucc. ſu.
bl.
d. l. aut. j. de pœn. Spartia. in. Caracal. Lāpid in Alex. l. nemo. j. de reg. iur.
e. l. 3 C. vb. ſena.
f. vt hic. & d. l. nemo.
g. C. & ff.
h. l. eum. j. de iudi.
i. l. ambitio. j. de decr. ab.
k. autē. vt iud. non expect.
l ..plębiſ j. de offi. præſ.
m. l. 6. j. repetūd. & l. 1. eo.
n d. l. plębiſc.
p. l. inter. do. j de verb ſig.
p. l. qui officij. j. de contrah.
l. 3o repetūd.
a. l. 4. ĩ.

ri. Committi eũ aliqua laude. Ait, Laudesq́;. Eccè laudes suas audire nõ grauatè, & comiter quis debet, cùm is qui laudat id honori suo adscribit. Sic Xenia à nemine accipere, morosi suprà esse dixit. [b] Ait, Ferias. Pro more prouincialiũ permittere: nã nouas indicere non potest ferè magistratus. [c] Ait, Aedes. Eccè potestatẽ suã proconsul extra iudiciũ exercet. Ait deinde, Cùm plenissimã. De omnibus enim negotijs cognoscit, de quibus per partes cognoscũt Romæ magistratus: alius de tutelis, alius de fideicõmissis, alius de publicis criminibus, [d] &c. Ait, Extra ordinẽ. Qui magistratus ordinarij nõ sunt, sed vt res postulat, & negotiorũ multitudo, extra ordinẽ accipiũt potestatẽ, id est præter solẽnẽ morem. [e] Sed vtrúmne & militibus ius dicit, & in milites? Et puto hoc sęculo, si quid grauius admiserit miles, à pręside quolibet prouincię coerceri eũ solitũ: [f] alioqui ad eũ ducẽ, sub quo militabat, mittendũ eũ elogio fuisse: id est cum testificatione criminis admissi, *les charges & informations*. Augusti posteriores magis vidẽtur distinxisse iurisdictiones militares, & ciuiles. [g] Eosdem fuisse militũ, & prouincialium iudices interdũ etiam diximus: [h] ꝙ ante Augustos in procõsule locũ habuit: [i] vt sub Alexãdro imperasse vtrisq; ex hoc titulo constat. [k]

b. l. solet. c. l. à nullo. C. de fer. d. l. de om. j. de offi. præt. & l. seq. l. 2. ĩ. de orig. e. l. 2. ĩ. de ori. f. l. desertorẽ. & l. omne. ff. de re milit. l. de milit. j. de custo. re. g. l. 1. C de off. magi. milit. l. pen C de iurisd.

L. VIII. IDEM. *Lib. 39. ad edictum.*

Et ideo maius imperium in ea prouincia habet omnibus post Principem.

Omnibus post Principẽ. Sed nũ præfectus prætorio maius imperiũ in ea prouincia habuit? [a] Nã à procõsule hic appellatur. [b] Quid quòd Cõsul in omni prouincia imperium habuerit? [c] At pręfectus hoc tempore imperiũ in prouincia nõ exercebat, sed Romæ, vel in comitatu Principis. Cõsulis imperiũ quale quale fuit, in prouincia similiter nõ exercebatur: ꝙ Ciceronis sæculo facti tatum cõstat. Nec moueor quod præfectus appellabatur à procõsule, vel fortasse hoc tempore, senatus: [d] quia hoc nõ est imperium habere in prouincia. Princeps in prouincia quoq; iudicare poterat, cuius imperium, & iurisdictio, omnium magistratuum imperium vbiq; complectitur. Præfectus nõ nisi ex appellatione ferè cognoscit caussas prouincialiũ. [e] Quod aduersus eos notandum, qui senescallos proconsulibus opponi posse negant, quòd iurisdictionem obnoxiã habeant præfecturæ prætorianæ imperio. Nã & hoc in procõsulari iurisdictione hoc sæculo locum habuit, quando proconsulem non referant iureconsulti inter eos à quibus appellare non liceat. [f] Viden vt defunctoriè in iure versati, summi alioqui viri hallucinentur?

b. l. pręcip. C. de appell. auten. vt iudi. ..Cice. ad atti. & ad Quint. fra. x. vt hic & l. si in aliq. j. eo. d. l. 1. ĩ. de offi. præf. præt. e l. si quando. l. à procon. C. de appell. l. præcib. eo. f. Cice. 4. Philip. l. 2. ĩ. de orig.

L. IX. IDEM. *Lib. 2. de officio proconsulis.*

Nec quicquã est in prouincia, quod non per ipsum expediatur. Sanè si fiscalis pecuniaria caussa sit, quæ ad procuratorem respicit Principis: meliùs fecerit si abstineat. Vbi decretũ necessariũ est, per libellum id expedire proconsul non potest. Omnia enim quæcumque caussæ cognitionem desiderant, per libellũ non possunt expediri. Circa aduocatos patientẽ esse proconsulem oportet: sed cum ingenio, ne cõtemptibilis uideatur: nec ideo dissimulare, si quos caussarum concinnatores uel redemptores deprehendat, eosq́; solos pati postulare, quibus per edictũ eius postulare permittitur. De plano autẽ procõsul potest expedire hæc, ut obsequiũ parẽtibus & patronis, liberisq́; patronorũ exhiberi iubeat. cõminari etiã & terrere filium à patre oblatũ, qui nõ (ut oportet) conuersari dicatur. Poterit de plano similiter & libertũ non obsequentẽ emendare, aut uerbis, aut fustium castigatione. ¶ *Obseruare itaq; eũ oportet, ut sit ordo aliquis postulationum: scilicet ut omniũ desideria audiãtur: ne fortè dũ honori postulantiũ locus datur, uel improbitati ceditur, mediocres desideria sua nõ proferant, qui aut ommino nõ adhibuerũt: aut minùs frequẽtes, neq; in aliqua dignitate positos aduocatos sibi prospexerunt. Aduocatos quoq; petẽtibus debebit indulgere, plærũq; fœminis uel pupillis, uel aliàs debilibus, uel ijs qui suæ mẽtis nõ sunt, si quis eis petat, uel si nemo sit qui petat, ultrò eis dare debebit. Sed & si quis per potentiam aduersarij non inuenire se aduocatũ dicat, æquè oportebit ei aduocatum dare. Cæterùm, opprimi aliquem per aduersarij sui potentiam non oportet: hoc enim etiam ad inuidiam eius qui prouinciæ præest spectat, si quis tam impotenter se gerat, ut omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere. Quæ etiam omnium præsidum communia sunt, debent & ab his obseruari.*

d. l. 1. j. à quib. appell. Sueto. in Tyb. arg. e. d. ll. & l. de om. j. de offi. præsid. f. j. à quib. appell.

¶ Quę iudicẽ obseruare deceat. Cicer. in ora. pro Fonteio.

Concurrit igitur proconsulis notio cũ defensorũ, municipalium magistratuum, [a] & interdũ militariũ iudicũ notione, vt dixi. Ait, Meliùs fecerit. Quasi hoc genus procuratori adscriptũ sit *priuatiuemẽt à tous aultres.* Ait, vbi decretũ. Decretũ est ꝙ magistratus statuit caussa cognita, id est examinata ratione cur quid ab eo petatur, idq́; solenni more pro tribunali. [b] Sic magistratus decernunt,

a C de defẽ. C. de ma. municip. autẽ de defen. & hic. b. l. 1. j. de offi. asse. l. magis puto. j. de reb. eo. l. cum hi j. de trans.

cernũt, vt prędia minorũ vęneãt (exempli gratia) ꝙ libello à tutore porrecto, & à procõsule subscripto, vel ab actuario, respõdente libellis procõsule, expediri nõ potest. Caussam enim cognoscere oportet cur prædia tutor velit distrahi, & ritè probari, antè quã hoc permittat, decernatq; magistratus. Atqui hoc per libelli subscriptionẽ, & nudã respõsionẽ magistratus fieri nõ potest: *par requeste presentée au iuge sans aultre cognoissance de cause.* Ait, Circa aduocatos. Veteribus alius fuit aduocatus, qui ius sug gerebat:[c] aliùs orator, & patronus, quẽ causidicũ dicimus. Iurecõsulti latiùs aduocatos vsurpãt pro ijs qui quoquo studio causis agendis operãtur:[d] *aduocatz, & cõseil des parties,* Ait, Cũ ingenio. Cũ naturali prudentia, quæ auget dignitatẽ magistratus.[e] Ait, Cõcinnatores. Caussas cõcinnãt aduocati qui litis materiã vltro suggerunt, litesq; ipsi cõponũt: rt dẽptores verò sunt, qui eõducunt caussas agẽdas, & certã pecuniã paciscũtur. Ait, Per edictũ eius. Procõsul edicta proponebat in prouincia, vt prætor Romæ, vel in prouincia, [f] vt alibi dixi. Quibus verò postulare in iudicio nõ licuit, ex edicto inferiùs cognosces.[g] Ait, De plano. Nõ è tribunali, sed de planitie fori. Suetonius in Tyberio: Iudices, inquit, aut è plano, aut è quęsitoris rribunali monuit, &c. De plano legere alibi dixit iureeõsultus, [h] simili ratione. Solẽt enim iudiees leuiores liticulas, vel antè quã ascẽdãt tribunal, vel vbi descẽderint, de plano dirimere: ꝙ & à procedente iudiee alibi fieri dicitur.[i] Ait, Aut minùs frequẽtes. Celebres aduocatos intellige, & frequẽter in foro eaussas agentes. Ait, Vltrò eis. Prętor enim hoe proposuit in edicto, si non habuerint aduocatũ, ego dabo.[k] Ait, Cæterũ. *Au demeurant,* hoc loco. Ait, Ad inuidiã. Ad odiũ ei concitãdum. Ait, Tam impotenter. Tam immoderata potentia vtatur. Ait, omnium præsidum. Nam & Proconsul præses est: sed non omnis præses est proconsul.[l]

c. Ascon. d l. 1. ĵ. de var. cog. e. l. obser. ĵ. de offi. præs. f. l. 1. ĵ. quod cu:vni. g. l 1. ĵ. de postul. h. l. sed si pop. ĵ. de insti. to. i. l. à proce. C. de dila. k. l. 1 ĵ. de postul. l. l. 1. ĵ. de offi. præs.

LEX X. IDEM. *Lib. 10. de Officio proconsulis.*

Meminisse oportebit, usq; in aduętum successoris omnia debere proconsulem agere: cùm sit unus proconsulatus, & utilitas prouinciæ exigat esse aliquem, per quem negocia sua prouinciales explicent. Ergo in aduentum successoris debebit ius dicere. Legatum suum ne ante se de prouincia dimittat, & lege Iulia repetundarum, & rescripto diui Adriani ad Calphurnium Rufinum proconsulem Achaiæ admonetur.

Vsq; in aduẽtũ. Præsides prouinciarũ annua imperia primũ habuisse cõstat: quę ab Imperatore interdũ propagabãtur, vt à peritis iã socij cõtinerẽtur, & regerẽtur cõmodiùs prouincię.[a] Sic prętoris annuũ imperiũ fuisse, ex iure cõstat.[b] De procõsule hoe recœptũ est, vt in aduẽtũ sucressoris (quẽ Alexãder mittebat iudicio senatus)[c] ius diceret: ne stato tempore finito, prouinciales quãdoq; sine magistsatu agerẽt. Ait, Cũ sit vnus. Nota officium vnũ esse, licet per vices multi eo fungãtur. Neq; procõsulatus, vel prætura finitur, sed huius, vel illius administratio, &c. Quoeirca si proconsuli Asię mandetur negoeiũ, is expediet qui tũ proeõsul nõ erat, sed nunc est, &c. Ait, Dimittat. Sicut adimere mãdatã semel iurisdictionẽ nõ potest, [d] ita nec ante se dimittere de prouincia. Nã & hoc modo adimeret iurisdictionẽ. Ait, Achaię. Ecce ꝙ in principio dixi, Achaiã procõsulare habuisse prędidẽ: ꝙ ex Scoti libello de magistratibus apparet, & codicis inscriptionibus.

a. Suet. in August. Cassio. de for. præsida. b. inst. de per. actio. c. Lamprid. in Alex. d. l. solet ĩ. e. l. nemo po. ĵ. de orig. iur. l. aliud. ĵ. de verb. sig.

LEX XI. VENVLEIVS SATVRNINVS. *Lib. 2. de offi. proconsul.*

Si quid erit quod maiorem animaduersionem exigat, remittere legatus ad procõsulem debet: neque enim animaduertendi, uel coërcẽdi, uel atrociter uerberãdi ius habet.

Maiorẽ animaduersionẽ, id est pœnã, legato adimit.[a] Neq; enim gladio, securi telo, vel alioqui vitã homini adimere, neq; fustibus, flagellis, vel verberibus atroeiter cædere prouineialẽ potest: sed ad procõsulẽ tũ remittere debet, cũ ea coercitio animaduersione exigitur.[b] Idem de metalli coercitione, deportatione in insulã, & c. dicẽdũ. Nã maiores eiusmodi eoereitiones, maiores iudices requirũt.[c] Porrò animaduersionẽ dixisse nõ satis habuit Saturninus, nisi maiorem diceret. Quocirca cùm animaduersionẽ ad grauiorẽ retulisset alibi Papinianus, Paulus dubitationis vitãdæ eaussa notauit imperiũ, ꝙ iurisdictioni cohæret, in eũ cui mãdetur iurisdictio trãsferri: his verbis significãs leuiorẽ coërcitionẽ, animaduersionẽq; trãsire mãdata iurisdictione.[d] Nã apud eundem alibi, imperium coercitio dieitur: quòd duplex esse significat, merum & non merum: quòd posterius iurisdictioni eohæret,[e] & Vlpiano mistum dicitur, quòd ei iurisdictio generalis, & ciuilis (quæ mãdari potest) insit: quę propriè, specialíque significatione, iurisdictio appellatur.[f] Eam comitatur imperium quod nõ est merum: vt in iubẽdo eauere prætoria stipulatione, & in mittẽdo in possessionẽ, in danda bõ. possessione, in remouendo suspecto tutore, qui ob dolũ remotus, coërcetur infamia.[g] Hæc enim omnia, & si qua sunt similia, magis imperij quàm iurisdictionis,[h] aut eõtrà, propter mistionem, & cohærẽtiam, iurisdictione mãdata, trãsferuntur ferè. Sunt enim quędã specialiter magistratibus maioribus tributa lege, &c. quę nõ temerè mãdãtur, ꝙ ea à magistratibus ipsis, pro sua sapientia, ac luce dignitatis, dirimi leges voluerũt.[i] Et hęc permagna est interpretationis præparatio, ad titulos sequẽtes, quibus de iurisdictionis ratione disputatur: & adhuc sub iudice lis est.[k] Nã merũ imperiũ nihil aliud esse inibi dicemus, quã maiorẽ quãdã coërcẽdi potestatẽ, maioribus magistratibus specialiter tributã: quæ nec temerè nomina-

a. l. 3 ĩ. de offi. præf. vigil. & d l 6. l. nõ di. ĵ. de arb. arg. b. l 6. & l. 2. seq. ĵ. de pœn. c. d. l. 2. ĵ. de off. e. d. d. l. 1. & l. fi. eo. f. l. imperium. ĵ. de iurisd. g. l. cognitio. ĵ de offi. e. l. iubere. ĵ. de iurisd §. suspectus. de susp. tuto. h. d. l. iubere. i. l mandata. ĵ. de offi. e. l cũ bi. ĵ. de trans. arg. k. l. 1. ĵ. de off. e. arg. ea. fi. de offi. deleg.

tim mandari poteſt, nec mandata generaliter iuriſdictione, transferri intelligitur.[l] Cùm enim more maiorum iuriſdictio à magiſtratibus mandaretur, ea quæ ſpecialis imperij erant, non tráſferebãtur. Quod ad merum imperium, id eſt purũ, & abſq; iuriſdictione generali, & ad miſtum, iureconſulti interpretatione ſua retulerunt: ſiue in criminis animaduerſione maiore, coërcitionéve, ſiue in ciuili etiam examinatione poſitum ſit[m]

l.d.l.1. de off. c.
m.d.l.1. & .l. mandata.eo.

Ad.l. XII. PAVLVS. Lib.2.ad edictum.

Legatus, mandata ſibi iuriſdictione, iudicis dandi ius habet.

Quia generaliter in legatũ iuriſdictio transfertur, iudicẽ dare, qui vnã, vel alterã litẽ dirimat, poteſt:[a] qui verò datus eſt hoc modo iudex (quẽ delegatũ iudicẽ Auguſti poſteriores, & põtifices frequẽtiùs appellarũt) iudicẽ dare nõ poteſt: niſi ſit datus à Principe.[b] Nã delegatus à Principe aliũ delegare poteſt: niſi in hoc ipſe cognoſcere iubeatur, vt à clariore iudice mãdatũ negotium iudicetur.[c] Neq; verò differẽtia vlla eſt inter legatũ procõſulis, & eũ cui à prętore fortè, vel præſide quolibet mandata ſit iuriſdictio:[d] ſed cui mandata eſt generaliter iuriſdictio, ab eo differt qui iudex datus eſt, qui & pedaneus iudex,[e] & delegatur, dicitur. Nam ille proprium ius habere intelligitur alieno beneficio:[f] hic nudus adminiſter eſt eius qui eum dedit.[g]

a.l.1.j.quis à quo appell.
b.l.à iudice.C de iudi.
c.c.fi. de offi. deleg.
d.l.cũ prætor. j.de iudi.& d. l.1.
e.l.3.j. ne.q. eũ. auten. de iud.
f.j.l.ſe.
g.c.fi. de offi. deleg.

Ad.l. XIII. POMPONIVS. Lib.10.ad Q. Mutium.

Legati proconſulis nihil proprium habent, niſi à proconſule eis mandata ſit iuriſdictio.

Alibi Papinianus, Qui mandatam iuriſdictionẽ ſuſcepit, propriũ nihil habet: ſed eius qui mãdauit iuriſdictione vtitur, inquit.[a] Et Vlpianus, Is cui mandata iuriſdictio eſt, fungitur vice eius qui mandauit, non ſua.[b] Et Paulus, Si is qui iuriſdictionem mandauit, deceſſerit, antè quàm res ab eo cui mandata eſt, geri cœperit, ſolui mandatum Labeo ait, ſicut in cæteris cauſſis.[c] Ex quibus omnibus apparet non magis iuriſdictionem eſſe eius cui mandata eſt, quàm actio quæ mandatur, eſt procuratoris.[d] At contrà hic Pomponius proprium aliquid habere innuit, mandata iuriſdictione: vt proprium habere amgiguè accipi dicendum ſit: nunc pro eo qui principaliter accipit, vel cui lex defert iuriſdictionẽ: nũc pro eo cui mandatã iuriſdictionẽ lex cõfirmat.[e] Nam & hic ad iudicẽ datũ relatus, propriũ habere videtur:[f] licet vice alterius fungatur. Quo modo & qui in ſolutum nomen accepit, vtili actione ſuo nomine vti poteſt.[g]

a.l.1.j.de offi. e.
b.l.cũ prætor. j.de iuriſd.
c.l.more.eo.
d.l. quæ om. & ll.ſeq.j. de proc.l.3.j pro ſoc.l.fi. C.qu. fiſc.vel pri.
e.l. & quia. j. de iuriſdict.
f.vrb.l.e.
g.d.l.fi.

Ad.l. XIIII. VLPIANVS. Lib.20.ad l.Iuliam & Papiam.

Proconſules non ampliùs quàm ſex faſcibus utuntur.

Sex lictores proconſul habuit, qui faſces præferebant, vt Conſul duodecim: cæterùm Conſuli ſimilis. Faſces virgarum, ſecures obligatas inter ſe habebant, ita vt ferrum in ſummis faſciculis extaret: virgæ admonẽdis facinoroſis, ſecures è medio tollendis excogitatæ ſunt. Obligatę autẽ ſecures, vt tantiſper dum diſſoluerentur magiſtratuum iræ mora fieret, authore Plutarcho. Alexandri ſæculo, opinor, lictorum miniſterio milites fungebantur in officio procõſulis:[a] niſi malis ſtatores à lictoribus differre,[b] à quibus viatores Gellius ſeparaſſe videtur: & ſi alij cõfundãt. Iuſtiniani temporibus Procõſul, & legati eiuſdem, quadringẽtos in apparitione ſua habere potuerunt,[c] id eſt tot adminiſtros, & officiales. Fuerunt interdum & ſuffecti Procõſules, moderatoresque, vti Conſules, etiam ſub Alexandro.[d]

a.d.4.ã.
b.C.de ſtator. lib.12.
c.l.2.C.de appar.procõ.lib. 12.
d l.1.j.de tut. da. Lamprid.

Ad.l. XV. LYCINIVS RVFINVS. Lib.3.Regularum.

Et legati proconſulis tutores dare poſſunt.

Tutoris datio neque imperij eſt, neque iuriſdictionis: quãdo & hi apud quos legis actio nulla eſt, tutores dare poſſunt.[a] Sed tamen & iuriſdictionem habentibus competit, non omnibus, ſed quibus ſpecialiter hoc dedit lex S. C. vel Princeps.[b] Porrò D.Marci oratione, legato proconſulis ea poteſtas data eſt,[c] quod hic Rufinus pro regula tradit.

a.l.muto.ſ. tutoris.j. de tutel. l. vbi. de tut.da.ab.
b.l.1.j. de tuto. da.ab his.
& d.l.muto.l. 1.j. de offi.iuriſd.
c.d.l.1.

Ad.l. XVI. VLPIANVS. Lib.2.ad edictum.

Proconſul portam Romæ ingreſſus deponit imperium.

Procõnſularia inſignia egreſſum vrbem habere alibi dixit Vlpianus, ſed non exercere poteſtatem niſi in decreta prouincia:[a] vt hic pro his imperij proconſularis inſignibus, imperiũ vſurpare videatur: quæ deponit portam ingreſſus Romæ. Nam & contrà, faſces pro imperio, figuratè omnes Latini ſcriptores dixere:[b] vt latum clauum pro ſenatoria dignitate,[c] &c.

a.l.1.ſ.eo.
b.L1.Cicer.
c.Pli. in epiſt.

DE IVRE GALLICO HVC PERTINENTE.

Et ſuprà alibi,[a] cùm de diuerſis dignitatum titulis quæreretur, balliuos & ſenechallos magiſtratus, proconſulibus, vicarijs præfectorum prætoriorum, prætoribus, & Comiti orientis oppoſui. Nõ quòd ignorẽ maioribus hos territorijs ſub ditione Romana olim præfuiſſe: ſed quòd, ad iuriſdictionem quod attinet, permagna ſit ſimilitudo. Nam vt ex iudicum ſpectabiliũ appellationibus, illuſtres præfecturæ prætorianæ iure Romano cognoſcunt: ita à ſententijs iudicum mediorum, nullo interiecto medio, ſupremæ curiæ, quaſi præfecturæ, apud Gallos prouocantur.[b] Vt proconſules, &c. Spectabiles iudices, ex clariſſimorum tantùm iudicũ appellationibus cognoſcunt, ita balliui, & ſenechalli ex appellationibus Regiorum iudicũ inferiorum, quos ſubalternos dicunt. Quãquã inferiores iudices apud Francos, nõ præſides, rectores, &c. Sed præfecti,

a.l.fi. ſ. de ſenato.
b.Franciſ. des inger.Ludo.1272.in.2.

& caſtel-

& castellani vocitātur. Sanè imperiū extraiudiciale in prouincijs, rectores, legatíve Regis, apud Gallias magis obtinent, *les gouuerneurs, & lieutenantz du Roy*: in iurisdictione balliui, & senechalli omnia expediunt, quæ Proconsules.[c] Intra suum territoriū suos cōuentus habere debent, *tenir leurs aßises*, nō in municipijs baronū, vel antistitū:[d] dona, munera, xenia vltrò à subditis suæ iurisdictionis oblata, accipere Rex vetat.[e] Statores viatorésve habere debent, quos delinquentes in officio coërcent:[f] sed Rex, vel Cācellarius creat. legatos suos olim ipsi legebant, si fortè infirmitate, vel alia de caussa ius reddere non poterāt.[g] Hodie Rex creat eis vicarios, *lieutenantz*, qui nō mandatā, sed propriam ob id iurisdictionē habent.[h] Apud quosdā seneschalli vices suas mandāt legatis, qui absente vicario à Rege facto, ius dicant: vt apud Britannos. Idem pręfecti magistrorum militū, & indictionales iudices possunt, *les preuostz des mareschaulz, & les esleuz*.[i] Caussas pecuniarias, quas procurator Principis iudicabat, balliui, & seneschalli cognoscunt: procurator Regius litigator est, non iudex apud Galliam.[k] Quales esse debeant aduocati, & procuratores forenses in proconsulatu apud Franciam, ex lege Regia de Castelli Parisiensis iurisdictione constat. Cùm enim in præfectura vrbis lex aduocatis data sit: cur nō in prouincia valeat?[l] Similis lex aduocatis, & consiliaris præfecturæ prætorianæ constituta extat: quæ vetat pacisci de parte litis.[m] Quod ait Vlpianus Proconsulem aduocatos non habentibus dare debere, Galli *distribution de conseil* vocant: qua de re constitutio Regia extat apud Britanniam Celticam, edita anno sesquimillesimo 35.[n] Porrò proconsulatus apud Galliam à Rege datur, nec antè desinit quàm reuocetur: & ideo codicillis illa clausula inscribitur, *tant qu'il nous plaira*. Reuocari sine caussa tamen non solet, nec morte quidem Regum. Nam & Ludouicum vndecimum legimus, dum initio sui Principatus, magistratus vbique mutaret, nō leuiter periclitatum. Quò pertinet quòd de prorogando magistratibus imperio, ex Sueto. & Cassiod. adhibui. Legati, vicarijve à Rege dati proconsulibus, animaduersionem omnem habent, cùm sint ordinarij magistratus.[o] Is verò cui indictionum iudices mandant suam iurisdictionem, ad abdicandum se cogi non potest, nisi caussa cognita.[p]

c.Ludo.12.70 in.1. d.Philip.16. e. Philip. 13. Car.7.118. f. Philip. 19. Ludo.12.43. in.2. g.Philip.13. h.Carol.7.87 & seq. Ludo. 12 in.1 const. 47.in.2.41. i. Francis. des aydes, k.Francis. des iuges, l. arg.l.1.§. de susp.tut. m.l.si remu. §. manus.§. māda §.l.nec. n.27.& seq. o. Francis. des iuges. p. Francis. des aydes.

DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS:
Titulus XVII.

VNICA, VLPIANVS. *Lib.2.ad edictum.*



Ræfectus Aegypti non priùs deponit præfecturam & imperium (quod ad similitudinem proconsulis, lege sub Augusto lata ei datum est) quàm Alexandriam ingressus sit successor eius: licet in prouinciam uenerit, & ita mandatis eius continetur.

Veteres omnē magistratū cui pareret exercitus, Cōsulē, Prætorē, &c. Prætorē appellarūt, authore Asconio, vnde tabernaculū eius pretoriū dictū: & hinc pręfectus, etiā sub Principibus, pręfectus prætorio appellatus. Idē prætoriū, sub Augusto, & deinceps, augustale vocare cœpit: hinc præfectus prætorio in Aegypto, præfectus Augustalis, vel præfectus augustali nūcupatus:[a] quod ab Augusto Cęsare imperiū datū est vsq; in aduētū successoris in Alexādriā, sedē eius pręfecturę: vt nō priùs imperiū, id est exercitionē præfectorianæ potestatis deponeret, quā successor in metropolim Aegypti Alexādriā ingressus esset.[b] Vnde & quod de proconsule superiore titulo dictū est,[c] ita accipiēdū intelligitur, vt procōsul nō priùs desinat in prouincia ius reddere, quā successor sedē ipsam procōsulatus ingrediatnr, licet iā prouinciā attigerit. Nisi malis non per omnia similitudinem esse inter hunc & procōsulē, sed in hoc demū, vt in aduētū successoris ius vterque dicat, & administret prouinciā: Proconsul quidē dū in prouinciā venerit successor,[d] Præfectus Augustali dum venerit Alexādriā. Hic tributa exigi à prouinciarū moderatoribus per Aegyptiacā diœcesim curat, de criminibus iudicū ordinariorū inibi cognoscit, non iudicat,[e] ex appellationibus iudicū eorūdē per Aegyptū, & vtráq; Libiā, vsq; ad decē librarū auri quātitatē, vicē sacri cognitoris iudicat, id est appellatione sublata:[f] medius iudex est, & spectabilis fuit sub Zenone, Theodosio, &c. Augustis, à trāslato Byzātiū imperio.[g] Quid opus est verbis? Pręfectus quidē prætorio est,[h] sed minoris dignationis quàm qui in comitatu, id est aula,[i] qui per Africā, qui per oriētē, qui deniq; per Illyricū, præfecturā illustrē gerit.[k] Ab his appellare nō licet, sed supplicare:[l] à Præfecto augustali supra denarū librarū auri quātitatē prouocatur:[m] vt procōsuli, vel vicario spectabili, imperio par videatur, & inter hos in Codice Iustinianeo memoretur etiā: vt hic post procōsulē, & pręfectū vigilū spectabilē, prętoréq;. Quod ait, & ita mandatis. Iustinianus mādata Principū ea vocat, quæ cū magistratus codicillis accipiebāt, qui recturi erāt prouincias: ex quibus intelligerēt, quæ suæ partes essent in regēda prouincia.[n] Eiusmodi mādata cōtinebat epistola Seueri ad Fab. Cilonē, præfectū vrbi:[o] vnde Vlpianus officiū præfecti trāscribit: & Iustiniani mandata extant ad Tribonianum in prouinciam missum.[p] Atque horum quidem mandatorum exempla publicè tam in metropoli, quàm in alijs prouinciæ ciuitatibus proponi voluit: & intelligeret prouinciales, an præses quæ suarum partium essent, curaret.

a.l. quinq. C. de decur. lib. 10.l.1.&.2.C. eo. b.vt hic. c.l.4.&.10. d.d.l.4. e.C.eo. f.auten. de appell. & inf. g.d.l.quinque & .l.1. C. de pri.car. h.d.l.C.eo. i. l. precib. C. de appell. k. C. de offi. præf.prat. l.C.de sē.pręf. m.d.auten. n.autē. de mādā. prin. §. de offi procon. o.l.1 § de offi. præf.vrb. p.d.auten.

DE IVRE GALLICO.

Consilium illud parlamentare per Britanniā Celticam, non inconcinnæ præfecturę Aegypti opponerem: nisi nostratiū indignationē formidarē. Nā parlamentū quidē vt appelletur etiā post fœdus ictū à Petro Duce, cum Rege Franco obtinuit: sed velut à præfectura augustalis, ad illustrissimam Parisiorum præfecturam prætorianam prouocatur in quibusdam negotijs: quemadmodū suprà scripto fœdere continetur. Sanè Franciæ seneschallos, aut balliuos (quos instar spectabilium procōsulum esse voluimus) præfecturę prætorianæ per Britanniā comparari, vix perferent Britāni Celtæ: vt verius sit illustrem & illam præfecturam esse. Sed in hoc in paucis ab ea, ad Parisiorum præfecturā appellari, vt intelligeret posteritas, nō omninò æquo fœdere Britānū cum Franco olim amicitiam inijsse: sed alterum alterius maiestatem comiter obseruare debere. Porrò autem constitutiones omnes Regias, tam in præfecturis prætorianis, quàm in prouincijs asseruari publicè Ludouicus duodecimus sanxit:[a] quarū plæręq; magistratuū officia cōtinent.

a. 79. in 1.

DE OFFICIO PRAESIDIS.

Titulus XVIII.

Ad.l. I. MACER. Lib. 1. de Officio præsidis.

NOmen præsidis generale est, eò quòd & proconsules, & legati Cæsaris, & omnes prouincias regentes, licet senatores sint, præsides appellantur: proconsulis appellatio specialis est.

Præsides, Procōsules, & legatos Cęsaris, diuersos fuisse magistratus sub Alexādro, Lāpridius significat: quos Alexander iudicio suo, vel senatus, facere cōsueuit. Generaliter tamē omnes qui prouincijs pręsidebāt, præsides aliquādo dictos, Marcellus ait:[a] quos & rectores vel corectores dici solitos in quibusdā prouincijs, Papiniano credendū est.[b] Sub Iustiniano moderatores etiā appellati sunt qui prouincias regebāt, & in quibusdā prouincijs Prætores, cōsulares, Comites, vicarij.[c] Nā & ante Augustum Cæsarē primū Imperatorē, & deinceps viros cōsulares, & prætorios, mitti in prouincias solitos cōstat.[d] Sub Cōstātino tamē, & alijs Augustis vsq; ad Iustinianū, cōsulares rectores prouinciarū dicti sunt: nō quòd cōsules fuerint, sed quòd cū dignitate consularitatis mitterentur ad regendas prouincias, vt præsides cū præsidatus titulo,[e] vel Proconsules cū proconsulatus potestate, &c. Ex prouincijs, quæ spectabiles iudices habebāt, dioceses dictę sunt: cæterę generali nomine prouinciæ magis appellatę.[f] In Africa Iustinianus tres pręsides, & quatuor consulares nouè cōstituit: cùm antea procōsularis esset diocesis.[g] Vt quod Cōstantinus ad Proconsulem Africæ scripsit, ex Iustiniani voluntate ad alios Procōsules accōmodari debeat.[h]

a. hîc. b. l. pen. §. eo. c. l. 1. C. vt om. C de off. rect. auten. de appell. d. Strab. Suet. Cice. in Verr. e. Cassiod. de for. consulari. f. de autē l. 1. C. de priuatis car. d. l. C. vt om. g. l. 1. C. de off. pręf. pręt Afr. h. l. 1. C. de off. procon.

Ad.l. II. VLPIANVS. Lib. 26. ad Sabinum.

Præses prouinciæ apud se adoptare potest: quemadmodum & emancipare filium, & manumittere seruum potest.

Quæ voluntariæ sunt iurisdictionis, manumissiones, emancipationes, adoptiones, apud magistratum omnimodò fiunt, qui legis actionem habet:[a] quia aliorum non interest. Excipe minorem viginti quinq; annis, qui apud se non manumittit, nisi caussa probata apud collegam.[b]

a. l. 4. & seq. §. de adop. l. 1 §. de offi. præt. b l. 1. §. de offi. Consul.

Ad.l. III. PAVLVS. Lib. 13. ad Sabinum.

Præses, in suæ prouinciæ homines imperium habet: & hoc dum in prouincia est. Nam si excesserit, priuatus est. Habet interdum imperium & aduersus extraneos homines, si quid in alium manu commiserint. Nam & in mandatis Principum est, ut curet is qui prouinciæ præest, malis hominibus prouinciam purgare: nec distinguitur unde sint.

Vt proconsul extra Asiam, vel pręfectus vrbi extra cētesimū lapidē, imperiū, potestatémve nō exercet, sed priuatus est:[a] ita præses extra prouinciā suā non habet iurisdictionem, aut imperiū. Quod ita accipe & in homines suæ prouincię, intra prouinciā imperiū exerceat: in alterius prouinciæ homines ita demū si quid deliquerint. Quod ex mādatis Principū de præsidibus, Paulus colligit: vt pote quæ generaliter, & indistinctè concœpta extarent suo sæculo:[b] de quibus suprà dixi.[c] Igitur præses qui reperit in prouincia sua criminosum, cum punire potest, nec distinguitur vnde sit.[d] Iure autētico ad prætidem eius prouinciæ etiā mitti debet puniēdus, in qua crimē admissum est.[e] Nec solùm in paganos pręses animaduertit, sed etiā in milites qui grauius aliquid admisere: cæterum ad Duces trāsmittere solet.[f] Porrò qui de omni crimine cognoscit præses in prouincia sua, vndecūq; sit qui ex custodia producitur, ex caussa remittere potest cum elogio ad præsidē eius prouinciæ, vnde is homo est.[g] Purgat enim prouinciam suā malo homine, qui cōpræhensum mittit ad alium præsidē coercendū. Quapropter regula iuris autentici ita accipi debet, vt præses prouinciæ, in qua reus deliquit, requirere possit epistola, vti ad se trāsferatur:[h] qui tamē ex caussa ad præsidem prouinciæ vnde est, reum potest remittere: aut si miles sit, ad Ducem.[i] Clerici constitutione Fœderici, laicæ iurisdictioni obnoxij non sunt.[k]

a. l. 4. §. de off. procon. l. si §. de offi. præf. vrb. b. hîc. c. de offi. pręf. August. d. l. 1. C. vbi de cri. & auten. qua. eo. e. autē. vt null. iudi. f. l. omne. §. de re. milit. l. de mili. §. de cust. reo. g. l. non dub. eo. h. d. auten. vt nul. iudi. i. d. l. de milit. & d. l. nō dub. k. l. statuimus. C. de epis.

Ad.l. IIII.

Ad.l. IIII. VLPIANVS Lib.39.ad edictum.

• *Præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post Principem.* Tantam habet Præses in prouincia potestatem quãtam Proconsul in sua: a licet à Præside ad Proconsulem dioceseos administratorem, prouocari soleat. b Nullus enim magistratus in prouincia ius dicere potest in primo iudicio, de rebus omnibus, præter præsidem. c Sanè Princeps, vbi lubet imperium exercet de rebus omnibus: & deportare in insulam potest, quæ in prouincia non est, &c. d

*Hæc duo capita in nõnullis non habẽtur.

a. l si in suæ. de off. Procõ. & l. seq.
b. l. à procons. C. de Appel.
c. vt hic.
d. l j. de Leg. 3. j.

Ad.l. V. IDEM Lib.1. de omnibus Tribunalibus.

* *Præses prouinciæ non magis tutorem quàm specialem iudicem, ipse se dare potest.* Quæ huius capitis ratio sit, suprà dixi. a

a. l. fi. supr. de Off. Prat.

Ad.l. VI. IDEM Lib.1. Opinionum.

Illicitas exactiones, & uiolentia factas, & extortas metu uenditiones & cautiones, uel sine precij numeratione, prohibeat præses prouinciæ. Item ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat, præses prouinciæ prouideat. Veritas rerum, erroribus gestorum non uitiatur: & ideo præses prouinciæ id sequatur, quod conuenit eum sequi ex fide eorum quæ probantur. ¶ *Ne potentiores uiri, humiliores iniurijs afficiant, néue defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes, ad religionem præsidis prouinciæ pertinet. Illicita ministeria sub prætextu adiuuantium militares uiros, ad cõcutiendos homines procedẽtia, prohibere, & deprehensa coërcere præses prouinciæ curet: & sub specie tributorũ illicitas exactiones fieri prohibeat. Neque à licita negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, neque innocentibus pœnas irrogari, ad solicitudinem suam præses prouinciæ reuocet. Et ne tenuis uitæ homines, sub prætextu aduentus officiorum uel militum, lumine unico, uel breui supellectili ad aliorum usus translatis, iniurijs uexentur: præses prouinciæ prouidebit. Ne quid sub nomine militum, quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, à quibusdam propria sibi commoda iniquè uindicantibus committatur: præses prouinciæ prouidebit. Sicuti medico imputari euẽtus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet. Prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo hominis, innoxium esse non debet. Qui uniuersas prouincias regunt, ius gladij habent, & in metallum* * *dandi eis potestas permissa est. Præses prouinciæ si multam quam irrogauit, ex præsentibus facultatibus eorum quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit: necessitatem solutionis moderetur. Reprehensa exactorũ illicita auaritia, remissa propter inopiam multa, à prouincias regentibus exigi non debet.*

¶ In hunc locum Gellius lib.14. capt.2.

* aliàs damnandi.

Persequitur varia negotia, quæ imperio præsidis expediuntur, partim extra iudicium, partim in iudicio. vt si quis vi, aut metu exigat pecuniam, venditionem, aut cautionem extorqueat, &c. a Ait, veritas rerum. Licet cauerim debere me pecuniam quasi mutuam, si rei veritatem probauero apud Præsidem, non errorem meum in gerendo, cauendoque, sed veritatem probatam sequetur. b Veritas enim erroribus eorum qui quid gesserunt, non viciatur, sed eadẽ permanet: præsumitur tamen verum, quod quasi verè gestum scribitur, nisi veritas alia probetur. c Ex his colligere solent, iudicem quæ allegantur, & probantur, in iudicãdo sequi potiùs quàm veritatem, cuius ipse alioqui conscius sit: d quamuis mihi hic locus contrariam sententiam magis arguere videatur. Probare enim iudici is intelligitur qui fidem ei de re facit: e & veritas, cuius conscius est iudex, nullis testimonijs viciatur. f Quò pertinet quod hic ait, Ex fide eorũ quæ probantur. vt verius sit probari testibus, vel instrumentis, &c. quod ita confirmatur vt iudici fides fiat, & ad credẽdum inducatur. Et hæc quęstio quidem nobilis est, tam apud Theologos, quàm iuris interpretes: quã & Gellius lib.14. memorat. g Ait, Ne potentiores. Potentiores viros plæbs Romana patronos sibi adoptare solebat, vt eorum patrocinio aduersus alios potẽtiores caput, ac fortunas suas defenderet. h Et hi plæbei patronorum clientes dicebantur, non solùm ante Augustos, sed etiam sub Alexandro. i Si igitur potentior opprimat humiliorem, aut patrocinantem ei falsis criminibus insectetur, vt à defendendo deterreat: præses hoc curabit religiosè, vt legum sanctissimarum præsidio, eiusmodi iniurias prohibeat. k Quem locum ad mores trahunt, quibus for-

a. l metum. j. quod met. & hic.
b. l. cùm de j. de Prob.
c. d. l. cum de.
d. arg. c. 2. de Off. ord.
e. l. 3. j. de Testi.
f. vt hic.
g. cap. 2.
h. Dionys. Hal.
i. l. 3 j. de Visi. & ha.
k. vt hic & l. denũciamus. C. de his q. ad eccle.

midantes vim ac potentiam alicuius, in ius vocare solent, vt in securitatem, fidémve publicam eos asserat, [l] *qui demandent asseurement, ou seureté par deuant le iuge hault iusticier.* [m] Sed hoc inferiùs de iure Gallico. Ait Illicita ministeria. Ministri, quos Franci vocant *adu enturiers*. Ait, sub specie tributorum. *Que les asseeurs de tailles, n'asseent auec les tailles aultre somme de deniers.* Ait, lumine vnico. Significat tenuis fortunæ homines, qui vix necessaria vitæ suæ domi habent, non cogendos ad recipiendum hospitem. Ait, sub nomine militum. Ne quis miles, aliúsve quasi ad vsum militum accommodaturus aliquid extorqueat, quod in rem suam vertat. Ait, sicuti medico. Qui orat, non semper persuadet, sed ea adhibere debet quæ ad persuadendum vtilia sunt: sic medicus non semper morbo leuare debet ægrotum, sed tamen ea adhibere quæ ad medendum vtilia esse solent. [n] Quocirca prætextu fatalitatis, nõ se defendet, qui culpa vt imperitia, vel dolo malo, in hominis periculo decipit medicus: & mox ait, Mortalis erat. Hos enim pro modo culpæ, præses coërcere debet. [o] Ait, Qui vniuersas prouincias. Totas prouincias accipe, nõ omnes simul: nã solus Princeps hoc sæculo omnes prouincias rexit per magistratus. Igitur præsides prouinciarum generaliter, siue Proconsules, siue legati, siue correctores, &c. dicantur, ius gladij habent, id est potestatem animaduertendi gladio in facinorosos: [p] non securi telo, vel veneno. Sic passim vsurpãt iureconsulti, [q] & qui de eo sæculo scripsere Spartianus, & Lampridius. Cùm securi percussus esset Papinianus, at gladio, inquit Caracallus, te meum iussum exequi oportuit: & Alexander honores iuris gladij nunquam vendi passus est. Ego inquit non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possim. Fuit enim verbum iuris peculiare ius gladij, vti Ius trium liberorum: nec eo verbo continetur omnis animaduersio capitalis, vel etiam qua vita adimitur: qualis est viui exustio, damnatio in metallum, &c. [r] Et ideo subijcit. Et in metallum damnandi eis potestas data est. Nec moueor quòd μάχαιραν excommunicationis mucronem, &c. dicant Romani pontifices, & Pauli duodecimviri interpres, magistratum nõ sine caussa gladium ferre. Nam illi non dissimularunt translationem: hic pro insigni magistratus gladium vsurpat. Cùm de genere coërcitionis, ius, vel potestas gladij dicitur, dubium non est, alia pœnarum genera excludi, viui concremationem, &c. Quãquam ex rescripto diuorum fratrum, qui ius gladij habet, liberam mortis facultatem concedendi habeat. [s] Ait, si multam. Præses multam irrogare, dicerévе potest ad binas libras auri, id est emendam pecuniariam: Proconsules, & Comes Orientis cum Præf. augustali, ad senas, alij spectabiles iudices, ad ternas, in singula delicta specialia, quibus pœnæ legitimæ nullæ sunt: idque ex Theodosij constitutione. [t] Ait, Exactorum, *les recepueurs des amendes* hoc loco. Est enim generale verbum exactores tributorum, multarum, &c. continens. [u] Ait, A prouincias regentib. Præsidum enim officium est curare vt multæ irrogatæ dependantur, [x] non tamen si ob inopiam remissæ sint. [y]

l. Bart. hic. m. Senó. 159. n. Cicer. lib. 1. Rhet. o. vt hîc. l. 7. & seq. j. ad l. Aquil. p. l. imperium de Iurisd. l. 7. & seq. j. de Pœn. q. l. 7. j. de Pœn. l. j. j. de abig. l. Solet. sup. de Offic. procon. l. nemo. j. de Reg. iur. r. d. ll. s. l. 8. j. de Pœ. t. l. eos. C. de mod. mul. l. aliud. j. de Verb. sig. u. C. de Exact. trib. lib. 10. x. l. 3 C. de Offi. Præf. august. y. vt hîc.

Ad.l. VII. IDEM *Lib. 3. Opinionum.*

Præses prouinciæ inspectis ædificijs, dominos eorum caussa cognita reficere ea compellat: & aduersus detrectantem, competenti remedio deformitati auxilium ferat.

Ne ruinis ædificiorum priuatorum, deformitas aliqua in ciuitatibus appareat, qui regit prouinciam curat, & dominos reficere ædificia nolentes, remedijs competentibus compellit: vt pignoris capione, multæ irrogatione, [a] &c.

a. l. j. j. de vet. inspi.

Ad.l. VIII. IVLIANVS *Lib. 1. Digestorum.*

Sæpe audiui Cæsarem nostrum dicentẽ, hac rescriptione, Eum qui prouinciæ præest, adire potes: non imponi necessitatem proconsuli uel legato eius uel præsidi prouinciæ, suscipiendæ cognitionis: sed eum existimare debere, ipse cognoscere an iudicem dare debeat.

Quæ specialiter magistratus tribuuntur lege, &c. mandari non possunt: [a] qua ratione nec iudex dari à magistratu potest, qui vel vnã litẽ, vel caussam ex eo genere iudicet. Specialiter enim quibusdam delata sunt lege, &c. vt ij pro sua prudentia, ac luce dignitaris ea dirimãt quæ non iure communi magistratus, omnia negotia, quæ meri imperij, &c. non sunt, expedientis: sed priuilegio, iure singulari, specialíve, præter maiorum morem sibi competunt. [b] Quapropter in dubium verti potuit, an si Cæsar, id est Imperator, hoc rescripto litigantem ad præsidem prouinciæ transmittat, eum qui prouinciæ præest, adire potes: is nihilòminus iudicem dare possit, qui eam caussam dirimat. Et Iulianus ait posse, nec rescriptione hac imponi necessitatem Procõsuli, legato, vel præsidi, vt ipse cognoscat. [c] Sed quænam est differentiæ ratio inter rescriptiones, & constitutiones? Nimirum quòd rescripta ad ius, [d] nullum nouum ius perpetuũ constituant, nisi deinde in corpus iuris referantur: constitutiones, quæ præter maiorum morẽ, ius singulare, specialéve introducũt, ita accipi debeant, vt à verbis nõ recedamus. [e] Quare illa verba in rescripto, cum qui prouinciæ præest: secundum ius commune accipienda sunt, quod dare iudicem permittit. Verba verò S.C. quibus censuerunt patres, vt Prætor, vel Præses, de familia necatorum quæstionem haberet: [f] secundum ius commune, & mores maiorum accipi non possunt: & ideo ipse Præses,

a. l. j. j. de Offic. eo. b. d. l. j. l. placet. C. de Peda. l. nõ dist. j. de Arb. ca. s. de Off. deleg. arg. c. vt hîc. d. l. falso. C. de di. res. consti. j. C. e. l. quod verò & ll. seq. supr. de ll. f. l. j. j. ad Syla. l. j. de Offi. eo.

Præses, vel prætor, iure singulari cognoscet ex ijs verbis, à quibus non licet recedere, cùm sit ius speciale. Et hæc perdifficilem apud Papinianum quæstionem dissoluunt. [g] Porrò in verbo vel legato eius, ambiguitas inesse videtur: vtrúmne de legato proconsulis, an de legato Cæsaris accipienda sint. Ego vtrumque præesse prouinciæ puto, & legatum cæsaris, pręsidem generaliter dici: [h] quamuis Iulianus de legato proconsulis magis loqui videatur. Hæc audiuit Iulianus ex Hadriano Cæsare, & Augusto.

g d.l.j.in.§.de offi.e.
h.l.j.sup.

Ad.l. IX. CALLISTRATVS *Lib.1.de cognitionibus.*

Generaliter quoties Princeps ad præsides prouinciarum remittit negocia per rescriptiones: ueluti, Eum qui prouinciæ præest, adire poteris: uel cum hac adiectione, is existimabit quid sit partium suarum: non imponitur necessitas proconsuli uel legato, suscipiendæ cognitionis: quamuis non sit adiectum, is existimabit quid sit partium suarum: sed is existimare debet, utrum ipse cognoscat, an iudicem debeat dare.

Ex superiore cõmentario, hoc caput quoque lumen accipit in quo verbũ ipse, emphasim habet vti in præcedenti: quã sic euoluimus, Ipse, non alius pro eo: quod ipse personaliter vulgò dicũt.[a]

a. c.§.de Off. delega.

Ad.l X. HERMOGENIANVS *Lib.2.Iuris.ἐπιτομῶν.*

De omnibus caussis de quibus uel præfectus urbi, uel præfectus prætorio, itémque cõsules & prætores cæterique Romæ cognoscunt, [*] *correctorũ & præsidum prouinciarum est notio.*

* aliàs correptorum.

Idem de proconsule superiore titulo dictum est De officio procon. [a] Et maius imperiũ in prouincia post Principem habere præsidem, sup. eodẽ titulo dixit Vlpianus. [b] Porrò præfectus vrbi, ex epistola Seueri, [c] & præfectus prætorio, [d] deportare in insulam iure speciali potuerunt: præsides non priùs simili sentẽtia ademerunt ciuitatẽ, quàm si à Principe insula assignata fuerit. Quæ res non efficit, vt de omnibus caussis non cognoscant pręsides, vel correctores: aut vt maius imperium in prouincia, post Principem non habeant. Nam præfectus prætorio in prouincia priùs iudicium non constituit, sed ex appellatione præsidum cognoscit vt suprà dixi. De consulum & prætorum iurisdictione, superius loco suo scripsi.

a.l.si in aliquã &.l.seq.
b L.4.sup.eo.
c.l.1.§.de offi. pręf.vrb.l.8.j. de pœn.l.1.j. de leg.3.
d. d.l.1.

Ad.l. XI. MARTIANVS *Lib 3.institutionum.*

Omnia enim prouincialia desideria quæ Romæ uarios iudices habẽt, ad officiũ præsidum pertinent.

Varios iudices Romæ fuisse, qui de diuersis negotijs ius dicerent, ex Pomponio constat.[a]

a.l.2.§.de ori.

Ad.l. XII. PROCVLVS *Lib.4. ἐπιστολῶν.*

Sed licet is qui prouinciæ præest, omnium Romæ magistratuum uice & officio fungi debeat, non tamen tam spectandum est quid Romæ factum est, quàm quid fieri debeat.

Id præses in prouincia solus potest, quod omnes Romæ magistratus: quod ex iure, nõ ex facto æstimandum est. Non enim quod à quolibet iudicatum est, quódve contra leges, vel morem maiorum factum Romæ, sed quod fieri debuit, præses sequetur.[a]

a. vt hic.

Ad.l. XIII. VLPIANVS. *Lib.6.de officio proconsulis.*

Congruit bono & graui præsidi, curare ut pacata atque quieta prouincia sit quam regit, quod non difficilè obtinebit, si solicitè agat ut malis hominibus prouincia careat, eósque conquirat. Nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures, conquirere debet: & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere: receptatorésque eorum coërcere: sine quibus latro diutiùs latere non potest. Furiosi si non possint per necessarios contineri, eo remedio per præsidem obuiandum est, scilicet ut carcere contineantur. & ita diuus pius rescripsit. Sanè excutiendum diui fratres putauerunt in persona eius qui parricidium admiserat, utrum simulato furore facinus admisisset: an uerò cùm re uera compos mentis non esset, ut si simulasset, plecteretur: si fureret, in carcere contineretur.

Ad.l. XIIII. MACER *Lib.2. de Iudicijs publicis.*

Marcus *Diuus & Commodus Scapulæ Tertyllio rescripserunt in hac uerba: si tibi liquidò compertum est, Aelium Priscum in eo furore esse, ut continua mentis alienatione, omni intellectu careat: nec subest ulla suspicio matrem ab eo simulatione dementiæ occisam: potes de modo pœnæ eius dissimulare: cùm satis furore ipso puniatur:* [¶] *& tamen eò diligentius*

¶ Cic. in Orati. de Aruspi. Responsis.

ª Quoniam tam ad pœnam. P. F.

ligentius custodiendus erit, aut (si putabis) etiam uinculis coercendus: ª quoniam non tam ad pœnam, quàm ad tutelam eius, & securitatem proximorū pertinebit. Si uerò (ut plerumque assolet) interuallis quibusdam sensu sanior est: non fortè eo momento scelus admiserit (nec morbo eius danda sit uenia) diligenter explorabis. & si quid tale compereris, cōsules nos: ut æstimemus an per immanitatem facinoris, si cùm posset uideri sentire commiseris, supplicio afficiendus sit. Cùm autem ex literis tuis cognouerimus tali eum loco atq; ordine esse, ut à suis uel etiam in propria uilla custodiatur, rectè facturus nobis uideris, si eos à quibus illo tempore obseruatus est, uocaueris: & caussam tantæ negligentiæ excusseris, & unumquemque eorum, prout tibi leuari uel onerari culpa eius uidebitur, constitueris. Nam custodes furiosis non ad hoc solùm adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur: sed ne alijs quoque exitio sint. quod si committatur, non immeritò culpæ eorum adscribendum est, qui negligentiores in officio suo fuerint.

a. l. 1. §. de offi. præf. vrb. b vt hic. c. l. præscripto. j. de inu. & ho. l. 2. j. de adul. c. qualiter. de acc. vbi not. l. diuus. j. de cust. reo. d. l. ill. sup. e. j. de cura furios.

Præses, vt quieta sit prouincia curare debet, vti Romæ præfectus vrbi popularium quietē curat. ª Nec expectare debet vt sacrilegi, latrones, id est viarum obsessores, plagiarij, id est fures seruorum & in commercio habentes liberos homines, fures aliarum rerū (qui eas clàm intercipere student) apud eos accusentur: sed ipsi eos conquirere debent, & receptores eorum punire. Et hæc quidem malorum hominum conquisitio generaliter fieri debet. ᵇ Specialiter qui nec accusatorē habet, nec in iudicio crimen eius apparet, per iudicem coërceri nō solet: nisi fortè vel nunciatio, vel non leuis fama honestorum hominum, quem vrgeat. ᶜ Ait, Furiosi. Obserua hic & capite sequēti, vt furiosi vel custodiendi à curatoribus, vel carcere, & vinculis cōtinendi, & si quid commiserint, quando vel ipsi, vel custodes eorum coërcendi. Ait, Et securitatem proximorum. Hac significatione securitatem dicunt Franci, vt superiùs adnotaui. ᵈ De curatoribus furiosorū alibi dicitur, ᵉ qui cùm essent agnati ex lege duodecim, in prouerbium venit, ad agnatos, & gentiles deducendum, quem dementem notare voluissent antiqui.

LEX XV. MARTIANVS *Lib. 2. de Iudicijs publicis.*

Illud obseruandum est, ne qui prouinciam regit, fines eius excedat, nisi uoti soluendi caussa: dum tamen abnoctare ei non liceat.

a. l. 2. j. de Polli. b de vot. & vot. redempt.

Præses prouinciæ extra prouinciam agere non potest, nisi voti soluendi caussa, dū tamen non abnoctet, id est vnā noctem à prouincia non absit. Porrò de voto soluendo Ethnico more, & decimam partem patrimonij vouendo Herculi, & pollucendo ei, id est sacrificando, soluendóque voto alibi dicendum.ª Vergil. Damnabis tu quoque votis. Horat. Pascitur in vestrum reditū votiua iuuenca. Ludos votiuos, quos Dijs vouerunt, Cicero, & Plinius appellarunt. De votis Christianorum, Pontificum iura extant.ᵇ

LEX XVI. MACER *de Officio præsidis.*

a. vt hic. b. l. est receptum. j. de iurisd. l. j. C. ne quis in sua cau. c. vt hic. & l. qui. j. de Iurisd. d. l. 2. C. de Offic. præf. vrb. l. 2. C. de Off. mag. milit. l. 1. off. C. de Off. rect. pro. e. l. qui iurisd. j. de Iurisd. f. j. de Pœn. l. nulli. C. quor. appell. g l. solet §. de Off. Proconf. l. non licet. & l. qui officij. j. de Contrah. empt.

Senatusconsulto cauetur, ut de ijs quæ prouincias regentes, Comitésue aut liberti eorum, antè quā in prouinciam uenirent, cōtraxerunt: parcissimè ius dicatur: ita ut actiones amissæ quæ ob eam caussam institutæ non essent, posteaquàm quis eorum ea prouincia excesserit, restituuntur. Si quid tamen inuito acciderit, ueluti si iniuriam uel furtum passus est: hactenus ius dicendum est, ut lis contestetur, resque ablata exhibeatur, & deponatur, aut sisti exhiberiue satisdatò promittatur.

Ex contractibus Præsidum, Comitum, & libertorum, ante Præsidatum initis, non temerè ipsi agunt: quia imperium Præsidis collitigantibus formidandum est. At si actio intereà amittatur, post præsidatum finitum restituetur in integrum, & instituetur. Ex delicto aliorum in Comites &c. vsque ad litis contestationem ius dici potest, & rerum ablatarum sequestrationem, vel satisdationem de ijs postea sistendis, exhibendisve.ª Sed apud quem litis fiet contestatio, & satisdabitur? Et si quidem Præsidis lis erit, apud Præfectum Prætorio, vel alium cui ipse se subijciat: ᵇ Comitum, nec apud Præsidem ipsum contestatio ritè expedietur. ᶜ Parcissimè autem locum habere iurisdictionem, senatus censuit. Nam ex iusta caussa, cur tenuis vitæ Comitibus ius non dicatur? Ex contrario tam ex contractibus, quàm ex delictis, aduersus Comites Proconsulis, agent prouinciales apud Proconsulem, nisi malint expectare successorē. ᵈ sibi enim, suísve ius dicere, prohibetur: non in suos, qui iurisdictioni præest. ᵉ Neque refert quicquam, in ijs delinquant quæ ad suum officium pertinet, an in alijs commercijs. ᶠ Sed cur ait, Antè quàm in prouinciam? An non ideo quòd in prouincia ferè non contrahant qui in officio sunt, nisi victus quotidiani caussa? ᵍ

Nam

Nam cùm deinde subijcit, si quid tamen inuito, &c. eadem verba non repetit, quòd in prouincia furtum, vel iniuriam inuiti patiantur Proconsul, & Comites, licet spõte cõtrahere non possint. At cur ex delictis tantùm lis contestatur? Ne morte delinquentis actio extinguatur, [h] quæ restitui deinde non potest. Quod aiunt, [i] satisdandum Iudicio sisti, & litem peragi, mendosè ex hoc loco colligitur: in quo de rebus ablatis sistendis, id est præsentandis, & (vt Macer ipse ait) exhibendis, agitur: nam & res, & personæ sistuntur, exhibentúrve in iure, aut iudicio: [k] & hic de rebus sistendis, disertè Macer loquitur: vt alibi Vlpianus. Illud obiter hoc loco obseruandum est, ante litem contestatam etiam ius dici: quod alibi vsui erit, vbi extrema iurisdictionis quærũtur. [l] Quicquid enim dicit, quicquid interloquitur, quicquid decernit iudex ad litem, caussámve pertinens, ad iurisdictionem spectat: siue ante litem contestatam, acceptúmve iudicium, id fiat: siue posteà. In iurisdictione (inquit Sueto. in Tyberio) postulationibus nunquã nisi sequenti die, nec temerè per libellum respondit. Ecce iurisdictionem exercentẽ Tyberium, cùm vel solas postulationes audit, ante vel iudicium, vel decretum. Quod apud iureconsultos passim obseruabis: [m] ne frustrà hic multus sim, breuitatis alioqui studiosissimus.

h. C. ex delic. defun. l. j. §. j inst. de perp. actio.
i Bart. hîc.
k. l. si decess. & l. si fideius. §. qui. satisd. cog.
l. j. §. si q. ius di.
m. d. l. j. §. si quis ius di. l. 2. §. si quis in ius voc.

L. XVII. CELSVS *Lib. 3. Digestorum.*

Si fortè præses prouinciæ manumiserit, uel tutorem dederit priùs quàm cognouerit successorem aduenisse: erunt & hæc rata.

Eccè Præses prouinciæ, vt Proconsul, [a] in aduentum successoris ius dicit. Sed etsi antè quàm cognoscat aduenisse manumiserat, &c. hoc ratum erit. Quod & in Proconsule similiter locũ habebit: nec solùm in iurisdictione voluntaria, sed in contentiosa quoque. [b]

a. l. meminisse. sup. de Offic. Procon.
b. arg. l. illud. §. ad l. Aquil.

L. XVIII. MODESTINVS *Lib. 6. Regularum.*

Plebiscito continetur, ut ne quis præsidum munus donúmue caperet, nisi esculentum poculentúmue, quod intra dies proximos prodigatur.

Idem de Proconsule ex mandatis, & epistola Principum, suprà dixit Vlpianus. [a]

a. l. Solet. de Offi. Procon.

L. XIX. CALLISTRATVS *Lib. 1. de Cognitionibus.*

Obseruandum est [¶] *ius reddendi, ut in adeundo quidem se facilem præbeat: sed contemni se non patiatur. unde mandatis adijcitur, ne præsides prouinciarum in interiorem familiaritatem prouinciales admittant. Nam ex conuersatione æquali, contemptio dignitatis nascitur. Sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos quos malos putat: neque precibus calamitosorum illachrymari oportet. id enim non est constantis & recti iudicis: cuius animi motum uultus detegit. Et summatim ita ius reddere debet, ut authoritatem dignitatis, ingenio suo augeat.*

¶ Hoc Suetonius Augusto, Cicero p L. manilia Pompeio tribuit.

De Proconsule simile quidem præceptum suprà traditur: nimirum vt facilem se præbeat, sed cum ingenio. [a] Huc pertinet iustitiæ imago, quam Chrysippus pingit verbis apud Gellium. [b] vnde datur intelligendum iudicem (qui iustitiæ antistes est) oportere esse grauem, sanctum, seuerũ, incorruptum, inadulabilem, atque inexorabilem, erectumque atque arduum, & maiestate æquitatis, veritatisque terrificum.

a. l. nec. supr. de Off. Procon.
b. lib. 14. ca. 4.

L. XX. PAPINIANVS *Lib. 1. Responsorum.*

Legatus Cæsaris, uel præses uel [*] *corrector prouinciæ, abdicando se, non amittit imperium.*

* aliàs correptor.

Legatus Cæsaris is dictus est, quem Cæsar in prouincias suas vice sua mittebat: corrector specialiter dictus est quarũdam prouinciarum moderator, vt Campaniæ sub Theodosio. Hi igitur, & qui præsides specialiter dicuntur, & eadem ratione alij magistratus non amittunt imperium abdicando se magistratu, id est abeundo magistratu, & deponendo insignia. Nam oportet successorem venire in prouinciam antè quàm decessor amittat imperium. [a] vel alioqui apud eũ qui imperium dedit, & eius voluntate, deponere imperium. Et hanc abdicationem, Pontifices renunciationem, & resignationem appellitant: [b] quæ non nisi consensu Pontificis accedente, fieri iure potest. [c] Hoc capitulum ad nobilem Constantini Augusti donationem inducunt, [d] quæ rata esse non aliter debet, quàm si populi Romani voluntate facta constet: voluntatem verò populi, & senatus accessisse, testis est in hac caussa Nicolaus huius nominis Pontifex tertius. [e]

a. l. meminisse. §. de Offic. Procon. l. si fortè. sup. eo. l. j. §. de Offi. Præf. aug.
b. ex. de renuncia.
c. 6. 4. 3. denique.
d. Bart. hîc.
e. c. fundamẽta de Elect. in 6.

L. XXI. PAVLVS *Lib. singulari de Off. assessorum.*

Præses cùm cognoscit de seruo corrupto, uel ancilla deuirginata, uel seruo stuprato: si actor rerum agentis, corruptus esse dicetur, uel eiusmodi homo, ut non solùm iactura aduersus substantiam, sed ad totius domus euersionem pertineat: seuerissimè animaduertere debet.

De seruo

De seruo corrupto, actio prætoria in duplum competit damni dati.[a] Sed & extra ordinē Pręses qui cognoscit punire potest corruptorem, pro modo, & qualitate corruptionis, & serui corrupti.[b] Quod & in calumniatore similiter obseruatur.[c] An verò ex eisdem actis, & probationibus, ciuiliter condemnare possit, & extra ordinem ob crimen coercere, quæritur. Et verius est, etsi ciuiliter actum sit, motu iudicis proprio etiam coërceri: quod & in falso teste receptum est, &c.[d] Sanè si actor extra ordinem coërceri postulat, crimen subscribere debet: alioqui ad ius ordinarium remittendus est, examinationémve ciuilē, vt solenni actione apud iudicem intentata, ordine experiatur.[e] Quod ait, vt non solùm iactura, &c. ita accipe, vt non solū quælibet iactura aduersus substantiam eius qui agit de seruo corrupto: sed iactura pertineat ad totius domus euersionem, id est spoliationem, expilationémve. Euertere enim fortunis, & bonis, & interdum absolutè, Cicero dixit eadem significatione.[f] Seruus actor porrò is est, cui gubernatio rerum ab hero committitur: quo sensu liber homo, qui periculo tutoris cōstituitur, actor dicitur: & actor vniuersitatis, &c.[g] Non, vt ait Theophilus, quòd apud acta constituatur.

IVS GALLICVM.

Præsidibus prouinciarum, correctoribus, cōsularibus, &c. clarissimis tantùm iudicibus, præfectos ciuitatum, & castellanos iudices Regios, ideo opponimus: quòd ab his ad seneschallos & balliuos tanquam medios, & spectabiles iudices appellemus: vt à seneschallis ad parlamenta, tanquam ad præfecturas prætorianas.[a] Nec mouemur quasdam caussas medijs iudicibus apud nos lege Regia attributas, de quibus minores iudices Regij (quos subalternos vocamus) nō cognoscunt: quasdam etiam iudicibus indictionalibus, tributarijsque, conseruatoribus, aquarū & syluarum seneschallis: ad seneschallos, vel subalternos iudices nihil pertinentes.[b] Nam & iure Romano à pecuniarijs caussis inter Cæsarem, & priuatos, abstinent Proconsules, & præsides:[c] & spectabiles iudices ex appellatione clarissimorum cognoscunt vsque ad denas libras auri, appellatione sublata: quod Clarissimi prouinciarum rectores non possunt:[d] quo modo apud nos medij iudices, ad 40. francicos, &c.[e] Scio inualuisse apud pragmaticos Frācos hunc loquēdi vsum, vt Præsides vel præsidales iudices appellentur medij iudices, à quibus nullo medio interiecto prouocatur ad curias supremas: quales diximus seneschallos, balliuos, & Præfectū vrbi Parisiorum.[f] Quare morem si sequaris, præfectos ciuitatum & castellanos, iuridicos appellabis:[g] vel etiam more veterum Romanorū Præfectos.[h] Nam & à iuridicis per prouincias quasdam ius dicentibus, vti à præsidibus qui vniuersas prouincias regebant, medij & spectabiles Præsides appellabantur: nimirum Proconsules, vicarij, Prætores, &c.[i] Sed de nominibus anxij non sumus, modò res ipsa manifesta fiat: atque id effecisse demum videamur, vt iuris studiosi intelligant, qui maiores iudices, qui medij, & qui minores apud Gallos dicēdi sint.[k] Neque quicquam refert (ad rationem iuris quod attinet) quibus nominibus magistratus Gallicos appellemus: modò cōstet in appellationum ordine, atque iuris dicundi potestate, alios clarissimis Præsidibus prouinciarum, alios spectabilibus, alios illustribus præfectis prætorianis similes haberi: vt quatenus similitudo apparet, leges Romanas de magistratibus, & iurisdictione eorundē ad magistratus nostros trahamus, ex Tertulliani sententia.[l] Quæ cùm bona pars sit iuris Romani, ita videas in schola negligi ob ignorationem historiæ, quasi iam antiquata sit, vel abrogata lege aliqua. Quis enim non legit commentaria Accursiana, ad hos de officijs magistratuum titulos? Hic, inquit, titulus, vel hæc lex, non legitur.[m] At cur non legitur Accursi? An quia lex noua vetat? An non potiùs quòd interpretes, qui tibi præiuerunt, sui sæculi magistratibus accommodare non potuerunt? Igitur ego nunc regnum Franci, cum imperio Romano magnitudine non confero: tantùm in prouinciola sua imperium seneschallo, vel balliuo (quantùm in Asia Proconsuli olim datum scio) non adscribo.[n] Sed ad iurisdictionis modum quod attinet, huic illi sunt æquales ferè.[o] Non ego pręfectos ciuitatum, & castellanos de omnibus caussis cognoscere aio, de quibus Præsides clarissimi prouinciarum notionem habuere:[p] non tantùm tribuo territorij, vt si cum Romani imperij prouincijs componas, prouinciæ dici queant (nam Cæsar omnem Galliā alpibus Rheno, & Rhodano contentam in prouinciæ formā redegit)[q] sed in hoc minore imperio, has præfecturas minoribus iudicibus tribuo: seneschallias medijs: curias supremas, cum aulico cōsilio, maioribus.[r] Vt in appellationum tractatu, & iurisdictionum, habeant pragmatici Franci, vnde ducant argumentum, si quando ex legibus, mandatisque Regum, & moribus, quæ quibus iurisdictio adscripta sit, per omnia non appareat. Francis ergo præsidalis iudicis nomen generale est, & seneschallos, & balliuos, & omnes prouincias regentes continet (subalternos iudices Regios, iuridicos nunc appello) & Senatores missos ad regendas prouincias, id est consiliarios Regios, nouimus, quales hodie Pyctonibus, & Andibus præsunt veluti legati Procōsulum Donellus, & Ratus: sed hi tamen Regij magistratus sunt, licet vicariorum nomen retineant. Seneschalli appellatio specialis est.[s] Legati Regis in prouincijs (quos vocat *ses lieutenātz & gouuerneurs*) in iurisdictione exercenda non occupantur, sed in exequendis omnium iudicum sententijs: in tuenda aduersus depopulantes, & hostes prouincia: in circumeundis arcibus inspiciendi gratia, an sartæ tectæ sint & renunciando Regi si quis quid moliatur aduersus regni securitatem, &c.[t] Seneschalli, & balliui ipsi, lege Philippina ius dixère:[u] deinde vicarios eis creare Reges cœperunt, qui ab ipsis velut

a. j. de ser. corr. l. j.
b. vt hic.
c. l. pen. j. de Calum.
d. l. nullil. C. de Test. not. l. cōgnūet. sup. eo.
e. l. fi. j. de pri. delic. l. fi. j. de Furt.
f. Pro Amer. pro Sylla. in Verr.
g. §. fi. de Curato.

a. autent. de App. & infr. l. Reg. des sieges
b. d. l. Reg. & l. Reg. des aydes. l. Reg. des eaues.
c. l. nec. ī de Offic. Procō.
d. d. autent.
e. Francis. de Breuia. lit. j. cōst. in 6. art.
f. d. l. Reg. des sieges.
g. j. de Offic. iurisd.
h. Plin lib. 5.
i. d. autent. & j. de Offi. iurid.
k. d. autent.
l. ideo ī. de ll.

m. C. de Offi. præf. vrb.
n. Cic. epist. j. ad Quint. Fra. & ad Atti. not. ī. de Offi Procon.
o. l. Reg. des sieges.
p. d. l. Reg.
q. Suet. in Cæsar.
r. arg. d. autēt.

s. d. l. Reg. des sieges. arg. l. j. ī. eo.
t. Ludo. 12. 70. in 1.
u. Philip. 23.

lut legati Proconsulum antè legebantur.[x] Et hi quidem in sui territorij homines iurisdictionem habent: an & aduersus extraneos in eo delinquentes habeant, dubitari potest. Equidem nihil in Regijs sanctionibus obseruaui, quod iuri communi deroget, ad Regios iudices inter se quod attinet.[y] Sanè si beneficiariam iurisdictionē sub Regia habenti subditus, in alieno territorio crimen admittat, postulante iurisdictionis domino, aut eius fiscali procuratore, eò transmittendus erit: quòd eiusmodi iurisdictio beneficiaria patrimonium sequatur, & bonis annumeretur:[z] quam Reges vnicuique intactam relinqui legibus suis sanxerunt.[a] Sanè iudices Regios aliena iurisdictione abstinere, lex Regia iubet, quamuis ea in facultatibus, & fructu non sit:[b] vt præfectum ciuitatis, iurisdictione seneschalli, & contrà: præfectum prætorio iurisdictione præsidalis iudicis, &c. non tamen iudici domicilij, vel delicti, iurisdictionem Regiam attribuit: vt verius sit ius commune iudicem sequi oportere.[c] Quidni? est enim eiusdem, Regis nimirum, omnium Præsidalium iudicum iurisdictio (ad emolumenta, & fructus quod attinet) vt præsidis domicilij nihil intersit, reum ad Præsidem prouinciæ, in qua delictum admissum constat, transmitti. Quod in diuersis iurisdictionum dominis similiter dici non potest, qui non exercitionem iurisdictionis modò sub Rege, sed multas, & alios iurisdictionis fructus demetunt: vt Duces, Comites, Barones, Castellani,[d] &c. Porrò de imperio iudicis in extraneos, deque remittendis eis, vel coercendis, leges patriæ, moresque per Galliam extant: qui mores Regia authoritate compositi, & conscripti à prudentibus, distinguere non videntur, ad verba quod attinet plærumque.[e] Interdum nō iudicem quemlibet, sed dominum iurisdictionis reuocare posse domum, scriptum extat. Sunt mores quibus ante litem contestatam, vt remittatur postulare oportet.[f] Est mos quo solus dominus reuocare potest sibi subditum criminis reum: reus ipse absq; domino, frustrà foro præscribit.[g] Alijs moribus audiendum est reo, qui foro præscribit, & ad suum iudicem transmitti postulat:[h] quamuis dominus, vel eius procurator, nondum subscripserit, seque adiunxerit. Quæ omnia cum iudicio euoluet pragmaticus: cæterùm iuris Romani rationem secuturus.[i] Ita enim defungor hac quæstione de remittendis reis, vt ad mores, studiosos iuris remittam: ne nimiùm multus sim in eo quod suo loco, ius ciuile legētibus, sese offeret particulatim: vt lectionis magis quàm inuentionis, & iudicij videatur. Non solùm extra prouinciam seneschallos, & balliuos priuatos esse Reges Franci voluerunt, sed etiam in agris dominorum, vt antistitum, vel Baronum, suos conuentus habere vetant, *leurs assises*.[k] violentia, vel metu extortas venditiones, &c. non priùs rescindunt, quàm à Principe restituantur circūscripti.[l] In securitatē, tutelámve publicam (quam saluam gardiam dicunt) generaliter solus Rex recipit suos, aduersusque potentiorum iniurias tuetur.[m] Specialiter verò quasdam personas, aduersus eas tuentur magistratus Regij, aut alterius domini maximam iurisdictionem habentis, quas sibi formidandas iurant, si minas aliter probare non possint:[n] atque in hoc conditio datur ex moribus. Porrò si publica hæc securitas violetur, iudices præsidales cognoscunt tum cùm in Regiam tutelam quis receptus est:[o] alioqui ad eum iudicem notio spectat qui in fidem recepit.[p] Regiam illam tutelam verbis generalibus concœptā, absolutè *sauluegarde*, hanc in quam magistratus recipiunt, & domini inferiores, *seurete ou asseurement* interdum appellant, *& asseurete, ou asseurance*.[q] Sunt mores quibus alia est inter hæc verba differentia, & alia est generalis, alia specialis tutela, *saulue garde*: & à securitate, specialis dissidet. Illius enim pœna capitalis est: huius arbitraria.[r] Est & quædam tutela, tuitióve, quæ non solùm verbis, sed re adhibetur: cùm militaris custodia speciali Principis authoritate alicui datur:[s] vel militare auxilium aduersus potentiorum vim iudices impetrant.[t] Quod ad Regem, supremam curiam, aut legatum Regis, apud Galliam refertur: quòd præsidales etiam iudices id imperij non habeant,[u] vt suprà attigi. Quòd verò illicita ministeria Vlpianus à præside coërceri oportere ait:[x] apud Galliam legibus Regijs primùm hoc imperium præsidalibus iudicibus datum fuit: deinde pòst, ad magistros militum, Præfectos, & horum vicarios, translatum est.[y] Sub specie tributorum illicitas exactiones, iudices tributarij, *les esleus*, prohibent apud Galliam.[z] Prohibita negociatio est legibus Regijs frumentum alibi vendi quàm in foro frumētario: eadem deinde permissa est.[a] Frumentum ante messem vendi, ex lege Ludouici vndecimi non licet: vt salnitrum alibi quàm in horreo Regio, ex lege Francisci: *salpestre* vocamus. Ius gladij habent non solùm iudices præsidales, sed ciuitatum Præfecti.[b] Iudices Regij, maximam iurisdictionem habentes, multas arbitrarias dicere possunt: qui mediam habent, ad sexaginta solidos arrogant: qui verò minimam, ad septem solidos, sex denariolos.[c] vt immunditia, & deformitate, vrbs Parisiorum, & municipia careant, ad præfectorum curam pertinet:[d] politiam generaliter appellant. Reges Franci ad præfectos ciuitatum, & iudices præsidales remittunt negocia, & attribuunt eis iurisdictionem interdum specialiter, quam iure sui magistratus non habent: vt cū restituere in integrum, rescindere contractum, &c. Reges iubent: interdum secundum ius rescribunt ad iudices, postulante litigatore, quas *lettres excitatiues*, &c. vocat Franciscus.[e] Eiusmodi rescripta non imponere necessitatem magistratibus suscipiendæ cognitionis, sed posse dare iudices qui ea negocia dirimant, iureconsulti scribunt.[f] Non enim constitutiones sunt hæc rescripta,

x. Ludou. 12. 50. & seq. in 2.42.
y. supr. eo. l. 3.
z. Io. Fab. 4. item terma. de Actio.
a. Carol. 5. 5. arg. l. nō dub. intr. de Cust. reo.
b. Carol. 7. 9. Francisc. *des iuges*. Ludou. 12. 91.
c. d. auten. vt nul. iudi. not. l. 3. §.
d. Philipp. 15. Io. Fab. d. §. itē serua. de Actio.
e. Britan. tit. 1. art. 9. & seq.
f. Ambia. 112.
g. Borbon. 21.
h. Aruer. cap. 7.
i. not. d. l. 3. §. 1. & l. 2. C. vbi de cri. & auteo. qua in.
k. Philip. 16. arg. d. l. 3. sup.
l. Ludou. 12. 46. in. 2.
m. Ludou. 12. 60. 102. Francis. *des iuges*.
n. Aruer. 13. Borbo. 51. *Auxerre*.
o. leg. Reg. *des iuges*.
p. Borbo.
q. Britan. tit. 2. art. 3. Tit. 24. ar. 48.
r. Pyctō. 356. *Le marche*. 30. *la rue d'indre*. 38. *Auxerre*.
s. l. fin. C. de Erog milit. l. 3. C. de Offi. tio milit. iud.
t. l. si quis in hoc. C. de epi. & cler. l. fi. C. de Offi. præf. ang l. 2. C. de his qui latr.
u. Ludou. 12. 70.
x. d. l. ill.
y. Francis. *des aduentuniers*.
z. l. Reg. *des aydes*. arti. 10.
a Francis.
b. Francis. *des iuges*.
c. *La rue d'indre*. 38. Pyctō. in prin.
d. leg. Reg. *de la police de Paris*. & l. Reg. *des iuges*.
e. *des iuges*. 20.
f. l. sæpe. & sequent. sup. eod.

pta, quæ iurisdictionem tribuant in omnibus similibus, sed tãtùm in hoc negocio. Sanè si specialiter eiusmodi iurisdictionem, constitutione perpetua Rex triburret certis magistratibus, mandata iurisdictione, non transiret, nec iudicem specialem dare possent, qui cognosceret. Quia iure speciali, & priuilegio, non iure magistratus & ordinario, communive, competit notio. [g] Solet tamen Rex expressim præcipere, vt ipsi magistratus cognoscant ea quæ speciali iure eis vult competere: [h] quod equidem nuper factum puto, vt obliteratum apud nos Papiniani dogma, in vsum fori quodamtenus reduceretur, certè in criminum executione. [i] Sed de his inferiùs. Neque iudices præsidales, neque præfecti ciuitatum, apud nos de omnibus caussis cognoscunt, de quibus Lutetiæ Parisiorum præfectus prætorio, & cæteri cognoscunt. Nam quædam caussæ specialiter supremæ curiæ adscriptæ sunt lege Regia: [k] quædam iudicibus medijs: quædam minoribus in primo iudicio: quædam denique iudicibus priuilegiariorum, vt scholasticorum, in aula, vel in suprema curia agentium: quædam alijs quorum suprà feci mentionem. quanquam scholasticis iudices præsidales ius dicunt, per conseruatores eorum vicarios. Præterea iudices militares, [l] Constabularium, magistros militum, ab his præfectos, & eorum vicarios: qui ad similitudinem Romanorum magistratuum, de caussis militum, & alijs quibusdam cognoscunt. Nam milites ad magistros militum præsides remittunt iure Romano: quanquam cognoscere possunt eatenus dum de crimine constiterit: atque etiam punire, si quid grauius admissum sit in prouincia à milite. [m] Fines territorij sui excedere olim iudices præsidales non potuerunt: nec legatos sibi legere nisi ex iusta caussa: sed ipsi ius dicere tenebãtur. [n] Iis qui præsidalibus iudicibus, & præfectis ciuitatũ parẽt, viatorib᷒, actuarijs, & cęteris, ipsisq; magistratibus, tã ex cõtractu, q̃ ex delicto ius dicitur à iudice, quẽ eorũ debitores reijcere iure tãq̃ suspectũ nõ possint. Quid ni? perpetuus enim ferè esse solet magistratus. Sed & ipsi magistratus eadem ratione in ius vocantur, & in suos apparitores ius dicũt. [o] Quales esse debeãt magistratus in aduocatos, &c. ex placito Parisiensis curiæ amplissimæ cõstat, vbi Callistratus adducitur: [p] eòdẽ pertinet Caroli 7. constitutio: [q] qua dona, muneraq; iudicibus etiã interdicuntur: imò litigatores, procuratores forenses, &c multãtur, qui dona, muneráve offerunt iudicantibus. [r] Ex his deprænhendẽt pragmatici Franci opinor rempub. Gallicanam ad similitudinem Romanæ constitutam ferè: licet magnitudine hæc illam olim superarit. Quamobrem Rex sub quo agimus, in septem prouincias regnum suum aliquando partitus est: [f] vt Iustinianus Africam. [t] Sed in Africa tres decuriæ, vel gradus magistratuum ius dicentium non fuerunt: in Regno Gallico tot sunt Regiorum iudicum ordines, licet iurisdictiones tantæ non sint. Bis quoque appellare concessum est Regios iudices, à Regijs iudicibus, vt iure Romano. [u]

DE OFFICIO PROCVRATORIS CAESA-*ris, uel rationalis.* *Titulus.* XIX.

AErarium populi fuit, fiscus Principis: [a] & quamuis omnia penes Principes esse cœperint, adhuc quæ populi fuerunt, publica & ærarij: quæ propria principis, fisci esse dicta videmus. [b] Qui eam ambiguitatem tollere voluerunt, fiscum priuatum, & publicũ ærarium dixêre: [c] atque adeò ærarium priuatum. [d] Alij fiscum, ærariumque promiscuè scripserunt, nihil ea distinguentes, quòd eiusdem Principis essent. [e] Qui præfectus est in prouincijs ijs rebus curandis, vnde in fiscum quid potest cadere, procurator Cæsaris, vel Principis, vel curator, [f] procurator priuatæ rationis, [g] rationalis rei priuatæ, [h] præfectus fisci, [i] & priuata ratio, aut græcè ἴδιος λόγος dictus. [k] Ad ea quæ populi fuerunt respicientes, curatorem reipub. dixerunt, & logistã: [l] nisi malis curatorem ciuitatis intelligi. [m] Quare ne de eo tantùm videretur hic titulus scriptus, qui curaret eas res quæ ad Cæsarem peruenire primùm solebant ex imperio: sed de omnibus præfectis rationibus imperij, disiunctiuè concipitur, de Officio procuratoris Cæsaris, vel rationalis. Eadem alternatione vsus est Alexander in rescripto, eadem de caussa. [n] Et quoniam rationales caussis colonorum, priuatæ rei, & vtriusque ærarij, vel fisci publici, priuatíve præsidebant, Gratianus ita scripsit: Rationales priuatæ rei caussis, & sacris ærarijs præsidentes, [o] &c. Lampridius procuratores, inquit, id est rationales, [p] &c. Porro Principes, & Augustæ, proprium patrimonium, priuatámve substantiam, præter fiscalia (quæ imperij sunt) habent: [q] quæ generaliter res dominicæ dictæ: vt quæ ad priuatum fiscum pertinebant, diuinæ domus, vel Augustæ etiam appellatæ. Et hinc prócurator prædiorum fiscalium domus augustæ dictus, [r] qui res illas imperij procuraret: & alibi de locatione prædiorum fiscalium, siue rei priuatæ, vel dominicæ dicitur, [f] quòd res priuatæ vel dominicæ etiam sint, quæ non sunt fiscales, & ex imperio profectæ. Alibi de Agricolis dominicis, vel fiscalibus rei publicæ vel priuatæ: quòd res fiscales aliæ sint (vt dixi) reipublicæ aliæ rei priuatæ, id est aliæ ærarij publici, aliæ priuati fisci, vel ærarij. Et

g. l. j. ȷ. de off. eius.
h. Philip. 12.
i. Frãcis. 144.
k. Carol. 7. 5. & sequẽ. 10. 1. Francisc. des heretiq. & des suges. Francisc. des aydes, & des eaues & forest. Philip. 7.
l. Francis. des chaces. & de la iurisd. du Conestab.
m. l. j. C. de Offic. magist. mil. l. j. C. de exh. re. l. 10. ét ȷ. de Cust. re. l. de milit. eo. l. 3. de re mili. l. fin. ȷ. de accus.
n. Philipp. 12. arg. d. l. illud. sup. eo.
o. Io. Fab. l. 2. C. de Offic. præf. vrb.
p. l. obser. sup. eo.
q. 115.
r. 118. & seq.
f. Francis. des legions.
t. l. j. C. de Offic. præf. Afri.
u. C. ne lic. tert. appell.
a. l. 2. supr. de Orig. Suet. in August.
b. Plini. in Panegyr.
c. Spartia. in Hadria.
d. l. fin. C. de Fund. rei. pri.
e. l. benè. C. de Quadr. præscr. insti. de Vsuca. in fin. & §. res fisci.
f. l. si quis ius. ȷ. de Acq. her. vt. hic l. nec. sup. de Offic. Proconf.
g. l. procurator. C. de Eden.
h. l. vniuersi. C. de Fund. re. pri. lib. 11.
i. l. 2. infr. ne quid in lo. pub.

k. Strab. lib. vlti. l. l. 3. C de Mod. mul. m. l. fin. ȷ. de Offic. ass. l. 4. & fin. ȷ. de admi. re. n. l. 2. C. de Mod. mul. o. l. fin. C. de aduo. fisc. p. in Alexan. q. d. l. benè. r. C. de Cond. & procurat. libr. 11. f. d. l. 11.

rij. Et quia domus diuinæ, vel dominicæ procuratores fuerunt, qui ærarij publici, vel priuati fisci rationes non curabant, Constantiùs præsente rationali, vel procuratore domus suæ, colonos dicere caussam apud Præsidem prouinciæ voluit: [t] quò pertinet rubrica, vbi caussæ fiscales, vel diuinæ domus, [u] id est imperatoriæ, non tantùm dominicæ, agantur. Procuratores Cæsaris, vel rationales qui in prouincijs rem principalem curabant, comitem illustrem rerum priuatarum, [x] & comitem illustrem patrimonij, [y] maiores se agnouerūt: vt procurator domorum, comitem spectabilem domorum. [z] Et maiores hi iudices etiam de crimine colonorum notionem habent: rationales, vel procuratores domorum non habent. [a] Illud etiam obseruandum quòd fisci aduocatus, vel patronus, non Cæsaris dictus sit, qui caussas fisci ageret, nō etiam caussas eorum qui Principis prædia colerent: [b] cùm procurator Cæsaris, vel rationalis contrà, colonis eius ius dicat. [c] Sed & rationales diuersos patrimonij, & alioqui rerum priuatarum fuisse crediderim Constantino, qui ad rationalem summæ rei rescribens, patrimonialium colonorum caussas ei ascribit. [d] Vt conijcere hinc liceat, alios rationales comiti rerum priuatarum, alios comiti patrimonij subesse: quorum officia ex Cassiodori lib. sexto disces. Nam Codex Iustiniani corruptus circūfertur: in quo de Offi. comit. patr. nihil præter rubricam, & caput ad Proconsulis officium pertinens: & alia rubrica de Offi. comit. palat. in eum irrepsit, sub quo titulo quæ leguntur, ad comitem rerum priuatarum spectant. Vt taceam, quòd comitis palatij nullum verbum sit apud Cassiodorum: qui formulas harum dignitatum ex professo conscripsit. Idem comitem rerum priuatarum illustrem vbique scribit, & aulicum fuisse significat, æqualem Præfectis prætorianis: comitem tamen Syracusanæ ciuitatis spectabilem fuisse ostendit, & eundem res fisci curasse. Vt tres quoque decurias coniectura colligas, eorum qui res fiscales, vel dominicarum, diuinarúmve domorum curabant: quod in alijs magistratibus suprà obseruaui. Ideo autem multus hic fui, quòd neque in vulgaribus, neque in doctiorum hominum nostri sæculi adnotationibus quicquam extet, quod hoc argumentum satis explicet: cùm alij procuratorem eum spectabili, vel illustri comite confundant, procuratorem Cæsaris à procuratore fisci separent, [e] quasi fiscalia demum sint quæ ex bonis proscriptorum in fiscum recidant: [f] nec hoc satis cōstanter. [g] Alij contrà, eundem fuisse procuratorem fisci, & Cæsaris scribunt: quod æquè falsum constat ex suprà scriptis: alij denique eundem priuatæ rationis procuratorem esse, & rerum fiscaliū: quod nec ipsum defendi potest. [h] vt omittam quod ex omnibus nō appareat, cur in rubrica ista, & alibi, alternatio sit. Nos tempora distinguenda in his quoque putamus.

t. l. cū aliquid C. vbi cau. fis.
u. lib. 3. C. vide l. nulli. ĵ. de tranlact.
x. l. si quis C. vbi cau. fis. C. de Off. co. re. pri.
y. C. de Offi. co. sa. patr.
z. d. l. cū aliq. & l. fin. C. vbi cau. fis.
a. d. ll.
b. C. de aduo. fis.
c. l. dominicis C. vbi cau. fis.
d. d. l. dominicis. C. vb. cau. fisc.
e. not. d. l. cū aliq. d. l. procurator. C. de Eden.
f. arg. l. fin. C. de Coll. fun. fisc.
g. not. d. l. benè.
h. C. de agri. & mancip. lib. 11.

L. I. VLPIANVS *Lib. 16. ad edictum.*



Quæ acta gestáque sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobantur, atque si à Cæsare gesta essent. Si rem Cæsaris procurator eius quasi rem propriam tradat, non puto eum dominium transferre. tunc enim transfert, cùm negocium Cæsaris gerens, consensus ipsius tradit. Denique si uenditionis, transactionis, uel donationis caussa quid agat, nihil agit. non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est. Est & hoc præcipuum in procuratore Cæsaris, quòd eius iussu seruus Cæsaris adire hæreditatem potest: & si Cæsar hæres instituatur, miscendo se opulentæ hæreditati, procurator hæredem Cæsarem facit.

Quæ acta gesta. Forma vetus loquendi, vt æquum bonum: vt generaliter compræhendantur non solùm gesta sine verbis solennibus, sed acta verbis: [a] hoc est omne quicquid factum sit nomine Cæsaris per procuratorem. Cæsarem autem Imperatorem vocant iureconsulti, licet Alexander (sub quo floruerunt) nomen Cæsarium adeptus sit antè quàm imperium corripuisset, & nomen augustum acciperet, senatus decreto. [b] vnde quæ eius fuerunt patrimonialia, à publicis, & fiscalibus ex imperio venientibus, distinguere soliti sunt. [c] Sed quoniam nusquam procurator fisci apud vetustiores legitur: sed procurator priuatæ rationis, [d] vel rationalis, [e] &c. verius est procurationes aliter fuisse distributas, quàm quidam existimant: nimirum in fiscaliū rerum, vt aiunt, & patrimonialium procurationes. Vt taceam quòd sub hoc titulo neglexisse videantur illam differentiam fisci, & Cæsaris: [f] quòd Cæsaris, & Augusti omnia sint, quæ populi, quæ fisci, quæ Cæsaris fuère. Alibi pro loco differentiam inter Imperatorē Augustumq́; & Cæsarem obseruamus: [g] vbi Constantinus A. id est Augustus, & Iulianus C. id est Cæsar, rescripti inscriptio habet. Quod Accursius nō animaduertit. Est autē Cæsar eo loco, nomē designati Principis, Augustus nomē eius qui iā rerū potiretur, vt alibi suprà attigimus. [h] Quàobrē procurator Cæsaris generaliter, vel Principis, vel rationalis, is est qui procurat vel rēp. vel fiscalē, vel patrimonialē Principis: quāuis alij rei publicæ, [i] alij fiscalis, [k] alij patrimonij Principis, vel Augustæ, [l]

a. l. Labeo. lib. j. ĵ. de Verb. sig.
b. Lampri. in Alex.
c. l. 3. ĵ. de Iur. fis.
d. l. procurator. C. de Eden.
e. l. 2. C. de mod. mult.
f. l. si quis. ĵ. de Acq. hær.
g. l. etsi exe. C. de Malef.
h. l. 3 supr. de Offi. præf. vigil.
i. l. 3 de Mod. mult.
k. C. de condu. & procur. lib. 11. l. dominicis. C. vbi caus. fisc. l. cū ali. eo.
l. l. benè. C. de Quadri. præf.

alij domorũ procuratores fuerint, ſub Auguſtis noſtro ſæculo propioribus. Nã Hadrianus vetuit bona damnatorum in fiſcum priuatum redigi, omni ſumma in publico ærario recepta: [m] quo tempore, procurator priuatæ rationis dici non potuit qui ærarium curabat: & Conſtantinus procuratorem domus Principis, à rationali ſeparaſſe videtur: [n] & denique comitem domorum à comite rerum priuatarum, Conſtantinus, & Theodoſius. [o] Procurator totorum bonorum ſine ſpeciali mandatu alienare non poteſt, vt nec petere in integrum reſtitutionem, & alia quædam: [p] ideo alibi epiſtelmate opus eſſe procuratori Principis alienanti, Imperator reſcripſit ad comitem rerum priuatarum & curatorem dominicæ domus, curatorem quendam diuinæ domus, & alium curatorem dominicæ domus Auguſtæ. [q] Vbi óbiter obſeruandam differentiam inter curatorem dominicæ domus, & curatorem diuinæ domus monemus: vt inter comitem, & curatorem, vel procuratorem. Ait, denique ſi venditionis. Mandato generali, tranſactio, venditio, donatio non videtur permiſſa procuratori, ſed vt curet res, & aſſeruet diligenter: fructus tamen, & quæ corrumpi facilè poſſunt, vendere poteſt. [r] Curator, adminiſtrator ve ciuitatis tranſigere poteſt ſine ambitione, quòd ciuitas ad mandandum ſpecialiter haud facilè coëat. [f] Ait, Eſt hoc præcipuum. Singulare eſſe ſignificat in hoc generaliter conſtituto procuratore, quando priuati per procuratorem adire hæreditatem, vel generaliter iubere ſeruos ſuos adire, nullo modo poſſint: ſed ipſi ſpecialiter iubere debent. [t] Ait, et ſi Cæſar hæres. Solebant diuites Romani Imperatorem ſcribere hæredem: Hadrianus tamen ignotorum hæreditates repudiauit, nec nototum admiſit, ſi filios haberent. [u]

m. ſpartia. in Hadri.
n. l. cũ ali. C. vb. cau. fiſ.
o. l ſi quis &. l. fi. eo.
p. l. procur. totorum. ÿ. de Procur. vbi not
q. d. l. benè.
r. d. l. procur. & l. mãdato. eo. vbi. not. l. filius. ÿ. de Dona.
f. l. præſes. C. de Tranſact. vbi not.
t. l. per pro. ÿ. de Acq. hære. l. ſi quis. §. iuſſum. eo.
u. Spartia. in Hadri.

L. II. PAVLVS *Lib. 5. Sententiarum.*

Quòd ſi ea bona ex quibus Imperator hæres inſtitutus eſt, ſoluendo non ſunt: re perſpecta conſulitur Imperatori. Hæredis enim inſtituti, in adeundis uel repudiandis huiuſmodi hæreditatibus uoluntas exploranda eſt.

Conſulitur Imperatori. Imperator legitur in Florentinis Pãdectis (vt aiunt) cui lectioni verba ſequentia congruunt.

L. III. CALLISTRATVS *Lib. 6. de Cognitionibus.*

Curat ores Cæſaris ius deportandi non habent: quia huius pœnæ conſtituendæ ius non habent. ſi tamen quaſi tumultuoſum uel iniurioſum aduerſus colonos Cæſaris prohibuerũt in prædia Cæſaris accedere: abſtinere debebit. idq́ue diuus Pius Iulio reſcripſit. Denique neque redire cuiquam poſſunt permittere. idq́ue Imperatores noſtri Seuerus & Antoninus ad libellum Hermiæ reſcripſerunt.

De pecuniarijs tantùm cauſſis inter fiſcum & priuatos cognouit, [a] & colonis Cæſaris, id eſt Principis, ius dixit: [b] ſed in eos non animaduertit, vel multam dixit. [c] Caſſiodorus de formula comitis rerum priuatarum eleuat iuriſdictionem veteris procuratoris, quaſi inter ſeruos imperium exercuiſſet: comes verò iam ingenuis, & in eos diceret. Quod ait, curatores ius deportandi non habere, quia pœnæ conſtituendæ ius non habent, à genere ducit argumentum. Porrò deportandi ius maioribus magiſtratibus ſpecialiter, id eſt iure ſpeciali datum eſt: vt præſidibus, & præfecto vrbi, &c. Ait, Abſtinere debebit. Ius ergo leuioris coercitionis, procuratori Cæſaris permiſſum eſt hoc caſu: vt præfecto vigilum conceditur ob culpam incendiarios, &c. caſtigare, non etiam ob dolum. [e] Ait, neque redire. Reſtitutio in integrum ad Principem, vel Senatum pertinet ſpecialiter: ea nimitum quæ remittit pœnam irrogatam. Nam officio iuriſdictionis, magiſtratus maiores, etiam in integrum reſtituunt cognita cauſſa. [f]

a. l. nec ĩ. de Offi. Procon.
b. l. dominicis. C. vb cau. fiſ.
c. l. cũ ali. eo. l. 2. & 3. C. de mod. mul.
d. l. ill. ĩ. de Off. præſi. l j. ÿ. de leg. 3 l. j. ĩ. de off. Pręf. vrb.
e. l. 3. & fin. ĩ. de Offi. Præf. vigil.
f. l. j. ioſt. de Poſt. l. j. ÿ. de ſen. paſſ. & C. eo

IVS GALLICVM.

Procuratores Regios generales Francia habet in præfecturis prætorianis, id eſt in magno conſilio, & parlamentis: [a] & hi per prouincias vicarios habent, quos ſubſtitutos ſuos appellant, licet à Rege omnes creentur. Sed idem officium per omnia ſub Rege non faciunt, quod comites, & procuratores Cæſaris. Primùm enim iuriſdictio inter fiſcum Regium, & priuatos eis non competit, *du domaine*, ſed ad iudices præſidales in prouincijs, & ad præfecturam prætorianam, [b] præſente tamen & procurante Regio procuratore, & agente aduocato Regio: quod iure Romano in ijs iudicijs fieri conſueuit, quæ à procuratore Cæſaris, non conſtituebantur, [c] vt in criminum executionibus aduerſus colonos Cæſaris, & (vt puto) aduerſus alios, ſi quando ex iudicio aliquid in Cæſarem cadere poſſet. [d] De quo ſi dubitabatur, non præſes qui reum damnabat, ſed procurator Cæſaris cognoſcebat. [e] Sed iuriſdictio (vt dixi) procuratori Regio apud nos data non eſt: & ſi apud præfecturas prætorianas, cauſſæ omnes priùs procuratori, & aduocato Regio breuiter exponantur, & conijciantur, quàm conſilio. [f] Sanè ratiociniorum cauſſæ quæ ad comites pertinebant, præfectis quibuſdam adſcriptæ ſunt apud Galliam. Nam

a. Lud. 12. 81. 101. *ordon. du grand conſeil.*
b. Franciſ. *des iuges*. Carol. 7. 5.
c. l. cùm ali. C. vb. cau. fiſ.
d. l. poſt. ÿ. de His quib. vt indig.
e. l. j. & 2. C vb. cau. fiſ.
f. Carol. 8. 82.

Theſaurarij

Thesaurarij pecuniam fiscalem *du domaine, & les generaulx des finances* extraordinarias pensitationes ferè curant: [g] vt in prouincijs non procuratores vel præsides, sed iudices tributarij de his cognoscunt, quæ ad oblationes, indictiones, superindictionésque pertinent. [h] Sed & in foro pontificio procuratores suos Reges constituerunt, qui diligenter curant ne iudices pontificij iurisdictionem Regiam sibi arrogent: [i] qualem nuper Rex, sub quo agimus, in foro primatis, & archiepiscopi Biturigum, creauit. At cuiusmodi sit procuratorum Regiorum tam generalium quàm prouincialium substitutorum officium, ex legibus Regijs colligere licet: [k] quod in diuersos iuris locos, vt quisque postulabit, adnotabimus opportunius. Exules restituere Rex solus apud nos potest: qua de re si controuertatur, præsidales iudices cognoscunt, non inferiores. [l] Sunt tamen mores quibus & Barones restituunt. [m]

g. Caro. 8. 67. Francis. *des finances.*
h. l. Reg. *des aydes & taill.*
i. l. Reg. *sur le styl. du Cha.*
k. Francis. de Breuia. lit. 147. 156.
l. Francis. *des iuges.*
m. Turo. 3. de Baro.

DE OFFICIO IVRIDICI ALEXANDRIAE, *Titulus.* XX.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 26. ad Sabinum.*



Doptare quis apud iuridicum potest: quia data est ei legis actio.

L. II. IDEM *Lib. 39. ad Sabinum.*

Iuridico qui Alexandriæ agit, datio tutoris constitutione diui Marci concessa est.

Iuridicos per Italiam plures constituit Marcus Antoninus Philosophus: [a] & in AEgypto eius nominis fuisse magistratus sub Rectoribus prouinciarum Strabo author est. Rector enim vicem Principis in prouincia obtinebat: in iuridici potestate erant iudicia: priuata ratio ea indagabat, quæ in Cæsarem recidebât. Per AEgyptum iuridicos fuisse temporibus Vlpiani, & per Italiam, hic locus arguit: quo D. Marci constitutio adducitur. [b] Iuridico verò Alexandriæ specialia quædam data constat: de quo titulus extat in Codice. Eum tutorem dare potuisse hîc Vlpianus ait, quòd eis competit quibus nominatim id concessum est lege, S. C. vel constitutione: siue iurisdictionem habeant, siue non habeant. [c] Donationes apud eundem profiteri id est insinuare, Leo permisit. [d] Porrò apud quemlibet iuridicum, vbicumque is iura redderet, adoptiones fieri ait Vlpianus: quia legis actionem habet, vt nomen ipsum indicat. [e] Nam legis actionem habere magistratum, nihil aliud est, quàm audire posse negocia, quæ certas, & solennes formulas habuerunt, siue ad iurisdictionem voluntariam, siue contentiosam spectent. [f]

a. Capitol.
b. j. l. 2.
c. l. muto. §. tutoris. j. de tutel.
d. d. l. j. C. de Offi. iuridic. Alex.
e. j. l. j.
f. l. 2. §. de Orig. l. 4. sup. de adop. vb. not.

IVS GALLICVM.

Apud Galliam imperium in prouincijs partim penes eos est, qui legati Regis, & Rectores dicuntur, *gouuerneurs des pais, & lieutenantz generaulx du Roy:* [a] partim penes magistratus qui ius reddunt, quos iuridicos dicendos quidam ex doctoribus voluerunt. [b] Quod nomen præfectis ciuitatum, & castellanis, magis quàm seneschallis, & balliuis congruere mihi videtur: quòd iuridici ex appellationibus non cognouerunt, [c] vt iudices præsidales apud Galliam. [d] Sed iudices Galliarum cum Romanis, suprà contendimus satis.

a. Lud. 12. 70
b. Bud.
c. autent. de Appel. & infra.
d. l. Reg. *des iuges.*

DE OFFICIO EIVS CVI MANDATA EST *Iurisdictio.* *Titulus.* XXI.

De magistratuum officijs hactenus: nunc de officijs eorum quibus magistratus iurisdictionem propriam mandare solent: [a] quam nunc priuatis, nunc magistratibus mandant alijs. [b] Quâ igitur iurisdictionem magistratus mandare possint specialiter, vel generaliter: [c] & quæ sit eorû potestas quibus mandata est, [d] hic titulus complectitur.

a. l. cognitio. j. eo.
b. l. & si j. eo. & l. fin.
c. d. l. cognitio.
d. l. j. 2. & seq.

L. I. PAPINIANVS *Lib. 1. Quæstionum.*



Væcunque specialiter lege uel senatusconsulto uel constitutione Principum tribuuntur: mandata iurisdictione non transferuntur. quæ uerò iure magistratus competunt, mandari possunt. & ideo uidentur errare magistratus qui cùm publici iudicij habeant exercitationem lege, uel senatusconsulto delegatam, ueluti lege Iulia de adulterijs, & si quæ sunt aliæ similes: iurisdictionem suam mandant. huius rei fortissimum argumentum est, quòd lege Iulia de ui nominatim cauetur, ut is cui contigerit exercitatio, possit eam si

 proficiscatur

proficiscatur mandare. non aliter itaque mandare poterit, quàm si abesse cœperit: cùm aliàs iurisdictio etiam à præsente mandetur. Et si à familia dominus occisus esse dicetur: cognitionem prætor quam ex senatusconsulto habet, mandare non poterit. Qui mandatam iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet: sed eius qui mandauit, iurisdictione utitur. Verius est enim, maiorum more, iurisdictionem quidem transferri, sed merum imperium quod lege datur, nō posse transire. Quare nemo dicit animaduersionem legatum proconsulis habere mandata iurisdictione. Paulus notat: imò imperium quod iurisdictioni cohæret: mandata iurisdictione transire uerius est.

Pro regula tradidit Papinianus lib. 1. quæstionum: Quæcunque specialiter lege, &c. Ex huius verbis id colligere licet, aliam iurisdictionem magistratibus specialiter, id est iure speciali, [a] tributam esse: nimirum lege consulari, vel tribunitia, Senatusconsulto, vel constitutione Principali (hæ enim partes ipsius iuris sunt: edicta magistratuum, & authoritas prudentiū, non iura sunt, sed vim iuris obtinere cœperunt.) [b] aliam iurisdictionem iure cōmuni magistratus, & more maiorū, magistratibus cōpetere. Eccè, inquit, exercitio publici iudicij, coacto consilio iudicū, lege Iulia, vel senatusconsulto Syllaniano cognitio, &c. Prætori, vel Præsidi defertur iure speciali: cùm more maiorum, & iure communi magistratus, tantùm imperium penes Præsidem, vel aliū magistratum non esset. Contrà iurisdictio pecuniaria, & modicum in ciues imperium iuridiciale, iure communi, moreque maiorum, competit magistratibus: alijs omnis eiusmodi iurisdictio, alijs particulæ eius quædam. [c] Illud merum imperium appellatur, id est, absque iurisdictione generali imperium: hæc iurisdictio absolutè, & mistum imperium, vel, quod idem est, imperium quod iurisdictioni cohæret, imperium cui iurisdictio inest, imperium quod non est merum: etsi intellectu magis quàm re, à iurisdictione cui cohæret, separatur: [d] sed alia quadam verbi significatione, quod suo loco dicam. Nihil igitur aliud est merum imperium quàm proprium ius, & speciale, vel singulare, maioribus magistratibus lege, &c. delatum: quòd ideo mandata iurisdictione generali, id est generaliter, & verbis mandati generalibus: Mando tibi meam iurisdictionem, &c. non transit, quòd ijs tributum videatur, qui pro sua sapientia non aliter iudicaturi de rebus magnis credantur, quàm populus olim, vel Princeps. Qua ratione nec specialiter mandari potest, Mando tibi ius gladij, Mando exercitionem publici iudicij, Mando exercitionem consilij, &c. Nam & iure pontificum constitutum est, generali sermone ea compræhendi non videri, quæ specialiter quis daturus non erat. [e] & specialiter ita à Pontifice quædam mandari, vt is alij mandare non possit cui mandata sunt. Fides enim & sapientia mandatarij, ex qualitate negocij electa videtur. [f] Quamobrem cum lege Romana, senatusconsulto, vel constitutione, imperium, vel iurisdictio non vulgaris tributa obseruatur certis magistratibus, quæ priùs magistratibus non competebat, Papinianus interpretatur legem, &c. vt ij quibus delata est, mandare nō possint. Hanc interpretationem suasit lex Iulia de vi: quæ ita conscripta erat, si quis vim fecerit, eius iudicij exercitio, Prętoris in vrbe, & præsidis in prouincia esto: eam, si proficiscantur, mandandi ius esto. Eccè lex quæ publici iudicij exercitionem Prętori tribuit, ita accipi debet ex verbis sequentibus, quasi ipse debeat exercere. Nam subijcit lex, si proficiscantur, &c. [g] Sanè mandatis Principum, quæ præsidibus, & alijs magistratibus dabantur: [h] & rescriptionibus eorundem ad magistratus, etiā ea continentur, quæ iurisdictionis sunt. [i] Non enim quasi speciale quiddam mandant Principes, sed admonent officij. Leges verò, &c. in hoc magistratus nominatim compræhendunt, vt id imperij quod deferunt, proprium eorum magistratuum intelligamus, & speciali iure tributum. Nam si more maiorum iurisdictio, quam lex tribuit, magistratibus competit, cur lex ea perfertur? Quæcunque igitur præter morem maiorum, specialiter lege, S.C. vel constitutione deferuntur, cùm ante eam legem, &c. nulli competerent magistratui, &c. mandata iurisdictione generaliter, vel specialiter, non transferuntur in eum cui mandata est. Quæ verò iure magistratus competunt, id est non aliquo speciali iure suprà scripto, sed more maiorum qui iurisdictionem communem attribuit magistratibus, & iuridicis, ea mandari possunt tā generaliter, quàm specialiter. Et ideo videntur errare magistratus, qui cùm publicū iudicium specialiter sibi lege, &c. attributum habeant, nec aliam quamlibet iurisdictionem (quales sunt iudices quæstionū publicarū à Sylla constituti) eā mandant generaliter, vel specialiter: Mādo meam iurisdictionem, Mādo de vi quęstionem, &c. Huius rei fortissimū est argumētum, ꝙ lege Iulia de vi (qua specialiter tributa est potestas aqua & igni interdicendi) [k] nominatim cauetur, vt is cui obtigit exercitio, prætor, vel præses, possit eā exercitionē si proficiscatur mādare. Vnde à speciali, vel à contrario sensu ducitur argumentum, non aliter ex ea lege mādare posse, quàm si abesse à territorio cœperit magistratus, eius quæstionis iudex: cùm aliàs iurisdictio, id est aliter, vel alioqui etiam à præsente, qui non proficiscitur extra territorium, mandari possit, & soleat. Qui exercet ergo iudicium de vi. (sic Cicero loquitur, tali prætore exercente iudicium) id est præsidet

a. arg. l. lex. ff. de Sta. ho.
b. l. 2. ff. de Orig. §. quos autem. de bon. poss. l. cū Prętor. j. de Iudi. l. j. j. de man.
c. l. 2. ff. de Orig. l. de om. ff. de Off. prę sid. l. nec. iup. de Off. Procon.
d. l. iubere j. de Iurisd.
e. c. quod cōsultationē. de Off. deleg.
f. c. fi. eo.
g. arg. l. cùm Prætor. j. de Iudi. l. mariti. C. de Procur.
h. l. mandatis. j. de Pœn.
i. auten. de man prin. l. solet ff. de Offic. Proc. l. 3. ff. de Off. Præs. l. j. ff de Off. præf. aug. l. sæpe & seq. ff. de Off. Præsid.
k. l. pen. j. de vi. pub.

det consilio iudicum, si in territorio sit, non potest mandare eam iurisdictionem specialem: si abesse oporteat, rectè mādat. Et si à familia dominus occisus esse dicetur, cognitionem prætor, quam ex senatusconsulto Syllaniano habet, mandare non poterit. Specialiter enim S. C. Syllaniano hæc quæstio tributa est, & prætori adscripta: cùm iure magistratus antè nō competeret. Quo modo & transactio de alimentis, & tutoris datio, &c. iure speciali, non cōmuni more maiorum, quibusdam tribuuntur lege, &c. nec ob id mandata iurisdictione, transeunt in eum cui mandatur.[l] Qui mandatam iurisdictionem suscepit exercendam, proprium, id est speciale nihil habet: sed eius qui dedit exequendam, iurisdictione vtitur, quæ iure magistratus competit. Hæc enim more maiorum demum iurisdictio dicitur, non ea quæ proprio iure delata est: verius est enim more maiorum iurisdictionem, quæ iure magistratus competit, transferri in eum qui suscepit: sed merum imperium quod lege datur proprium, & speciale, non posse transire mandata iurisdictione. Nisi malis proprium, id est suo iure nihil habere qui iurisdictionem suscepit:[m] alia tamen verbi significatio, magis huic loco quadrat. Porrò cùm proprium nihil habeat qui suscepit, & merum imperium non transeat (quod ipsum est proprium, specialiterve datum) nemo dicit animaduersionem legatum procōsulis habere, mandata ei à proconsule iurisdictione. Paulus qui in Papinianum notas scripsit,[n] verbum animaduersionis ambiguè dici nunc de qualibet coercitione, nunc de maiore animaduertens:[o] Imò, inquit, imperium quod iurisdictioni cohæret, & sine quo nulla est iurisdictio mandata iurisdictione transire verius est: vt de maiore animaduersione accipi debeat quod scribit Papinianus, non de qualibet coercitione.[p]

l.l. cū hi. j. de trāsa. l. muto. j. de tute.
m.l. more. j. de iurisd. l. legati. §. de off. proc.
n § const. 1.
o.l. aliud. j. de verb. sig. l. si quid. §. de off. procon
p.l. solet. §. de offi. procon. l. nemo potest. j. de reg. iur.

L. II. VLPIANVS. *Lib. 3. de omnibus Tribunalibus.*

Mandata iurisdictione à præside: consilium non potest exercere is, cui mandatur. Et si tutores uel curatores uelint prædia uendere: caussa cognita id prætor uel præses permittet. Quòd si mandauerit iurisdictionem: nequaquam poterit mādata iurisdictione eam quæstionem transferre.

Mandata iurisdictione à præside (intelligitur enim more maiorum iurisdictio communis, & quæ iure magistratus competit, non specialis) non potest consilium exercere, hoc est cogere iudices, habere conuentum, vt ait Theophilus,[a] & iubere iudicare.[b] Hoc enim imperij est meri, quod magistratibus proprium esse leges voluerunt: vt & ius decernendi vt prædia minorum veneant: quod caussa cognita, & adhibitis assessoribus, permittit prætor in vrbe, & præses in prouincia, vel prætor prouincialis: qui Præsidis appellatione continetur.[c]

a §. ead. insti. quib. ex cau. ma.
b.l. cū. j. de iurisd.
c.l. 1 §. de off. præs. & auté. de ap. & infr.

L. III. IVLIANVS. *Lib. 5. Digestorum.*

Et si prætor sit is qui alienam iurisdictionem exequitur, nō tamen pro suo imperio agit: sed pro eo cuius mandato ius dicit, quoties partibus eius fungitur.

Si non priuato, sed magistratui mandetur iurisdictio: non suam potestatem, sed eius qui mandauit iurisdictionem spectare debet. Quid enim si de omnibus caussis pecuniarijs ipse suo iure cognoscere possit, qui mandauit verò de vno genere tantùm, vt de fideicommissis?[a] Id obserua imperium pro iurisdictione hic accipi, vel misto imperio, quod ei inest, & pro mero.[b] Nō enim pro suo imperio speciali, vel iure sui magistratus compentente, sed pro imperio misto eius qui mandauit iurisdictionem, ius dicit.

a.l. de. om. §. de offi. præs. l. 2. §. de orig.
b.l. 2. §. de adop. l. & ideo. §. de off. proc. l. 4. de offi. præs.

L. IIII. MACER. *Lib. 1. de offi. præsidis.*

Cognitio de suspectis tutoribus mandari potest: imò & mandata generali iurisdictione, propter utilitatem pupillorum eam contingere constitutum est, in hæc uerba: Imperatores Seuerus & Antoninus • Braduæ proconsuli aphricæ: Cùm propriam iurisdictionem legatis tuis dederis: consequens est ut etiam de suspectis tutoribus poßint cognoscere. • Vt ab ijs poßeßio bonorum detur, uel si cui damni infecti non caueatur, ut is poßidere iubeatur: aut uentris nomine mulier, uel is cui legatū est, legatorum seruandorum caussa, in poßeßionem mittatur, mandari potest.

• Aliàs Blanduæ.
• Non ab ijs in ff. F.

Cognitio de suspectis tutoribus, & specialiter, & generaliter mandari potest. Vnde constat lege, & senatusconsulto, &c. non fuisse tributam magistratibus: aut certè propter vtilitatem pupillorum fuit constitutum, vt mandata generali iurisdictione, id est generaliter mandata iurisdictione, contingeret. Licet enim intersit eorum maiores iudices habere,[a] magis interest occupato magistratu, per alium suspectos tutores remoueri, ne diutiùs grassentur,[b] &c. Ait, propriā. Ita hic accipe, tuo iure tibi competentem, non alieno beneficio: vti alibi suprà, proprium legatus Proconsulis habere videtur, id est mandatam sibi iurisdictioné lege confirmatam.[c] Ait, consequens est. Sed vnde hoc consequens est? An ex more maiorum, quem eiusmodi fuisse, Augusti sua epistola declarant ad Proconsulem Africę? (fuit enim Africa proconsularis ante Iustinianū,

a.l. nō di. j. de arb.
b. §. pen. de susp. tut. arg. & hic.
c.l. legati. §. de off. procon. l. more. & l. & quia. j. de iurisd.

qui eam præfectorianam fecit) [d] an hac epistola hoc constitutum est, cùm anteà specialiter quibusdam hoc ius delatum esset? Siue autem more maiorum, siue hac epistola primùm hoc introductum dicamus, hæc cognitio nominatim ijs quibus mandata est iurisdictio tribuitur, & proconsuli: & mandari nihilominùs potest. Nam epistola non tribuit procōsuli specialiter eam notionem, sed iure magistratus competere significat: vt non iniuria Accursium sequamur, qui non satis habet nominatim attribui iurisdictionem apud Papinianum, nisi specialiter, id est priuilegio quodam, etiam tributa intelligatur. Quanquam quod nominatim primùm lege, &c. tribuitur, iure speciali tributum etiam videtur. Ecce epistola Seueri, ius deportandi specialiter præfecto vrbi datum est, id est iure speciali: [e] eadem epistola, & D. Hadriani, iurisdictio pecuniaria eidem adscripta specialiter, id est nominatim, obseruatur: [f] quæ tamen iure magistratus videtur competere. Quid quòd mandatis Principum omnia nominatim comprehēdi solita sint, quæ ad iurisdictionem pertinent? quæ in leges transcribi sancit Iustinianus. [g] Quid quòd ex eisdē mandatis translata per consultos videantur, quæ ad præsides prouinciarum pertinent, & si iure magistratus competant? [h] Qui enim mandat Princeps, non iurisdictionem speciali iure tribuit, sed competentem iam lege S.C. vel constitutione, aut more maiorum, ante oculos magistratuum ponit. [i] Nam & cùm nominatim iurisdictio quæ iure magistratus cōpetit, in magistratus dispertitur lege, &c. non ideo intelligitur specialiter tribui, sed iure magistratus competere. [k] Et hæc quorumdam interpretationem si non subuertunt, certè lumen ei addunt: qui specialiter apud Papinianum accipiunt pro nominatim. Neque ijs accedo qui in signum amplitudinis magistratuum, specialiter tributum ius interpretantur: & si in iurisdictione id verum videri possit. [l] Nam tutoris datio, quæ neque imperij est, neque iurisdictionis, nominatim lege, S.C. &c. quibusdam datur, quorum amplitudinem non arguit: quam & speciali iure eisdem dari argumento est, quòd iure magistratus non competat. [m] Sunt enim hæc apud Papinianum contraria: qui tamen regulam suam ad iurisdictionem referre videtur, [n] quò datio tutoris non pertinet. [o] Ait, vt bonorum possess. Haloander aliter excudit, quasi hæc epistola Imperatorum contineantur: sed vtraque lectio eòdem recidit. Hæc igitur omnia mandari possunt, quamuis imperij sint magis quàm iurisdictionis: [p] quia specialiter non tribuuntur. [q] Sed quid sit possidere hoc loco dubitatur, quòd in edicto prætoris aliud sit in possessionem ire, aliud possidere: [r] & quę hic memorantur alia, minùs nocent, quàm possessio ex secundo decreto. Et dubium non habeo quin possidere bona quis dicatur, etiam ex primo decreto missus in possessionem, vel ire in possessionem iussus. [s] Sed cùm Macer non distinguat, verius est vtrūque mandari: & ea quæ caussæ cognitionem desiderant exactiorem, posse mandari, nisi lege, S.C. &c. specialiter tributa sint. [t] Quare & consilium exercere non est adhibitis consiliarijs, assessoribúsve aliquid decernere: [u] sed habere conuentum, & consilium ex eo dare, vt ait Theophilus: [x] quod specialiter magistratibus datum est.

d.l.1.C.de off. præt.præt. Afri.
e.l.8.j. de pœn.
f.l.1. & pen.§. de offi. præf. vrb.
g.d. auten. de mand.princ.
h.sup. de offi. præsi.l.3.§. de offi.procon.l. solet.
i.d.auten.
k.authé.de defenso. auten. de appell.
l.vt l.1.§.l.2.j. de iudi.
m.d.l.muto.j. de tutel.
n.l.2.§.
o.d.l.muto.
p.l. iubere. j. de iurisd.l.ea. j ad mu. & de incol.
q.l.1.§.
r.l.7 j. de dã. infe.
s.l.5.j.quib.ex cau. in poss.l. ea quæ ad municip.
t.l.1.§.& hic.
u.l.1.j. de ass.
x.§.ea.j.quib. ex cau.ma.

L. V. PAVLVS. *Lib.18.ad Plautium.*

Mandatam sibi iurisdictionem, mandare alteri neminem posse, manifestum est. Mandata iurisdictione priuato, etiam imperium quod non est merum, uidetur mandari quia iurisdictio sine modica coërcitione nulla est.

Qui mandatam accipit iurisdictionem, quam lex confirmat, iudicem dare potest qui iudicet vnam vel alteram caussam: [a] sed mandare sibi mandatam iurisdictionem non potest, quia alieno iure habet, non suo. [b] Iudex datus, iudicem dare non potest, nisi à Principe datus sit: [c] quia qui mandatam iurisdictionem suscepit propriam quodam modo habet, propter confirmationem legis, [d] qui iudex datus est, dūtaxat administer est eius qui dedit. [e] Ait deinde, Mandata iurisdictione. Imperiū subtilius à iurisdictione separatur, [f] (vt dixi) cui tamē semper cohæret in eadē persona: [g] non dico imperium (quod per excellentiā absolutè imperiū & potestas dicitur, & merū imperiū [h]) sed imperiū quod nō est merū, id est mistū, sine quo nulla est iurisdictio: [i] cùm in ius vocare, [k] & modica castigatione coercere eis datū sit, qui vel minimā iurisdictionē habent, [l] nō dico iudicādi potestatē, quæ sine coërcitione esse potest in consiliarijs iudicū, [m] &c. Porrò dubiū non est, quin imperium merū, & mistum, quod municipalibus datum nō est, sed maiores iudices requirit, per excellentiam interdum absolutè imperium dicatur: & quæ ad hoc imperium pertineat, magis imperij esse quàm iurisdictionis. [n] Et hanc distinctionem imperij meri, medij, & minimi, mores secuti sunt magis quàm iureconsultos, P. & Guil. apud Accursium. [o] Nam hic omne imperium quod merum non est mistum dicitur: [p] sed mistum aliud absolutè imperium est, [q] aliud uel minimis magistratibus, vel defensoribus ciuitatum, & duūniris competit: & iurisdictionis est subsidium magis quàm imperium. [r] In hoc ab omnibus interpretibus recessi, quòd exercere consilium, decernere vt prædia minorum vendantur, & de alimentis transigatur, & si qua sunt similia lege, S.C. &c. delata, meri imperij esse dicam. Nec moueor quòd Papinianus, & Paulus ab imperio ad animaduersionem, & coercitionem ducant argumentum. [s] Nam hæc quidem imperij sunt, sed non omne imperium coercitio est. Quis enim negabit restitutionem in integrum ad animaduersionem nihil pertinere? quæ tamen imperij magis est quàm iurisdictionis. [t]

a.l.12.§.de of. procon.
b.l.more j.de iurisd.
c.l.à iudice.C. de iudi.
d.d.l. & quia. & d.l.legati.
e.c. fi. de offi. deleg.
f.d.l.ea.l.iube re.j.de iurisd.
g.l.1.§.
h.l.3.j. de iurisd.
i.vt hic.
k.l.3.j. ne q. eum.
l.l.magistra.j. de iuris.auté. de defenso.
m.j.de ass.
n.d.l.a.j. de in ius voc.l.iube re j.de iurisd.
o.glo.l.impe. j.de iurisd.
p.d.l.
q.d.l.2.
r.d.l. iubere.
d.l.ea.& hic.
s.l.1.& hic.
t.d.l.ea.

Nisi

Nisi quis dicat imperium esse quidem sine coercitione, sed non merũ: quod ratione caret. Nam vt coercitio alia est meri imperij,[u] alia misti:[x] ita merum imperium, & mistum sine coercitione exerceri potest. Quid enim vetat præsidem, qui consilium exercet, & seruos manumittit, &c. neminem coercere?[y] qui tamẽ merum imperium, id est absque iurisdictione imperium, & iure speciali, sibi delatum, exercet. Constat enim imperium populi Romani, vel Principis[z] (quod per partes in magistratus transmissum est)[a] non solùm in iurisdictione cõsistere, sed etiam in administranda alioqui prouincia, vel rep.[b] vt perquàm absurdũ sit iuridiciale imperium in coercendo tantùm ponere. Neque si coërcitio imperium dicatur, consequens est omne imperiũ in coërcendo versari. Porrò autem quod Princeps sibi in iurisdictione, vel imperio iuridiciali, specialiter reseruauit, meri imperij non dicetur. Nam nec quod extra iudicium exercet Princeps imperium, vel proconsul, vel præses, ad Vlpiani, vel Pauli locum illum nobilem pertinet, qui de imperio iuridiciali magistratuum verba fecit.[c] Quòd verò modicam castigationem datam magistratibus municipalibus, & defensoribus ciuitatum, ad merum imperium Bartolus refert, ego etiam non probo: quando specialiter lege, S.C. vel constitutione, data non constet: sed more maiorum, iureque magistratus iurisdictionem habentis, competat. Quid? ideo cognitio pecuniariç caussæ ad 300. aureos, specialiter defensoribus constitutione Iustiniani datur, quòd nominatim eis adscribatur?[d] Ius multæ dicendæ, ad binas, ternas, senas, quinquagenas vntias auri, maioribus magistratibus specialiter attributum puto:[e] & meri esse imperij, ad ternos verò solidos multare executores litium, ijs quibus caussæ delegantur constitutio permisit.[f] Ad hæc quæ ad mistum imperium, vel iurisdictionem apud Bartolum referuntur, specialiter quibusdam magistratibus Principe inferioribus, tributa lege, S.C. &c. nos ad merum imperium referemus.[g] & vt vno absoluam verbo, quicquid ad imperium iuridiciale pertinet, quod mandari non potest specialiter, vel generaliter, meri imperij esse aio:[h] cætera omnia misti:[i] quorum tamen alia magis sunt imperij quàm iurisdictionis, quæ ab imperio per excellentiã sic dicto, separatur.[k] Quãquam & hæc iurisdictio, sine modico imperio esse non potest.[l] Neque tamen ego is sum, qui de nominibus anxiè contendam, modò de rebus constet: in hoc præsertim argumento, in quo plusculа, quæ ad verba intelligenda pertinent, desiderãtur. Ea adhuc Iustiniani sæculo notissima iureconsultis fuere, quæ nobis alium iudiciorum morem obseruantibus, obscuriora sunt: quod & de verbo auersionis, alijsque quibusdam, dictitare soleo. Si quis igitur exercitionem consilij, decreti interpositionem, &c. quæ specialiter tribuuntur, non meri imperij, sed misti esse contendat: non valdè repugnabo. Cui tamen Vlpianus, me tacente, contrà dicet. Mistum imperium est, inquit, cui etiam iurisdictio inest.[m] Iurisdictionem intelligere videtur more maiorum, & iure magistratus competentem, à mero imperio separatam, vti Papinianus.[n] Quod si verum est, decernere vt prædia minorum, &c. vendantur, misti imperij diei non potest, cùm ei imperio iurisdictio quæ iure magistratus competit, mandarique potest, non insit.[o] Nam iurisdictionis verbum ad pecuniariam notionem, & vtilitatem priuatam, in eo loco referre cum Bartolo non potest quisquam, nisi cui satis sit, ipse dixit. Tribus enim modis iurisdictionis verbum accipi solet, opinor. Prima significatione, è regione respicit ea, quæ Princeps, vel magistratus, extra iudiciũ imperat, vel administrat.[p] Secunda, ea excludit, quæ specialiter deferuntur lege, S.C. &c.[q] Tertia appellatio ea comprehendit quæ imperij nõ sunt: non ea quę magis imperij quàm iurisdictionis dicuntur.[r] Iurisdictionem simplicem appellant, & actionibus accommodatur, quæ ferè certas formulas olim habuerunt: vt imperium (quod auxilium prætoris, vel præsidis cognitio, & interuentus, &c. dicitur) ijs quæ officio magistratus maioris, vel legati, expediũtur, nulla in hoc propria actione data: quod officium iudicis vocant.[s] Et hoc imperium ferè mandatur, licet non competat duumuiris. Si quis in misti imperij definitione, tertiam significationẽ magis prober, equidem non repugno.

u. d.l. solet. & d.l. ut mo.
x. vt hic. & d. l.1 §.
y. l. 2 §. l. 1. §. de offi. Cõsul.
z l.1. §. de con. sti.
a. 4. §. proç. insti. l. 2. §. de orig.
b. Cice. epi 1. ad Quint. fra. l. fi mali. §. de offi. procon.
c d.l. imperiũ.
d. d auten. de defens.
e. l. 4. & l. eos. C. de mo. mu. Cice. lib. 3. de ll. l. aliud. j. de verb sig. l. 2. §. de iudi.
f. C. de spor.
g. l. placet. C. de peda.
h. l. 1. §. & l. 1. d. l. cũ hi. & d. l. placet.
i. d. l. 1. l. imperium. & hic.
k. d. l iubere.
l. & hic.
m. d. l imperiũ
n. l. 1. §.
o. l 1. & 2. §.
p. Suet. in Tybe. Cicer. ad Atti. & ad Quint. fr. l. si io ali. §. de of. procon.
q. d. l. 1. & d. l. imperium.
r d. l. iubere.
s. j. de var. cog. l. auxil de minor. l. quod si. eo.

IVS GALLICVM.

Apud Francos inualuit consuetudo olim in iudicijs, vt omnis iurisdictio mãdetur, omniaque caussarum genera delegentur, etiam capitalium.[a] Qua in re authoritatem pontificiam, vti in alijs plęrisque secuti sumus.[b] Sed Rex, sub quo agimus sanxit, vt iudices criminum ipsi, vel eorum vicarij, caussas cognoscant criminales: nec eas delegent actuarijs, procuratoribus & aduocatis Regijs, quod factitare soliti erant.[c] Qua Regia lege quodam tenus reducimur ad ius Romanum: nisi quod proficiscentibus magistratibus, & eorum vicarijs, primus aduocatorum albo inscriptus, vicem magistratuum obtineat, more eadem lege comprobato:[d] quod in interlocutionibus, & cæteris ante diffinitiuam sententiam expediendis maximè obseruatur. Apud quosdam tamen adhuc, absentibus vicarijs à Rege creatis, is cui magistratus iurisdictionem mandarint, minora negotia dirimit iure magistratus competentia: apud quos, mandata generali iurisdictione, Papiniani regula obseruatur.[e] Iudices porrò Regij inferiores iurisdictionem omnem mandant, & suos vicarios ferè creabant: sed Regium edictum nuper in acta supremæ curiæ relatũ accepi, quo hæc potestas eis adempta est. Alia lege Regia de iurisdictione præsidalium iudicum, & inferiorum, iurisdictio quidem alia ita specialiter attribuitur his, alia illis, vt alij aliorũ iurisdictionem propriam arrogare sibi non possint: sed quò minùs caussas suæ iurisdictioni tributas delegent alijs

a. Io. Fab. auten. ad hęc. C. de iudi.
b. c. super quę. sti. de offi. dele.
c 144.
d. 11.
e. Britan.

alijs cognoscendas, nihil ea lex prohibet.[f] Non enim iurisdictionem ea lex primùm iam defert magistratibus, sed iure communi, & more maiorum tributam olim, in eos dispertit: quod de noua Iustiniani lege suprà dixi, & de mandatis Principum in leges tráscriptis.[g] Sed eorum quę specialiter, id est speciali iure, primùm lege Regia tributa sunt: exemplum est appositum in plæbeios venatores data iurisdictio præfectis à magistris militum: alia tamē lege Regia nominatim & ijs permittitur, quibus mandarint iurisdictionem præfecti.[h] Sed ea constitutio in acta curiæ relata non est. Regia sanè iurisdictio apud nos vt Imperatoria apud Romanos, in tria genera diuiditur: merum imperium, mistum imperium illud quod magis imperium quàm iurisdictio est: & iurisdictionem tatùm, quam lex absolutè iurisdictionem vocat, interpretes simplicē iurisdictionem, quam modicum imperium comitatur.[i] Quanquam Vlpianus misti imperij appellatione, quod merum non est, omnino complectatur, vt dixi. Hæc iurisdictionis diuisio à causis, quæ iudicantur, ducta est, non à iudicibus: qui omnes ferè apud nos, vt apud Romanos, omnia tria genera iurisdictionis habent, licet non omnes gradus, & species caussarū cognoscant.[k] Sunt enim pauci qui principaliter de criminibus, & obiter de incidenti pecuniaria quæstione pronūtiāt:[l] vt contrà principaliter de ciuili negocio disceptantes alij, incidentia crimina animaduertunt:[m] quales sunt pręfecti à magistris militum, qui in vagabundos, & milites concutientes prouincias, iurisdictionem habent:[n] cōseruatores Regij scholasticorum,[o] & præfecti libellis in basilica Parisiensi.[p] Et hæc de Regia iurisdictione. Dominicæ iurisdictionis Regia inferioris, totidem genera sunt: summam, mediam, & infimam vocant iurisdictionem: *haulte, moyenne, & basse iustice.* Nos exemplo iuris authorum,[q] maximam, mediam, & minimam iurisdictionem appellabimus: merum imperium, mistum, & iurisdictionem non tam appositè, vt paulò pòst apparebit. Igitur moribus beneficiorum, Duces, Comites, Subcomites, Barones, Castellani, maximā iurisdictionem, maximúmve imperium habent: & interdum qui infra Castellanorum dignationē sunt, si à Principe beneficium teneant. Estque pro regula traditum, vt qui maximam iurisdictionem habeant, mediam quoque habeant, & minimam. Maximam tamen accipe iurisdictionem, non absolutè, sed ad mediam, & minimam relatam. Nam quædam caussæ sunt Regiæ iurisdictioni specialiter attributæ, de quibus ipse, vel præsidales eius magistratus cognoscunt:[r] non etiam Barones, Castellani, &c. vel horum magistratus, quamuis maximam iurisdictionem post Regem habeant, vel plenissimam.[s] Hi igitur criminum habent executionem, animaduertunt in caput, relegant, scuticis cædunt, multas dicunt arbitrarias. Relegatio tamen Baronibus, & qui suprà eos sunt, attribuitur.[t] Mediæ iurisdictioni ea attribuuntur, quæ Bartolo in quarto gradu, & sexto, misti sunt imperij: multæ quoque dicēdæ ius ad sexaginta solidos Turonicos. Minimæ iurisdictionis sunt, iudicia in personam, & in rem soli constituere, quæ intra iurisdictionis cancellos sit: iniuriarum quoque & alias caussas ciuiles definire, quarum multa legitima septem solidos nō egrediatur. Et hæc ex moribus Pyctonum ferè huc transcripsimus.[u] More senonum omnes domini iurisdictionem beneficiariam habentes, de criminibus cognoscunt: summi de publicis, medij de extraordinarijs, quibus arbitraria multa infligitur: infimi ad sexaginta solidos multā dicūt delinquentibus.[x] Et hi omnes, Accursij glossulas,[y] ita perduxisse mihi in mores vidētur, quasi coercitio pecuniaria criminum modica, ad iurisdictionem: maior, ad mistum imperium referenda sit: quamuis iureconsulti de Imperatoria tantùm iurisdictione verba fecerint, multæ dicendæ ius meri imperij esse,[z] tutoris dationem neque imperij, neque iurisdictionis, voluerint.[a] Andium moribus cognitio de criminibus, vt de cęde absque insidijs facta, ad mediam iurisdictionem pertinet, quæ iure Romano meri est imperij:[b] vt verius sit tria hæc iurisdictionis beneficiariæ genera, ad ius Romanum accōmodari nō posse. Vt enim iurisdictio ipsa, iuris Romani authoribus inaudita fuit:[c] ita genera variè moribus diuersis (vnde profecta est iurisdictio)[d] digesta sunt: quæ meri, misti imperij, & iurisdictionis appellationē auersantur. Maximam, vel plenissimam iurisdictionem, mediam vel minorem, & minimam, rectiùs dicemus: de ea iurisdictione sentientes quæ facultatibus annumeretur, & in fructu sit. Qui enim plenissimam iurisdictionem eiusmodi habet, maius imperium habet omnibus post Principem, in suæ iurisdictionis homines: vti procōsul in prouincia cui præest, iurisdictionem plenissimam habet, sed non hæreditariam.[e]

f. Francis. des iuges.
g. aut. de mād. prin. auten. de appell.
h. Francis. *sur le faict de la chasse.*
i. d. l. iubere. d. l. fi. §. & l. imperium l. notionem. §. de verb. sig. & d. l. imperium. §. de iurisd.
k. Francis. des iuges. l. de om. & seq. §. de of. presi. l. nec. de offi. procon.
l. l. solemus. §. de iud. vb. no.
m. l. nullū C. de testi.
n. Francis.
o. Ludo. 12.
p. Ioan. 1.
q. l. fi. §. de cadi. arg.
r. Francis. des iuges.
s. l. fi in ali. §. de off. procō.
t. Senon. 1.
u. Pycto.
x. Senon.
y. glo. d. l. imperium.
z. l. aliud. §. de verb. sig. l. 2. §. de iudi.
a. l. muto. de tutel.
b. d. l. imperiū. l. nemo. §. de reg. iur.
c. l. 2. & 3. C. de fūd. limit. lib. 11.
d. in vsib. feu.
e. d. l. si in aliq. §. de off. proc.

DE OFFICIO ASSESSORIS.

Titulus XXII.

Assessores, magistratuum esse consiliarios iureconsultos, tam ex hoc titulo, quàm ex simili in Codicem relato, abunde demōstratur.[a] cuiusmodi fuerunt Paulus, & Vlpianus Papiniano præfecto prætorio: qui deinde & ipsi præfecti facti sunt. Assessoribus Alexāder salaria instituit: quāuis sæpe dixerit eos esse promouendos qui per se remp. gerere possent, non per assessores.[b] Eiusmodi consiliarios habuere Principes ipsi, & omnes administratores præfecti præto. & præsides.[c] Nam & Alexandri consiliarius, & magister scriniorum, Vlpianus fuisse perhibetur.[d]

a. §. l. pen. C. eo. l. 1. & 2.
b. Lamprid. in Alex.
c. auten de iudi. auten. ad hęc. C. de iud.
d. Lamprid.

L. I.

L. I. PAVLVS. *Lib. singula. de Offi. assessorum.*

OMne officium assessorum,[¶] *quo iuris studiosi partibus suis funguntur, in his ferè caussis constat: in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.*

Non in omnibus caussis, & negocijs, consiliarij magistratuũ versabantur: sed in ijs quæ consiliũ iureconsultorũ maximè postulabant. Eiusmodi sunt cognitiones magistratuum, id est iurisdictiones extra ordinẽ exercendæ, quæ præscriptas formulas legibus, aut actiones nõ habebant: sed ex imperio, officióve, & notione magistratuum, totæ pendebant.[a] Negantẽ cognitionis rẽ, sed iuris ordinarij esse, Claudius Cæsar apud se caussam agere coegit: idem cognitionibus magistratuum, vt vnus è consulatibus, frequenter interfuit, authore Suetonio. Vnde satis constat, cognitiones magistratuũ non cuiuslibet iurisdictionis fuisse, sed magis imperij,[b] atque ob id consilium prudentum requirere. Delegari tamen potuerunt, nisi quæ specialiter tributæ sunt magistratibus:[c] & delegatis consiliarij etiam assederunt sub Iustiniano.[d] Interdum notionis, & cognitionis verbum generale est:[e] vt iurisdictionis contrà speciale. Sed hoc loco ita vsurpatur, atque apud Suetonium accipi ostendi. Postulationes hoc quoque loco sunt, quas requæstas Franci appellant. In iurisdictione postulationibus nisi sequenti die, ac per libellos non temerè respondit Nero, authore Tranquillo. Postulationes Suetonius latius quàm libellos accipit: quòd quæ caussæ, id est rationis cognitionem desiderant, postulationes etiam sint: libelli sunt qui sola subscriptione Principis, vel magistratus expediuntur. Quam differentiam suprà Vlpianus,[f] & hic Paulus obseruat. Alexander subscriptioni, & lectioni epistolarum postmeridianis horis dedit operam: ita vt ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent.[g] A libellis, vocat præfectum libellis, & postulationibus, quem magistrum libellorum possumus dicere: vt magistrum epistolis, magistrum scriniorum, qui scrinijs præficitur. Edicta Principum quæ sint, & magistratuum, suprà alibi à nobis expositum est:[h] in quibus quoque consilio est opus, præsertim quo tempore edicta magistratuum iurisdictionis perpetuæ caussa proponebantur.[i] Sed eam eis vim Iustinianus ademit.[k] Decreta sunt quæ caussa cognita, in iurisdictione decernũtur à Principe, vel magistratu: qualia suprà memoraui, de vendendis prædijs minorũ, de transactione alimentaria:[l] quæ cùm disceptationis sint plærũque, ex consilij sententia fieri debent. Qua ratione epistolæ magistratuum ad Principem, Principum ad magistratus, vel etiam priuatorum epistolæ ad vtrũlibet datæ, consilium iureperitorum, disertorũque ferè desiderant. Ab epistolis, vel magistrum epistolarum, Suetonium fuisse Hadriano, supra scripsi: præter quem viginti iurisperitos, & plures disertos viros, semper in consilio habuit Alexãder in legibus constituendis, & rebus arduis.[m] Sed hoc titulo de consiliarijs magistratuum agitur.

L. II. MARTIANVS. *Lib. 1. de iudicijs publicis.*

Liberti assidere possunt: infames autem licet non prohibeantur legibus assidere, attamen arbitror (ut aliquo quoque decreto principali refertur constitutum) nõ posse officio assessoris fungi.

Liberti autentica lege, omnes honores ambire possunt, non impetratis aureis annulis:[a] infames non lege populi, sed decreto Principis ab assidendo prohibentur. Dignitatibus verò exclusit Alexander.[b]

L. III. MACER. *Lib. 1. de offi. præsidis.*

Si eadem prouincia postea diuisa sub duobus præsidibus constituta est, (ueluti Germania Misia) ex altera ortus, in alia prouincia assidebit: nec uidebitur in sua prouincia assedisse.

In prouincia ex qua quis ortus sit, non posse eum assidere, consiliariúmve magistratus esse, à contrario arguit: sed hoc ita accipiendum est, vt vltra quadrimestre spatium constitutionibus præstitutum non assideat, sine speciali Principis beneficio.[a] Quòd in duas prouincias vnam diuisam, hic ait, & alibi in plures diuisam, & contrà ex duabus administrationibus vnã factam, obseruabis.[b] Sed cur supra præstitutum tẽpus non assidet quis in sua prouincia? An non ideo quòd fisci vtilitati extra prouinciã nati magis consulturi præsumantur, quàm oriundi ex prouincia? Nam & rector prouinciæ ex ea ortus esse non potest ob eandem caussam.[c] Ciuitatis consiliarius esse potest ciuis, quia ex fisco salarium non accipit, nec ei incommodare potest gratia, & ambitione.[d]

L. IIII. PAPINIANVS. *Lib. 4. Responsorum.*

Diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui tẽporis quod à legatis præstitutum est debetur: modò si non postea comites cum alijs eodem tempore fuerunt. Diuersum in eo seruatur, qui successorem ante tempus accepit.

¶ Assessorib' salaria instituit Imperator Alex. Seue. quãuis sæpe dixerit eos esse promouẽdos qui per se Remp. gerere possẽt, non per assessores, & vnũquẽq; hoc agere debere, quod nosset Aeli. Lampri. in eodẽ. Idẽ. Pla. dia. 2. de legibus.
a. j. de va. cog. l. quòd si minor. §. fi. j. de minor.
b. l. iubere. j. de iurisd.
c. l. 2. & 3. ã. 1 iii.
d. d. auten. ad hæc.
e. l. de omnib. ĩ. de of. præsi. l. au. de re. iudi. l. notionẽ. de ver. sig. d. l. iubere.
f. l. nec. §. vbi. ĩ. de off. proc.
g. Lamprid. in Alex.
h. de consti. prin. & de iusti.
i. l. si quis. j. de iurisd.
k. l. fi. C de. ll.
l. l. 2. ĩ. de offi. e. & l. 3. d. l. oec.
m. Lampri. in Alex.

a. auten. vt liber. de cæt.
b. l. 2. C. de dign. lib. 12.

a. l. hi qui & l. seq. j. de maior. l. in consil. C. eo.
b. l 1. C. de of. præf. præt. Afr. auté. vt iud. sine quoq. suf.
c. l. fi. C. de off. rect. pro. & in rub.
d. l. vlti. j.

Princeps

Princeps qui legatum ſuum mittebat in prouinciã,[a] certum tempus, annũ fortè, vel bienniũ ei præſtituebat:[b] quo finito, comites eius, vt conſiliarij, &c. ſalaria inſtituta non accipiebãt. Si tamen intra dimidiatum annum vita defungeretur legatus, totius anni, vel biẽnij nihilominùs aſſeſſores, & alij comites, ſalarium rectè à fiſco petebant: quãdo fatum eis imputandum non eſſet.[c] Niſi fortè comites mortuo legato, cui ſubſeruiebant, apud alium magiſtratum reliqua anni parte ſalarium ex fiſco acciperent: cùm æquum non ſit vt eodem tempore duplex ſalarium fiſcus eis dependat. Sanè ſi quis ſua culpa ante tempus præſtitutum, ſucceſſorem acceperit, reſidui tẽporis ſalarium nõ petet: ne ſua ſibi fraus lucrum adferat: ſiue eis legatus Cæſaris, ſiue aſſeſſor, ſiue alius ex comitibus ſit. In Floren. legitur à legatis præſtitutum, &c, vt in exemplari quo vtor.

a. l. pe. §. de of. præſ.
b. Caſsiod. l. de for præſida.
c. l. ſed ad. §. fi. inf. loc. l. poſt C. de aduo. di. iudi.

L. V. PAVLVS. *Lib. 1. Reſponſorum.*

Conſiliarijs eo tempore quo aſſident, negocia tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo conceſſum eſt: in alienum autem non prohibentur.

Conſiliarij non poſſunt aduocatorum, & aſſeſſorum fungi officio eodẽ tẽpore: niſi in alio foro, vel auditorio aſsideant, in alio patrocinẽtur. Nam abſurdum eſt eoſdẽ iudices, & aduocatos eſſe litigantium.[a] Iuſtinianus id etiam conſtituit, vt nec in alio quidem auditorio eo tempore aſsiderent, quo in alio patrocinarentur: quòd duobus officijs ſufficere non poſsint.[b] Et eã quidem cõſtitutionem poſt edita Digeſta, inſertam Codici fuiſſe, probabile eſt: & ex ſubſcriptione eiuſdem, & eius quæ & De confirmando Codice, apparet.

a. l. fi. C. eo. in fi.
b. l. vlti. C. e.

L. VI. PAPINIANVS. *Lib. 1. Reſponſorum.*

In conſilium curatoris reipublicæ vir eiuſdem ciuitatis aſſidere non prohibetur: quia publico ſalario non fruitur.

Curatorem reip. pro curatore ciuitatis hic accipio, non pro Cæſaris procuratore: idq; verba ſequentia demonſtrant, vir eiuſdem ciuitatis, &c. Reſp. enim prima ſignificatione, populi totius Ro. eſt: cuius curator fuit, ærarij publici procurator. ſecũda ſignificatione fiſcalia inter publica habentur. tertia, quæ ciuitatũ ſunt, municipiorúmve, abuſiuè publica dicuntur.[a] Curator ergo ciuitatis publico ſalario, id eſt ex fiſco, vel ærario publico numerando non fruitur: ideoque aſsidere poteſt in conſilio curatoris, vt ſuprà dixi.[b]

a. l. eũ qui. & l. bon. & l. inter. §. de verb. ſig.
b. not. §. l. 3. §. de admi. re. ad ci. per.

IVS GALLICVM.

Aulicum Regis Franci conſiliũ, *le grand conſeil*, non abſimile eſt Alexandri conſilio: quãuis ad tẽpora Cõſtantini, & deinceps, accõmodantes ius noſtrum præfecturã Prætorianã in comitatu, ſuprà dixerimus. Quam ob rem conſiliarios tam aulicos, quàm parlamentares, conſiliarijs præfectorum Prætorianorum opponemus:[a] licet honeſtiore amplioreq; titulo, Regios cõſiliarios meritò omnes appellemus. Sed & auditores caſtelli Pariſienſis, conſiliarij Regij vocantur, quòd vt illi, à ſolo Rege creentur.[b] Qua ratione & in prouincijs, qui præſidalibus iudicibus aſsident Regia authoritate, Regios cõſiliarios in eo præſidatu dicimus, qui olim à magiſtratibus ipſis legebantur,[c] vt apud Romanos.[d] Conſiliarij Caſtelli Pariſienſis, aduocatione fungi non poſſunt lege Regia:[e] quod Iuſtinianus de conſiliarijs magiſtratuum in vniuerſum cõſtituit.[f] Qui verò Balliuis, & Seneſchallis aſsident, in eodem foro cauſſas agunt, ſi videtur, ſed tamen nõ in ſuo auditorio, vt iudices & aduocati in eadẽ cauſſa eſſe videantur: quod Pauli ſentẽtiæ cõgruit.[g] Nã cùm ſalaria eis à Rege inſtituta nõ ſint, & ſportulæ in tãtillis prouinciolis minorẽ ſummã reddãt, quàm vt conſiliariorũ laboribus ſatisfaciant, nõ iniuria aduocationis officiũ hiſce aſſeſſoribus permiſſum eſt. Apud quoſdã aſſeſſores iudicũ præſidalium vocantur, qui apud alios vicarij particulares, *lieutenantz particuliers*.[h] Nam & hi cõſiliarij ſunt præſentiũ magiſtratuũ: ſed magiſtratus Regij nunc ſunt, quibus & cõſiliarij Regij nõ minùs quàm ſeneſchallo, vel generali vicario, legatóve, aſsident. Nã & ſub Iuſtiniano, magiſtratuũ adminiſtratorũ cõſiliarij, delegatis, vel ijs quibus mandabatur iuriſdictio, aſsidebãt.[i] Præfecti ciuitatũ, & caſtellani, ſuo arbitratu adhuc conſiliũ ſibi legunt: vt iudices indictionales, &c. & ſportulas taxãt prærogãdas quidẽ à victore, ſed à victo deinde reddẽdas: quibus cõſilij ſui labores pẽſant, *les eſpices*. Apud Tholoſates victus litigator, lata ſententia, eas depẽdit, ſublata appellatione.[k] Et hi quidẽ aſſeſſores, qui è publico ſalaria nõ accipiũt, & à iudicibus legũtur, iis ſunt ſimiles, quos Ro. põtifex memorat: & (vt puto) quos Cæſares noſtris temporibus propiores, magiſtratibus legendos permiſere:[l] quoſq; curatores reip. ſine publico ſalario habuere. Ne quis ſeneſchallus, Præfectus, vel balliuus, fieret vnde ortus ſit, Philippina lege ſancitũ fuit: quod perpetuò obſeruatum nõ eſt in vicarijs eorũ, & conſiliarijs, nullo modo. Aduocatos etiã latiore ſignificatu, conſiliarios Franci vocant,[n] poſt Leonem Cæſarem, ſed non Regios: iudices præſidales, Regios etiam conſiliarios, ſed honorarios.

a. l. nõ minus. & ſeq. C. de aſſeſſ.
b. l. Reg. du chaſtellet
c. Franciſ. de breuia. lit. in z.
d. l. 1. C. de aſs.
e. d. l. Reg. du chaſtellet.
f. d. l. fi. C. de aſſeſs.
g. §. eo. l. pen. & d. l. fi. C.
h. Franciſ. de breui. li. 144.
i. autẽ. ad hæc C. de iudi.
k. Ludo. 12. 44. in. a.
l. l. 1 C. de aſs. m. 17.
n. l. 11. C. de aduo. di. ordon. *du parlement.*

Bipertiti commentarij ad lib. I. Pandectarum ab Iuſtiniano Cæſare editarum.

FINIS.

D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS perpetuò Augusti, iuris enucleati, ex omni veteri iure collecti, Digestorum seu Pandectarum. Liber II.

DE IVRISDICTIONE. Titulus I.



N Codice Iustinianeo duo tituli Pandectarũ cõiunguntur, De iurisdictione, & De foro cõpetenti: [a] quorũ posterior infrà lib. 5. concipitur, Vbi quis agere, vel con. deb. Hoc enim specialiter Pandectarũ cõpositoribus Iustinianus permisit, vt vel cõpositionẽ iam euulgatam Codicis, vel dispositionẽ Edicti perpetui sequerẽtur. [b] In edicti perpetui igitur initio edicta fuerunt De iurisdictione, Deq; vocando in ius, & proximis atq; coniunctis: quod ex inscriptionibus cõsultorũ, Pauli, & Vlpiani ad hos titulos apparet. [c] Quocirca post personarũ & rerũ leuẽ tractatũ, & titulos aliquot speciales de officijs magistratuũ, ad ordinẽ Edicti perpetui nunc transit Iustinianus: quem non omnino deinceps secutus est, sed quatenus visum est cõpositoribus. [d] Rectè autẽ de officijs magistratuũ priùs leges posuit, quàm de iurisdictione: quòd officiũ latiùs pateat, quàm officiũ iurisdictionis. [e] Vnde iuridicos appellatos dixi, qui nullũ imperiũ præter quã in iure dicũdo habuerint: [f] cùm Proconsulũ Præsidumq; maius esset imperiũ, & ꝙ iurisdictionis officium egrederetur. [g] Hãc differentiã officij, & iurisdictionis, disertè Cicero demõstrat de procõsulatu Asię loquẽs. Ac mihi, inquit, videtur nõ sanè magna varietas negociorũ in administranda Asia, sed ea tota iurisdictione maximè sustineri. [h] Idẽ ad Atticũ lib. 5. Sedimus: nihil ea iurisdictione æquabilius, nihil lenius, nihil grauius. Inde ad castra veni, &c. [i] Trãquillus de Nerone, In iurisdictione, inquit, postulationibus nisi sequenti die, ac per libellos non temerè respõdit. Sub hoc titulo igitur non de omni imperio, officióve magistratuum, sed de officio, & imperio iuridiciali pręcipuè agitur. [k] Iurisdictio verò, publica est iuris dicundi potestas: cui definitioni perperàm addũt necessitatem, quæ iudicibus datis imponitur. [l]

a. C de iurisd. b. l. 1. C. de vet. iur. c. l. si quis. & l. fi. ĵ eo. l. 1. ĵ. in ius vo. l. 1. ĵ. si quis io ius vo. l. 1. ĵ. si quis ius di. ĵ. de in ius vo. d l. 2. C. de vet. iur. aliàs cõst. 3. ſ. e. l. 1. ĵ. l. 1. ĵ. de postu. f ſ. de of. iuri. g. l. fi io aliq. ſ de off. proc. l. de omnib. ſ. de offi. præsi. h. ad Quint. fra. lib. 1. i. epist, saturnalibus. k. l. 1. & 3 ĵ. l Bar. hic.

L. I. VLPIANVS. Lib. 1. Regularum.



Vs dicentis officiũ latissimũ est. Nã & bonorum possessionem dare potest, & in possessionẽ mittere, pupillis non habentibus tutores cõstituere, iudices litigãtibus dare.

Hac regula Vlpianus officium ius dicẽtis, id est iurisdictionem habentis, non officiũ iurisdictionis, [a] latissimè patere ait. Nam constituere tutores pupillis, iurisdictionis non est, vel imperij, officijve iuridicialis: sed ijs competit quibus nominatim datum est, non iure magistratus, vel iurisdictionis sed iure speciali. [b] Cætera exempla huius regulę imperij misti sunt, [c] & iurisdictionem iure magistratus competentem Prætori, Procõsuli, Pręsidi, &c. comitantur. Sanè magistratus municipales licet ius dicãt, ea quæ magis imperij sunt quàm iurisdictionis, facere nõ possunt: cuiusmodi est in possessionẽ mittere. [d] Sed meminisse oportebit Vlpianũ regulã tradidisse, nec inde colligẽdũ omniũ qui ius dicũt, officiũ tã latè patere, vt tutores cõstituãt. Quid? Is cui mandata est iurisdictio, ius dicit, atq; adeò iurisdictionẽ habet alieno iure: [e] nõ tamen tutores dare potest, nisi sit legatus Proconsulis. [f] Quod & de quibusdã iuridicis fortassè dici potest, quibus hoc specialiter datũ nõ est: [g] quos ius dicẽtes esse nõ negabis. Ius ergo dicẽtis ait, nõ tamen cuiuslibet. De iudicibus datis à magistratu, vel ab eo cui mãdata iurisdictio est, hęc regula accipi nõ potest: cũ officiũ latissimũ dicat, & pedanei ea demũ disceptent negocia, quæ eis delegãtur. [h] Porrò Ius dicẽtis, maluit dicere, quàm magistratus, vt iuridicus Alexãdriæ, legatus Procõsulis (& si non is cui alioqui mãdata sit iurisdictio) regula cõtineatur. Atq; ex hoc quidẽ apparet, cur nullũ exemplũ meri imperij, hæc regula habeat: quãdo id ius dicẽtibus regulariter nõ cõpetat. [i] Nec moueri quẽquã oportet, quòd etiã de officio ad iurisdictionẽ nõ pertinente, hoc primũ caput in hunc titulũ relatũ sit. Nã & sub titulo De seruitutibus rerũ, personarũ seruitutes memorãtur interdũ: [k] quod à cõpositione iuris alienũ nõ esse ostẽdit Iustinianus. [l] Vtrũ autẽ officiũ ius dicẽtis, generaliter vsurpet Vlpianus, vt illud quoq; cõplectatur ꝙ actionibus seruit, an specialiter pro cognitione extraordinaria, anxius nõ sum: [m] verius tamẽ est generaliter accipere: sed exẽpla subiecisse officij, ꝙ nulli proprię actioni inseruit: quia ius dicere oportere actiones habẽtibus, ambigeret nemo. Exẽpla enim regulã non coarctare receptũ est. [n] Illud certũ est, interdũ officiũ iudicis specialiter pro cognitione extraordinaria accipi, ꝙ ex argumẽto subiecto cognoscitur: vulgus officiũ nobile vocat: vt ꝙ actioni seruit, mercenariũ: ꝙ vice exceptionis imploramus, & actioni aduersum est, aduersariũ officiũ. [o] In

a. d. l. 1. ĵ. de postu. b. l. muto. ĵ. de tutel. c. l. 3. ĵ. l. iubere. l. ea. ĵ. ad municip. d. d. l. ea. e. l. legati. ſ de off proc. l 1. ſ. de offi. eius. l. & quia. ĵ. eo. f. l 2. de tuto. da. ab. g. l 1. & 2. ſ. de offi. iurid. h. l fi. C. de peda. i. l. 1 ſ. de of. e. k. l. 1. ĵ. de ser. l. l. 2. C de vet. iur. aliàs cõst. 3. ſ m l. quod si minor. §. fi. ĵ. de minor. vbi not. n l. dijni ĵ de dam. inf. o. Bart. hic.

qua diuisione id miramur, officium exercētis publica iudicia, nobile ab eis dici: cùm legibus publicorum iudiciorū seruiat, nec pendeat iudiciū ex officio iudicis, vt cùm crimē extraordinariū est, cuius pœna ex arbitratu iudicis dependet. [p] Sed tamen qui verba hæc fabrefecerunt, vtantur, fruanturque vt lubet: modò intelligamus officium iudicis specialiter apud cōsultos eo modo nō vsurpari, sed pro cognitione omnimodò extraordinaria: pœnas verò publicorum criminum ordinarias, legitimasque esse, licet ordo in exercendo iudicia ipsa, exoleuerit. [q] Cætera quæ hic disputant alij, inferiùs suo loco trademus.

p. j. de extr. cri.
q. l. ordo. j. de publi. iudi.

L. II. IABOLENVS. *Lib. 6. ex Caßio.*

Cui iurisdictio data est: ea quoque concessa esse uidentur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit.

Iurisdictio data ei intelligitur, cui mandata est: [a] & huic non solùm id quod iurisdictio angustissima significatione eius verbi appellatur, sed etiā imperium quod iurisdictioni cohęret, videtur mādatum: quandoquidē nulla sit iurisdictio sine modico imperio. [b] Quapropter generaliter quæ mandata iurisdictione transeunt, iurisdictionis appellatione cōtinentur: vt vocatio in ius, missio in possessionē bonorū contumacis, sequestratio rei controuersæ, &c. [c] quæ specialiter nō tribuuntur lege. S.C. & c. [d] Sed & magistratui qui suo iure, non alieno beneficio ius dicit, iurisdictio data principaliter dicitur: [e] cui concessa videntur omnia quæ iure magistratus cōpetunt. Nam iurisdictionem specialem lex, S.C. vel constitutio defert, non Princeps. Hic enim Præsidē facit, & quæ iure magistratus cōpetūt, dat principaliter: lex specialis defert merū imperiū, quod ante eam legem, Pręsidi facto, iure præsidatus non cōpetebat. [f] An præhensionem habeat is cui mādata est iurisdictio, in dubiū vertunt: [g] ego non solùm ius præhensionis habere, sed etiā coercitionis, & verborū puto: modò atrocior nō sit animaduersio. [h] Nā & magistratus municipalis, qui minus habet imperij quàm cui mādata est iurisdictio à Pręside, vel Procōsule, seruos castigare potest. [i] Sanè pedanei iudices dati ad disceptanda minora negocia, [k] id habēt facultatis in cognoscēdo, vel iudicādo singulas species, singulāve capitula caussarū, quod eis delegatū est. [l] Nā si iurisdictio, vel de vna specie, & caussa mandetur, ea omnia poterit cui mādata est (ad eā caussam quod attinet) quæ potest generaliter cui vniuersa iurisdictio est mandata. [m] Quare & hic ob cōtumaciā mittet in possessionē, & sententiā exequetur suā, &c. [n] Iudex pedaneus datus ad interrogādos testes, ad cognoscendā caussam, & dicendā sententiā, vel tantū ad cognoscendū, & remittendū ad magistratū, qui delegauit cognitionē, eadē nō poterit. [o] Sunt enim qui iudicant tantū, pronunciante, & ius dicente magistratu, qui iudices dedit: quis cōsiliū exercere dicitur. [p] Sūt qui iussi sunt iudicare, vt quod à pluribus iudicatū sit obtineat: si pares sint, quod pro libertate, pro reo, vel quod magistratus cōfirmauerit. [q] Et hi iudices dati, vel delegati, iudiciario tātū munere fungi, & iudicādi habere solā facultatē dicuntur: [r] iurisdictionē habere nō dicūtur propriā, nec lege cōfirmatā, [s] vt magistratus, & quibus mādata est iurisdictio: & ideo exequi suas sentētias nō solēt, [t] vel iudices dare, [u] aut mittere in possessionē, nisi specialiter eis hoc delegatū sit, [x] & ab ipsis appellatur qui eos dedit. [y] In ius quidē vocare possunt pedanei eiusmodi, id est ad se: sed qui vocatos eximit, pœna edicti non tenentur. [z] Sed quid ego pluribus? De his Iabolenus non scripsit, sed de ijs quibus data est iurisdictio.

a l. cognitio. j. de offi. c.
b. l. fi j. de off. c.
c. l. senatus. j. de off. præsid.
d. l. 1 j. de of. c
e. l. & quia. j. eo.
f. d. l. 2.
g. Bar. hîc.
h. l. si quid. j. de off. procō.
i. l. 12 j. eo.
k. l. fi. C. de pedā.
l. c. sup quest. de offi. deleg.
m. l. solet. & seq. j. eo.
n. arg. l. cognitio. j. de offi. eius.
o l. properādū C. de iudi. §. sin autē reus.
p. l. 2. de offi. eius.
q. l. duo. l. inter. l pompo. j. de re iudi.
r. l. à iudice C. de iudi. l. fi. C. vbi & apud q.
s. d l. fi. & l. & quia. j. eo.
t. l. à duo. j. de re iudi.
u. d. l. à iudice.
x. d. l. propter.
§. si reiò. autē. de exhi. re.
y. l. 1. j. quis à quo appell.
z. l. 3. j. ne quis eum.

L. III. VLPIANVS. *Lib. fin. de offi. quæstoris.*

Imperiū, aut merū, aut mistū est. Merū imperiū est habere gladij potestatē ad animaduertēdū in facinorosos homines, quod etiā potestas appellatur. Mistū imperiū est cui etiā iurisdictio inest: quod in danda bonorū possessione cōsistit, ut iurisdictio iudicis dādi licētia.

Nobilissimū hoc caput apud iuris studiosos habetur, propter obscuritatē. Sed quę suprà scripsimus lumē dabūt. Imperator ab imperando, id est iubendo, appellatus Princeps Romanus, summū habuit ius quod populi fuit. [a] Quod & si non in imperādo solùm, sed etiā in cognoscēdo, iudicādo, & alijs quibusdā, tā bello, quā pace, cōsistebat: ab hac parte officij tanquam plausibiliori nomē imponētibus, ita nūcupari cœpit: vt antè, Rex à regendo, consul à consulēdo, &c. [b] Imperij tamē appellatione, omnis potestas, authoritas, omneq; officiū Imperatoris cōtinetur, licet neq; iussum neq; coërcitionē cōtineat. Et quoniā hoc imperiū per partes magistratibus cōmunicatū est, vel à Principe, vel à lege: & magistratus deinde mādare solēt, lege cōfirmante: horū imperiū, etiā omnis potestas, authoritasq; dicitur. [c] Et hoc imperiū, vel ad extraiudicialia, vt ad militaria, & sarta tecta exigenda pertinet: vel ad iurisdictionē. Quam diuisionē secutus Cicero in Verrem, [d] latrocinia, furtaq; eius primū in sartis tectis exigēdis, deinde in iurisdictione defert. Eūdē ordinē ab eodē mutuatus videtur Vlpianus, [e] aut, vt in exēplari meo scriptū est, Paulus lib. II. ad edict. de imperio iuridiciali hoc loco idē Vlpianus verba facere creditur: qui cū de officio quęstoris scriberet, imperiū habere Quęstorē ęrarij fortè negauit: Quęstorē paricidij, & prouincialē cōtrà habere imperiū dixit. [f] Vnde arrepta occasione, imperiū magistratus in merū & mistū partitus est. Merū imperiū definitione veluti (vt Seuerinus ait) id est solo exēplo quid sit ostēdit. Cuius exactior definitio, ex subiecta mox misti imperij finitione, colligitur: vt merū imperiū definiatur cui iurisdictio

a. l. 1. j. de cōst.
b. l. 2. j. de ori.
c. l. & si j. de offi. e. l. 2. j. de adop.
d. actio. 2.
e. l. si in aliq j. de off proco.
f. l. 2 j. de ori. l 1. j. de offi. quæst. Cicer. pro plāc. Gel.

iurisdictio nõ insit. In qua definitione, imperij misti, cui iurisdictio inest, iurisdictionis verbũ ad eã pertinet, quæ iure magistratus cõpetit, quãdo merũ imperiũ alioqui iurisdictionis appellatione cõtineatur. [g] Imperiũ verò speciali significatione appellãt, quod in iure dicũdo ijs qui actionẽ intẽdunt propriam, non vertitur quidẽ: sed tamẽ ad eam iurisdictionem refertur. Nã qui actione extraordinaria loco interdicti Quorũ bonorum, agere cupit, priùs petit à magistratu bonorũ possesionem: qui suo imperio eam dat petenti, nondum de hæreditate ius dicẽs, sed eò hoc suum imperium referens. [h] Atque ita ferè hunc locum alij interpretantur. Ego iurisdictionem distingui ab imperio hoc modo scio: [i] sed hoc loco mistum imperium ob id dictum aio, quòd dato iudice, vel mandata iurisdictione, exerceatur hoc imperium: cùm contrà merum imperium iurisdictioni non cohæreat quæ mandari possit, vel per datum iudicem exerceri. Quod disertè ostendit his verbis, vt iurisdictio iudicis dandi licentia. Mistum ergo imperiũ, exempli gratia, in danda bonorum possesione consistit, quòd ex eo dignoscitur, quòd & iudicẽ dare liceat, qui det bonorum possesionem: [k] quamuis non liceat dare iudicem, qui animaduertat gladio. [l] Nihil itaq; aliud voluit Vlpianus, quàm merum imperiũ iuridiciale id esse, quod per alium exerceri nõ possit: mistum cõtrà, quod possit. Cuius rei rationem Papinianus reddidit, quòd merum imperium iure speciali, mistum iure magistrarus competat. [m] Merum enim dicitur imperium, quòd mistum nõ sit ei iurisdictioni, quæ competit iure magistratus: vt merũ officiũ Prætoris alibi, quòd absq; conuentione partium, ex solo imperio, officio, vel iurisdictione Prætoris veniat stipulatio: [n] & merum ius gentium, quod solo vsu gentium, non ciuilibus legibus est constitutum: [o] mera pœna absq; permistione eius quod interfit: [p] mera ratio, id est subtilis, & absq; benigniori interpretatione. [q] Mistum contrà dicitur imperium, quòd cum iurisdictione mistum sit: vt aurũ cũ plumbo alibi mistum dicitur: [r] & mista actio, quæ & rẽ, & pœnã persequitur. [s] Et verborum quidem hæc ratio est, & notatio, latinè sciẽtibus manifesta. Mera spes, inquit Donatus, absq; re. Sed iurisdictionis ambiguitas magnũ negociũ fecit interpretibus: cuius verbi triplicẽ significationẽ suprà memoraui. At pro ea iurisdictione hic accipi, quæ actioni certæ, & propriæ seruit, ratio nõ vsq; quaque patitur: quando illa non consistat in danda bonorũ possesione, aut in dando iudice. Quid? alicui actioni seruit, qui dat bonorũ possesionẽ, vel dat iudicẽ? Vtrũq; enim officio (vt aiunt) nobili expeditur: & (vt loquuntur cõsulti) imperio magis quàm iurisdictione. [t] Vt taceã imperium mistum esse, quod nihil refertur ad actionem, sed res tota pendet cognitione Prætoris, vel Præsidis. [u] Si igitur omni imperio misto iurisdictio inest, & ea in iudicis dãdi licentia consistit: aliter hic accipias iurisdictionẽ necesse est, quàm pro ea quæ actioni seruit. Quid? ad ea tantũ negocia dirimenda iudex datur, quæ propriã actionem habent? an non ad ea etiã quæ non habent, vt ad restituẽdũ in integrũ? [x] Si quis tamen arctè teneat, iurisdictionis verbum in misti imperij definitione pro ea vsurpari, qua ciuiliter litigãtibus ius dicitur: is eã quæ magis imperij sunt quàm iurisdictionis, iurisdictionis esse tuebitur: cũ quo non litigo.. Generaliter verò iurisdictionem hic vsurpari qui defendas? quo sensu, & mero imperio iurisdictionẽ inesse constat. [y] Consequens est igitur iurisdictionem specialiter pro ea accipi, quę mãdata iurisdictione transit, & iure magistratus dicitur competere: vel pro ea qua ius dicitur in ciuili iudicio. Illud obseruabit inuentus, imperij, & iurisdictionis appellationẽ alioqui ambiguã esse: quã ex loco & subiecta materia depræhendat. Etenim imperium imperantem ipsum, [a] insignia imperantis, [a] potestatẽ imperãdi, [b] iussum ipsum & coërcitionẽ, [c] ditionẽ, terrámve cui quis imperat: [d] & nunc publicũ imperiũ, nunc etiam priuatũ, [e] atq; per antonomasiã, imperiũ summum, quod penes Imperatorem est, demonstrat. [f] Iurisdictio nunc ius, nunc factũ, nunc locũ & territorium significat: [g] quæ significationis varietas in verbis alijs apud Gellium obseruatur, vt concionis, & ciuitatis. Coercitionis quoq; verbum variè accipi solet. Nam multa, verberibus, vinculis, pignoribus ablatis coercere Cicero dixit: [h] cõsulti verò coërcere gladio, aut alioqui atrociter, vt metallo, &c. [i] Item coërcere exilio temporali, interdictione rei certæ, multa pecuniaria, aut alioqui contumacem, delinquentémve castigare, quod & animaduertere dicunt. [k] Operæ precium fortè quibusdam videbor facturus, si gradus imperij, & iurisdictionis, quos Bartolus, alijq; accuratè diuiserunt, ad Papiniani, & Vlpiani normã potiùs exigam. Igitur facultas legum ferendarum, & si ad iurisdictionẽ referarur, [a] ad Principem tamen specialiter spectat: & ideo ad Papiniani regulã nõ videtur pertinere, qui de imperio magistratuũ verba facit, nõ de imperio legibus soluto. [b] Nã & hoc officij Princeps mãdare potest. [c] Vlpianũ si contẽdas & de hoc imperio sensisse, non valde repugnabo: [d] modò falsò traditũ intelligas potestatem legũ ferendarũ mandari non posse: id enim potest Princeps nõ itẽ senatus, &c. Imperiũ extraiudiciale, vt militare, huc nõ pertinet. Maior animaduersio, vt gladij, metalli, securis, exilij, exustionis, &c. mãdari non potest regulariter: & ideo ad merum imperium cum Papiniano referimus, nec contrà dicit quisquam. [e] Eòdem pertinere aio ex iure Quiritum, cognitionem caussarum liberalium, exercendi consilij potestarem, decernendi de vendendis prædijs minorum, & de alimentorum trãsactione: [f] qua in re à Bartoli doctrina recedo. Hæc enim eius iurisdictionis non sunt, quę iure magistratus competat: quando mãdari non possint regulariter, nec mandata generaliter iurisdictione transeant. Multæ dicendæ potestas specialiter ijs data creditur lege, &c. quibus publicum iudiciũ est: [g] vt cõsequẽs sit meri esse imperij:

g.l.1.ĩ.de of.c
a.l.1.C. quor. bo.l.1.j.quor. bo.
i.l.iubere.j.eo
k.l. cognitio. ĩ.de offi.c.
l.l.1 ĩ.de.of.c.
m.d.l.1.
n.l.5.j. de ver. oblig.
o.l.bona.j. de po.
p.l.1.j. de eo. p.q.fa.
q.l. si mãdaue ro.j. mandat.
r.l. pom.j. de rei vendi.
f.§. ex malefi. inst. de actio.
t.l. iubere. j. eo.
u l. si quis à li. §. si vel parẽs. j de lib ag. & j.de var. cog.
x.l.fi. C.vbi & apud.q.
y.l.1.ĩ.de.of.c
z.Cic.3. de ll.
a.l.fi ĩ.de off. procon.
b.vt hic.l.& si ĩ.de offi.c.
c.l. fi. ec.l a.j. de in ius vocã.
d.pœ.inst.§.1
e.l.liber ho.j. ad.l. Aquil.
f.l.r.ĩ.de cõst.
g.vt hic.l. fi.ĩ. de offi. e.l. si quis ex. j. de iudi.
h Ci.li.3.de ll. & li.3.de ora.
a.l. solet. ĩ. de off proc.b.l.capitalium.j de pœn.
c.l.fi.j.de fur.
l.r.j. de ter. mot.l.aliud.j. de ver.sig.l. si quid.ĩ.de off. procon.l.1.de iniur.
a.l. si quia. j. eo.ar § 1 inst. de oblig.
b.l.1.ĩ.de offi.
c. l. princeps. ã.de ll.
c.l.1. C. de senatusc.l. fi. C. de ll.
d.vt hic.
e.l. solet.ĩ. de of.pc.l.nemo j.de reg.ius.
f.l.placet C.de peda.l.2. & 3. ĩ de off e.l cũ hi.j. de trãsa.
g.l 2.j.de iudi

h.l.2.C. de spor.j.si q.ius di. i.l.12.j.l.3.§. de offi. præf. vigil. k.l.1.§. de off. e. l.l. placet. C. de peda. m.vt hic.l.1.& fi.§.de off e. n.l.actionis.j. de actio.l. quod si.§. fi.j. de minor. o.l.2. de offi. e.l.si quid. §. de offi.procõ. p.l.seq.j. eo.l. ea.j.ad muni. q.l.cognitio. §.de offi.e.

præter eam quæ viatoribus indicitur, & qui non obtemperant ius dicenti.[h] Sed leuis coërcitio in vocando in ius, præhendendo, abducendo, conijciendo in carcerem, leuiter castigando corpus, &c. ad minores magistratus pertinet,[i] & multò magis ad eos quibus à maioribus iurisdictio mandatur: quare misti imperij esse ipse contẽdo. Bartolus suas definitiones secutus, meri esse imperij tam multam leuiorem, quàm coërcitionem modicam corporis, ait: mandari tamen fatetur, quod Papiniani regulæ aduersum est, qui merũ imperium mandari negat.[k] Est enim merum imperium cui iurisdictio non inest, id est, quod mandari non potest, nisi ob absentiam, &c.[l] mistum contrà quod mandari potest, vt dixi. Bartolus misti imperij demum esse putat, ad mistum imperium quidem pertinentia, sed quæ consulti magis imperij esse, quàm iurisdictionis dicunt: ego omnia quę iurisdictionis sunt, id est propriæ actioni seruientis, misti esse imperij cum Vlpiano aio.[m] Quæ misti imperij ille putat, cognitione extraordinaria, absq; propria actione, expediuntur: atq; eadem extra ordinem persequi dicimur: vt mittere in possessionẽ, &c.[n] Non tamen omnia eiusmodi quæ extra ordinem cognoscunt magistratus maiores, & ij quibus mandant iurisdictionem, misti imperij sunt. Sunt enim quædam meri imperij, vt cùm crimina extra ordinem coercent, cùm decernunt prędia minorũ vendi, &c.[o] Caussas liberales inter ea ponit, quæ ad iurisdictionem dicit pertinere: nos ad merum imperium referimus, qui Bartoli finitiones nõ probamus. Quæ porrò misti imperij sunt, eadem sunt & iurisdictionis quę iure magistratus competit: licet quæ sine actione extra ordinẽ cognoscuntur, magis sint imperij quàm iurisdictionis: quę verò propriam actionem habẽt, magis iurisdictionis quàm imperij.[p] Et hanc iurisdictionem vocat Bartolus, de qua Vlpianum hic sentire falsò credit. Quamobrem & mistum imperiũ mandari omnimodò ego puto: Bartolus qui ea quę meri sunt imperij, misti esse dicit, mandari negat interdum. Vt taceam verum non esse, dare bonorum possessionem, aut iubere posidere ex secundo decreto, non posse mandari:[q] quod contrà ille ponit, ea existimans falsò mandari duntaxat, quæ magistratibus municipalibus competũt. Sed in quibus à Bartolo recedimus, in regionibus iuridicialibus apud Francos locum aliquem sibi vendicabũt fortasse: vbi moribus reguntur, nihil refert, meri an misti sit imperij de quo agitur, quando omnia negocia mandentur. In vetusto codice manu scripto, illa verba iurisdictio est etiã, &c. addita alia manu obseruaui: & Paulo hoc caput acceptum fertur, vt dixi: quod sequẽtis capitis inscriptio arguit vnà cum inscriptione 26. capitis, sub tit. Ad municip.

L. IIII. IDEM *Lib.1.ad edictum.*

Iubere cauere prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, imperij magis est quàm iurisdictionis.

a.l.imperiũ.§. b.l.muto.j.de tutel. c.l. ea quæ. j. ad municip.

Imperij magis esse quàm iurisdictionis ea dicuntur, quæ misti imperij sunt quidem, sed non omnia. Sunt enim quæ magis sunt iurisdictionis quàm imperij: quæ & ipsa misti imperij sunt. Iurisdictionis ergo magis quàm imperij sunt, quæ propriam actionem habent sub misto imperio: contrà imperij magis quàm iurisdictionis, quæ non habent. Eccè decem petis ex vendito, vel locato: vt cautio prætoria interponatur, vel vt in possessionem mittaris, nulla actione contendis: sed ex officio mero, & cognitione magistratus, vel cui is mandauit iurisdictionem, depẽdet. Illud magis est iurisdictionis quàm imperij: hoc magis imperij quàm iurisdictionis, vtrumque tamen & imperij, & iurisdictionis, id est misti imperij.[a] Dare tutorem neque imperij est, neque iurisdictionis: id est non ideo est alicuius, quòd imperium iuridiciale habeat, vel iurisdictionem, sed quod nominatim ei datum sit lege, &c.[b] Et hoc caput ex eo loco ad edictum huc transcriptum est, ex quo illud quod Paulo alibi tribuitur.[c]

L. V. IVLIANVS. *Lib.1.Digestorum.*

More maiorum ita comparatum est, ut is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet.

L. VI. PAVLVS. *Lib.2.ad edictum.*

Et quia nec principaliter ei iurisdictio data est, nec ipsa lex defert, sed confirmat mãdatam iurisdictionem, idq́ue si is qui mandauit iurisdictionem, decesserit antè quàm res ab eo cui mandata est iurisdictio, geri cœperit: solui mandatum Labeo ait: sicut in reliquis caussis.

a.l.1.§. de off. e. b.l. & fi.§. de offi.e. c.l.ait. j.de re iudi.l. à iudi. C.de iudi. d.l. à diuo. j. de re iudi.

More maiorum, id est veteri consuetudine, quæ quasi per manus tradita ad nos peruenit sine scripto, ita institutum est, vt iurisdictio mandetur à magistratu, qui iurisdictionem habet, vel à Principe datam principaliter, vt suo iure habere eam dicatur: vel lege, S. C. aut constitutione delatam.[a] Nam qui à magistratu accepit, non suo iure, sed alieno beneficio habet iurisdictionem, & partibus magistratus, qui mandauit, fungitur:[b] & ideo eam alij mandare non potest, licet posit iudicem dare, qui notionem quidem habere dicitur, & iudicandi potestatem, non iurisdictionem.[c] Nam qui iurisdictionem habet sibi mandatam, suam sententiam exequi potest: iudex datus non potest.[d] Quam ob rem & propriam iurisdictionem habere dicitur cui mandata est,

ta est,[e] non quòd suo iure eam habeat: sed quòd lex mandatam confirmet.[f] Porrò morte mãdantis soluitur mandatum, si res integra sit, id est nec in ius quidẽ vocauit is cui mandata est.[g] Quod generaliter in mandatis receptum est.[h]

e.l.legati.§ de offi.procon. f.hic. g.§.fi.de pœn. tem.litig. h.§.recte. mã.

L. VII. VLPIANVS. *Lib. 3. ad edictum.*

*Si quis id quod iurisdictionis perpetuæ caussa, nõ quod (prout res incidit) in albo, uel in charta, uel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit: datur in eum, quinquaginta aureorum iudicium: quod populare est. Serui quoque & filij familiarum uerbis edicti continẽtur. Sed & utrumque sexum Prætor complexus est. Quòd si dum proponitur uel ante propositionem quis corruperit, edicti quidem uerba cessabunt: Pomponius autem ait sententiam edicti porrigendam esse ad hoc. In seruos autem (si non defendantur à dominis) & in eos qui inopia laborant * corpus torquendum est. Doli mali autem ideo in uerbis edicti fit mẽtio, quia si per imperitiam uel rusticitatem, uel ab ipso prætore iussus, uel casu aliquis fecerit, non teneatur. Hoc uerò edicto tenetur & qui tollit, quamuis non corruperit. Item & qui suis manibus facit, & qui alijs mandat. Sed si alius sine dolo malo fecerit, alius dolo malo mãdauerit: qui mãdauit, tenebitur, si uterque dolo malo fecerit, ambo tenebuntur. Nam & si plures fecerint, uel corruperint, uel mandauerint, omnes tenebuntur.*

* Arist. lib. 5. Hecatonomiarum idem Socratem censuisse refert.

L. VIII. CAIVS. *Lib. 1. ad edictum prouinciale.*

Adeò quidem, ut non sufficiat, unum eorum pœnam luere.

Cornelius legem tulit, vt Prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent:[a] quæ edicta iurisdictionis perpetuæ caussa proponi hic ait Vlpianus. Nam interdum edicunt prout res incidit, vt in ius contumax veniat, &c.[b] quod genus, edictum perpetuum non est, sed tempori, caussæ, & personæ accommodatum. Ad tuenda igitur edicta perpetua edictum propositum fuit. Si quis edictum perpetuum, quod in albo, charta, vel alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, in eum agere volenti, quinquaginta aureorum iudicium dabo. Et hoc edictum in Hadriani opus (quod & edictum perpetuum inscriptum est)[c] translatum, Vlpianus interpretatur lib. 3. ad edictum Hadriani, à Saluio Iuliano compositum. Ea interpretatio partim verborum est, partim voluntatis, & sententiæ: illa verba verbis declarat: hæc mentem conijcit, quæ verbis expressa nõ est.[d] Sed de interpretatione legum, suprà alibi dixi.[a] Ait, in albo. Album gypsata tabula erat, vbi Prætorum edicta, nomina iudicum, & decurionum scribebantur:[b] quod pictatium & leucoma appellatum: vt in quo nomina inscribuntur, matrix etiam vel matricula dicta est.[c] Ait, populare. De popularibus actionibus in vniuersum dicendum suo loco. Eę pecuniariæ actiones sunt suum ius populi tuentes.[d] Ait, Serui quoque. Interpretatur verbum, Si quis. Ait, verbis edicti. Obserua apposita exempla nostræ diuisionis de interpretatione. Nam verbum si quis, tam fœminas, quàm masculos complectitur.[e] à qua significatione recedendum non est, nisi alia voluntas appareat.[f] Fuit enim antiquis verbum Quis, commune: certè vsu recepta sylepsi, vtrumque sexum comprehendit. Seruos, & filiosfamiliarum continere, dubium non est: vt nemo homo edicto excludi possit, nisi interpretatione voluntatis, qua verba restringimus: vnde & restrictiuam interpretationem vulgò appellant. Sed nulla est coniectura voluntatis prætoriæ, quæ verba huius edicti coangustari suadeat. Rursus verbum propositum erit, perfectam rem non cœptã demonstrat.[g] vt vi verborum non cõtineatur edictum, quod nondum propositum erit, sed proponetur:[h] ideo verba cessare ait interpres, sed sententiam edicti, id est mentem, & voluntatem Prætoris, qui edixit, ad hãc quoque speciem porrigi oportere. Eadem enim ratio in vtraque specie, idem ius suadet: & ad similia leges, &c. producuntur.[i] Et hæc est illa interpretatio voluntatis, quam extensiuam dictitant, quòd extendatur, producaturque sententia, extra vim verborum, significationemque propriam, & impropriam. Nam nec abusiuè quidem verbum Propositum, id significat quod proponitur. Ait deinde, In seruos autẽ. Ecce iudicium ciuiliter cœptum, executionem criminis habere videtur:[k] quod, & in iudicio iniuriarum similiter constitutum videmus,[l] &c. Sanè cùm extrà ordinem de crimine quæritur, qui pœnas eludunt pecuniarias, extra ordinem coercentur.[m] Ait, Doli. Obserua quid probare debeat, qui se doli mali suspicione purgare cupit: nimirum imperitiam, &c.[n] Et hæc ad interpretationem verborum edicti pertinere etiam constat ex his verbis, Verbis edicti. Quæ sequuntur de tollente, mandante, & pluribus corrumpentibus edictum, ad interpretationem voluntatis spectant, quam extensiuam dicunt. Ait, omnes tenebuntur. In solidum, vt ex Caio subijcitur.[o]

a. not. § l. 2. de stat. ho. b. l. ad perẽpt. j. de iudi. c. l. §. de sta. ho. d. Vid Cicer. pro Cecinn. a. l. neque. & l. seq. §. de ll. b. j. de alb. scr. C. de agen. in re. c. l. matriculã. de agen. in re. d. j de pop. actio. e. l. 1. j. de ver. sig. f. l. nonaliter. j. de leg. 3. l. Lucius. eo. l. si ita. de lib. & po. g. l. 1 j. q. quis. iur. h. arg. l. verb. erit. j. de ver. sig. i. l. non poss. §. de ll. k. not. l. si §. de offi. præsi. l. l. si quis j. de iniur. m. l. 1 j. de pœ. n. l. 1 j. de dol. o. j l seq.

L. IX. PAVLVS. *Lib.3.ad edictum.*

Si familia alicuius, album corruperit: non similiter hic edicitur ut in furto, ne in reliquos actio detur, si tãtùm dominus (cùm defenderet) unius nomine præstiterit, quãtùm liber præstaret: fortasse quia hic & contempta maiestas Prætoris uindicatur, & plura facta intelliguntur: quemadmodum & cùm plures serui iniuriam fecerunt, uel damnum dederunt: plura facta sunt, non (ut in furto) unum. Octauenus hic quoque domino succurrẽdum ait, sed hoc potest dici, si dolo malo curauerit ut ab alio albũ corrũperetur: quando tunc unum consilium sit, nec plura facta. Idem Pomponius libro decimo notat.

a.j. si fa. fur.

b.l. illud. j. ad l. Aquil. d.l. 1. j. si fa. fur.

c.l. si plures. j. de iniur.

d.l. si ita. j. ad l. Aquil.

e.j.l. si fa. d.l. si ita.

Prætor edictum de furto familiæ, id est plurium seruorum eiusdẽ domini, proposuit, ne in reliquos actio detur, si vnius nomine duplum, vel quadruplũ dominus præstiterit:[a] quod in edicto, De albo corrupto, locũ non habet, sed singulorum nomine dominus tenetur. Quod duplici ratione cõstitutũ est, & quòd contempta sit Prætoris edicentis maiestas, id est amplitudo imperij, & quòd plura facta intelligantur plurium seruorum. Neque enim satis est plura esse facta pluriũ seruorum eiusdem familiæ: vt cùm familia damnum dat, plura facta sunt seruorum frangẽtium, &c. sed tamen quia vnum damnum est, nec maius est, quòd à pluribus datum, sufficit nomine vnius dari quanti plurimi, &c. sicut in furto:[b] in quo vnum factum magis videtur, propter vnius rei contrectationem. Sanè cùm familia iniuriam facit, tot iniuriæ sunt quot personæ facientium, & singulorum proprium est maleficium: & ideo singulorum nomine dominus tenebitur iniuriarum.[c] Et ita ego hunc locum explico, in quo inter alios non conuenit. Sed cur vnum familiæ furtum magis quàm damnum, vnum factum vocat? An quia furtum contrectatio rei est, quæ non corrumpitur, damnum datur per partes à pluribus? Eandem enim rem contrectant pro indiuiso plures:[d] sed pro diuiso damnum per partes in eadem re dare possunt. Porrò si familia dolo album ab alio corrumpi curauerit, vnum factum, id est vnum cõsilium intelligitur: & ideo sufficit vnius nomine quinquaginta solidos præstari. Si plures liberi homines mandarint album corrumpi, vel furtum fecerint, omnes tenentur:[e] quia æquitas edicti hic vnum factum non comminiscitur, sed plura: quòd omnes mandare, & omnes cõtrectare, inuito domino, videãtur: non item omnes serui curare suo consilio, vt album corrumpatur.

L. X. VLPIANVS. *Lib.3.ad edictum.*

¶ Idem Arist. lib.3. poli. ca. 12.

*Qui iurisdictioni præest, * neque sibi ius dicere debet, neque uxori uel liberis suis, neque libertis uel cæteris quos secum habet.*

a.l. in pri. j. de iudi.

b. C. ne quis in sua.

Iurisdictioni nõ præest iudex datus, quẽ filius patrẽ habere potest in ciuili negocio: quia paret ei qui dedit.[a] Magistratus vel cui data est iurisdictio, meritò reijcitur, si sibi, &c. ius dicere velit.[b]

L. XI. CAIVS. *Lib.1.ad edictum prouinciale.*

** Aliàs possim.*

*Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coaceruatio uerò omnium excedat modum iurisdictionis eius: apud eum agi posse, Sabino, Cassio, & Proculo placuit. quæ sententia rescripto Imperatorum Seueri & Antonini confirmata est. Sed & si mutuæ sint actiones, & alter minorem quantitatem, alter maiorem petat: apud eundem iudicem agẽdum est ei qui quantitatem minorem petit: ne in potestate calumniosa aduersarij mei sit, an apud eundem litigare * possit. Si una actio communis sit plurium personarum, ueluti familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum: utrum singulæ partes spectandæ sint circa iurisdictionem eius qui cognoscit? quod Offilio & Proculo placet: quia unusquisque de parte sua litigat. An potiùs tota res? quia & tota res in iudicium uenit, & uel uni adiudicari potest? quod Cassio & Pegaso placet. Et sanè eorum sentẽtia probabilior est.*

a. auten. de appell. & int.

b. autẽ. de defenso.

Magistratus iurisdictio modum habet, intra quem ius dicit. Non potest, inquit Fabius, apud Prætorem petere fideicommissum, sed apud Consulem: maior enim cognitione prætoria summa est. In appellationum argumento exẽplũ in iure nunc extat,[a] & in defensoris iurisdictione.[b] Si quis igitur ex vendito in ducentos aureos, & ex testamento in totidem agat, apud defensorem ritè aduersarium pulsabit: licet aurei quadringenti iurisdictionis modum excedant. Sed & si alter quadringentos apud Præsidem, alter contrà ducentos apud defensorem petere velit: apud Præsidem mutuò agere cogetur qui ducentos petit. Manifesta enim calumnia est, trahere actorem ad alium iudicem, cùm Præses apud quem agitur, mutuas actiones possit cognoscere.

In actionibus

In actionibus plurium hæredum communibus, &c. tota summa spectanda est: quia res vni adiudicari potest.[c] Quapropter si communis res quadringentorum aureorum sit, de qua socij agant communi diuidundo iudicio: apud defensorem non agetur sed apud Præsidem.

c. j. fa. ercis. l. 3. insti. de off. iudi.

L. XII. VLPIANVS *Lib. 18. ad edictum.*

Magistratibus municipalibus supplicium à seruo sumere non licet: modica autem castigatio in eis non est deneganda.

Magistratus municipales sunt qui in ciuitatibus suffragio decurionum honores gerunt: qui ex decurionibus fiunt, vt defensores ex alijs ciuibus.[a] Duumuiri summum honorem in municipijs ferè gerebant,[b] qui & fasces habere dicũtur, id est honorem gerere. Hi legis actionem habebant, & ob id in municipio suo quæ voluntariæ sunt iurisdictionis, expediebant:[c] de carcere dimittebãt:[d] ex caussa damni infecti cautionẽ exigebant, & mittebãt in possessionẽ:[e] publica locabant, & aliaqui nomine ciuitatis contrahebant:[f] multam dicere, etiam ad defendendam iurisdictionem suam, non poterant:[g] ob leuius delictum seruos castigabant: supplicium, id est capitalem pœnam eis non irrogabant.[h] Sanè Romæ duumuiros capitales fuisse sub Hostilio constat: qui deinde aucto numero, triumuiri capitales appellati sunt, & carceris rerum capitaliũ custodiam agebant: horumque interuentu in reos animaduertebatur.[i] Sed hic de duumuiris municipalibus, & magistratibus alijs aliarum ciuitatum, non de Romanis quæritur. Fuerunt & alij magistratus in municipijs, dictatores, ædiles, &c.[k] quos cum Romanis eiusdem nominis cõfundere, aut cum ijs qui munera personalia in municipijs obibant, non oportet.[l] Porrò leuiorum delictorum coërcitio, ad merum imperium referri non debet, quam mandata iurisdictione transire verius est. Quid ni? quando quibus mandatur iurisdictio id possint, quod magistratibus municipalibus negatur.[m]

a. l. 1. C. de defenso. l. j. C. de Mag. mu.
b l. j. j. de alb. scrib.
c. l. 4. j. de adopt. l. j. C. de emãcip. Pau. lib. 1. recep. sen. l. j. & 2. C. de manu.
d. l. si quis vx. j. de Fur.
e. l. 4. j. de dã. inf.
f. l. in ho. j. de Actio.
g. l. j. j. si quis. ius di.
h. vt hic.
i. l. Fenestel. & l. 2. sup. de Orig. iur.
k. Spartia. in Hadria.
l. l. si. j. de muner. & ho. l. 2. j. de Orig.
m. l. cognitio j. de off. e. l. ea j ad mu.

L. XIII. IDEM *Lib. 51. ad Sabinum.*

Eum qui iudicare iubet, magistratum esse oportet. Magistratus¶ autem is est, qui in potestate aliqua sit, utputa proconsul, uel prætor, uel alij, qui prouincias regunt: iudicare iubere eo die quo priuati futuri sunt, non possunt.

Iudicare iubere aliud videtur quàm iudicem dare. Nam cui mandata est iurisdictio, hoc potest:[a] illud non potest.[b] Iubet ergo iudicare qui consilium exercere potest, & cogere quos sortitur iudices:[c] dat iudicem, qui non cogit, sed sponte suscipiẽti caussam delegat, vel aliquod eius capitulum. Magistratus verò, quive aliquam potestatem habet, iudicare iubere ita non potest, vt eo die iudicetur, quo abierit magistratu. Nam ipse eo die iudicare non potest iam priuatus.

¶ Quid magistratus, Arist. lib. 3. pol. cap. 15.

L. XIIII. IDEM *Lib. 39. ad edictum.*

Est receptum, eóque iure utimur, ut si quis maior uel æqualis subijciat se iurisdictioni alterius: possit ei, & aduersus eum ius dici.

Par in parem, aut minor in maiorem imperium non habere constat:[a] quod tamen verũ non est, si se subijciat imperio spõte sua. Nam tũc ei, id est ad vtilitatem eius, & aduersus eum, par, vel minor iurisdictionem habẽs, ius dicet:[b] quam prorogationem iurisdictionis, nulla consultorum tamen authoritate vocant.[c]

a. l. legatus. j. de Offic. procon.
b. vt hic.
c. l. 2. supr. de Off. e. l. munerum. j. de mu.

L. XV. IDEM *Lib. 2. de omnibus Tribunalibus.*

Si per errorem alius pro alio Prætor fuerit aditus: nihil ualebit quod actum est. Nec enim ferendus est qui dicat consensisse eos in præsidem: cùm (ut Iulianus scribit) non consentiant, qui errãt. Quid enim tam cõtrarium consensui, quàm error qui imperitiam detegit?

a. l. nam. j. de arb. l. apud. j. de ma. vindi.
b l. j. & 2. j. de iudi. l. j. C. eo.
c. l. 2. j. de iudi.

Prætor tutelaris aditus est per errorem litigãtium, pro Prætore fideicommissario, vel cereali:[a] quod apud eum actum est, non valet, quòd iurisdictionem hanc non habeat, nec consensus litigatorum eam ei tribuãt. Qui enim errant in facto, existimantes Prætorem alium esse: vel in iure, putantes tutelarem ius dicere posse de fideicommissis, &c. licet subtili ratione cõsentiant, tamen benigniori interpretatione Iulianus negat cõsentire. Vt enim quis planè consentire videatur, & sponte sua quid facere, aut certè mera volũtate, eius quod agitur circumstantias ignorare non oportet, si Aristoteli credimus.[b] Qua ratione in contractibus fidei bonæ, error substantiæ, &c. vitiat negocium: quòd huiusmodi interpretatio, bonæ fidei congruat.[c] In stipulatione contrà, & solutione indebiti, strictam rationem iuris secuti, consensum interuenire, cõtractum valere, & dominium transferri admiserunt consulti, & iuris authores: sed aduersus rigiditatem iuris, & doli exceptio, & condictio indebiti, ex æquo & bono introducta est.[d] Quod genus auxilij cùm in hac specie locum non haberet, placuit iuris interpretibus consensum nullum videri: idque æquitatis habita ratione, cuius in omnibus negocijs, magis quàm stricti iuris, cura est prudentibus.[e] Et hæc quidem distinctio nobis placet. Nam quod vulgò dicitur, interesse in quo er-

a. l. 2. j. de Orig.
b. in Ethi.
c. l. in vẽdi. & ll. seq. j. de cõtra. empt. arg. l. si cum te. j. de Pact. l. qui cum. infr. de Transf. §. j.
d. l. si id. q. aurum. j. de ver. ob. l. j. & l. in sum. j. de Cõdi. indeb.
e. l. placuit. C. de iudi.

f. Bar. hic.

retur, in negocio quod agitur, an in caussa:[f] plus habet in frõte quàm in recessu, & tenebras modò fundit ob oculos de iure securiùs disputantium. Quales distinctiones & apud Theologos visuntur, qui suos authores cognomento subtiles appellant, &c. Sed iam apud eos qui olim præceptorum culpa in hoc genere oleum perdiderunt, deinde pòst sui erroris conscij, veram philosophiam sequuntur, stultitiæ, & vanitatis plenissima hæc habentur. In solutione indebiti, inquis, in caussa solutionis erratur, non in solutione: ideoque solutio effectu non caret. Sed ita tibi placet somnium, vt non animaduertas & hic litigatores in hunc magistratum consentire, etsi ignorent tutelarem esse: cur ergo omni effectu hic caret cõsensus? Quid? in emptione & stipulatione non erratur in substantia? aut alioqui consensus non interuenit? Illa tamen vitiatur prorsus, hęc valet subtili ratione.[g] Non ignoro in re qua de agitur, hic nobis cum alijs cõuenire: sed dum rationem conantur reddere, cur in diuersis speciebus diuersum ius constitutum extet, inauditam Dialecticam sibi fingunt, & ius ciuile incipientibus subobscurum, cymerijs tenebris obscurius relinqunt: & quod magis dolendum est, auertunt à studijs præclara ingenia.

g. d. ll.

L. XVI. IDEM *Lib. 3. de omnibus Tribunalibus.*

Solet Prætor suam iurisdictionem mãdare, & aut omnem mandat, aut speciem unã. Nam & is cui mandata iurisdictio est, fungitur uice eius qui mandauit, non sua.

L. XVII. IDEM *Lib. 1. Opinionum.*

Prætor sicut uniuersam iurisdictionem mandare alij potest, ita & in personas certas uel de una specie potest: maximè cùm iustam caussam susceptæ ante magistratum aduocationis alterius partis habuerit.

Magistratus qui suo iure habet iurisdictionem, variè eam mãdat. Nam & omnẽ, vniuersámve iurisdictionem mandat: & quod iure magistratus sibi competit, transfert:[a] & in certas personas de omni caussa mandat iurisdictionem, vt in plæbeios, vel in Titium & Caium, &c. & denique de vna specie, id est vno tantùm negocio controuerso, vt de iniuria illa, vel illa stipulatione. De vna specie verò tum iusta caussa erit mandandæ iurisdictionis, cùm ante magistratum Prætor aduocationem suscepisse dicatur alterius litigatoris: cui, vel aduersus quẽ, si ius dicat, suspicione non carebit iurisdictio.[b] Quare nec iudicare, nec sententiam iudicis dati, debebit Prętor exequi: sed totam speciem mandabit, cùm alioqui iudicis à se dati sententiam exequatur.[c]

a. l. j. ff. de off. e.
b. l. fin. C. de Assess.
c. l. à diuo. ff. de Re iudi.

L. XVIII. APHRICANVS *Lib. 6. Questionum.*

Si conuenerit ut alius Prætor quàm cuius iurisdictio esset, ius diceret: & priùs quàm adiretur, mutata uolũtas fuerit: proculdubiò nemo cõpellitur eiusmodi cõuẽtioni stare.

Consentientes in Prætorem litigantes, iurisdictionem quam suo iure non habuit, ei quidem tribuunt:[a] sed ita demum si iam eum adierint. Nam antè quàm aditus sit, liberum est à conuentione recedere.[b] Hæc enim conuentio nuda est ante aditionem, ex qua compelli non potest litigator, vt apud alium iudicem quàm suum litiget.[c] Postquàm adierunt, nec solo pacto, sed re iam in eum consenserunt, integrum non erit palinodiam canere, & eludere quæsitam Prætori iurisdictionem.[d] Neque oportet litem iam contestatam esse, sed Prætorem aditum in hoc vt ius dicat. Hoc enim efficit vt cõuentioni stare oporteat, non litis modò contestatio quæ longo interuallo plærumque sequitur aditionem.[e] Qui ergo ad iudicium vocatur, cauere debet, ne quid agat, dicát ve apud iudicem non suum, quo in eum consentire videatur: & ante omnia foro præscribere debet, ne tribuat ei suo consensu iurisdictionem.[f]

a. l. j. & 2. ff. de Iudi.
b. vt hic.
c. l. iurisg. ff. de Pact. §. sed cũ nulla. l. legẽ. C. eo.
d. d. l. 2. ff. de iudi. arg. d. l. iurisg. an pri.
e. l. sed etsi. ff. de iudi.
f. l. 2. ff. de iudi. l. fin. C. de Excep.

L. XIX. VLPIANVS *Lib. 6. fideicommissorum.*

Cùm quædam puella apud competentem iudicem litem susceperat: deindéque condemnata ad uiri matrimonium, alij iurisdictioni subiecti peruenerat: Quærebatur an prioris iudicis sententia exequi posset. Dixi posse: quia antè fuerat sententia dicta. Sed & si post susceptam cognitionem, ante sententiam hoc eueniret, idem putarem de sentẽtia, quæ à priore iudice rectè ferretur. Quod generaliter & in omnibus huiuscemodi casibus obseruandum est. Quoties de quantitate ad iurisdictionem pertinẽte quæritur: semper, quantùm petatur, quærendum est: non quantùm debeatur.

Vxor mariti forum sequitur,[a] ne tam coniunctæ personæ in diuersis locis cogantur se defendere: suscepta tamen lis apud alium iudicem, ante mutatum domicilium, rectè apud eum, finitur, & dictam sententiam exequitur qui dixit, quòd iam iurisdictionem exercere cœperit, & caussam cognôrit incognitam iudici, qui marito ius dicit. Quod generaliter de cœpta lite, ante mutatũ, forum obseruari, ait Vlpianus, & alibi Marcellus.[b] Quod ait, Quoties, &c. superiorem Caij cõmentarium determinat, & ex ijs quæ ad eum locum scripsi intelligitur.[c] Quadringentos aureos

a. l. mulieres. C. de dig. lib. 12.
b. l. vbi ff. de iudi.
c. l. si idẽ. ff. eo.

peto

peto, quamuis tu trecentos tantùm debeas: apud defensorem ciuitatis malè ago: quòd quantitatem intentionis spectemus, non eius, quod deberi pòst constiterit. Nam è contrario, si quadringentos debeas, trecentos coram defensore rectè petam: quæ summa, eius iurisdictionem non excedit.[d]

L. XX. PAVLVS *Lib. 1. ad edictum.*

Extra territorium ius dicenti, impune non paretur. Idem & si supra iurisdictionem suam uelit ius dicere.

Territorium vniuersitas est agrorum, intra quos magistratus ius terrẽdi habent:[a] quæ & iurisdictio metonymicῶς interdum appellatur.[b] Ergo Præfectus vrbi extra centesimum lapidem: Proconsul, vel Præses extra prouinciam, frustrà ius dicit: licet extra territorium suum, possint iubere iudicare in territorio.[c] Sed etsi defensor (exempli gratia) de quadringẽtis aureis velit ius dicere, impunè non paretur: quia manifestè iurisdictionis modum hæc summa egreditur:[d] Quod vsqueadeò verum est, vt nec in trecentis quidem aureis sentẽtia ab eo dicta valeat. Excessit enim modum suæ iurisdictionis. Nec ad rem pertinet quòd in maiore summa minor insit, vt de trecẽtis ius dixisse etiam videatur: & quòd vtile per inutile non vitietur.[e] Coercetur enim magistratuum conatus, qui præscriptum sibi modum excedunt:[f] in contractu, consensus, minoris summæ negocium confirmat.[g] Porrò ex territorij suprà scripta descriptione, & varia iurisdictionis appellatione constat quid respondeamus quæstiunculæ, An iurisdictio cohæreat territorio.[h] Nam iurisdictio, id est potestas publica iuris dicundi, personæ est, vt Principis, & magistratus:[i] territorium tamen habere non videtur, nisi qui iurisdictionem intra fines agrorum exercere potest: quod ex verbi descriptione colligitur. Non enim vniuersitatem agrorum demonstrat, sed eandẽ cum iurisdictione, id est potestate terrendi:[k] quo modo fideiussionis appellatio, stipulationem continet:[l] vt non iniuria iurisdictionem territorio inesse dixeris & cohærere, vt imperiũ iurisdictioni, vel iurisdictionẽ imperio.[m] Sanè vniuersitas agrorum, beneficium (quod feudũ Obertus vocat) prædium, fundus, & id genus verba iurisdictionem nõ comprænhendunt: & sine ea vẽdi possunt, quando nihil commune cum ea habeant.[n] Scio aliam rationem territorij appellationis Frontino, & Vrbico placuisse: sed ego consultos sequor.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Iurisdictio apud Gallos alia Regia est, Imperatoriæ ferè similis:[a] alia beneficiaria,[b] quæ ex moribus beneficiorum, & Imperatorum constitutionibus post Iustiniani seculum, descendit.[c] Nam beneficiorum quidem origo ex Ciceronis, Alexandrique temporibus repeti potest,[d] & ad Gratianum, Honorium, Theodosiumque perductus is mos, ex Iustiniani legislatione constat:[e] sed de iurisdictione beneficiaria, & hæreditaria, adhuc mentio nulla prodita fuit. Regia iurisdictio, in magistratus Regios præsidales, & inferiores distributa est: quorũ illi vicarios à Rege accipiunt, hi sibi legunt quibus suam mandant iurisdictionem ferè.[f] Atque horum quidem omniũ quàm latè pateat iurisdictio, cùm ex alijs Regijs legibus, tum præcipuè ex Francisci edicto rescire licet.[g] Sunt & quibus in certas personas, vel de certis speciebus, iurisdictio à Rege datur: quę delegata appellatur non ordinaria, propterea (opinor) quòd intra fines territorij generaliter eiusmodi iudices non dicant ius, sed certis personis, & de rebus certis magistratuũ iurisdictioni ordinariæ ademptis.[h] Sed tamen quia semper creantur, non ad tempus vtilitatis caussa, ordinarij dici possunt. Nam Prætores qui de frumento, deque fideicommissis, vel tutelis tantùm, ius apud Romanos dixerunt: inter ordinarios, & magistratus habet Pomponius.[i] Eiusmodi sunt qui aulicis,[k] scholasticisque ius reddunt:[l] quiq; de fluminibus & syluis, de tributis & vectigalibus cognoscunt salarijs.[m] Sed & qui in venatores, milites, & vagabundos, aut de rebus marinis ius dicunt, eadem ratione iudices extraordinarij videntur:[n] quos tamen omnes ordinariam iurisdictionem habere, & suo iure, optima ratione dixeris.[o] Horum officium non tam latè patet atquè Vlpianus ait:[p] vt nec procuratorum Cæsaris, Prætorum fideicommissariorum, cerealium, ædilium curulium, &c. apud Romanos. Satis enim est ius dicentis officium latissimè pateat, & si non cuiuslibet: vel quod ait Vlpianus, regulare sit. Bonorum possessio ab intestato apud Gallos non datur, quod moriẽs superstitem cognatũ faciat possessorem, *le mort saisist le vif*. Secundum tabulas valet ad interdicendum, quorum bonorum, apud quos hæredes instituuntur: nisi apud Bituriges, vbi moriens trãsmittit in hæredem scriptum quoque possessionem patrio more. Vnde legitimi, & vnde cognati bonorum possessio intra statutum tempus cognoscenda videtur, apud quos *le mort saisist le vif*, in recta tantùm linea:[q] idque vt interdici possit Quorum bonorum.[r] Sed cõtra tabulas, & vnde vir & vxor, etiam ad acquirendã hæreditatem necessaria est.[s] In regionibus quæ moribus reguntur, ad coercendam contumaciam litigantium, iudices in possessionem mittere, ex priore, aut posteriore decreto non solent: sed perfecta ritè cõtumacia ius dicitur, &c.[t] Tutores dant Regij iudices pro sua iurisdictione: præsidales quidem nobilibus pupillis, & adolescentibus: inferiores verò plebeijs.[u] Iudices dare litigantibus magistratus Regij possunt, & horum vicarij: criminalia tamen negocia ipsi dirimunt,[x] quæ mandata vicarijs iurisdictione transferũtur: nimirum ab ijs qui suos ipsi legatos, vicariósve legunt.[y] Præsidales enim nõ designant suos legatos.

d. vt hic. & autent. de defensio.
a. l. pupillus. §. de verb. sig.
b. l. si quis ex. §. de iudi.
c. l. fi. § de off. præf. vrb. l. 2. §. de offi. procõ. l. 3. de off. præsid.
d. d. autent.
e. l. 1. §. de ver. obl. c. vtil. de reg. iur. in 6.
f. vt hic. & l. si idem §.
g. d. l. 1. §. de verb. obli.
h. Bar. l. 1. sup.
i. l. more. §. eo. & l. seq.
k. d. l. pupill.
l. l. sciendum. §. de verb. ob. §. fin. insti. de fideiuss.
m. l. 1. §. de off. e. l. 3. supr. eo.
n. in vsib. feu. de Vass. qui feud. vendi. sicur.

a. Francis. *des iuges.*
b. idem consti seq.
c. in vsib. feu.
d. Lampri. in Alex.
e. l. 2. & 3. C. de fun. limit. l. õnes. C. de fund. patr. Cicer. epi. 79.
f. not. sup. de Off. e.
g. *des iuges.*
h. Caro. 5. 2. Francis. *des aydes.* 3.
i. l. 2. § de ori.
k. Carol 5. 2.
l. Ludo. 12.
m. Francis. *des eaues, des aydes, & des gabelles.*
n. idem.
o. Caro. 5. 2.
p. l. 1. sup.
q. Brian.
r. l. fin. C. qui admitt. l. 1. C. quor. bo. l. 1. §. eo.
s. Io. Fab. §. cũ igitur inst. de bo. poss.
t. Francisc. de breuia. lit. 14.
u. Idẽ. *des iuges.*

x. Io. Fab. auten. ad hæc. C. de iud. Francis. de breuia. lit. 144.

y. not. sup. de Off. e. & sup. de Off. procon.

legatos: vt præfecti aquatum, & syluarum, *les maistres des eaues & forestz*: [z] & iudices tributarij, & salarij *les esleus & greneters*, &c. [a] Merum mistumque imperium iudices præsidales, præfecti ciuitatibus, & casteliani habent: de omnibus tamen caussis meri, vel misti imperij non cognoscunt singuli, sed de ijs quæ eis lege Regia adscriptæ sunt nominatim. [b] Ex legatis sanè præsidalium magistratuum, alij ciuilem, alij criminalem duntaxat iurisdictionem exercent. [c] Constabularius, & magistri militum, atque horum legatus, in basilica Parisiensi ad mensam marmoream, vtriusque imperij caussas sibi attributas cognoscunt: [d] Præfecti à magistris militū, & horum legati, in cōcutientes plæbem milites, & in plæbeios venatores: [e] aquarum syluarumque præfecti, in eos qui contra leges Regias quid in his rebus admittunt: iudices salarij in vectigalia salaria fraudantes, criminum executionem habent: vti marinis rebus præfectus. [f] Tributarij, & scholastici iudices, cum libellorum magistris in basilica Parisiensi ius reddentibus, ciuilem examinationem magis exercent: [g] qui tamen & incidentem criminis quæstionem possunt dirimere: vti contrà præfecti à magistris militum, incidentem ciuilem. [h] Nam aquis, salinis, & mari præfecti, ciuiliter constituunt iudicium. Porrò meri imperij, & misti, id est iurisdictionis iure magistratus competentis exacta differentia, apud Gallos ferè necessaria non est: quando omnes caussæ, apud hos mandentur, etiam capitales: [i] atque adeò generaliter mandata à Regio iudice (quem subalternū vocant) iurisdictione, transeant in vicarium. In regionibus tamen iuridicialibus, mandata generali iurisdictione, non transit merum imperium: quod apud Britanniam obseruari didicimus. Et ijs quæ misti sunt imperij, ea quæ imperij magis sunt quàm iurisdictionis, magistratus municipales apud Galliam non cognoscent: nisi more, vel priuilegio id eis datū sit. Apud Bituriges enim magistratus municipales *le maire*, de criminibus ciuium, & incolarum pronunciat, rogatis decurionibus, caussidicis, ciuibúsque, ordine sententias dicturis. [k] Sed & misti imperij quædam, quæ magis sunt imperij quàm iurisdictionis, partim à foro recesserunt penitus, vt mittere in possessionē bonorum contumacis: partim Reges sibi adscripserunt, vt restituere in integrum. [l] Edictum de albo corrupto, Galli ad leges Regias, & mores regionum producent. Hæc enim perpetuæ iurisdictionis caussa, in præfecturis prætorianis, & alijs iurisdictionibus asseruantur recitata, euulgata, & in acta præfecturæ relata. [m] Idem de arestis præfecturarum dicēdum, si quando proponantur in chartis ad columnas proscripta. Nam magistratus alij apud nos, edicta perpetua non possunt suo iure proponere: vt nec hodie apud Romanos. [n] Familia planè seruilis apud Gallias, album corrumpere non potest, sed ascriptitia familia potest. Licet enim serui dicantur (vt apud Meldenses & Aruernos) manu mortua homines, siue fundo tamen quem colunt, non abalienantur: [o] & liberi his succedunt, & rerum domini sunt: [p] sed tamen nisi singulos defendat dominus, corpus torquendum est: vel nisi quinquagenos aureos ipsi depēdant. Contrà si damnum ascriptitij iniuria dederint, vnius nomine dominus præstabit quantùm liber præstaret: etsi ascriptitios noxæ dedi non oporteat. Cur enim si inopia laborent, ex vno delicto tota familia torqueatur, si dominus quinquaginta aureos prǽstet? [q] Vt taceā in vniuersum pœnas legales damni, furti, &c. à foro apud nos recessisse. [r] Iudices Regios reijci, recusarívе posse, nō solùm quòd sibi, vxori, &c. velint ius dicere, sed alijs de caussis, ex iure Gallico constat. [s] Apud auditores castelli Parisiorum ad vicenos francicos ritè agunt litigantes diuersis actionibus: licet coaceruatio earū, iurisdictionis modum excedat. [t] Idem in exequendis sententijs, appellatione sublata, dicendum vsque ad certam actionis quantitatem. [u] Mutuæ actiones, reconuentionésve, locum non habent apud Francos ferè. [x] Iudicare iubere apud nos Rex dici potest, cùm illustribus reis dat iudices: quam potestatem summæ curiæ Carolus. 7. ademit. [y] Magistratus Regios, qui consiliarios à Rege lectos non habent: quos ipsi sibi legunt ad iudicandum, subscribendúmve breuiculo, iudicare iubere non sine ratione dixeris. [z] Inter quos habentur præfecti à magistris militum, quibus quaternos iudices legendi potestatem, lex Regia dedit: & parendi necessitatem lectis imposuit. [a] Sed ea lege legatus præfecti (qui magistratus non est) iudicare etiam iubet: quod Vlpiani sententiæ non conuenit. [b] Apud Anglos, Scotosque (vti accepi) Prǽsides prouinciarū iudices reis sortiuntur eiusdem ordinis, conditionisque: à quibus reo iudicato, ipsi pronunciant, & sentētiam exequuntur. Apud Franciam, qui Regios consiliarios sibi assidentes non habent, eos sibi legere debent, qui triennium in foro suo versati sunt, quique tanquam suspecti meritò, reijci non possint: si fortè partium aduocati in ea caussa fuerint, &c. [c] Quos interdum cogere possunt magistratus, vt nulla mercede secum iudicent & intersint consilio. [d] Scio iurisconsultos, qui nec triduum quidem in foro versati sunt, adhiberi iudices: & qui Regios consiliarios habeant, alios sibi legere solitos. Quorum vtrumque hoc colore magistratus curāt, quasi fori sui caussidicis, & assessoribus tutum nō sit, qua de re agatur committere, ob iuris ignorationem. Sed ea in re cautio adhibenda erit, ne dum fauore partium id fieri simuletur, necessitudini concedatur eorum qui adhibētur: & litigantes grauioribus sportulis nequicquam onerētur. Magistratus Regij apud nos priuati non fiunt, nisi vel sponte sua abdicent se apud Regem, vel ob crimē abire magistratu cogētur: in quod tempus si contulerint iudiciū, euanescet iure Romano. [e] Regiæ iurisdictioni subditi, ritè se alterius Regij magistratus imperio subijciunt, quàm qui domicilio eorum prǽest: siue nominatim in quēlibet consentiant, siue generaliter in omnes Regios iudices, vel aliquot eorū. [f]

Qua

z. Philip. 10
a. Francis. des ayder.j & des gabell. 21. in 2. & des eaues. 76.
b Francis. des iuges.
c. Paris. Andega.
d. l. reg. ad fi. lib. 1.
e. sed hoc edictū in acta curiæ relatū non est.
f. Francisc. du fait de la marine, des aydes, & des eaues & forestz.
g. idem Lud. 12. & Caro. 5.
h. l. interdū. j. de Fur. l. Iolemus. de iudi. vbi not.
i. Io. Fab. autē. ad hæc. C. de iudi.
k. des iuges. 4.
l. Lud. 12. 46. Biturig. des prescrip. 2.
m. Lud. 12. 79
n. l. fi. C. de ll.
o. l. seruos. ne diutiùs. l. cū satis C. de agri. l. 2. C. in q. cau. col.
p. Trecen.
q. arg. l. illud. j. ad l. Aquil.
r. c. suam. de pœn.
s. Caro. 8. 54.
t. Ludo. 11. 37. & seq.
u. l. Reg. sur le styl. du Chastel.
x. Lud. 12. 81. Francisc. de bre. lit. in. j. constit. 6.
x. Paris. 75. Aruer. des oblig. 7.
y. 79.
z. Lud. 12. 93.
a. Francisc. contre les aduenturiers. 2. cōstit.
b. l. cum. supr.
c. Lud. 12. 93. & seq. & 87. & 43.
d. d. art. 93.
e. l. cum. supr.
f. Francis. des iuges. Britan. 10.

Qua in re Bartoli sententiam eleuamus, qui exemplo compromissi, incerti agendum credidit, si non stetur sententiæ iudicis: in quem litigantes consensere. [g] Nam lex Regia liberum esse voluit actori, apud vnum ex iudicibus quemlibet agere, quibus reus se subiecit, submisitve contrahendo, *qu'on appelle submission, & prorogation*: in quo si erretur, consensus interuenisse non videbitur. Sunt tamen caussæ præsidalibus iudicibus specialiter attributæ, quæ consensu partium ad inferiores iudices non pertinent: sed in alios præsidales transferuntur. Vt contrà quæ à præfectis ciuitatum, & castellanis priore iudicio disceptantur, ad alios tam superiores, quàm æquales iudices, litigantium consensu transeunt. Vniuersam iurisdictionem mandãt præfecti à magistris militum, ciuitatum præfecti, & castellani: & merum imperium etiam transferunt. [h] Edictum tamen Regium in acta curiæ Parisiensis relatum accepimus, quo præfectis ciuitatum ea licentia nuper ablata est: quibus vicarios legatósve, Rex posthac designabit, vt præsidalibus magistratibus. Apud quosdam omnem iurisdictionẽ, quæ iure magistratus competit, Regij magistratus mandant licet Regios vicarios habeant. [i] Sed & vnius caussæ iurisdictionem mandandi, iusta caussa erit apud nos, suscepta ante magistratum alterius litigantium aduocatio. [k] Extra territorium ius dicenti impunè non pareri, Ioãnes Rex constituit: [l] supra suam iurisdictionem verò auditores castelli Parisiensis ius dicunt, si quãdo supra vicenos Francicos iudicent. [m] Et hæc de iure Gallico ad Regiam iurisdictionem pertinente, ordinem capitulorum huius tituli secutus, in hunc locum conieci. De hoc argumẽto plura ad superiores titulos adnotata, obseruabit iuris Gallici studiosus, quæ repetenda mihi non fuerunt. Illud obseruandum est Regem Francũ iurisdictionem quidem suam regno accedentem, in hæredem transmittere: vt aliquando Cæsares à Carolo Magno, ad Othonem tertium. [n] Magistratus verò Regij hæreditariam iurisdictionem sub Rege nõ exercent, sed prorogatur ferè quoad viuunt: Romani magistratus cõtrà vel certo tempore honores gerebant, vel misso successore, ponebant imperium. [o] De iurisdictione beneficiaria nunc subijciam separatim ad hunc titulum pertinentia. Ea perpetuis beneficijs, & hæreditarijs, iure Lõgobardico, & Gallico more accedens, ad hæredes beneficiarios, & agnatos, ordine successorio trãsit: [p] vt Regia ad Regios successores, lege Salica. Huius iurisdictionis domini exemplo Cæsarũ, & Regũ, ius sibi dicũt, [q] & magistratus creãt apud Gallos: qui vt Imperatorij, & Regij magistratus, tẽporariã, nõ hæreditariã iurisdictionẽ sub Ducibus, Comitibus, Subcomitibus, Baronibus, castellanis, &c. exercẽt. Hæc iurisdictio nõ tã latè patet atq; Regia, quòd quædam sunt Regi specialiter attributa, quæ beneficiarijs nõ cõpetunt. [r] Neq; omnes Regij beneficiarij, parẽ inter se iurisdictionẽ habẽt: sed alij maximã, alij minorẽ, siue mediã, alij minimã exercẽt: *haulte, moyenne, basse iustice*. Qui maximã iurisdictionem habent, merum imperiũ & mistũ exercent: [f] vt apud quosdã, qui habent mediam. [t] Vnde apparet merum imperium apud eos dici non posse *haulte iustice*: vel mistum imperium *moyenne*: quod à nobis suprà probatur. [u] Mos Pyctonum ad Bartoli commẽtaria proximè accedit: quem errorem (opinor) sequuntur, apud quos pactus mos iurisdictionis genera memorat, quæ cui species adscribantur, non exprimit. [x] Quantitas iurisdictionis in multis dicendis, & actionibus iniuriarum, moribus quibusdam præscribitur beneficiarijs: vbi coaceruatio actionum notionem nõn remorabitur, ex Caij sententia. [y] Et quoniam iurisdictio beneficiaria, dominorum facultatibus annumeratur: [z] non possunt subditi eiusmodi iurisdictioni domino inuito, vel in magistratum Regium, vel in alterius dominicæ iurisdictionis iudicẽ, vltrò consentire: [a] ideo dominus iurisdictionis cui domus subdita est, quam reus habitat, ad suum forum, nunc ante litem contestatam, nunc etiam pòst, transferri ritè postulat. [b] Illud tamẽ obseruatur, vt si quãdo ad iudicem Regium euocetur, non possit ipse domum, seu ad proprij domicilij iudicem reuocare: sed dominum quoque, vel eius fiscalem procuratorem subscribere, seque adiũgere oporteat. Contrà coram alio iudice quàm Regio conuentus, sine adiuncto domini procuratore, domum reuocet. [c] Et suprà scripta quidem de non consentiendo in alium iudicem, inuito iurisdictionis domino, à ratione iuris aliena non sunt. Nã Turcæ, vel alij barbari, Cæsarem, inuito Rege suo, iudicem non eligunt: aut subditi Cæsari, Regem Francum, vel contrà. Qua ratione Rex Francus constitui ne laici, inuito se in iudicem, pontificium consentiant. [d] Est enim omnis iurisdictio, ad dominum quod attinet, in fructu: quo inuitus defraudari non debet. [e] Quamuis ex Cæsaribus quidã, hoc pontificibus: vltrò concesserint. [f] Igitur vt Principi subditi, in quẽlibet eius iudicem consentire possunt, [g] non in alium Principem, vel eius iudices: ita dominorũ inferiorũ beneficiariæ iurisdictioni subiecti, in quoslibet eius iudices ritè consentient, nõ item in iudices Regios, vel aliorum dominorũ magistratus: ne dominus iurisdictionis, iure suo fraudetur. Sanè sine consensu litigatorũ eiusdem domini magistratus inter eos nõ cognoscũt, qui suę administrationi attributi non sunt. Quod si contrà fecerint iudices, impunè eis non paretur: [h] veluti si quis castellanus iudex Baronis, vel Comitis, ex alterius castelli iurisdictione ad dominũ suũ pertinẽte, ad suum forum euocet. Sed hæc nunc satis: cùm præsertim suprà latiùs quædam ex his tractentur, [i] & alibi infrà attingenda sint sæpe.

g. l. si con. § l. die. j. de arb.
h. not. §. de offi. e.
i. Britan.
k. Ludou. 12. 94.
l. Io. 1.
m. l. reg. du Chastelet.
n. c. venerab. de elect.
o. not sup. de off. præfi. Cicer. 10 episto.
p. in vsib. feu. Tit. de cap q. cur. vend. & Tit. q. di dux.
q. Io Fab. C. de q. i su. cau.
r. Andeg. Pycton.
f. Pycton.
t. Senon.
u §. de off. e.
x. Britan. Biturig.
y. L. si idem. §.
z. Io. Fab. §. item ser. de Actio.
a. Io. Fab l. si qui ex. C. de episc. audi.
b. Ambia. 112. Aruer. 7. *des remiss.*
c. Aruer. 7. Tit. de remis. Amb. 112 Britan. 9. & 17.
oot §. de offi. præsid.
d de breuia. Lit. in prin.
e. l. id quod oostr. j. de reg. iur.
f. l. episcopale. C. de episc. audi.
g. l. est § co.
h. Caro 5. 1. Philip. 16.
i. §. de offi. e. & § de offic. præsid. & de off. Procon.

QVOD QVISQVE IVRIS IN ALTERVM *statuit, uti ipse eodem iure utatur.* Titulus II.

LEX I.

L. I. VLPIANVS *Lib.3.ad edictum.*



Hoc edictum summam habet æquitatem, & sine cuiusquam indignatione iusta. Quis enim aspernabitur, idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, uel dici effecit? Qui magistratum potestatémue habebit, siquid in aliquem noui iuris statuerit: ipse quandoque ¶ aduersario postulante eodem iure uti debet. Si quis apud eum qui magistratum potestatémue habebit, aliquid noui iuris obtinuerit: quandoque postea aduersario eius postulante, eodem iure aduersus eum decernetur: scilicet ut quod ipse in alterius persona æquum esse credidit, id in ipsius quoque persona ualere patiatur. Hæc autem uerba, Quod statuerit, qui iurisdictioni præest, cùm effectu accipimus, non uerbotenus: & ideo si cù uellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuerit: cessat edictum. Nam Statuit uerbū, rem perfectam significat, & consummatam iniuriam, non cœptam. Et ideo si inter eos quis dixerit ius, inter quos iurisdictionem non habuit: quoniam pro nullo hæc habetur, nec est ulla sententia: cessare edictum putamus. Quid enim obfuit conatus, cùm iniuria nullū habuerit effectum?

¶Idem Cice. lib.1.epist. ad Q. Fratrem epist.1.

L. II. PAVLVS *Lib.3.ad edictum.*

Hoc edicto dolus debet ius dicentis puniri. Nam si assessoris imprudentia ius aliter dictum sit, quàm oportuit: non debet hoc magistratui officere, sed ipsi assessori.

L. III. VLPIANVS *Lib.3 ad edictum.*

Si quis iniquum ius aduersus aliquem impetrauit, ipse eo iure utetur: ita demum, si per postulationem eius hoc euenerit. cæterùm si ipso non postulante, non coërcetur. Sed & siue impetrauit, & usus est iure aliquo: siue impetrauit, ut uteretur (licet usus non sit) hoc edicto punietur. Si procurator meus * postulauit, quæritur quis eodem iure utatur? & putat Pomponius me solùm: uti si hoc ei specialiter mādaui, uel ratum habui. Si tamen tutor uel curator furiosi, uel adolescentis postulauit: ipse hoc edicto coërcetur.

* aliàs impetrauit.

Idem aduersus procuratorem id obseruandum est, si in rem suam fuerit datus. Hæc pœna aduersus omnem statuitur, qui in edictū incidit: non solùm eo postulante, qui ab eo læsus est, sed omni qui quandoque experitur. Si is pro quo spopondisti, impetrauit ne aliquis debitor ipsius aduersus eū exceptione utatur: deinde tu in eo negocio in quo spopōdisti, uelis exceptione uti. nec te nec ipsum oportet hoc impetrare: etsi interdū * patiatur iniuriam si soluēdo debitor non sit. Sed si tu incidisti in edictum, reus quidem utetur exceptione, tu uerò non uteris: nec pœna tua ad reum pronittendi pertinebit: & ideo mandati actionē non habebis. Si filius meus in magistratu in hoc edictum incidit, an in ijs actionibus quas ex persona eius intento, huic edicto locus sit? Et non puto: ne mea conditio deterior fiat. Quod autem Prætor ait, ut is eodem iure utatur: an etiam ad hæredem hæc pœna transmittatur? Et scribit Iulianus non solùm ipsi denegari actionem sed etiam hæredi eius. Illud quoque non sine ratione scribit, non solùm in ijs actionibus pati eum pœnam edicti, quas tunc habuit cùm incidit in edictum: uerū & si quæ postea ei acquirentur. Ex hac caussa solutum, repeti non posse Iulianus putat. superesse enim naturalem caussam, quæ inhiberet repetitionem.

* aliàs patiaris.

L. IIII. CAIVS *Lib.1.ad edictum prouinciale.*

Illud eleganter Prætor excipit, præter quàm si quis eorum contra eum fecerit qui ipse eorū quid fecisset. Et rectè: ne scilicet uel magistratus dū studet hoc edictū defendere, uel litigator dū uult beneficio huius edicti uti, ipse in pœnā ipsius edicti cōmittat.

Extat

Extat hic edictum perpetuum apud Vlpianum & Caium,[a] in quo velut in cardine, totus titulus vertitur. Atque vtinam Iustinianus in cæteris titulis, qui ex commentarijs ad legem aliquam, S.C. vel edictum constant, eam nobis particulam legis, S.C. edictive reliquisset, quã consulti apud eum interpretantur. Nam cùm temporum iniuria, Pandectis saluis, leges, & edicta interciderint, nihilominùs diuinandum nobis est plærumque, quàm si Bartoli commentarij, sine Pandectis, ad quas scripsit, extarent. Vt taceã nõ magnopere humanioribus, opus fore Vlpiani, vel Pauli cõmentarijs, si leges ipsæ, vel edicta salua essent. Certè breuitas, munda elocutio, & concinna partium dispositio, mirum in modum iuuaret iuris studiosos: neque Vlpiani, & Pauli munus ab eo diuersum eis videretur, quod Bartolus, & Baldus obiuerunt: nimirum voces obscuriores interpretandi, & voluntatem conijciendi eorum qui leges, edictáque scripserunt, si quando verba vel latiùs vel angustiùs patère, videri possent imbecillioribus.[b] Inter doctiores id audirẽt, quod Cicero vitio vertit cõsultis veteribus, Quę in vna cognitione posita erãt, in infinita dispertiti sũt, &c.[c] Quid enim Vlpianus, Paulus, vel Caius, ad hoc edictum scribit, quòd eo diligẽter perlecto, atq; perpẽso, mediocris eruditionis, & prudentiæ viri, de iure huius materiæ consulti, nõ respõdeant? Indoctis nihil vnquam satis expositum est: quibus vel Sol ipse, tenebræ sunt. Et horũ quidem rationem habuisse mihi videtur Iustinianus: præsertim eo tempore, quo qualisqualis commentarius Latinæ orationis, oratione ipsa plausibilior habitus est, ob latini sermonis ignorantiam: vti patrum nostrorum memoria, Accursij, & aliorum qui ante quadringentos annos plùs minùs, ad Vlpianum, & Paulum rursus commentarios adscripserunt, commentarij ipsi, ijs quos interpretantur commentarijs, pręstare visi sunt. Qui quàm infœliciter hoc edictum cum prudẽtium commentarijs tractarint, huius ætatis censuræ relinquo æstimandum. Equidem de iure dicundo, de decretis, de litigatoribus accipienda non dubito, quę de statuendo nouo iure, obtinẽdo, vel impetrando, Prætor, & cõsulti scripserunt. Argutiores illi interpretes (si diuis placet) ad statuta ciuitatum, ad rescripta Principum, & priuilegia retulerunt: quasi verò alia ratione statutum, velut lex communis municipij, non teneat omnes:[d] vel Princeps non possit indulgere priuilegium, quod personam nõ egrediatur, vel rescriptum.[e] Vt omittam Principi à Prætore Romano legẽ latam non videri, sed magistratui, Principe inferiori:[f] & statuta nihilò magis à magistratu quàm à decurionibus, & ciuibus fieri.[g] At statuerit, Prætor dixit aiunt. Dixit, inquam, sed statutum pro lege municipali, verbum inauditum fuit Prætori, & consultis latius:[h] quò tamen respexisse illi putant, quòd ab Italis & Gallis ita appelletur. Statuere verò nouũ ius, vel cõstituere in aliquem, magistratus latinè dicitur, cùm contra leges, vel qua in re desiderantur aduersus cum aliquid decernit, & ius dicit: quod statutum, id est lex municipalis, dici non potest. Prætor in aliquem, & si quis, singulariter dixit: illi ad statutum commune spectant. Prætor apud eum, &c. ait (quæ verba ad eum qui ius dicit pertinent) illi ciuem apud magistratũ obtinere statutum coguntur dicere. Quæ interpretatio quàm congruat huic loco, ipsi viderint, cùm ijs qui eos nullo iudicio sequuntur: ne (scilicet) in maiores suos impij esse videatur, si vel latum pilum, ab eorum sententijs recesserint. Ego ad reliquam interpretationem pergo: quæ necessaria non erat, nisi illi effecissent, vt dedocẽdi à nobis essent, quos ipsi docuerũt. Ait Prętor, potestatémve. Synonymia frequens est apud consultos:[i] (quamuis potestatem habere cui mandata sit iurisdictio etiam dixeris) quibus magistratus, potestas, imperium, & honorem ipsum, & personam gerentem demõstrant:[k] quæ ambiguitas ex loco cõijcitur atque explicatur. Ait, noui iuris. Ius est, & quod commune est, vt lex, plæbiscitum, &c. & quod personale est, vel ad hæredes etiam trãsit, vt pactum, & iudicatum, authore Cicerone.[l] Ius de quo hic agitur, par eidem dicitur, Victorino teste,[m] quod æquabile est inter omnes, id est nõ variè pro libidine cuiusq;, sed æquabiliter & eodem modo dicitur omnibus:[n] in eum præsertim qui tale ius vel dixit, vel dici curauit: quamuis sit contra leges dictum.[o] Mihi par, videtur latiùs dici Ciceroni, pro iure consuetudinis, quod nõ varietur gratia, vel alioqui, sed cõsetuetur æquabile inter omnes: cuius tamen hanc particulam Prætor edixit:[p] vt de pacto,[q] & iudicato.[r] Vnde parœmia ducta, vt puto, Par pari relatum. Ait Prætor, Quandoque. Aliquo tempore, quod quandocunque interpretes maluerunt dicere. Ait, aduersario. Hoc Vlpianus exponit, non solùm, inquit, eo postulante qui ab eo læsus est: sed omni qui quandoque experitur. Rationem reddit Prætor huius æquitatis, scilicet vt, &c. Accursius tamen, Bartolus, & plęriq; oẽs putarunt nõ pertinere pœnã ad eos cõtra quos nõ fuit impetratũ nouum ius:[s] sed ij peruertunt sentẽtiam edicti. Nã hic nõ eo postulãte in quẽ dixit: sed aduersario postulante Prętor ait, id est quicũq; postea aduersarius futurus est magistratui. Ait, Eodem iure. Siue actionẽ iuuet nouũ ius, vt in exẽplo Vlpiani:[t] siue nouã det actionẽ, vt ex pacto nudo:[t] siue nouam exceptionem, vt compensationis in eo quod non liquet, &c.[u] Verba si quis, statuerit, Postulante, ipse, &, eum, Vlpianus & Paulus satis declarant.[x] Verba tamen Vlpiani interpretes in quibusdam locis peruertunt. Ne aliquis debitor, inquit,[y] id est vnus quilibet, vt Titius: non autem ne vllus debitor, &c. Nam in aliquem, non in omnes, ius statuit magistratus decernendo, & ius reddendo: priuilegium in omnes nemini irrogare solet, sed solus Princeps.[z] Eodẽ loco legendum est Patiaris, non Patiatur. Satiùs enim est, & è re fideiussoris magis, excipere ex persona debitoris principalis, quàm vbi soluerit mandati agere:[a] si fortè soluendo non sit, pro quo fideiussit. Quod ait: Et ideo mandati actionem non habebis: sic accipe. Si debitor pro quo spopõ-

n disti,

a. l.j. et fi.
b. l. si quis. ĩ. de iurisd. l. j. ĩ. de exer. l. prospex. inf. qui & à quib.
c. de ll. libr. 3.
d. ĩ. ad mu. & de incol.
e. l. j. ĩ. de cõstit.
f. l. nam. ĩ. de arb. l. j. C. de Senatusc. l. formã. C. de offi. præf. præt. orr.
g. ĩ. de decre. ab ord. l. quod maior. ĩ. ad mu.
h. vid. l. 4. ĩ. de sep. viol.
i. l. eum. ĩ. de iurisd. l. j. repe mod.
k. l. 2. ĩ. de Orig. iur. Cice. de ll.
l. in Rheto.
m. lib. 2. Rhe.
n. Cice. ad Q. fra. epi. j.
o. d. lib. 2.
p. vt hic.
q. ĩ. de Pact. l. iurisg.
r. ĩ. de re iud. l. ait.
s. hic. l. 3.
t. l. legem. C. de pact.
u. l. fin. C. de compen.
x. hic. l. j. a 2 & 3.
y. d. l. 3.
z. ĩ. de const. prin.
a. l. & hæred. ĩ. de pact.

disti, exceptionem habuit, qua tu culpa tua vti nō potuisti, & soluisti: meritò nō habebis mādati actionē aduersus debitorē, qui se defendere potuit exceptione. [b] Ait, Non solùm ipsi denegari actionē, id est fideiussori. Obserua ex hoc edicto exceptionē denegari, & actionē, pro modo nouè impetrati iuris, vel statuti. Sed cur in hæredē pœna transit? An non ꝙ pœna eiusmodi sit, quæ ad hæredē transire solet, vt exceptio negata, vel actio? Quæ enim decessori nō datur, ad hęredem ex eius persona nō solet pertinere. Estq; æquabilitas quædam in iure dicendo magis q̃ pœna. Quid si actio ex nudo pacto intentata fuit? An aduersus hæredem quoq; ex pacto nudo agere posteà licebit? Et puto hic quoq; cùm in eo quis coërcetur, quod ad hæredem transire solet, pœnā ad hæredē transire: quæ mera pœna non videtur ad hæredem relata: quando actionem in decessorē cōpetentem quasi ex contractu, is excipiat. Vt taceam ꝙ ex delicto hæc pœna non descēdat, sed dolo, vel culpa, quod delictum propriè nō dicitur. [c] Ait Vlpianus, Ex hac caussa solutū. Hæc ad propositā speciē de exceptione ita accōmodabis. Si enim obtinueris ne debitor exceptione vtatur aduersus te: & ei posteà soluas quod debuisti, nō poteris repetere tanq̃ indebitū, licet exceptionē habueris. Superest nāq; caussa naturalis, id est obligatio qua teneris: & exceptio quę tibi cōpetebat, nō dat repetitionem, propter caussam naturalē huius edicti. Quāobrē si ex pacto nudo solueris, postquā incidisti in hoc edictū, nō poteris repetere: quia naturaliter ex hoc edicto teneris: quod latis est ad impediēdā condictionē. [d] Ex caussa ergo huius edicti solutū repeti nō potest, licet alioqui ciuiliter nō debeatur: vel si debeatur, exceptio tamen perpetua cōpetat. [e] Nisi mauis fideiussori solutum ex caussa mandati, nō repeti, vel potiùs quod solutū est cui actio denegari potuit ex hoc edicto. Statuerit verbum in hoc edicto, licet futurū sit, rem tamen perfectā significat, vt præteritū statuit, vnde formatur: vt alibi voluero, & propositum erit, &c. [f] Videtur autē Vlpianus coangustare voluntatē Prætoris intra verbi significationē, quod dictum ius nouum demonstrat. [g] Quā interpretationē voluntatis restrictiuā appellant. Sed cur hic similiter nō puniatur conatus? cū præsertim per magistratū nō stet, quominùs iniuriā perficiat? [h] An quia dolus, quo dānū non datur, in leuioribus negocijs, nemini noceat: & ideo pecuniariè coercēdus nō sit? Cōtrà in grauioribus delictis priuatis, vel criminibus, negligendus nō sit conatus, qui mali exēpli sit? In illis enim dolo dānū datū, pecuniariè coercetur: in his solus dolus punitur, ꝙ delicti, nō damni ratio habeatur. [i] Sufficit tamē datū per sentētiā dānum esse in hac specie, etsi eo iure quis nō vtatur: [k] vt furtum semel admissum esse, etsi illicò furem pœniteat facti, & rem restituat. [l]

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Si à magistratu qui Principi paret, moratoria exceptio impetretur, ius nouum dictū erit apud Gallos: vbi solus Princeps hoc genus dilationis indulget, quod *respit* vocant. [a] Ea præscriptio apud alios cōceditur in annum, bienniū, trienniū, quadriennium, quinquenniū: apud alios in annū, triennium, & lustrū: [b] apud alios in annū & quinquenniū, [c] quā *quinquenelles* dicūt. De ea magistratus Regij cognoscūt, à quibus nullo interiecto medio, suprema curia prouocatur. [d] In hoc iudicio de veritate precum non quæritur, sed in quibusdam speciebus, impetratū in hoc rescriptum, nō admittitur moribus: [e] nec nisi vocatis creditoribus, qui de ea re cognoscit, secundū rescriptū ius dicit: vti quinquennalis dilatio solutionis, sine consensu maioris partis creditorum, dari nō solet: idq; Regio indultu nominatim cauetur. Et hæc à ciuili Romanorū iure haud multū discrepant: [f] quo quinquennij prorogatio indulgetur, ne debitor ad luctuosam bonorū cessionē cōpellatur: idq; creditorum consensu: quod in cæteris dilationibus expressum nō est. [g] Alterū exēplū noui iuris est apud Galliā, si magistratus ex iure Romano, vti possidetis interdicenti, momentariā, fiduciariamq; possessionē addicat, aduersus cognatū vniuersæ Galliæ ius adducentē, *le mort saisit le vif.* Nā quod Bartolus de pignoratione personarū, rerúmve inter nos, liberosq; populos, vel Reges adducit (quas ille represalias, nos *marque* appellamus) huc nō pertinet. Etenim rebus ritè repetitis, aut alioqui postulato iure, si non obtineamus, bellum etiam iustè indicimus solenni more: [h] si verò iniuria pignoratio à Rege, vel ab alio quolibet permissa sit, neq; de ea postulantibus alterius ditionis hominibus, satisfiat: sui Principis authoritate, vindictā de quolibet Regis ditioni subiecto, rectè sumēt. [i] Sanè si Regius magistratus nouè pignorationē eiusmodi decreuerit, in subiectos Regiæ iurisdictioni, dubiū nō est quin iniquū ius dixisse videatur: vt quandoq; aduersario eius postulante, pro alio ipse simili pignoriscapioni obnoxius sit: quod Bartoli sentētiæ congruit. In rescriptis, & priuilegijs à Rege indultis, hoc edictū locum non habet: nisi magistratus, qui secundū hæc, ius dicit, iniquè decreuerit. Quid enim si contra ius, vel vtilitatem publicā rescriptum admiserit? quid si de precum veritate nō quæsierit? [k] An aduersario quādoq; postulāte, ex simili rescripto aduersus eū nō decernetur? Nam sine rescripto, magistratus idē ius in eum non dicet: quod Accursius, atq; Bartolus contrà tradidere. Non enim idē ius dicit magistratus, qui rescripti qualisqualis sentētiam sequitur, atq; is qui nullo rescripto similiter iudicat. Illud dubitabit nemo, si beneficiū indulserit Princeps, quod nemini noceat, vel noceat sed modicè, ad alias personas ex hoc edicto non pertinere: veluti si criminis gratiā faciat alicui, vel iure suo noua vectigalia concedat, [l] &c. Sed & priuilegia alijs nocētia Princeps indulget, quæ ex hoc edicto ad eos quibus nocent, nihil spectant: cuiusmodi sunt scholasticorum, aulicorumq; priuilegia, in pulsandis apud iudicē suū debitoribus. [m] Quapropter in specie apud Bartolū proposita, si

impetrasti

b. l. omnes. ͡j. de excep. l. ex persona. ͡j de fideiuss.
c. l. 3. ͡j. de cri. stel. instit. de perp. act. § j. l. 2. ṡ. not. l. 6. ͡j. de alie. iudi.
d. l. Iulianus. ͡j. de cond. indeb.
e. l. qui excep. ͡j. de cond. indeb.
f. l. si quis stip. ͡j. de verb. ob. l. si quis. ṡ. de iurisd.
g. hîc. l. j. in fi.
h. l. j. ͡j. de extraord. cri. l. si quis. C. de epi. & d. l. quisq. C. ad. l. iul. ma. l. qui. fal. ͡j. de fal.
i. l. si ͡j. de pri. deli. l. fin. ͡j. de fur.
k. hîc. l. 3. in princ.
l. l. qui in ea mente. ͡j. de furt.
a. Francis. des iuges.
b. Aruer. cap. 19. Borbo. 68 art.
c. Pyƈton. Biturig.
d. Francis. des iuges.
e. Biturig. des execu. 21. Borbo. d. art. 68.
f. l. fi. C. de. cess. bo.
g. l. quoties. & l. rescripta. C. de precib. impe.
h. 23. q. 2. dominus noster ͡j. de capt. l. posth.
i. d. cap. dominus.
k. l. & fi. C. si con. ius vel vtil.
l. l. pen. C. de precib.
m. 10. 1. Lud. 11.

impetrasti à Principe ius exigendi singulos solidos à ciuibus singulis, non ideo illi singulos solidos abs te petent. Quod enim Princeps suo iure concedit, etsi nouum ius sit, atq; adeò iniquum, ex hoc Prætoris edicto ad eos quibus nocet, non pertinet: sicut nec in Principē ipsum retorquetur: si magistratus Regius id decernit, eodem iure aduersus eum, & contra eum qui decretū obtinuit, decernetur ex simili caussa. Quod & in rescripto moratoriæ præscriptionis similiter locum habet:[n] vtcumque Bartolus hac quæstione defungatur.

n. vt hic

SI QVIS IVS DICENTI NON OBTEMPERAVERIT
Titulus III.

Ex inscriptione huius capitis, vt aliorum sub titulis præcedentibus, & mox sequentibus, constat verū esse quod suprà scripsi:[a] nimirum libro. 1 2. 3. 4. & 5. ad edictum, de iurisdictione, & de in ius vocando, commentarios reliquisse Paulum, & Vlpianum. Vnde ducitur coniectura, edicta perpetua de hoc argumento, in operis principio apud Sal. Iulianum extitisse.[b]

a. l. j. §. de sta. ho.
b. instit. de pœn. te. litig. §. fi.

L. I. VLPIANVS *Lib. 1. ad edictum.*

OMnibus magistratibus, non tamen Duumuiris, ¶ *secundum ius potestatis suæ concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio. Is uidetur ius dicenti nō obtemperasse, qui* ¶ *quod extremū est in iurisdictione, non fecit ueluti si quis rem mobilē uindicari à se passus nō est: sed duci eam, uel ferri passus est. Cæterùm si & sequentia recusauit, tunc non obtemperasse uidetur. Si procurator tuus, uel tutor, uel curator ius dicenti non obtemperauerit: hoc edicto ipse punitur, non dominus uel pupillus. Non solùm autem reum qui non obtēperauerit, hoc edicto teneri Labeo ait: uerumetiam petitorem. Hoc iudicium non ad id quod interest: sed quanti ea res est, concluditur. Et cùm meram pœnam contineat, neque post annum, neque in hæredem datur.*

¶ De hoc magistratu, Cicero in oratione. 2. contra Rullum.
¶ Sunt qui legunt, Quod est extremū.

Edicti perpetui quam Vlpianus interpretatur particulam, huiusmodi fuit. Si quis ius dicenti
» non obtemperauerit, in eum pro cuiusque iurisdictione, ei qui agere volet, apud eum qui ius di-
» xit, quanti ea res iudici videbitur, intra annum iudicium dabitur. Apud duumuiros ex hac caus-
» sa agere non licebit. Hæc Prætor. Vlpianus igitur, omnibus magistratibus, inquit, secūdum modum imperij sui, id est alijs maiore multa, alijs minore,[a] concessum est edicto Prætoris, iurisdictionē suam vindicare, dato in hoc pœnali iudicio: quod populare esse paulò inferiùs significat.[b] duumuiri tamen municipales, dare iudicium, & multam dicere ex hac caussa non poterunt. Non obtemperasse verò ius dicenti videtur qui quod extremum est, id est primum, vel vltimum in iure dicundo, non fecit, contempto ius dicentis imperio: vt si in ius vocatus non veniat, vt res mobilis ab eo vindicari possit:[c] licet non resistat quominùs animal, vt seruus ducatur, vel alia res quæ ambulare non solet, feratur, & sequestrò ponatur,[d] &c. Sed si ea quæ quod primum est in iurisdictione sequuntur, facere noluit iussus à iudice, nō obtemperasse eadem ratione dicetur: veluti si sequestro ponere rem controuersam iubeatur: nisi malis extremum esse vltimum, nimirum restituere rem mobilem vendicanti arbitratu iudicis: duci verò & ferri, manu militari.[e] Si procurator, vel tutor spreuit imperium ius dicentis, dominus, vel pupillus hac actione populari non tenetur: quia mandasse hoc eis nemo dicetur.[f] Non solùm autem reus ob cōtumaciam punitur hoc populari iudicio: sed etiam petitor qui rem vt diximus, mobilem vindicauit. Quid enim si cœpto iudicio abfuit, vel instrumentum exhibere iussus, contumaciter negauit? Hoc iudicium non concluditur ab eo qui agit populari actione, ad id quod abest iudici, vel quod adesse potuit: sed quanti ea res est, id est quanti ea contumacia, & iurisdictionis contemptus, æstimandus videbitur ius dicenti. Nam uerba, quanti ea res est, latiùs patent quàm Quanti interest.[g] Cùm igitur de re familiari non agitur hoc iudicio, sed de vindicta, & mera pœna, annale iudicium ex regula cognoscitur, quod in hæredem non transit eius qui contempsit ius dicentis imperium.[h] Ideo παραφραστικῶς verti Vlpianum, vt intelligat iuuentus, quantùm olei, & operæ, hoc loco interpretes perdiderunt. Multa quidem sunt remedia Prætoris in coërcendo nec obedientem litigatorem,[i] sed hoc edictum pœnalem actionem tantùm memorat, quæ datur agere volenti: pœna tamen in publicum danda est, vt ex lege Agraria, &c.[k] Pertinet autem hæc actio ad veram contumaciam, manifestumque imperij contemptum. Nam ob absentiam quamlibet rei, vel procuratoris, tutorisve, mittitur aduersarius in possessionem,[l] pignoribus captis absens reus coercetur, &c. sed hæc actio in eum datur qui contempsit manifestè iussum magistratus, vel alioqui ius dicentis. Quanquam multam dicere mero imperio, ad magistratus tantùm spectat, opinor, qui publicum iudicium habent:[m] quod neque procuratori Cæsaris, neque reipublicæ procuratori, vel defensori ciuitatis competit.[n] Sed quo pacto duūuiri coercebunt iurisdictionis suę contem-

a. arg. C. de mod. mul. l. 2. §. si q. in ius vo.
b. arg. l. si quis §. de iurisd. & l. si famil.
c. arg. d. l. 2.
d. l. 2. §. si ex nox. l. senat°. supr. de offic. præsi. l. ferri. §. de verb. sig.
e. d. l. qui test. §. de rei vēdi.
f. arg. §. j. int.
g. l. inter. & l. hæc verb. de ver. sig. l. nouiss. §. iud sol.
h. l. in hono. §. de actio. 4 §. de perp. actio
i. l j. infr. de vent. insp.
k. §. de ter. mo. l. fin.
l. l. eum qui. C. de procu. l. quoties. C. de dig.
m. l. 2. infr. de iudi.
n. C. de mod. mult.

contemptores? An non à competente iudice, dato iudicio vindicabitur iurisdictio, cuius fidem duumuiri, &c. in hoc implorabunt? [m] Nam mittere in possessionem, non possunt regulariter aut alioqui quæ magis imperij quàm iurisdictionis sunt, exercere. [o] Accusationem ex hoc edicto cõpetere, Bartolo non concedã: quod genus iudicij Pretores edicere non consueuerunt. De multa verò quæ imperio magis quàm iurisdictione dicitur, nõ potest accipi hoc iudiciũ: & quod ab ijs quibus publicum iudiciũ est, ea multa iudicatur, non item ab omnibus: [p] & quod conclusum iudiciũ ad id quanti res est, hic dicatur: quod officio mero ius dicentis non conuenit. Nec moueor quod pœna fisco, vel ærario potiùs quæratur. Nam procurator Cæsaris de pecuniaria caussa nõ cognoscit, nisi quæ peculiariter fisco ascripta sit: [q] quamuis condemnatione secuta, pœna ad fiscum pertineat, & actione iudicati iam apud procuratorẽ agatur, vt pœna ab alio iudice irrogata, fisco inferatur. [r] Nec ad rem pertinet quòd lite cõtestata, popularis actio creditorem faciat. Id enim ita accipi debet, vt alius eam actionem iam intentare populi nomine non possit, & vulgare præmiũ consequi. [f] Annum autem in hoc edicto, vt in alijs pœnalibus, vtilem esse accipiendũ scribit Accursius: [t] cuius opinionẽ Vlpianus iuuat. [u] Quod tempus in actione de dolo, & restitutionibus in integrum, ex vtili continuum factum est: [x] in interdictis, & pœnalibus iudicijs, transformatũ esse non constat. [y] Sed de annis diebusque continuis, & vtilibus quibus experiundi potestas est, pluscula alibi obseruabis. [z]

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Nihil à Romano iure Galli discesserunt in multa, pœnaque ob spretum iudicis mandatum irroganda: nisi quòd anni vtilis loco, continuus annus & dies vbique apud eos obseruentur: [a] veluti in interdictis, [b] & commẽtitijs actionibus statuto municipali introductis. [c] Popularis quoque actionis petitionem, procurator Regius sibi vendicat: cuius officium à Cæsaris procuratoris munere diuersum, suprà memini. [d] Nã ius ipse non dicit, sed in foro apud Regios iudices præstò adesse, & postulare per aduocatum fisci debet, [e] si qua multa dicenda sit, quæ fisco inferenda videatur, &c. Quo officio & aliorum dominorum procuratores, in beneficiarijs iurisdictionibus fungi solent. In quibusdam regionibus tamen solus est procurator, qui ipse Regis, vel domini nomine postulat, & priuatis delatoribus adiunctus intẽtionem eorum exequitur: aut principalis est delator, litigatorve. [f]

DE IN IVS VOCANDO.

Titulus IIII.

Cognita ius dicentium iurisdictione, cõsequens est vt de vocando in ius dicatur: quippe cùm in ius, ad eum qui ius dicit vocandus sit, qui cum nobis cõtentio ineunda est. [a] De ea re perpetuũ edictum extitit, quod consulti interpretantur: pro quo tamen Iustinianus commẽtaria ferè nobis reliquit. Prima eius edicti parte, quosdam in ius vocari prohibuit: [b] secunda alios nõ nisi venia impetrata permisit: [c] tertia de domo in ius vocari vetuit, nisi &c. [d] quarta iudiciũ dedit pœnale in eos qui sine venia in ius vocarint, quos venia impetrata licet, [e] his verbis. Magistratũ qui imperiũ habet, pontificem dum sacra facit, quique propter loci religionem inde se mouere non possunt, quíve equo publico trãsuehitur, qui vxorem ducit, quæve nubit, iudicem dum de re cognoscit, qui apud Pretorem caussam agit, aut funus familiare ducit, iustáve mortuo facit, vel cadauer prosequitur, quiq; litigandi caussa necesse habet in iure, vel certo loco sisti, furiosos, infantes, impuberes puellas alieno iuri subiectas ne quis in ius vocet. Parentẽ, patronum, &c. De domo sua nemo extrahitor néve vocator in ius. In eũ qui aduersus ea fecisse dicetur, quinquaginta aureorum iudicium dabo.

L. I. PAVLVS *Lib. 4. ad edictum.*



N ius uocare, est iuris experiundi caussa uocare.

In ius vocare est ad locum in quo magistratus consistit ad ius dicendũ, vocare: [a] & interdũ in quo etiã iudex consistit ad iudicandum. [b] Hoc loco tamen Paulus ad id, quo debetur nobis aliquid, ius respicit: vt ius experiri dicamus, qui hoc agit, vt sciat an ius sibi competat. Vocare autẽ absentem dicimus, [c] citare etiam præsentem, vt ad nomen si adsit, respondeat. [d] Qui igitur præsens est, per viatorẽ vocandus in ius non est, sed citandus mouendusq; vt se defendat: cui tamen dilatio indulgenda est, si postulet, deliberandi gratia. [e]

L. II. VLPIANVS *Lib. 5. ad edictum.*

In ius uocare non oportet neq; Consulem, neque [¶] *Præfectum, neq; Prætorem, neq; Proconsulem: neque cæteros magistratus qui imperium habent, qui & coërcere aliquẽ possunt, & iubere in carcerem duci. Nec pontificem dum sacra facit. Nec eos qui propter loci religionem inde se mouere non poßunt. Sed nec eum qui equo publico in caußa publica trãsuehitur. Præterea in ius uocari nõ debet qui uxorẽ ducit, aut eã quæ nubit.*

nec iu-

n. arg. d. l. 2. ĵ. si quis in ius vo. c. ĵ. de off. ordi.
o. l. ea quæ. ĵ. ad mu. l. 4. de dam. infect.
p. d. l. 2. ĵ. de iudi. & C. de mod. mult.
q. l. nec. ĵ. de off. procon.
r. l. 2. & 3. C. vbi. cau. fis.
f. l. si cui. ĵ. de verb. sig. l. edicto. de iur. fis.
t. §. ĵ. de perp. actio.
u. l. ĵ. ĵ. si mulier ventr.
x. l. fin. C. de dol. l. fi. C. de tempo. in integ.
y. gloss. l. annus. ĵ. de cal.
z. ad. l. anons. l. sciendum. ĵ. de ædil. edi. l. ité si cũ ĵ. q. met. l. ĵ. ĵ. de di. præscrip. l. ĵ. ĵ de vi ar.
a. Britan. tit. 14. art. 14.
b. Francis. de bre. lit. 58.
c. d. art. 14.
d. ĵ. de offic. proc. Cæs.
e. l. post legatum. ĵ. de his quib. vt indig.
f. Francisc. de breu. lit. 147. Caro. 7. 5.
a. §. fi. de pœ. tem. litig.
b. l. 2. 3. & 4. hîc.
c. d. l. 4.
d. l. plærique. & ll. seq.
e. l. quamuis. l. pen. & fi.
a. l. pen. ĵ. de iustit. l. 2. ĵ. ne q. eũ. q. in ius vo.
b. l. volunt. ĵ. de interr. actio.
c. Gell. lib. 13. cap. 12.
d. l. & post ĵ. de iudi.
e. l. 2. infr. de eden. l. ĵ. infr. de succ. edict.
¶ In hũc locũ Gellius libro 13. cap. 12. 13. & 14.

nec iudicem oportet dum de re cognoscit: nec dum quis apud Prætorem caussam agit: neque funus ducentem familiare, iustáue mortuo facientem.

L. III. CALLISTRATVS *Lib.1.Cognitionum.*

Vel qui cadauer prosequuntur. quod etiam uidetur rescripto diuorum fratrum cõprobatum esse.

L. IIII. VLPIANVS *Lib.5.ad edictum.*

Quiq; litigãdi caussa necesse habet in iure uel certo loco sisti: nec furiosos uel infantes. Prætor ait: Parentem, [¶] patronum, patronã, liberos parentes patroni patronæq; in ius sine permissu meo ne quis uocet. Parentem hic utriusque sexus accipe. Sed an in infinitum, quæritur. Quidã parentem usq; ad tritauum appellari aiunt: superiores, maiores dici. hoc ueteres existimasse Pomponius refert. Sed Caius Cassius usque in infinitum omnes parẽtes dicit: quod & honestius est, & meritò obtinuit. Parẽtes etiã eos accipi Labeo existimat, qui ĩ seruitute filios susceperũt. Nec tãtũ (ut [*] Seruius dicebat) ad solos iustos liberos pertinet: sed & si uulgò quæsitus sit filius, matrem in ius nõ uocabit.

¶ In hũc locum vide Platonẽ in Euthyphrone.

* aliàs Seuerus, in Flo.

Imperij est vocatio in ius, & coërcitio: [a] & omnes magistratus qui absentes in ius vocare possunt, imperiũ habent: [b] si non merum, certè mistum: quod vel magis imperiĩ est q̃ iurisdictio, vel magis iurisdictio q̃ imperiĩ. [c] Hoc loco tamen imperiũ pro eo vsurpari non sine ratione dixeris, quòd magis imperium q̃ iurisdictio est. Ex magistratibus, inquit Varro, alij vocationẽ habẽt: alij præhensionem, alij neutram. Vocationẽ habent, qui imperium habent, quique viatores habent, &c. [d] Ex quo loco apparet præhensionem perperàm vocationis appellatione contineri apud interpretes: qui vocationem in verbalem, & realem diuidunt. Sanè qui vocationem habent, ij etiã præhendere, tenere, abducere possunt: vocatio tamen à præhensione diuersa est. Nã præhendũt magistratus, & eos qui adsunt, & quos vocari iusserunt. De imperio Cõsulis, aliorumque magistratuum, suo loco dixi. [e] Sed cur magistratus in ius non vocantur? quia nimis quàm inciuile visum est, Prætori, quo anno gerunt honorem cogi, vel in ius ire, vel satisdare, aut alioqui cauere iudicio sisti, aut certè constituere procuratorem qui defendat. Id quod hoc iure necesse habuit, in ius vocatus. [f] Quare Bartoli sententiam non probo, qui hoc tempore vocari quidẽ posse ait, modò aliud tempus ad veniendum in ius, viator præstituat, vel iudex. Quòd verò ad præhensionem hunc locum refert, multò minùs placet: quando vocationis appellatione non contineatur. Sanè quò minùs diebus feriatis in ius vocemur, nulla lex vetat: modò alia dies in stipulatione iudicio sisti, ponatur, quo vocatus se sistat vt respondeat. [g] Non absimilis caussa est cur Pontifex, eques qui transuehitur equo publico (quod Galli *faire les monstres* vocant) & cæteri qui sequũtur, in ius certo tempore nõ vocentur. Ait, in iure, vel certo loco. Ius angustiùs accipi solet, vbi magistratus ius dicit: ideo adiecit, vel certo loco. Ait, vel infantes. Hic locus arguit apud Caiũ legẽdum esse, Neq; impuberes puellas. [h] Nam impuberes mares, qui fari possunt, cur ob noxã quæ in eam ætatem cadit, non vocentur in ius? [i] Quod de filijsfamiliarum accipe. Nam impuberes sui iuris, qui fari possunt, authore tutore vocantur: infantes defendit tutor. [k] Sed quid si puella impubes, quæ patriæ potestati subijcitur, delinquat? cũ patre agetur de peculio, nõ cũ puella: quod pudoris puellaris ratio suasit. [l] Ex contractu impuberũ pater nõ tenetur, nisi locupletius factum sit peculium. [m] Imputandũ enim est cõtrahenti cum impuberibus. Si quis aliam lectionem sequi malit apud Caium, cũ impubere agi posse alibi ita accipiet, cũ patre ex delicto impuberis. [n] Quomodo & serui teneri dicũtur, licet domini in ius vocentur. [o] Ait, vsq; ad tritauum. Cassij sententia obtinuit vt parentes, & liberi in infinitũ accipiantur in legibus, &c. nisi nominatim quibusdam gradibus quid præstent. [p] Nec Pauli sententia repugnat, qui specialia nomina parẽtes post tritauũ, & liberos post trinepotem habere negat: parentes, & liberos esse nõ negat. [q] Ait, qui in seruitute. Et hæc cognatio seruitus alibi dicta est, quæ in seruitute cõtracta: cuius in nuptijs ratio habetur post manumissos cognatos. Ante manumissionẽ nuptiæ inter seruos alia ratione prohibentur. [r]

a. l. j. & fi. ff. de offi. c.
b. Gell. lib. 13. cap. 12.
c. l. iubere. ff. de iurisd.
d. Gell. d. lib.
e. ff. de offic. consu. & tit. seq.
f. ij. tit. j. l. si verò ff. q. satisd. l. neque. ff eo.
g. l. de die. ff. q. satisd. cog. l. j. ff de Fer. c. fi. eo. vbi not.
h. l. neque ff. eo.
i. l. impu. ff. de fur. §. fin. de nox. l. nox ab. ff. eo. l. pupillum. ff. de reg. iur.
k. l. j. ff. de admi. tut.
l. §. fin. instit. quod cũ eo.
m. l. j. ff. de pecul.
n. l. impub. ff. de fur.
o. l. si quis. ff. de iurisd.
p. l. liberorũ. ff. de verb. sig.
q. l. fi. infr. de grad. dot. l. liberos. ff. de senat.
r. d. l. fi. instit. de cogn. ser. l. fi. de grad.

L. V. PAVLVS *Lib.4.ad edictum.*

Quia semper certa est mater, etiamsi uulgò concæperit. Pater uerò is est tantùm quem nuptiæ demonstrant.

Pater est, ad ius ciuile quod attinet, quẽ nuptiæ demonstrãt. Quare pater habetur plærũq; qui nõ genuit. cõtrà qui genuit nõ habetur: quia certus nõ est. [a] Mater ergo naturale nomẽ, pater ciuile est. [b]

a. l. filium. ff. de his. q. sunt su.
b. arg. d. l. fin. de grad. §. vulgo. inst. de succ. cog.

L. VI. IDEM *Lib.1.Sententiarum.*

Parentes uerò naturales in ius uocare nemo potest. Vna est enim omnibus parentibus seruanda reuerentia.

Sed quinam sunt parentes naturales, cùm pater non sit qui ex matrimonio non suscepit? Mater, auus maternus, &c.

L. VII. IDEM *Lib. 4. ad edictum.*

Patris adoptiui parentes impunè uocabit: quoniam hi parentes eius non sunt. cùm ijs tantùm cognatus fiat, quibus & agnatus.

a. l. cùm omnes. ī. de ado.
b. l. qui in adop. ī. de adop.

Nemo adoptare potest qui sui iuris non sit: [a] ideo si parétes habeat, ij agnati eius non sunt, cũ sit emãcipatus. Hos igitur vocabit in ius impunè adoptiu': cũ nõ sint coguati, nec parétes eius. [b]

L. VIII. VLPIANVS *Lib. 5. ad edictum.*

Adoptiuum patrem, quãdiu in potestate est, in ius uocare non potest, iure magis potestatis, quàm præcepto Prætoris: nisi sit filius qui castrense habeat peculium. tũc enim caussa cognita permittitur. Sed naturalem parẽtem, ne quidem dum est in adoptiua familia, in ius uocari licet. Patronum, inquit, Patronámue. Patroni accipiendi sunt, qui ex seruitute manumiserunt: uel qui collusiones detexerunt: uel si quis præiudicio pronũcietur libertus esse, cùm alioqui non fuerit: aut si iuraui eum libertum meum esse quemadmodum per contrarium, pro patrono non habebor si contra me iudicatum est, aut si me deferente iurauerit se non esse libertum. Sed si ad iusiurandum adegi ne uxorem ducat, ne nubat, impunè in ius uocabor. Et Celsus quidem ait, in tali liberto ius patronatus ad filium meum me uiuo non transire: sed Iulianus cõtrà scribit, & plærique Iuliani sententiam probant. secundum quod eueniet, ut patronus quidem in ius impunè uocetur: filius quasi innocens non uocetur.

a. l. lis. j. de iudi.
b. l. in om. ī. de adop.
c. §. minus. de hære. ab intest.
d. l. libertini. ī. de sta. ho.
e. l. ingenuũ. eo. arg.
f. l. pen. ī. de his q. sunt sui.
g. l. ait. & ll. seq. j. de iure.
h. l. si iurauero. j. de iur. pat. not. l. 2. j. de iureiur.
i. arg. l. lege. j. de rit. nupt.
k. l. qui cõtra. l. inf. de iur. pat.
l. Tit. quib. mod. feud. amit.
m. l. quisquis. C. ad l. Iuliã
n. l. emancipatũ. inf. de senat.
o. l. qui cõtra. & l. diu. j. de iur. pa.
p. arg. l. diuo. C. de quæst. l. 4. j. de iur. patr.
a. ī. l. 8.

Ait, iure magis potestatis. Coangustat interpretatione, voluntatem Prætoris. Nam licet generaliter vetet parentẽ vocari, hoc tamen de liberis accipi debet, qui in potestate non sunt. Qui in potestate sunt, Prætore etiam tacente, parentes in ius non vocant: quòd in potestate sint, & litem cùm parente habere non possint. [a] Quod permissu Prætoris etiã frustrà fit, nisi ex castrensi caussa. Ait, Ne quidem dum est. Pater adoptiuus dissoluta adoptione, pater esse desinit: [b] naturalis verò, etiam sublata patria potestate, natura pater manet. [c] Ait, Qui ex seruitute manumiserunt. Hi propriè patroni sunt: [d] qui verò sequuntur, benigniore interpretatione pro patronis habentur, accipiuntúrve magis quàm sunt. [e] Ait, præiudicio. Obserua præiudicium esse iudiciũ, quod aliud iudicium antecedit: vt alibi exposui. [f] Ait, aut si iuraui. Ex iureiurando datur actio, & exceptio: [g] & pro patrono accipitur qui iurauit libertum suum esse: nõ tamen succedit quasi patronus, &c. [h] Ait, Filius quasi innocens. Rationem huius sententiæ Iuliani eã puto, quòd ex edicto Prætoris, filio etiam viuente patre, reuerentia nominatim præstãda sit: nec de eo iure patronatus hic agatur, quòd non nisi patre mortuo, ad filium pertineat. [i] Cõtrà in successione receptum est, [k] quæ adempta patri, ad filium non transit, morte patris. Quapropter in beneficijs, more Longobardico id ius inualuit, vt ob crimen paternum, filius non careat beneficio, nisi in dominum pater deliquerit. [l] Tunc enim læsæ maiestatis exemplo, liberis nocet paterna noxia. [m] Similẽ legũ contrarietatẽ, alibi suprà nouè submoui. [n] Sed cur lex Aelia Sentia liberis patroni neget successionem: alia lex nõ neget ob delictũ patroni? [o] Et videndum est ne ex verbis legũ, quæ desiderantur, hæc ἀντινομία dissoluenda sit: quarum altera nominatim hæc pœna liberis imposita est, altera non æquè. [p]

L. IX. PAVLVS *Lib. 4. ad edictum.*

Is quoque qui ex caussa fideicommissi manumittit, non debet in ius uocari: quamuis ut manumittat, in ius uocetur.

Quia ante manumissionem, patronus non est. [a]

L. X. VLPIANVS *Lib. 5. ad edictum.*

Sed si hac lege emi, ut manumittam, & ex constitutione diui Marci peruenerit ad libertatẽ: cùm sim patronus, in ius uocari non potero. Sed si suis nummis emi, & fidẽ fregi: pro patrono non habebor. Prostituta contra legem uenditionis, uenditorem habebit patronum, si hac lege uænierat, ut si prostituta esset, fieret libera. At si uenditor qui manus iniectionem excepit, ipse prostituit: quoniam & hæc peruenit ad libertatem, sub illo quidem qui uendidit, libertatem consequitur: sed honorem haberi ei, æquum nõ esse, Marcellus lib. 6. Dige. existimat. Patronum autem accipimus etiam si capite minutus sit, uel

ſit, uel ſi libertus capite minutus ſit, dum arrogaretur per obreptionem: cùm enim hoc ipſo quòd arrogatur celat conditionẽ ſuam, nõ id actum uidetur, ut fieret ingenuus. Sed & ſi ius annulorũ accepit, puto eum reuerentiã patrono exhibere debere: quamuis omnia ingenuitatis munia habeat. Aliud eſt ſi * *natalibus ſit reſtitutus, nam* Princeps *ingenuum facit. Qui manumittitur à corpore aliquo, uel collegio, uel ciuitate, ſingulos in ius uocabit. nam nõ eſt illorum libertus, ſed reipublicæ honorem habere debet. Et ſi aduerſus rẽpublicam uel uniuerſitatem uelit experiri, ueniam edicti petere debet: quamuis actorem eorum conſtitutum in ius ſit uocaturus. Liberos, parentesq́ue, patroni, patronæq́ue, utriuſque ſexus accipere debemus. Sed ſi per pœnam deportationis, ad peregrinationem redactus ſit patronus, putat* Pomponius *eum amiſiſſe honorem: ſed ſi fuerit reſtitutus, fore etiam ei huius edicti commodum ſaluum.* * *Parentes patroni, etiam adoptiui excipiuntur, ſed tandiu quandiu adoptio durat. Si filius meus in adoptionem datus ſit, à liberto meo in ius uocari nõ poterit, ſed nec nepos in adoptiua familia ſuſceptus. Sed ſi filius meus emancipatus, adoptauerit filiũ: hic nepos in ius uocari poterit, nam mihi alienus eſt. Liberos autem ſecundum* Caſſium, *ut in parentibus, & ultra trinepotem accipimus. Si liberta ex patrono fuerit enixa, mutuò ſe ipſa & filius eius in ius nõ uocabunt. Sin autem liberi patroni, capitis accuſauerunt libertum paternum, uel in ſeruitutem redigi petierũt: nullus eis honor debetur. Prætor ait: In ius ſine permiſſu meo ne quis uocet. Permiſſurus enim eſt, ſi famoſa actio non ſit, uel ſi pudorem non ſuggillat, qua patronus conuenitur uel parentes: & totum hoc cauſſa cognita debet facere. Nam interdum etiam ex cauſſa famoſa (ut* Pedius *putat) permittere debet patronum in ius uocari à liberto, ſi eũ grauiſſima iniuria effecit, uel flagellis fortè cæcidit. Semper autem hunc honorem patrono habendum, & ſi quaſi tutor uel curator uel defenſor uel actor interueniat patronus: ſed ſi patroni tutor uel curator interueniat, impunè poſſe eos in ius uocari,* Pomponius *ſcribit: & uerius eſt.*

* Aliàs naturalib[9] in Flo.

* Aliàs patroni etiã parentes. & ita quoque Accus. legit.

Ait, Pro patrono non habebor. Quia in ſuperiore ſpecie, moram tantùm feci,[a] in hac fidem fregi ſeruo: in illa mea pecunia emi, in hac, pecunia ſerui. Ait, Manus iniectionem. Manũ iniicere, eſt ſine authoritate iudicis, rem ſibi vendicare: quæ conuentio in venditione mancipiorũ frequens fuit.[b] Sed qua ratione ad libertatem peruenit? Ex lege venditionis.[c] Ait, Dum arrogaretur. Libertus arrogatus à patrono, in ea familia iura ingenuitatis quidem conſequitur: ſed libertinus manet.[d] Quare ab extraneo arrogatus per obreptionem, Libertinus adhuc erit. Ait, Munia habeat. Id eſt ea munera obit, quæ ingenuorum ſunt: ſaluo tamen iure patroni.[e] Ait, Quamuis actor. Eccè actor vniuerſitatis ad agendum, & defendendum cõſtituitur: vt actor qui periculo tutoris, pupillarium negociorum adminiſtrationem ſuſcipit.[f] Ait, Ad peregrinitatem. Peregrini ſunt ἀπόλιδες id eſt qui ciues Romani non ſunt: ſiue nunquã fuerint Romani, ſiue pœna deportationis, aut alia, quę ciuitatem adimit, eſſe deſierint.[g] Hi ea habent quæ ſunt iuris gentium: ex quo iure agere poſſunt. Sed quæ meri iuris ciuilis ſunt, ea non habent, vt honorẽ patrono debitum, legitimas hæreditates, &c.[h] Ait, Capitis accuſauerunt. De hac ſpecie, legem veterem ſuprà memini.[i] Ait, Sine permiſſu meo, ne quis vocet. Iudex in ius vocare dicitur, & litigator.[k] Sed vtrum per viatoris miniſterium id ſemper fieri ſolitum ſit apud veteres, non iniuria addubites. Nam litigator ad præfectum deduxiſſe furem conſultus dicit:[l] qui loquendi modus frequens eſt apud comicos. Cõtrà reputanti viatores magiſtratibus in hoc fuiſſe videbuntur,[m] vt iuſſu magiſtratuum, per horum miniſterium, priuati in ius vocarentur.[n] Ait, Et ſi quaſi tutor. Libertus ſuo nomine patronum nõ vocabit, quocunque nomine is interueniat:[o] ſed tutorio nomine Libertus patronum vocabit, quia officij neceſsitas eum excuſat, nec tam ipſe, quàm pupillus vocare videtur.[p]

a.l.1.C.ſi mãcip. b.l. Titius. ȷ̃. de ſer. expor. c.§. quinimò. ȷ̃. de pact. & ſeq. d.l.ſciendũ.2. ȷ̃. de rit. nupt. e.l. pen. ȷ̃. de iur. aur. annu. f.§.fi. de curat. &. ȷ̃. quod cu. vniuer. g.l.1.C. de hære. inſti. h.l.quidẽ. ȷ̃. de pœn. & hic. i.l.adoptiuũ. k.vt hic Gell. lib.13. cap.12. l.l.interdũ. ȷ̃. de fur. arg. ȷ̃. ne quis eũ. q. m.l.fi. ȷ̃. de iudi. n. Gell. lib. 13. cap. 12. l fi. C. de exhib. re. not. ȷ̃. 1. tit. o. vt hic. p.l.quæſitum. ȷ̃. eo. arg. l aduerſus. ȷ̃. de inoffi.

L. XI. PAVLVS. *Lib. 4. ad edictum.*

Quamuis non adijciat Prætor cauſſa cognita ſe pœnale iudicium daturũ, tamen La*beo ait moderãdam iuriſdictionem: ueluti ſi pœniteat libertũ, & actionẽ remittat, uel ſi patronus uocatus nõ ueniat, aut ſi nõ inuitus uocatus ſit: licet edicti uerba nõ patiãtur.*

a l. 1. §. si q. ius di. b l. 4. §. quod quisq. l. pen. §. ne q. eum. c l. 4. §. q. quis. iur. &. d. l. pe.

Ait, Moderandam iurisdictionem. Iurisdictio hoc loci factum est,[a] id est cognitio, & pronunciatio in pœnali iudicio contra libertum. Ait, Actionem remittat. Quid enim obfuit vocatio sine effectu?[b] Est igitur interpretatio voluntatis, quæ verbis arctior est. Nam vocasse quidē patronum, dubium non est: sed ea vocatio iniuria caret, quæ effectum iuris non habuit.[c]

L. XII. VLPIANVS. *Lib. 7. ad edictum.*

Si libertus in ius uocauerit contra prætoris edictum filium patroni sui, quem ipse patronus in potestate habet: probandum est, absente patre subueniēdum esse filio qui in potestate est, & ei pœnalem in factum actionem, id est quinquaginta aureorum aduersus libertum competere.

a l. filiusfa. & l. in fa. §. de act. b l. fi. C. de bo. lib.

Actio per filium quæritur patri: sed tamen quibusdam de caussis filio permittitur experiri hoc iure.[a] Iure nouo ex aduentitia caussa filiusfamiliās sibi actiones quærit, licet pater agat.[b]

L. XIII. MODESTINVS. *Lib. 10. πανδεκτῶν.*

Generaliter eas personas quibus reuerentia præstanda est, sine iussu Prætoris in ius uocare non possumus.

a arg. §. affi. de nupt. l. 2. C. de vet. iur.

Lib 10. πανδεκτῶν. hæc scripta sunt à Modestino: quibus personæ quæ parētum loco sunt, vt socer, socrus, &c. adijci videntur Prætoris edicto superiori: ne hoc caput vacet.[a]

L. XIIII. PAPINIANVS. *Lib. 1. Responsorum.*

Libertus à patrono reus cōstitutus, qui se defendere paratus pro tribunali præsidem prouinciæ frequenter interpellat, patronum accusatorem in ius non uidetur uocare.

L. XV. PAVLVS. *Lib. 1. Quæstionum.*

Libertus aduersus patronum libellum dedit, non dissimulato se libertum eius esse, an si ad desideriū eius rescribatur, etiam remissa edicti pœna esse uideatur? Respondi. Non puto ad hunc casum, edictum Prætoris pertinere. Neque enim qui libellum Principi uel præsidi dat, in ius uocare patronum uidetur.

L. XVI. IDEM *Lib. 2. Responsorum.*

Quæsitum est, an tutor pupilli nomine patronam suam sine permissu Prætoris in ius uocare possit. Respondi, eum de quo quæritur, pupilli nomine etiam in ius uocare patronam suam potuisse sine permissu Prætoris.

a l. 4. §.

Ideo in ius vocatio, sine permissu Prætoris vetita est, quòd iniuria fiat his personis, si qualibet de caussa vocentur, & ducantur nisi caueant.[a] Quæ iniuria in defensione, & libelli porrectione supplicis, cessat: vt cum nomine tutorio patronus necessariò pulsatur.

L. XVII. IDEM. *Lib. 1. Sententiarum.*

Eum pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Item qui apud acta exhibiturum esse se quem promisit, & si officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur.

a arg. l. 4. §. sē- pup. l. bis ver. §. de adop.

Non refert vtrum cautio iudicio sisti, stipulante apparitore concepta sit, an alioqui apud apparitorem, priuato cautum sit: quanquā ex stipulatione officij, domino iurisdictionis quæritur, non priuato.[a]

L. XVIII. CAIVS. *Lib. 1. ad L. 12. tabularum.*

Plærique putauerūt, nullum de domo sua in ius uocari licere: quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit: eumque qui inde in ius uocaret, uim inferre uideri.

L. XIX. PAVLVS. *Lib. 1. ad edictum.*

Satisque pœnæ subire eum, si non defendatur, & latitet. Certum enim est quòd mittitur aduersarius in possessionem bonorum eius. Sed si aditum ad se præstet, aut ex publico conspiciatur: rectè in ius uocari eum, Iulianus ait.

L. XX. CAIVS. *Lib. 1. ad L. 12. tabularum.*

Sed etiam à uinea, & balneo, & theatro, nemo dubitat in ius uocare licere.

L. XXI. PAVLVS. *Lib. 1. ad edictum.*

Sed & si is qui domi est, interdum uocari in ius potest: tamen de domo sua nemo extrahi debet.

Qui

Qui in ius vocare permittit, ducere etiam permittit, nisi caueatur:[a] non tamen ingredi domum licebit ad vocandum nisi sponte aditum ad se præstet, vel ex loco publico cõspiciatur. Quo casu si non caueat, extrahere nõ licebit: sed edictis euocabitur, & mittetur aduersarius in possessionem bonorum eius: & tempore transacto vendere licebit.[b] Sed an domi criminosum præhendere, & abducere liceat? Et non puto posse, sed bona adnotari debent, &c.[c]

a.l. si verò. §. qui satis. §. ne q eum.in rub. b.l. cũ propo. C. de bo. au. iudi. c.§. de req. reis

L. XXII. CAIVS. *Lib.1.ad L.12.tabularum.*

Neque [*] *impuberes puellas quæ alieno iuri subiectæ sunt, in ius uocare permissum est. Qui in ius uocatus est, duobus casibus dimittendus est: si quis eius personam defendat, & si dum in ius uenitur, de ea re transactum fuerit.*

* Aliàs Neq; impuberes, neq; puellas, qui alieno iuri subiecti essent.

In principium huius capitis suprà dixi.[a] Ait, Eius personam defendat. Procurator extra iudicium constitutus, & fideiussor datus personam rei defendere dicuntur:[b] ideoque Cicero fideiussorem appellat vindicem.[c] Ait, Transactum Hoc latiùs apud Vlpianum infrà exponitur.[d]

a.l.4 §.eo. b.l.2. ex quib. cau §.4. sinau tẽ de satis.l.si verò.§.qui satisd. c.in Topi. d.l.2. si quis caut.

L. XXIII. MARTIANVS. *Lib.3.Institutionum.*

Communis libertus licet pluriũ sit, debet à Prætore petere, ut ei liceat uel quendam ex patronis suis in ius uocare, ne in pœnam incidat ex edicto Prætoris.

Obserua rem communem priuatorũ, ad singulos pertinere:[a] quod cõtrà in re communi vniuersitatis receptũ est.[b] Hęc enim reip. esse intelligitur, quæ in his ciuibus, qui nunc sunt, nõ consistit, sed perpetuatur.

a.l. in re cõ.§. de ser.vrb. b.l.in tantũ §. de rer.di.l. ꝓpo.§. de iudi.

L. XXIIII. VLPIANVS. *Lib.1.ad edictum.*

In eum qui aduersus ea fecit, quinquaginta aureorum ex hoc edicto Prætoris iudicium datur, quod nec hæredi, nec in hæredem, nec ultra annum datur.

Ait, Aduersus ea. An hæc pœna ad eos pertineat, qui omnino in ius vocari non debent, dubitare posis. Sanè ad eos, qui sine permissu Prætoris non vocantur, spectare constat.[a] Equidem ex persona Iustiniani, ad omnes referre non dubitem: licet de Vlpiani voluntate nihil certi habeã: qui hoc lib. 1. ad edictum reliquit, clausulas verò alias edicti, lib. 5. retulit apud Iustinianum.[b] Ait, Quod neque hæredi. Cur idem de pœnali iudicio, quo magistratus iurisdictionẽm tuentur,[c] non scripsit Vlpianus? An non hoc euidens est argumẽtum, illud populare iudicium esse, quod hæredibus non competit?[d] Nam hoc priuatis datur. Cætera huc pertinentia, inde repetes.

a.l.quáuis.§.l. seq.&.§.l vlti. b.l.2.&.4.§. c.l.1.§. si quis ius di. d §. de po. actio.

L. XXV. MODESTINVS. *Lib.1.de pœnis.*

Si sine uenia edicti impetrata, libertus patronum in ius uocauerit, ex quærela patroni uel pœnam quinquaginta aureorum dat: uel à præfecto urbi quasi inofficiosus castigatur, ¶ *si inopia dinoscitur laborare.*

¶ Idẽ aduersus furẽ constitutum est, Exo.c.22.

Ait, Vel à præfecto. Ad præfectum vrbi hæc iurisdictio pertinet Romæ, vt libertos contumeliosos coerceat.[a] Alij magistratus, caussas pecuniarias sibi attributas habuerũt.[b] Porrò inopia laborantes, extra ordinem coërceri receptum est, ne pœnas legum eludant.[c]

a.l.1.§.de offi. præf vrb. b l.2.§. de ori. iur. c.l.si.quis § de iurisd.l.1.§.de pœn.l. si quis. §.de iniur.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Galli vocationem in ius *adiournement* vocant: vt præhensionem, *prinse de corps*: vocationẽ eam qua quis accersitur vt ipse caussam dicat, nec per procuratoris ministerium respondeat, *adiournement personel*.[a] Apud quos magistratus in ius vocari receptum est, quòd perpetuari soleant ferè. Vt taceam quòd cautio Iudicio sisti, apud viatores exponi non soleat, qui in ius vocant: nec ducantur in ius qui non caueant. Apud quosdam Iudicio sisti, & Iudicatum solui, cauere oportet vno casu: sed qui non cauent, aliter coercentur.[b] Quamobrem qui vxorem ducit, & cæt. apud Gallos in ius vocari, ratio iuris Romani nõ vetat: quod in parentibus, & patronis, sine permissu magistratus in ius vocandis, similiter obseruant, & patrum sanctissimorum authoritatem ea in re laudant: quæ tamen eos nihil iuuat.[c] Viatores, statorésve, Franci *sergens* appellant: quorum alij Regij, alij dominici dicuntur. Illi olim à magistratibus Regijs,[d] hodie à Rege, vel Cancellario designantur.[e] Iure Romano, ante Augustos à populo conduci solitos apparitores magistratuum, Cicero significat actione quinta in Verr. Sub Imperatoribus quorum sanctiones extant, illustrium spectabiliumque magistratuum apparitores, non sine sacris probatorijs creabantur, subscribentibus magistratibus quibus administri erant. Clarissimorũ verò viatores, cæterique apparitores, periculo officij, sine sacra adnotatione designabantur.[f] Philippus Pulcher constituit, vti viatores intra certas stationes, hoc est præfecturas, & castellanias, in ius vocarẽt, & sententias exequerentur: per prouincias integras, id est balliagia, & seneschallias, nulli ius esset munus suum obeundi.[g] Excepti sunt statores equites Præfecti Parisiensis, qui vbique per Galliam munus suum ritè exequuntur. Qui enim à virgis dicuntur, intra centesimum lapidem (quã banleucam dicunt) coërcentur. Vocant autem in ius absque iudicis mandato, nisi ita quis vocetur vt ipse respondeat.[h] Porrò de in ius vocãdo, deque viatorum officio, Regijs legibus,[i] moribusq;

a.Carol.8.101 86. Ludo. 12. 62. b. Io. Fab. de satisd.4. 2. Bitur.de exec. 14. c.2.q 7.quæritur. d.Philip. e.Ludo. 12. in 2.42. f.l.in his.l.hac &.l. agentiũ. C. de di.offi. lib.12. g.3. h.Carol.8.72. i. Philip.6.18. 19 22. & in.2. 3.Ioã.5:Carol. 5.6.7.

regionum,

regionum, quamplurima extant constituta, quæ lectionis sunt, non inuentionis. Illud nominatim subijciam: apud Fráeos, vti apud Romanos vocationem in ius aliam eorâm, & in faciem vocati, aliam libello pro foribus proposito fieri. Sed apud nos id semper fieri sancitum est sub alternatione:[k] apud illos demum libello fit denunciatio, si sine dolo malo non sit cui in os denuncietur.[l] Qui enim non defenduntur & latitant, edictis euocandi sunt tantisper dum perfecta intelligatur cõtumacia: & aduersarius in possessionem bonorum mittitur ex primo decreto: deinde post ex secundo.[m] Apud Francos qui moribus reguntur, missio litigatoris in possessionem bonorum antiquata est: sed consummata cõtumacia, executio fit, captis pignoribus in caussam iudicati, non aliter quàm si defensus sit condemnatus.[n] Edictis vocantur præconis tuba adhibita, qui sine lare, & sedibus certis degunt: qui tutò adiri non possunt:[o] qui vniuersitatem, & corpus vnum efficiunt legibus probatum: quibus incertis, negocium quod geritur, obesse potest, veluti cùm bona debitoris hastæ subijciuntur.[p] Hoc genere euocandi vtimur frequẽtissimè, cùm quis grauiorum criminum reus delatus, trium denunciationum breuioribus interuallis, trinóve nũdino, iubetur iudicio sisti: id est adiornatur ad tres breues dies. Cuius inclamationis origo apud Papinianum, negocium facessit Accursio.[q] Solẽt autẽ eiusmodi edicta pro rostris, aut compitalibus columnis proscribi, vt ociùs res innotescant: quandò præconis vox paucioribus clareat.[r] Humanitati Romani iuris illud apud Francos etiam derogatum cõstat: quòd debitor, vel criminosus de domo extrahi possit, vt est constitutum.[s] Moribus quibusdam nemo in iure compellanti respondere tenetur, nisi in hoc vocatus sit,[t] quamuis in iure præsens existat. Alijs moribus id contrà receptum est in quibusdam controuersijs.[u] Non ignoro denunciationes, quæ ad domum chirographo apposito fiunt: & edicta quæ proscribũtur, vocationes in ius propriè non dici, quandò sic euocati, cauere Iudicio sisti non cogantur, &c.[x] sed ideo commemoraui, quòd Franci, *adiournementz* generaliter appellent. Illud constat vocari in ius, aut nudo viatoris ministerio, aut edicto magistratus, vel Principis rescripto:[y] & vnum aut alterum testẽ per statorem adhibendum, qui in ius vocat, quorum nomina renunciationi suæ inscribere debet: nisi denorũ francicorũ pœnam dare malit fisco inferendã.[z] Filiosfamiliâs ex delicto in ius vocari posse absque parẽtibus, in quorum potestate sunt, moribus indistinctè traditur,[a] exceptis quibusdam nominatim speciebus: vt probabile sit, in ijs regionibus Caij nullam rationem habendam esse.[b]

k. Francis. de bre. lit. 9. l. l. 4. §. pretor. j. de dã. inf. l. aut qui. q. vi aut clam. m. vt hic. l. ple-ri. & seq. l. fal. j. ex q. cau. l. cũ propo. C. de exe. rei iudi. l. 2. j. ex quib. caus. n. Francis. de bre. lit. 24. & seq. vsq; ad. 31. o. cle. 1. de iud. p. l. si eo tẽpo. C. de remiss. pig. vb Io. Fa. q. l. inter j. de pub. iudi. r. auten. qui se C. quo & quã. iudi. s. Francis. de bre. lit. 166. t. Britan. 23. u. Picton. 355. x. j. in ius vo. & rit. ne quis eum. y. Francis. des iuges. Picton. 325. Aruer. 1. z. Ludo. ca. 54. Francis. 9. a. Bitur. 11. Britan. tit. *des mineurs*. art. vlti. b. l. neq. j. eo.

SI QVIS IN IVS VOCATVS NON IERIT, *siue quis eum uocauerit, quem ex edicto non debuit.*

Titulus V.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 1. ad edictum.*

S*I quis in ius uocatus, fideiussorem dederit in iudicio sistendi caussa, non suppositum iurisdictioni illius ad quem uocatus est: pro non dato fideiussor habetur: nisi suo priuilegio specialiter renunciauerit.*

Ait, Specialiter. Nominatim non tacitè, hoc loco.[a] Ne quis fortè credat renunciare videri tacitè, quòd fideiubeat iudicio sisti.[b] Sed cõtraxisse ibi quis videtur, vbi ipse soluere debet, & conueniri potest:[c] non autẽ vbi vt alius se sistat, curare debet: quod absens facere potest, &c.[d] Adhuc ergo satisdatio exigetur.

a. l. 1. j. de offi. e. l. nudo. de tutel. b. l. contraxis. j. de actio. l. quoties. j. de verb. ob. c. l. heres j. de iudi. d. vt hic. & d. l. quoties.

L. II. PAVLVS. *Lib. 1. ad edictum.*

Ex *quacunque caussa, ad* Prætorem *uel alios præsides, qui iurisdictioni præsunt, in ius uocatus uenire debet, ut hoc ipsum sciatur, an iurisdictio eius sit. Si quis in ius uocatus non ierit, ex caussa à competente iudice multa pro iurisdictione iudicis damnabitur.* R*usticitati enim hominis parcendum erit. Item si nihil intersit actoris, eo tempore in ius aduersarium uenisse, remittit* Prætor *pœnam: puta quia feriatus dies fuit.*

Ait, Ex quacunque. Caussa enim vocationis exprimi solet, tam viua voce, quàm libello conuentionis.[a] Ait, In ius vocatus. Quid si vocari non debuit ex edicto, vt magistratus? Quid si nõ debuit vocari sine permissu Prætoris, vt patronus?[b] Et puto hos venire in ius non debere: & si ducantur inuiti, iniuriarũ, vel in factum agere.[c] Nam hæc particula edicti, ad eos qui vocari possunt, ex præcedẽtibus coangustatur. Qui verò in ius vocari possunt, licet ius habeãt ibi non cõueniri, venire debent priuilegia sua allegaturi:[d] præsertim si dubitetur de priuilegio.[e] Prætoris enim est existimare an sua sit iurisdictio: vocati, non contemnere authoritatem Prætoris.[f] Igitur si eò vocari non debuit, qui vocant temerè, viatica, litisque sumptus dependere cogetur vocato:[g] si vocari potuit eò, & vadimoniũ deseruit, cognita caussa multabitur, & aduersario quanti intersit dependet.[h] Quod & in eo qui magistratus, vel patronus non fuit, si cauit iudicio sisti, locum habebit: licet se magistratum, vel patronũ, &c. asseruerit. Si verè Magistratus, vel patronus

a. §. tri. de act. l. 1. j. de eden. autẽ. de exhi. b. l. 2. 3. & 4. j. de in ius vo. c. l. pen. eo. l. 2. j. qui satisd. arg. l. nec magi. de iniur. d. l. si quis ex. j. de iudi. e. l. 2. eo. f. d. l. si quis. g. l. eum. j. de iudi. h. vt hic. & l. seq.

nus fuit, & vel cauere, vel ire coactus est, non solùm litis sumptus, & viatica, aduersarius ei dare condemnabitur: sed iniuriarum actione, vel in factum (vt dixi) tenebitur. [i] Sed si quid ei cautū sit iudicio sisti, qui agere non potuit, vt seruo? [k] An hoc vadimonium impunè deseri possit? Et magis est vt impunè deseratur. Nam in hoc demum venire oportet, vt sciatur an huius iudicis inter litigaturos iurisdictio sit, non alterius: non item in hoc, vt existimet an aliquis iudex inter eos ius dicere possit. [l] Illud quæsitum est, an extra territoriū iudex possit in ius vocare? Et puto posse, modò in forum intra territorium vocet. [m] Clericus ad laicum iudicem vocatus, venire debet suum priuilegium allegaturus: sed si dubitetur an vtile sit, ad pontificium iudicem ea notio pertinet. [n] Inter laicos de fori præscriptione ritè pronunciat iure Romano: [o] quo nihil sportularū, doni, muneris, præter pauca esculenta, & potulenta, à priuatis magistratus accipiunt. [p] Sanè si suspectus reijciatur, recusetúrve ipse non cognoscet, sed arbitri: [q] qua de re alibi suprà dixi. Ait, Non ierit. Postquam cauit iudicio sisti, deseruerit. Ait, Multa. Quæ nō nisi ab ijs dici potest, quibus publicum iudicium est: [r] ideo ait, A competenti iudice. Contrà actione populari instituta, omnes magistratus coercent nec obedientes, & contumaces ciues exceptis duumuiris. [s] Ait, Pro iurisdictione iudicis. Cuius contempta sit authoritas: estque hic locus argumēto, viatores absq; iudicis præcepto, in ius vocare non consueuisse. [t] Quamobrem in ius vocatus qui vadimonium deserit, non obtemperare ius dicenti videtur: [u] non item is qui non defenditur, quoad dum edictis de more euocatus, præsentiam sui facere contemnit. [x] Ait, Rusticitati. Dolum malum ergo coercet hoc edictum, non imperitiam, vel casum, &c. quibus à contumacia vocatus defenditur. [y] Quæ animaduersio, & in iudicio populari locum habet simili ratione. [z] Ait, Intersit actoris. In caussæ cognitione versatur an intersit aduersarij vocatum paruisse, cùm de multa ob contumaciam dicenda quæritur. Quocirca si euidentissimè appareat vocatum ad iurisdictionem eius ad quem vocatus est, non pertinere: vel si pertineat, ius tamen eo tēpore actori dici non posse, quòd dies feriatus fuerit, quòd iudex abfuerit, vel aduersarius, remittet pœnam contumaciæ. [a] Quod fortasse dicendum est, etiam si dubitari potuit, an ius dici posset. Vocatus enim rectè facit, si veniat: non tamen contemnere authoritatem Prætoris interpretabimur, si caussa cognita, appareat ius dici non posse. atque ob id indistinctè pœnam remittēdam ait Paulus: [b] vt alibi Hermogenianus, contumaces non videri, nisi qui ad iurisdictionem pertinent. [c] Consilium ergo est ex aliena iurisdictione vocatos, aut alioqui priuilegiū habentes, in ius venire: ne ipsi sibi de suo priuilegio ius dicere videantur, & cōtemnere magistratum. [d] Et ideo summo iure multare quidem poterit: benignius tamen fecerit, si multam remiserit, quòd nihil intersit aduersarij in ius venisse. [e] Ideoque defendi ab alio sufficiet, vt veritas inquiratur. [f] Ait, Pœnam. Pœna generale est nomen: multa speciale. [g] Illa omnium delictorum coërcitio est: hæc arbitraria est delicti coërcitio, vbi pœna lege præscripta nō est. Itaque coangustatur interdum pœnæ appellatio, ad eam coercitionem quæ multa non est, quam emendam arbitrariam vocamus. Deinde inualuit vsus, vt multæ quæ incertæ fuerant, legibus nouis definitæ, suum adhuc nomen retineant, quamuis re vera pœnæ iam sint certæ. [h] Ait, Feriatus fuit. Si caussa tamen expressa sit à vocante in ius, puta damni infecti, vel alimentorum, multam non euitabit: [i] si modò ex ea caussa vocatus appareat: quia interest actoris venisse. Idem fortè erit, etsi caussa expressa non fuerit.

L. III. VLPIANVS. *Lib. 47. ad Sabinum.*

Cùm quis in iudicium sisti promisit, neque adiecit pœnam si statum non esset: incerti cum eo agendum esse in id quod interest, verissimum est: & ita Celsus quoque scripsit.

Ait, Sisti promisit. De eo sentit qui se sistere promisit. Nam de fideiussore, qui id curare promittit, inferiùs idem traditur: nimirum quanti ea res erit, eum teneri. [a] Ait, Neque adiecit pœnam. Quod consultò fit ne laboremus in probando nostra interesse, & quanti intersit. [b] Ait, Incerti. Qui ex stipulatione faciendi agit, incerti agit: vt qui alioqui ex obligatione faciēdi experitur. Nam si non fiat, æstimationem litis dari oportere intendimus, quæ incerta est, & pòst à iudice quærenda, & definienda. [c] Vt mirum sit cur plærique omnes post Bartolum, id quod interest (quod & quanti ea res est, & quanti eam rem esse apparet, interdum dicitur) [d] condictione certi petendum asseuerent. [e] Quod mihi semper vanitatis plenissimum sophisma visum est. Quantùm enim petatur, non quantùm deberi deinde appareat sententia iudicantis, quærendum est in hac diuisione actionum: qua omnes, certi, vel incerti dicimus. Non enim quæritur an sententia certa ferri debeat, sed an certum dari oportere intendamus: hoc est certum, an incertum petamus. [f] Certi condictio competit, inquit consultus, ex omni obligatione ex qua certum petitur. Nō ait, ex qua certum iudicatur, vel certum consequimur, sed certum petitur: vt intelligamus certi vel incerti actiones dicendas à certa intentione, vel incerta: vt peto decem ex testamento, peto quanti ea res est, vel quanti mea interest. Nostram sententiam cùm Vlpianus hic quoque apertissimè probet, illi glossemate trahunt in suam opinationem hoc modo. Incerti cum eo agendum esse in id quod interest, id est ad incertum condictione certi. Quæ glossa si recipienda est, eadem opera aientia, & negātia, confundere licebit. Sunt enim certum, & incertum eodem relata, inter se contraria: [g] vt si certi agendum esset, incerti agendum esse, dici non posset. Mouet eos quod

ex lege

i. d. l. nec. & d. l. pen.
k. l. 2. j. qui satisd.
l. d. l. si quis & hic.
m. arg. l. fi. j. de offi. præf. vrb.
n. c. si iudex. de fen. ex. li. 6
o. vt hic. & d. l. si quis.
p. l. plebis. j. de offi. præsi. l. solet. de offi. pc.
q. l. qui iurisd. j. de iuris. l. fi. C. de iud. c. si quis cont. de for. compe.
r. l. 2. j. de iud.
s. l. 1. j. si quis ius di.
t. l. si quis ex. j. de iudi. l. fi. C. de exhi. re. l. iointiarum. de iniur. j.
u. d. l. iniurrū.
x. l. satisq. j. de in ius. l. cōtu. j. de re iud.
y. l. si quis. j. de iorisd. l. cōtu j. de re iud.
z. d. l. 1. j. si q. ius di.
a. vt hic. & d. l. contuma.
b. hic.
c. l. cōtumacia. j. de re iudi.
d. d. l. si quis.
e. d. l. cō. & hic.
f. l. si eū. j. si q. caut.
g. l. aliud. j. de verb. sig.
h. l. 2. C. de epi. aud. l. 2. C. de li. po.
i. l. 2. j. de fer.
a. l. quoties. j. de ver. ob.
b. l. fi. j. de pręt. sti. §. fi. inst. de verb. ob.
c. l. si quis ab. j. de re iudi. l. sti. nō. de ver. ob. l. vbi. eo. 4. qui id. l. 1. C. de eo quod in ter.
d. d. l. fi. de pręt. sti. l. inter. de ver. sig.
e. oot. d. l. sti. non.
f. l. certi. j. si cer. pe. l. sed & si. de cond. in deb.
g. l. sti. quædā. & l. seq. j. de verb. ob.

ex lege Aquilia certi agi possit, ex qua tamen quanti intersit agatur. [h] Equidẽ non moueor. Nam cùm hoc pacto ago: peto centum, quanti valuit equus quem occidisti, certi ago: cùm verò quanti mea prætereà intersit, peto, ago incerti.

h. d. l. certi. §. si cer. pet. l. ait & seq. §. ad. l. aquil.

IVS GALLICVM.

Moris non est apud Galliam, vt in ius vocatus satisdet, aut alioqui caueat Iudicio sisti, *de comparoir en iugement*: vt fideiussor teneatur sistere, exhiberéve, *le representer*. Nisi fortè cùm reus criminis de custodia dimittitur datis vadibus, qui promittere iudicio sisti certo die: interdũ etiam toties, quoties statutum erit, comperendinatum repræsentare. *eslargi à caution suffisante de comparoir en personne.* [a] Quamobrem in ius duci eos, inauditum est, qui assiduos fideiussores iudicio sistendi caussa non dent apud officium: quando viatores absque iudicis præcepto, in ius vocent ferè: præhendere, tenere, abducere absque speciali edicto magistratus non possint, [b] *sans commission.* Sed tamen in ijs regionibus, quæ legibus reguntur, non vtendo abrogatum eis nõ videtur, quin instante litigatore, iudicio sisti cauendum sit, ex omni caussa in ius vocato. [c] Sanè ex quibusdam caussis res debitoris capiuntur, possidenturque publicè, dum iudicio sisti, litẽ peragi, & iudicatum solui satisdet, *de proceder, estre en iugement, & payer le iugé*: [d] quam cautionem iuris, vno verbo quidem appellant, *plege de droict.* [e] Non me fallit Accursium, cæterosq;, satisdationẽ iudicio sisti, cùm ea quæ de re defendenda est, vel permanendo in iudicio vsq; ad terminũ litis, perperàm cõfudisse. [f] Illam enim apud officium interponebat ferè, qui in ius non ibat: [g] has qui iã in ius venerat, vel miserat procuratorẽ: pro quo ipse fideiubebat iudicatũ solui, id est defendi vsq; ad finẽ litis, dolũ abesse, & quod iudicatũ foret solutũ iri. [h] Sed moribus nostris litẽ peragi nemo cauet, qui absq; procuratore litigat: [i] qui procuratorem constituit, apud quosdã promittit iudicatum solui, cõtracta rerũ suarũ hypotheca, absq; tamen fideiussore. [k] Domicilium verò tam actor, quàm reus cõstituere tenetur, in fori territorio: vbi quoties opus erit, requiratur. [l] Sed & procuratorẽ forensem vbiq; ferè dare cõpelluntur, qui forũ, in quo litigãt, frequentet. [m] Porrò non solùm fideiussores iudicio sisti, sed alios cõtrahẽtes ita obstringere solent Galli ferè, vt iurisdictioni certi territorij se subijciant, & renuncient alijs. [n] Apud quos qui in ius vocari nõ veniunt, siue in faciẽ, siue ad domum denunciatum eis constet ex renunciatione viatoris: multas legitimas, ordinariasq; dependunt aduersarijs, quas expensas sumptusq; litis rectiùs dixeris. Qui verò in ius vocatus abfuit, multa legitima etiam damnatur, fisco iurisdictionis inferenda: [o] quæ tamen multa quibusdam casibus dici non solet, vti lege municipali est statutum. [p] Estq; hæc regula cuiusdã regionis lege tradita, Multã fisco non cõpetere, nisi sumptus litiganti dependantur: [q] quæ ex loco traducta videtur. [r] Moribus alijs singulæ absentiæ in ius vocati, præscriptã aduersario vtilitatem adferunt. [s] Sunt mores quibus ob absentiam indistinctè multa dicitur, quæ tamen viginti denariolos non excedat: [t] sunt quibus ad septem solidos præfinitur, & sumptus nihilòminus aduersario redduntur. [u] Alibi ad septẽ solidos & sex denariolos: aut si domũ nobilem habiter qui defuit, ad decẽ. [x] Sed de sumptibus litis litigatori reddẽdis, multisve fisco iurisdictionis inferẽdis, ob absentiã in ius vocati, satis. Clerici apud Galliã, tã ciuiliter, quàm ex delictis, apud iudicem laicum pulsari possunt multis de caussis, iure communi minimè comprehensis. [y] De eo verò quod cuiusque interest (quam litis æstimationẽ, vel eius quod interest, quanti ea res est, quod abest, quodq; abesse potuit, damnũ, & lucrũ, &c. ius Romanum vocat) non alia ratione ferè agimus, quàm iure cõmuni cõstituitur: sed dãna litis, & id quod interest, appellamus, *dommaiges & interestz*: nimirum coangustãtes verbũ Interest, ad lucrũ cessans, cuius nõ tam sæpe habetur ratio, ac dãni dati. Sed de damnis litis victori adiudicandis, extat Regia lex de breuiatione litium, [a] & alibi sæpe: [b] at quòd quis in iure non steterit, damna litis neque stipulamur, neq; petimus, vti prædixi.

a. Lud. 12. 119. Frãcis. 150. de bre. lit. b. Ludo. 12. 62. c. Io. Fab. §. 1. de satisd. d. Biturig. 14. e. Britã. tit. 18. 2. & 9. f. §. 1. de satis. g. l. eũ. §. de in ius vo. h. insti. de satisd. §. 2. i. Io. Fab. eo. k. Britã. ti. 3. 2. l. Fran. de bre. lit. 23. m. Ludo. 12. cõsti. Britan. 32. n. Francis. *des iuges.* o. Bituri. *des iuges.* 15. & 19. p. 22. 23. q. Britan. tit. vlti. 43. r. l. 2. hic. si quis in ius vo. s. Auer. ca. 9. & cap. 29. t. Britã. tit. vlti. 45. u. *la marche.* 44. 48. x. Ambia. 94. y. Aufre. cle. 1 de offi. ord. z. l. qui. l. pen. §. seq. cau. l. 1. si quadr. l. si comissa. rem rat. l. 1. C. de eo qui inter. a. 88. & seq. b. Carol. 8. 46 Ludo. 12. in. 2. 50. Britan. *des despens.*

IN IVS VOCATI VT EANT, VEL SATISDENT.

Titulus VI.

Hunc Titulum melius esset antecedere, licet in Pandectis Florentinis sequatur. Quòd in ius ire vocatos, prætor priùs edixisse videatur, quàm pœnam multámve præcepisse, si non iretur. Secundam particulam rubricæ superioris, non absque ratione etiam sustulit Holoander, quæ nihil huc videbatur pertinere, sed ad titulum, De in ius vocando. Si quis porrò ad rationem omnia exigat, principiũ capitis secundi, sub titulo præcedenti, primum locum sub hoc titulo tenere debuit. Sed hoc à Triboniano exigendum nõ est, succisiuo tempusculo tam magnum opus conficiente in ordinem. [a] Vt taceam hanc rubricam, edicti particulam cõtinere, vt non magnopere opus fuerit, Pauli ad edictum verba distrahere. [b] Verbum cautum detraxit Holoander, quia de cautione nuda, vel iuratoria, nullum verbum deinceps sub hoc titulo. Satiùs tamen veterem sequi lectionem, quòd infrà hæc rubrica resumatur. Qui satisd. Sed nos particulas edicti perpetui huc spectantes, ijs subijciamus ordine, quæ suprà à nobis restitutæ sunt. In ius vocati eant, aut satis, vel cautum dent. [c] Fideiussor iudicio sistendi caussa, pro rei qualitate locuples dabitur. [d] Si « quis parentem, patronum, patronam, liberos, aut parentes patroni, patronæ, liberósve suos, « eumve quem in potestate habebit, vel vxorem, vel nurum in iudicium vocabit, qualiscumque « fideiussor

a. consti. 3. §. b. d. consti. c. hic in rub. d. hic. l. 1.

» fideiussor iudicio sistendi caussa accipiatur. [e] Qui locupletem fideiussorem non acceperit, iniu-
» riam fecisse, tam fideiussori, quàm reo videbitur. [f] In eum qui à necessarijs personis qualemcũq;
» fideiussorem non acceperit, cùm sciret eam necessitudinem, quinquaginta aureorum iudicium
» dabo. [g] Si quis in ius vocatus non ierit, caussa cognita à competenti iudice pro sua iurisdictione
» damnabitur. [h] Fideiussor iudicio sistendi caussa is dabitur, qui in eodem iudicio conueniri pos-
» sit. [i] Qui in iudicio sisti promiserit, neque id fecerit, in eum quanti ea res est, si pœna subiecta nõ
» erit, iudicium dabo. [k] Adhibui quædam ex titulo, Qui satisd. quòd hanc rubricam resumpsisse distinguendam Prætor, aut sanè Iustinianus, sub illo titulo videatur: vt mirum videri non debeat, commentarios similes sub vtrumque titulum relatos esse. [l] Hic enim satis, vel cautum dare edixerat: infrà, qui satisdare debeant, quíque alioqui cauere, &c.

e. hîc. l. 1. 2. 3. l. 2. ĵ. qui satisd. f. l. si verò. ĵ. qui satisd. g. hîc. l. 2. h. ĵ. tit. 1. l. 2. i. eo. l. 1. k. eo. l. si. l. 2. ĵ. qui satisd. l. hîc. l. 1. 2. & 3. & l. 2. ĵ. qui satisd. & l. si fideiuss.

L. I. PAVLVS *Lib. 1. ad edictum.*

EDicto cauetur, ut fideiussor iudicio sistendi caussa datus, pro rei qualitate locuples detur: exceptis necessarijs personis. ibi enim qualemcũque accipi iubet: ueluti pro parente, uel pro patrono.

L. II. CALLISTRATVS. *Lib. 1. ad edictum monitorium.*

Item pro patrona, liberisúe suis, uel uxore, nuruúe, tunc enim qualiscumque fideiussor accipi iubetur: & in eum qui nõ accepit, cùm sciret eam necessitudinem personarum, quinquaginta aureorum iudicium competit.

L. III. PAVLVS. *Lib. 4. ad edictum.*

Quoniam pro locuplete accipitur fideiussor in necessarijs personis.

Ait, Edicto cauetur. Ea particula edicti desideratur. Ait, Locuples. Si quãtitas petatur, vt centum, centum certè in rebus soli habeat fideiussor oportet, [a] &c. Huc pertinet illud Ciceronis. Assiduo assiduus vindex esto. [b] Locuples porrò accipitur, non tantùm ex facultatibus, sed etiam cõueniendi facilitate. [c] Quid enim si suppositus non sit iurisdictioni eius, ad quem reus vocatus est? [d] Quid si neque in faciem, neque ad domum, viator eum euocare ausit ob tyrannidem? Est enim locuples non solùm qui locorum plenus est, sed etiã idoneus alioqui: vt testis locuples, &c. [e] Ait, Exceptis necessarijs. Edicti particula, quã summatim hic referũt cõsulti, extat inferiùs cum interpretatione alia Vlpiani. [f] Nec ea repetitio superuacanea videri debet: vtpote quæ noua iuris diuisione (vt ait Iustinianus) iuuatur. [g] Nã hic ille articulus edicti sequitur: In eũ qui nõ, &c. Et infrà quædam scripta sunt, quæ hic desiderantur. [h] Ait, Liberósve suos. Reciprocum non patitur vt de liberis parẽtum, id est fratribus, cum Accursio & Bartolo, intelligas. Qui ergo in ius vocat liberos suos emancipatos, qualemcũque fideiussorem accipiat: item qui vxorẽ suam vocat, vel nurum, vel pronurum, &c. [i] Quia non debet in ius ducere, nisi locupletem deot, &c.

a. Bar. l. sciendum. ĵ. eo. b. 10 topi. c. l. 2. ĵ. qui satisd. d. l. si fideiuss. eo. l. 1. ĵ. 1. tit. e. Cice. in offi. f. d. l. 2. ĵ. qui satisd. g. consti. 3. ĩ. l. 1. C. de confir. C. & C. de emend. C. h. d. l. 2. i. d. l. 2.

L. IIII. VLPIANVS. *Lib. 5. ad edictum.*

Qui duos homines in iudicium sisti promisit, si alterum exhibeat, alterũ non: ex promissione non uidetur eos stitisse: cùm alter eorum non sit exhibitus.

Ait, Non videtur eos stitisse. Vnum enim stitit, non duos. [a] Nec pro rata vnius oblata æstimatione, doli exceptio promissori competit: quia in id quod interest, incerti agitur: siue intersit tãti quãti si neuter exhibitus sit, siue minoris. [b] Cõtrà si pœna subijciatur, eius quod interest ratio non habetur: sed summo iure cõmissa exigitur. [c] Sed tamẽ aduersus hãc rigiditatẽ, doli exceptio ex æquo proderit. [d] Sed de conditione diuidenda, vel contrà, alibi pluscula obseruabis. [e]

a. arg. l. is qui ĵ. de reb. dub. b. ĵ. tit. 1. l. si. c. l. 2. ĵ. de ver. ob. d. l. si seruus. ĵ. si quis cau. e. l. si ita ser. ĵ. de ma. test. l. pen. ĵ. de cõd. l. cui fundus eo. l. 5. ĵ. de verb. ob.

NE QVIS EVM, QVI IN IVS VOCABITVR, ui eximat. Titulus. VII.

Hæc rubrica particulam edicti continet: cui adde, Néve dolo malo faciat, quo magis eximatur. [a] Si quis aduersus hæc fecerit, in eum in factum quanti ea res erit ab actore æstimata, de qua controuersia est, iudicium dabo. [b]

a. l. 4. ĵ. eo. b. l. 5. ĵ. eo.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 5. ad edictum.*

HOc edictum Prætor proposuit, ut metu pœnæ compesceret eos, qui in ius uocatos ui eripiunt. Denique Pomponius scribit, serui quoque nomine noxale iudiciũ reddendũ, nisi sciente domino id fecerit: tũc enim sine noxæ deditione iudicium suscipiet. Offilius putat locum huic edicto non esse, si persona quæ in ius uocari non potuit, exempta est: ueluti parens, & patronus, cæteræque personæ. Quæ sententia mihi uidetur uerior. Et sanè si deliquit qui uocat, non deliquit qui patronum ui eximit.

L. II. PAVLVS. *Lib.4.ad edictum.*

Nam cùm uterque contra edictum faciat, & libertus qui patronum uocat, & is qui patronum ui eximit: deteriore tamen loco libertus est, qui in simili delicto petitoris partes sustinet. Eadem æquitas est in eo qui alio quàm quo debuerat, in ius uocabatur. Sed & fortius dicendum est, non uideri ui eximi eum, cui sit ius ibi non conueniri.

L. III. VLPIANVS. *Lib.5.ad edictum.*

Quòd si quis seruum ui exemit in ius uocatum, Pedius putat cessare edictum, quoniã non fuerit persona quæ in ius uocari potuit. Quid ergo? Ad exhibendum erit agendum. Si quis ad pedaneum iudicem uocatum quẽ eximat, pœna huius edicti cessabit. Quòd Prætor præcepit, ui eximat. An & dolo malo? Sufficit ui, quamuis dolus malus cesset.

a.j.de noxa. b.l.1.j. si ex noxa. c.l. pen. C. de peda. d.l.à iudice.C de iudi. e.autẽ.de iud. f.l. pen. §. de iusti l.1.j. de postul. g.l.2.j. de vi bo.rap. h.j.de eo per q.

Ait, Vi eripiũt. Adde, vel eximũt: quod latiùs patet. Ait, Noxale. Ex edicto De noxalibus.[a] Ait, Si persona. Interpretatione coãgustat edictum, vt eum demum eximi vetitum intelligamus, qui vocari impunè potuit: quique eò vocetur quò debuit, & qui priuilegium non habuit, ne ibi conueniretur, quiq; legitimam personam habuit standi in iudicio. Ait, Ad exhibendum erit. Seruus non vocatur in ius, sed dominus, vt vel exhibeat, vel defendat.[b] Qui si dum exhiberetur exemptus sit, ad exhibendum etiam agetur in eum qui exemit. Ait, Pedaneum. Pedanei iudices sunt iudices dati à magistratibus, vel ijs quibus mandata est iurisdictio, ad minora humilioráve negocia disceptanda:[c] qui delegati iudices in constitutionibus dicuntur.[d] Hos certos esse Iustinianus voluit, & ad trecentos aureos caussas omnes cognoscere.[e] Ideo autem pœna huius edicti cessat, si quando ad pedaneum iudicem vocatus eximatur, quòd in ius vocatus non sit, sed in iudicium.[f] Ait, Sufficit vi. Vis esse potest absque dolo: licet in edicto Vi bonorum rap. eius non habeatur ratio absque dolo: contrà doli habeatur absque vi.[g] nam in edicto De eo per q. hoc posteriùs locum habet.[h]

L. IIII. PAVLVS. *Lib.4.ad edictum.*

Sed eximendi uerbum generale est, ut Pomponius ait. Eripere enim est de manibus auferre per raptum: eximere, quoquo modo auferre: ut puta, si quis non rapuerit quem, sed morã fecerit quominùs in ius ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tẽpore amitteretur, uidebitur exemisse: quãuis corpus non exemerit. Sed & si eò loci detinuerit, nec abduxerit, his uerbis tenetur. Item si quis eum qui per calumniã uocabatur, exemerit: constat eum hoc edicto teneri. Prætor ait: néue faciat dolo malo quo magis eximatur. Nam potest & sine dolo malo id fieri: ueluti cùm iusta caussa est exemptionis.

a.l.3.§. & in rub. b.j.de eo.p.q. fa. c.l.in ho.j. de act. Insti. de perp.act. d.Inst.de vsucap.in prin.

Ait, Morã fecerit. Id intellige factũ vi:[a] Nã ex solo dolo, quãti ea res erit, tãtùm alligatur.[b] Ex hoc edicto vis rigidiùs coercetur: vt etiã calumniator agat. Ait, Actionis dies. Actio temporalis, vt annalis, extinguitur tempore:[c] res quæ vẽdicanda est amittitur per vsucapionem tempore.[d]

L. V. VLPIANVS. *Lib.5.ad edictum.*

Si per alium quis exemerit, hac clausula tenetur, siue præsens fuerit, siue absens. In eum autem qui ui exemerit, in factum iudicium datur: quo non id continetur quod in ueritate est, sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua cõtrouersia est. hoc enim additum est, ut appareat, etiã si calumniator quis sit, tamen hanc pœnam eum persequi.

Docere autem debet quis per hanc exemptionem factum quominùs in ius produceretur. Cæterum si nihilominùs productus est, cessat pœna: quoniã uerba cũ effectu sunt accipienda. Hoc iudicium in factũ est: & si plures deliquerint, in singulos dabitur: & nihilominùs manet qui exemptus est, obligatus: Hæredibus autem ita dabitur, si eorum intersit, neque autem in hæredem, neque post annum dabitur.

a.l.2.j.1.tit. b.l.1.j. de eo per.q. c.l.quamuis.§. de in ius vo.l. 1.§.q.quis.in. d.l.actionũ.j. de act. theop. de exc.

Ait, Quod in veritate est. Veram quantitatem inferiùs vocat:[a] vt si centum verè deberentur actori.[b] Ait, Ab actore æstimata. Exẽpli gratia, centum petiturus erat quæ non debebantur. Ait, Cum effectu. Quid enim obfuit exemptio, cùm nihilominùs in ius venerit?[c] Nam nec vocatio in ius, nec nouum ius statutum absque effectu iuris, nocent. Estque hęc interpretatio voluntatis, quam restrictiuam dicunt. Ait, In factum. Actiones quæ aliud nomen non habent in factum dicuntur: quòd exposito facto intententur. Aliæ aut ex contractu nominato sunt, aut ex facto certo, vt delicto.[d] Ait, In singulos. Est enim vtrinque pœnale iudicium, vt furti, damni iniuria

de albo

de albo corrupto: nec habètur ratio quanti intersit actoris, sed pœnæ. [e] Contrà eùm actor quâti sua interest agit, licet reus pœnam det, bona fides non patitur, vt quanti interest bis exigatur. [f] Ait, Hæredibus autem. Actiones ex delicto hæredibus dantur, quandò delictũ fortunas decessôris minuit, vt furti, legis Aquiliæ, &c. [g] Quæ verò ex ijs delictis veniunt, quæ bona defuncti non minuunt, hæredibus non dantur, vt iniuriarum, de in ius vocãdo, &c. Quapropter hæc actio ita hæredibus dabitur, si eorum intersit: vt si actio amissa fuit, vel res. Ait, In hæredem Actiones pœnales ex parte rei, non transeunt in hæredẽ eius, nisi quid ad eum peruenerit. [h] Neque enim coercendus est ob alienum dolum, neque ex eo lucrari debet.

e.l. itẽ si. j. ad l.aq.l. si quis. §. de iurif. vb. not.
f l. bona. j. de reg. iur. j. de eo. p.q. fa. erit. §.4. 1. de perp. act. vb. theo.
h.l.1. j. de eo. p.q.l. in hæredem. j. de calum. Insti. de perp.

L. VI. IDEM Lib. 25. ad edictum.

Is qui debitorem ui exemit: si soluerit, reum non liberat: quia pœnam suam soluit.

Ait, Reum non liberat. In hoc enim datur hoc iudiciũ, vt præter id quod sibi debetur (si modò debeatur) actor tantumdem nomine pœnæ consequatur: illud à reo, hoc ab eo qui exemit. [b]

a l.5. §. eo.

IVS GALLICVM.

Pœnæ legales apud Francos ferè exoleuerunt: [a] sed arbitrio iudicis multa iurisdictionis fisco inferenda dicitur, [b] & litigatori quanti interest dependitur, si quãdo ex delicto eiusmodi agatur.


a. arg. c. sicam. de pœn. c. fraternitas. 13. q. 2. vb. not.
b. Britan. titulo. 31. 34.

QVI SATISDARE COGANTVR, VEL IVratò promittant, uel suæ promissioni committantur.

Titulus VIII.

Quoniam in ius vocatos cauere oportet: hic titulum conficit Iustinianus ex varijs locis ad edictum. Neq; solùm de cautione iudicio sistendi caussa, sed generaliter de cautione in eo ius cõstituit. Respicit autem totus tractatus ad rubricam: quòd omne quicquid de fideiussore dicatur, & satisdatione, & die eiusdem, vel arbitris ad fideiussorem probandum electis, ad primã partem pertineant. De iuratoria cautione, & nuda repromissione, lege penultima, & vltima attingatur.

L. I. CAIVS. Lib. 5. ad edictum prouinciale.



Atisdatio eodem modo appellata est, quo satisfactio. Nam ut satisfacere dicimur ei, cuius desiderium adimplemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, cùm pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus.

Obserua nudam repromissionem, iuratoriã cautionem, fideiussoriam (quæ satisdatio vocatur) pigneratitiam, [a] satisfactionem, & solutionem. Satisfacit enim qui quod debet non soluit, modò desiderium creditoris aliter impleat. [b]

a. Insti. de satis. l. plus. j. de iureiur.
b. l. item lib. j. quib. mo. pig. sol.

L. II. VLPIANVS. Lib. 5. ad edictum.

Fideiussor iudicio sistendi caussa, locuples iubetur dari, non tantùm in facultatibus, sed etiam ex conueniendi facilitate. Si quis ijs personis quæ agere non potuerunt, fideiussorem iudicio sistendi caussa dederit: frustrà erit datio. Prætor ait, Si quis parentem, patronum, patronam, liberos aut parentes, patroni patronæ, liberosúe suos, eúmue quem in potestate habebit, uel uxorem uel nurum in iudicium uocabit, qualiscumque fideiussor iudicio sistendi caussa accipiatur. Quod ait Prætor, liberósue suos, accipimus & ex fœminino sexu descendentes liberos. Parenti quidem dabimus hoc beneficium non solùm si iuris sui, sed etiam si in potestate sit alterius. hoc enim Pomponius scribit. Et filius fideiussor pro patre fieri potest, etiamsi in alterius potestate sit. Nurum, & pronurum & deinceps accipere debemus. Quod ait Prætor, Qualiscumque fideiussor accipiatur, hoc quantum ad facultates. id est etiam non locuples. In fideiussorem qui aliquem iudicio sisti promiserit, tanti quanti ea res erit, actionem dat Prætor. Quod utrum ueritatem contineat, an uerò quantitatem, uideamus. Et melius est ut in ueram quantitatem fideiussor teneatur, nisi pro certa quantitate accesserit.

L. III. CAIVS. Lib. 5. ad edictum prouinciale.

*Siue in duplum est actio, ueluti furti nec manifesti: siue tripli, ueluti concepti, oblati: aut quadrupli, ueluti furti manifesti: tanti eundem fideiussorem * omnimodo teneri dicemus, quanti res esse intelligetur.*

* Aliàs solido modo.

Ait, Ex conueniendi facilirare. Interpretatione coangustat locupletem, ad eum qui facilè cõuenitur: vel quòd nõ profit assiduũ esse, nisi facilè conueniri possit: vel quòd quadã significatione locuples dicatur qui idoneus sit, vt testis. Ait, Frustrà erit datio. Ideo ipso iure, non exceptionis beneficio, defendetur qui satisdedit seruo. Ait, Veram quanritatem. Vt si centum petenda fuerunt, vel alia quantitas, tanti teneatur fideiussor, si actionis dies exierit: si verò non sit actio amissa, sed alioqui intersit statum esse iudicio, ranti alligetur fideiussor: si furti manifesti agendũ fuit, & actio tempore perierit, quadrupli obligetur fideiussor, &c. Nimirum quanti ea res erit, id est quanti intersit. [a] Ait, Pro certa quantitate. Vt cùm centum deberet reus, fideiussor in quinquaginta accessit. [b]

a. l. pen. §. si q. caut.
b. l. si. §. de eo. p. q.

L. IIII. PAVLVS. *Lib. 4. ad edictum.*

Si decesserit qui fideiussorem dederit iudicio sistendi caussa, nõ debebit Prætor iubere exhiberi eum. Quòd si ignorans iusserit exhiberi, uel post decretum eius ante diem exhibitionis decesserit, deneganda erit actio. Sin autem post diem exhibitionis decesserit, aut amiserit ciuitatem, utiliter agi potest.

Si quis fideiusserit aliquem iudicio sisti, deinde Pretor certo die iubeat exhiberi, nõ tenebitur fideiussor, siue ante decretum mortuus sit, siue post: modò anre diem exhibitionis. Nam si dare corpus promisisset, interitu eius liberaretur. [a] Ait, Vtiliter. Summo iure quod non est, exhiberi non debet: sed benigniore interpretatione quanti intersir vtiliter petitur. [b]

a. l. si seruũ. §. de verb ob.
b. l. si. §. de eo. p. q.

L. V. CAIVS. *Lib. 5. ad edictum prouinciale.*

Si uerò pro condemnato fideiusserit, & condemnatus decesserit, aut ciuitatem Romanam amiserit: rectè nihilominus cum fideiussore eius agetur. Qui pro rei qualitate euidentissimè locupletem, uel, si dubitetur, approbatum fideiussorẽ iudicio sistendi caussa non acceperit: iniuriarũ actio aduersus eum esse potest: quia sanè non quælibet iniuria est, duci in ius eum qui satis idoneum fideiussorem det. Sed & ipse fideiussor, qui non sit acceptus, tanquam de iniuria sibi facta queri poterit.

Ait, Pro condemnato. Hoc accipe de satisdatione iudicati soluendi caussa, nõ iudicio sistẽdi. [a] Nam iudicatum post mortẽ solui potest, licet persona exhiberi nõ possit. Ait, Euidẽtissimè. Hic locus arguit, quod euidentissimũ est, probare nõ oportere. Quod verò notoriũ, id vocãt, fallun-tur. Nã iudicia criminũ, quæ nũciatori nota sunt tantũ, notoria in iure appellãtur: [b] nõ quæ omnibus manifesta sunt. Ait, Non quælibet. Magnã iniuriã, nec vulgarẽ, accipe. Ait, Duci in ius. Ducebatur enim qui non cauebar pro qualitate personæ: [c] nisi vel de negocio trãsactũ deinde esset, vel defenderetur. [d] Sed & post cautionẽ, nõ potuit procuratorẽ mittere hoc iure, opinor: [e] quod iure in Codicẽ relato permittitur. [f] Sed satius est ex Iustiniani volũtate, quod in hoc opere extat, ad criminũ iudicia coãgustare: cũ præsertim Arcadij cõstitutio, antè emissa sit quàm Digesta. [g]

a. Bar.
b. l. ea quidẽ. C. de acc.
c. §. In ius vo. vt.
d. l. neq; §. de in ius vo.
e. l. 2. §. si quis cau.
f. l. si. C. de procur. vid. ad. l. 1. §. si q. cautio.
g. d. l. si. l. 1 & 2 C. de vet. iur.

L. VI. PAVLVS. *Lib. 55. ad edictum.*

Quoties uitiosè cautum uel satisdatum est, non uidetur cautum, nec satisdatum.

Exempla inferiùs occurrent: vbi ex integro cauendum esse constabit. [a]

a. l. de die.

L. VII. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Si fideiussor non negetur idoneus, sed dicatur habere fori præscriptionẽ, & metuat petitor ne iure fori utatur: uidendum est quid iuris sit. Et diuus Pius, ut Pomponius lib. Epistolarum refert, & Marcellus lib. 4. Digestorum, & Papinianus lib. 3. Quæstionum. Cornelio Proculo rescripsit, meritò petitorem recusare talem fideiussorem. Sed si aliàs caueri non possit: prædicendum est ei, non usurum eum priuilegio si conueniatur.

Si necessaria satisdatio fuerit, & non facilè possit reus ibi eam præstare, ubi conuenitur: potest audiri, si in alia eiusdẽ prouinciæ ciuitate satisdationem præstare paratus sit, sin autem satisdatio uoluntaria est, nõ in alium locum remittitur, neque enim id meretur, qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit. Si satisdatum pro re mobili non sit, & persona suspecta sit, ex qua satisdatio desideratur: apud officium deponi debebit (si hoc iudici sederit) donec uel satisdatio detur, uel finem accipiat lis.

Ait, Idoneus. Et facultatibus, & alioqui cõueniẽdi facilitate. [a] Ait, Fori præscriptionẽ. Translationẽ rhetores dicunt, nõ apud hunc. Ait, Prædicendum ei. Ita accipe, pactũ quo quis renũciat priuilegio fori, valere: si modò in contrahendo conuenerit. [b] Ait, Necessaria. Intellige necessariam

a. l. 2. §.
b. l. si quis in. C. de pac.

riam certè sub conditionē:licet absolutè necessaria non sit,vt est cautio legatorum,&c. Ait,Pro re mobili.Hæc satisdatio est iudicio sisti,non personam,sed rem mobilem.[c] Ait,Apud officium. Officiales accipe,vt actuarios vel viatores.

c.l.senatus.§. de offi.præf.

L. VIII. PAVLVS *Lib.43.ad edictum.*

De die ponenda in stipulationem, solet inter litigatores conuenire: si non conueniat, Pedius putat in potestate stipulatoris esse: moderato spatio de hoc à iudice statuendo. Qui mulierē adhibet ad satisdandū,non uidetur cauere:Sed nec miles,nec minor.25. annis probandi sunt, nisi hæ personæ in rem suam fideiubeant, ut pro suo procuratore. Quidā aiunt,etiā si à marito fundus dotalis petatur,in rem suam fideiussurā mulierē. Si seruus inueniatur qui antè quàm iudicium acciperetur,fideiusserit,iudicatū solui: succurrendum est actori,ut ex integro caueatur.Minori quoque.25. annis succurrendū est,fortasse & mulieri,propter imperitiam. Si fideiussor iudicatum solui, stipulatori hæres extiterit:aut stipulator fideiussori,ex integro cauendū erit. Tutor & curator, ut rem saluam fore pupillo caueant,mittendi sunt in municipium: quia necessaria est satisdatio.item de restituenda domino proprietate,is cui usus fructus datus est:item legatarius ut caueat euicta hæreditate legata reddi,& quod amplius quàm per legem Falcidiam cœpit:hæres quoque ut legatorum nomine satisdet, audiēdus est ut in municipiū remittatur. Planè si misso iam legatario in possessionem(cùm per hæredē stetisset quominùs caueret)hæres postulet ut de possessione decedat, paratumque se dicat in municipio cauere:impetrare non debebit. Diuersum est si sine culpa aut dolo hæredis missus sit in possessionem. Iubetur iurari de calumnia: ne quis uexādi magis aduersarij caussa,forsitan cùm Romæ possit satisdare,in municipiū euocet. Sed quibusdā hoc iusiurandum de calumnia, remittitur,ueluti parentibus & patronis.Sic autem iurare debet qui in municipium remittitur,Romæ se satisdare non posse,& ibi posse quò postulat remitti: idque se non calumniæ caussa facere.Nam sic non est compellendus iurare,alibi se quàm eo loco satisdare non posse:quia si Romæ non posset, pluribus autem locis posset, cogeretur peierare. Hoc autem tunc impetrabitur,cùm iusta caussa esse uidebitur. Quid enim si cùm erat in municipio,uoluit cauere?hoc casu non debet impetrare,cùm per eum steterit quominùs ibi, ubi desiderat,satisdaret.

Non solùm apud officium caueri solet iudicio sisti, sed interdum apud iudicem: vt in stipulatione superiori de re mobili. De die igitur quo sistatur, stipulatori magis quàm promissori audiendum erit: quòd in pari caussa non sint. Promissor enim Calendas Græcas diceret.[a] Ait,Minori quoq;. Succurritur his vt ex integro satisdetur eis,si locuples nō sit datus fideiussor:alijs nō succurritur.[b] Ait,Stipulatori hæres. Hoc non potuit præuidere stipulator:non magis quàm calamitatem futuram.[c] Ait, Tutor.Hæ satisdationes proprios titulos habent:[d] sed hîc de satisdatione generaliter necessaria,vel contrà,cùm dicatur,exempla subijcienda fuere.

a.arg.l.si quis intē.§. de iud. b.l.si arb.§.eo. c.§.d.l. d.§.rē pup.§. vsusfru.quem. ca.§.si cui amplius quā.p.l. fal.§.vt lega.

L. IX. CAIVS. *Lib.5.ad edictum prouinciale.*

Arbitro ad fideiussores probandos constituto, si in alterutram partem iniquum arbitrium uideatur:perinde ab eo,atque à iudicibus appellare licet.

Hi arbitri iussu iudicis à litigātibus eligūtur:ideo ab eorū arbitrio, vti à pedaneorū sententijs appellatur. Nā stādū est arbitrio eorū,nisi quæratur,&c.[a] Arbitri cōpromissarij,qui sine iudice eligūtur, in eadem caussa non sunt:quorum arbitrio necessariò non statur, nisi homologetur.[b]

a.§.l.seq. b.l.ne in.C. de arbi.& .l.s. eo.

L. X. PAVLVS. *Lib.75.ad edictum.*

Si arbitro probati sunt fideiussores, pro locupletibus habēdi sunt, cùm potuerit querela apud competētem iudicem deferri. Qui ex caussa improbat ab arbitro probatos, & aliàs improbatos probat:multóque magis si sua uoluntate accipit fideiussores, cōtentus his esse debet. Quòd si medio tempore calamitas fideiussoribus insignis,uel magna inopia acciderit,caussa cognita ex integro satisdandum erit.

Ait, Improbatos probat. Licet primùm dubitarit an idonei essent, & per arbitros improbati sint, probare potest Ait, Caussa cognita. In caussæ cognitione vertetur, an imputandum sit stipulatori, quòd non id præuiderit: an adhuc pro caussæ quantitate idonei sint.

L. XI. VLPIANVS. *Lib. 78. ad edictum.*

Iulianus ait, si antè quàm mandarem tibi ut fundum peteres, satis acceperis petiturus fundum, & postea mandato meo agere institueris: fideiussores teneri.

Siue suo, siue procuratorio nomine stipuletur quis iudicatum solui, sibi quærit directã actionem: [a] ideo non prodest fideiussori, si caussam mutatam dicat. Nihil enim opus fuit repetere stipulationem eiusdem effectus: nec mutatio actoris, caussam fideiussoris mutat: vt pote qui pro eodem obligatus manet, & in eandem quantitatem. At contrà si pro defensore quis fideiusserit, deinde is vel procurator datus, vel hæres factus litiget: fideiussoris caussa alia esset. Nam pro eodem in eadem caussa manente, obligatus non esset. Defensor enim conuenitur iudicati: procurator non conuenitur. [b] Defensor habet dominum obligatum nego. gestorum: hæres neminem habet obligatum. Vnde caussa fideiussoris deterior esse potest: ideoque non tenerà receptum est. [c]

a l. si procu. ȷ. de pro.
b l. Plancius. ȷ. de proc.
c l. si ante. ȷ. iu dic. sol.

L. XII. IDEM. *Lib. 87. ad edictum.*

Inter omnes conuenit, hæredem sub conditione possidentem hæreditatem, substituto cauere debere de hæreditate, & si defecerit conditio, adeuntem hæreditatem substetutum & petere hæreditatem posse: & si obtinuerit, committi stipulationem. Et plærumque ipse Prætor, & ante conditionem existẽtem, & ante diem petitionis uenientem, ex caussa iubere solet stipulationem interponi.

L. XIII. PAVLVS. *Lib. 75. ad edictum.*

Sed & si plures substituti sint, singulis cauendum est.

Testator his verbis testamentum scripsit: Titius mihi hæres esto, si nauis ex Asia venerit: Si ille non erit, Sempronius esto. Titius qui bona hæreditaria possidet, satisdare tenetur Sempronio de restituenda hæreditate, si conditio defecerit. Ex qua satisdatione fideiussores tenebuntur Sempronio, si quid deperditum, imminutúmve fuerit ex rebus hęreditarijs: si modò Sempronius in petitione hæreditatis victor extiterit. Et hæc satisdatio & ante conditionem institutionis deficientem, vel (quod idem est) substitutionis conditionem existentem, & post aditam hæreditatem à substituto, ante petitinnem hęreditatis interponitur. Et hoc est nimirum quod Paulus ait, [a] In diem longiorem. Bartolus tamen hoc posteriùs de satisdationibus ex alia caussa accipit: [b] quod etsi verum sit, huic loco tamen non conuenit.

a l. 7. ȷ. de præt. stip.
b l. in omnib. ȷ. de iudi. arg.

L. XIIII. IDEM. *Lib. 2. Responsorum.*

Filiusfamiliâs si defendit absentem patrem, quæro an iudicatum solui satisdare debeat? Paulus respõdit eum qui absentem personam defendit, etiam si filius uel pater sit, satisdare petitori ex forma edicti debere.

Regula est defensorem alienæ caussæ satisdare oportere iudicatum solui. [a] Si tamen pater tanquã legitimus administrator interueniret satisdare non deberet: [b] non magis quàm tutor. [c] Necessitas enim officij eos defendit.

a Insti. de satisd. ȷ. pen.
b l. fi. C. de bo. q. lib. Bar. hic.
c l. fi. C. de ad. tut.

L. XV. MACER. *Lib. 1. de Appellationibus.*

Sciendum est, possessores immobilium rerum, satisdare non cõpelli. Possessor autem is accipiendus est, qui in agro uel ciuitate rem soli possidet, aut ex asse, aut ex parte. Sed & qui uectigalem, uel emphyteuticum agrum possidet, possessor intelligitur. Item qui solam proprietatem habet, possessor intelligendus est. Eum uerò qui tantùm usumfructum habet, possessorem non esse, Vlpianus scripsit. Creditor qui pignus accepit, possessor non est, tametsi possessionem habeat, aut sibi traditam, aut precariò debitori concessam. Si fundus in dotem datus sit, tam uxor quàm maritus propter possessionem eius fundi possessores intelligũtur. Diuersa caussa est eius qui fundi petitionem personalem habet. Tutores autem, siue pupilli eorum, siue ipsi possideant, possessorum loco habentur. Sed & si unus ex tutoribus possessor fuerit, idem dicendum erit. Si fundum quem possidebam, à me petieris: deinde cùm secundum te esset iudicatum, appellauerim: an possessor eiusdem fundi sim? Et rectè dicetur possessorem me esse: quia nihilominùs possideo.

possideo. nec enim ad rem pertinet, quòd euinci ea possessio posit. Possessor autem quis nécne sit, tempus cautionis spectandum est. Nam sicut ei qui post cautionem uendidit, nihil obest: ita nec prodest ei qui post cautionem possidere cœpit.

Hoc caput ad satisdationem Iudicio sisti Bartolus refert: quam interpretationem ratio magis, quàm legum verba suadet. Primum omnium quòd tutorem non debere satisdare rem saluã fore, absurdum sit: licet fundum possideat, quem restituere iussus sit. In stipulatione iudicio sisti id receptum est, quòd fugæ suspectus nõ sit qui vel talem fundum possideat. Deinde vix credi potest, sub proprijs titulis satisdationum hoc nusquam expressum, si ad omnes spectaret. Ad extremum regula alibi tradita est, prætorias stipulationes desiderare satisdationem: [a] & cautionem legatorum semper esse fideiussorum. [b] Ait, Rem soli possidet. Animo domini tenet. [c] Ait, Vectigalem. Vectigalis fundus latiùs patet quàm emphyteuticus: nam qui reditum annuum debet, vectigalis est: qui certa lege debet emphyteutes. [d] Vectigal, ipse reditus est: quòd nomine soli dependsum, solarium appellatur. [e] Ait, Tantùm vsumfructum. Naturaliter fructuarius quidem possidet fundum, [f] non tamen animo domini: Ideo possessor nõ intelligitur. Ait, Creditor. Debitor qui pignori dedit, ad vsucapionem possidere alibi dicitur: [g] qua ratione hoc loco creditor qui animo domini non possider, possessor non putatur. Ait, Tam vxor. Vterque enim dominium habere intelligitur: hæc naturaliter, ille ciuiliter. [h] Ait, Tutores. Hi non satisdant iudicatum solui, vt alibi sancitur: Iudicio verò sisti demum satisdant, si pupilli non habeãt immobilia. Estque hic locus argumento de satisdatione iudicio sisti, hic tractari: cùm iudicatum solui omnimodò non satisdent tutores. [k] Porrò loco possessorum haberi ait tutores, non possessores esse: quia nihil refert ipsi, an pupilli possideant. Ait, Nihilò minùs possideo. Animo domini is possidere meritò videtur, qui in iudicio rei vendicationis damnatus appellauit. Ait, Nihil obest. Hæc satisdatio iudicio sisti, semel interponitur, quòd liberum sit in possessionem ire, si non defendatur qui promisit. [l] Quæsitum scio an malę fidei possessor satisdare debeat. Et puto non debere: cùm satis sit animo domini possidere immobilia, vt fugæ suspicio cesset. Porrò neque fructuariũ, neque creditorem, mala fide possidere (ad hãc cautiõnem quod attinet) dicimus: quia animo domini neuter tenet, sed animo habentis ius in re possessa.

a. l. 1. infrà de præto. b. l. 1. infrà vt leg. no. c. Theoph. d. infra si ag. vectig. e. l. 2. infrà ne q. in lo. pub. f. l. naturaliter. infrà de acq pos §. idẽ placet. insti. per. q. per. g. l. 1. §. qui seruum. infi de acq. poss. h. C. de rei vxor. l. doce. C dẽ rei vendi. i. l. fi. C. de administ tuto. k. d. l. fi. l. l. 2. infrà ex quib. causs.

L. XVI. PAVLVS. *Lib. 6. ad edictum.*

Qui iuratò promisit iudicio sisti, non uidetur peierasse si ex concessa caussa hoc deseruerit.

Vadimonium deserere Cicero, [a] & Plinius [b] dixere: pro quo cautionem deserere Paulus hic ait. Cui contrariũ est vadimonium obire, & cautioni obtemperare. [c] Formula verò iurisiurandi qua Consul scriptos milites adigebat vt certo die adessent, & citati Consuli responderent, caussas concessas (de quibus hic Paulus) nominatim complectebatur. [d] Sed ex infrà expositæ sunt. [e]

IVS GALLICVM.

Apud Gallias cautio iudicio sisti, locum habet demũ (vti suprà dixi) [a] cùm de crimine agitur: & certam pecuniam vades repromittunt nisi sistatur: [b] quam cõsuetudinem Bartolus memorat. [c] Idem obseruatur si reus sua fide dimittatur in diem certum, vel quando iudici visum erit, staturus. Satisdatio rem pupilli saluam fore, necessaria est moribus regionum: [d] quibus & commentitiæ quædam satisdationes necessariæ introductæ sunt. [e] Necessaria est & ea satisdatio legibus Regiis, quæ ab eo exigitur, qui possessionem momentariam, rei controuersę obtinet: quæ Iudicatum solui dicetur. [f] Quòd si pendente lite, tanta copia fructuum percipi contingat, vt soluendo non sint dati fideiussores, alios adiungi, vsurpatum est. [g] A famulis, quibus merces præstatur, qualiscumque fideiussor accipitur. [h] Porrò de fideiussoribus integer extat titulus, in lege municipali: de quibus suo loco opportuniùs dicemus: *pleuines* voeat. [i]

a. pro Quintio. b. in præf. c. infr. si quis caut. & Cice. de orat. d. Gell. lib. 10 cap. 4. e. infrà si quis caut. a. sup. in ius vo. vt. b. Britan. tit. 11. 14. & 2. seq. c. l. 2. hic. d. Britan. Tit 21. art. 21. e. art. 8. eo *Parisi. de la garde bourgeoise.* 2. f. Ludo. 12. 83 Fran. 62. g. vt hic. l. si arb. h. Ludo. 12. 80. argu. hic. l. 2. i. Britã. Tit 11

SI EX NOXALI CAVSSA AGATVR QVEM-*admodum caueatur.* Titulus IX.

Si Iustinianus, aut Tribonianus potiùs, Hermogeniani institutum oculatiùs æstimasset, [a] sub hoc tractatu, De voeando in ius: hoc ordine titulos composuisset, In ius vocat. Qui satisd. Si ex nox. Si quis in ius vo. Si quis caut. Ne quis eum. De eo per q. fa. Sed occupati homines reip. alijs curis, titulos hosce coniecerunt in Pandectas, magis quàm composuerunt. Satis igitur habeto lector, proximos atque coniunctos titulos esse, & ad vocationẽ in ius omnes pertinere. Particula edicti perpetui, in qua titulus hic vertitur, extat sub lege prima: Si quis eũ, de quo noxalis actio est, Iudicio sisti promiserit, in eadẽ caussa eũ exhibeto, in qua tunc est, donec iudiciũ accipiatur.

a. l. 2. ĩ. de sta. hom.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 7. ad edictum.*

S I quis eum de quo noxalis actio est, iudicio sisti promiserit: Prætor ait, In eadem caussa eum exhibeto, in qua tunc est, donec iudicium accipiatur. In eadem caussa sistere quid sit uideamus. Et puto uerius esse, in eadẽ caussa eum uideri

sistere, qui ad experiundum nō facit ius actoris deterius. Si desinat seruus esse promissoris, uel actio amissa sit: nō uideri in eadem caussa statū, Labeo ait. ueluti nec si qui pari loco erat in litigando, cœperit esse duriore, uel loco uel persona mutata. Itaque si ei qui in foro promissoris conueniri non potest, uenditus, aut potētiori datus sit, magis esse putat ut non uideatur in eadem caussa sisti. Sed & si noxæ deditus sit, Offilius non putat in eadem caussa sisti: cùm noxæ deditione, cæteris noxalem actionem perimi putet.

Ait, Ius actoris. Ius accipe persequendi in iudicio, non etiam exigendi: vt alibi pulchrè idem exponit.[a] Ait, pari loco. Eodem loco, eadem caussa, eadémve conditione, quantùm ad persecutionem, vt dixi: alia significatione paulò pòst dicit, Vel loco. Ait, Qui in foro. Exemplum est loci mutati. Ait, potentiori. Exemplum mutatæ personæ.

a. l. 1. infr. Si quis cau.

L. II. PAVLVS. *Lib. 6. ad edictum.*

Sed alio iure utimur. Nā ex præcedentibus caussis noxæ deditus non liberatur: perinde enim noxa caput sequitur ac si uenisset. Si absens sit seruus pro quo noxalis actio alicui competit, si quidem dominus non negat in sua potestate esse, compellendum putat Vindius uel iudicio eum sisti promittere, uel iudicium accipere: aut si nolit defendere, cauturū, eum, cumprimùm poterit, se exhibiturū: sin uerò falsò neget in sua potestate esse, suscepturum iudicium sine noxæ deditione. Idq; Iulianus scribit, & si dolo fecerit quominùs in eius esset potestate. Sed si seruus præsens est, & dominus abest, nec quisquam seruum defendit, ducendus erit iussu Prætoris: sed caussa cognita, domino postea dabitur defensio, ut Pomponius & Vindius scribunt: ne ei absentia sua noceat. ergo & actori actio restituenda est perempta, eo quòd ductus seruus in bonis eius esse cœperit.

Ait, Alio iure. Ità enim is qui noxæ deditus est ciuili iudicio, conuenietur noxaliter, atque is cui venditus sit. Noxa enim caput sequitur, id est pœna ob noxam serui, sequitur eum cuius iuri est subiectus, vel seruum iam manumissum. Seruus enim caput non habet.[a] Ait, Sisti promittere. Dominus ex edicto de noxalibus ita demùm ex noxa, id est delicto serui cōuenitur, si in potestate adhuc est.[b] Ideo interrogari soler an in potestate habeat.[c] Si falsò neget sine noxæ deditione cogitur defendere, & noxam sarcire. Si fateatur, cogitur promittere eum iudicio sisti, cū primùm poterit, vel accipere iudicium noxale, ne morte perimatur actio ante litem contestatā.[d] Sed etsi dolo desierit seruus in potestate esse, noxali iudicio cōuenietur dominus: vti is in rem actione pulsatur, qui dolo desijt possidere.[e] Sanè cuius voluntate noxa nocita est, directa tenetur: quia ipse noxam nocuisse videtur.[f] Ait, Ducendus. Ducere dicimur personas, quas in potestate habemus: vt seruos, liberos, vxores.[g] Ait, Dabitur defensio. Ex edicto restitutorio[h] ex quo actori restituetur etiam actio, rescissa ductione: quæ ob id restitutoria actio, & rescissoria dici potest.[i]

a. Institut. de cap. di. §. seruus.
b. l. 7. infr. de nox.
c. l. si quis inf. de interr.
d. l. solet. j. de ser. §. 1. instit. de perp. act.
e. l. qui rest. j. de rei vendi.
f. l. 2. j. de no.
g. l. 3. infr. de lib. exhi.
h. j. ex quib. cau. ma.
i. l. fi. j de eo. l. nec nō. j. ex quib. cau. ma.

L. III. VLPIANVS. *Lib. 7. ad edictum.*

Si cum usufructuario noxali iudicio agetur, isque seruum non defenderit, denegatur ei per Prætorem usufructus persecutio.

Si fructuarius non defendat, dominus proprietatis conuentus, aut noxæ dedet, aut noxā sarciet.[a] Expone noxæ dedet in dandi casu, id est pro noxa pœnáve dedet. Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur. Nam & delictum & pœnam delicti, hoc verbum significat:[b] seruum qui nocuit significare negat Laurentius Iustiniano. Quod si verum est, In noxam dedere, non Noxam dedere, legendum erit apud Vlpianum.[c]

a. l. si ex. infr. de noxal.
b. l. plebs inf. de verb. sig.
c. l. j. infrā si quadrup.

L. IIII. CAIVS. *Lib. 6. ad edictum prouinciale.*

Si cum uno ex dominis noxali iudicio agetur: an pro parte socij satisdare debent? Sabinus ait non debere: quia quodammodo totum suum hominem defendere debeat, cui insolidum defendendi necessitas est: nec audiatur si pro parte paratus sit defendere.

Hoc caput ad nobilem locum iuris De indiuiduis, spectat. Est autem huius obligationis executio indiuisa, nō natura rei, quæ diuidi potest: sed lege & natura negocij, quæ indiuisam executionem postulant. Nam si noxæ æstimatio viginti sit, et communis serui dominus decem dare potest: sed hæc defensio pro parte nō admittitur, ne actor id incommodi inuitus ferat, vt communionem ineat: si fortè alter dominus pro parte seruum dedat. Qua ratione venditoris hæredes insolidum defendunt venditionem, cuius naturam indiuisam consultus ait:[a] non quòd nō possint hæredes pro sua quisque parte defendere venditionem, & si euincatur res, partem litis æstimationis

a. l. in exe. j. de verb. ob. & l. cum ex cau.

mationis præstare: sed quòd negocium hoc desideret, & vtilitas contrahentium, vt solidam rem habeat emptor, vel solidam æstimationem, non partes vtriusque: qui hac lege empturus nõ fuit. Et hanc rationem in redhibitione Vlpianus reddit.[b] Ait, Necessitas est. Non absolutè, sed sub conditione, Si defendere malit, quàm ante litem, suam partem cedere. Planè post acceptum iudicium, si socij dedere nolint, in solidam litis æstimationem damnatus aduersus eos experietur pro portionibus.[c]

b.l.quod si no lit §.si plures. infr. de ædil. edi.
c.l.si seru[us] cõ. inf. de nox.l. hæredes. fa.ercis.

L. V. VLPIANVS *Lib. 47. ad Sabinum.*

Si seruum in eadẽ caussa sistere quis promiserit, & liber factus sistatur: si de ipso controuersia est capitalium actionũ iniuriarúmque nomine nõ rectè sistitur: quia aliter de seruo, supplicio, & uerberibus, de iniuria satisfit: aliter de libero uindicta sumitur, uel cõdemnatio pecuniaria. Quod autem ad cæteras noxales caussas pertinet, etiam in meliorem caussam, uidetur peruenisse.

Nobilis ἀντινομία apud Vlpianum hic notatur: quam vt submoueamus, verba eius priùs interpretanda sunt. Ait, Capitalium actionum. Actio capitalis est, vel accusatio criminis, cuius pœna capitis, id est mors, vel quæ libertatem, aut ciuitatem adimit:[a] vel crimen ipsum capitale. Nam petitionem actionis alibi consulti dicunt: vt hic controuersia, sub nomine actionis capitalis, nõ ineleganter contineatur. Iniuriarum verò nomine, controuersiam dicit etiam capitalium; id est eorum quæ non iure fiunt: non contumeliarum, quas actione ciuili persequimur.[b] Ait, Supplicio. Pœna capitis, vt morte, vel quæ alioqui ciuitatem, vel libertatem adimit,[c] vt dixi. Ait, Verberibus. Serui flagellis cæduntur, liberi fustibus, &c.[d] Ait, Vel condemnatio pecuniaria. Quæ pœna seruo non conuenit.[e] Ait, Cæteras noxales. Priuatas noxas intellige vt in edicto Aedilium: in quo capitalis fraus nominatim memoratur.[f] Nam alioqui noxæ appellatione omne delictum continetur, non tantùm priuatum:[g] vt hoc loco apud Vlpianum. Ait, In meliorem. Quia directò conuenitur manumissus.[h] Nunc submoueamus contrarietatem legum. Igitur Vlpianus alibi. Si seruus crimen commiserit, deinde liber factus sit eam pœnam sustinere debebit, quam sustinuisset tempore delicti.[i] Quæ verba huic eiusdem capiti contraria quidem non sunt, sed casu colliduntur, & euentu, vt Fabius de similibus ait. Nam commissi criminis in seruitute, pœnam quidem seruilem luet: commissi post manumissionem delicti, liberalem. Ideóq; nõ videtur in eadem caussa stitisse ex promissione, posteriore casu. Sed & priore casu, actori deteriore loco est persecutio, quòd manumissus sit seruus. Licet enim eandem pœnam subire debeat, difficilior tamen est persecutio, quòd onus probãdi seruum fuisse tempore delicti, ei incumbat. Cùm contrà seruus status, vt seruus puniatur, nisi ex aduerso, liberum fuisse cùm deliquerit, probetur.[k] Nam quod Bartolus diuinauit hic de pœnis extraordinarijs statui, alibi de certis, probari nulla ratione potest: vt ferendum nõ fuerit, absque legum authoritate, Vlpiani regulam ad pœnas certas coangustari. Erit & qui putet, non sisti promissum in hac specie (quod ad noxam commissam relatum, in eadem caussa fieri debet)[l] sed expressum esse dicat, in eadẽ caussa: quod generaliter accipiendum est, ne à verbis recedatur.[m]

a.l.2. infrà de pub. iudi.
b.l.j. §. de iniur.
c. l.j. §. de fal. l.capi. inf. de pœn.
d. l.in seruorũ. §. de pœn.
e.l.si quis. §. de iurid.
f.l. quis sit. §. de ædil. edi.
g.l.plebs. §. de verb.sig.
h.§.omnis. in sti. de nox.
i.l. §. de pœn.
k.l.2. infrà de prob.
l.l.1. sup. eo.
m.l.06 aliter. de leg. 3.

L. VI. PAVLVS. *Lib. 11. ad Sabinum.*

Sed si statuliberum sisti promissum sit, in eadem caussa sisti uidetur, quamuis liber sistatur, quòd implicitus ei casus libertatis fuerit.

Hoc loco quoque leges obseruantur, non solùm collidentes casu, sed contrariæ: quarum aliæ alijs qui abrogent, cùm sint eodem tempore perlatæ? Aliæ enim leges sanciunt, Statuliber vti liber puniatur:[a] aliæ vti seruus.[b] Et quidem D. Pius rescripsit statuliberum iam vt liberum puniendum esse:[c] quod rescriptum Modestinus probat ob cõditionis ambiguum, & prorogatiuã sperandæ libertatis.[d] Id quod ad regulam Vlpiani si referamus, pœnam statuliberorum, liberorúmque dicemus eam, quæ delictum in eo statu commissum puniat.[e] Nam si tempus iudicij spectes, serui vt liberi, & contrà liberi iam vt serui puniũtur, si modò in eo statu deliquerint. Vt mirum sit cur Pomponius scribat, statuliberos eas pati pœnas, quas cæteri serui subeunt:[f] quod ab eo dictum in hoc apparet, vt à seruis cæteris nihil penè differre ostendat. Quò nihil pertinet id quod dici solet, statuliberos vt seruos puniri, qui serui deliquerunt.[g] Nã & hoc liberis conuenit, ex Vlpiani regula. Sed tamẽ ego nihil habeo aliud, quo hic Tribonianum à socordia vindicem. Nam absque cauillo legentibus, videtur Pomponius à Modestinio dissensisse: vt alibi Vlpianus à Martiano.[h] Eius rei caussa fuit consultis, quòd rescripta Imperatorum ad omnes non perueniebant: & interdum in eadem re, contraria rescripta adducebantur.[i]

a.l.statuliber. inf. de quæst. l. moris. de pœn.
b.l. statuliberi. de statulib.
c.d.l.moris.
d. l. statu. de quæst.
e.d.l.1.inf. de pœn.
f.d.l.statu. de statulib.
g.glos.
h.l. sed diui. sup. de re. di.
i. l.3. §. de iur. fis. §. thesau. inst. de re di.

IVS GALLICVM.

Serui apud Gallos quales sint, abundè suo loco diximus.[a] Eos quoniam in potestate domini non habent, neque iudicium eorum nomine suscipere, neque eos sistere in iudicio coguntur. Si tamen vltrò promiserint iudicio eos sisti, ex promissione tenebuntur, vel pœnam pecuniariam soluent, vt suprà attigimus de representatione reorum.[b] Clericus si post crimen admissum,

a. sup. de stat. hom.
b.§.lo ius vo. & §.q satisda.

qui

qui laicus erat, factus sit: forum mutauit, nisi crimen tale fuit de quo regij iudices cognoscunt. [c] Et ideo pœnam iudex pontificius eam irrogabit, quam ius pontificum statuat: præsertim si laicus iam iudex non anteuerterit. [d] Quapropter qui sistere promisit laicum, in eadem caussa stitisse non videtur, si clericum exhibuerit.

c. Ausre. in cle. 1. de offic. ord.
d. Bartol. hic.

DE EO PER QVEM FACTVM ERIT, QVOminùs quis in iudicio sistat. Titulus X.

Edictum restitues hoc pacto. "Si quis dolo malo fecerit, quominùs quis in iudicio sistat, aduersus eum, quanti ea res erit, in factum iudicium dabo." Datur autem hoc iudicium ei qui non venit interdum, cuius interest: interdum aduersario, vti inferiùs apparebit. [a]

a. l. 3 infrà eo. l. 3. inf. si quis caut.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 7. ad edictum.*



Equißimum putauit Prætor, dolum eius coërcere, qui impedit aliquẽ iudicio sisti. Fecisse autem dolo malo non tantùm is putatur, qui suis manibus, uel per suos retinuerit: uerùm qui alios quoque rogauerit ut eũ detinerent uel abducerent ne iudicio sisteret: siue scientes, siue ignorantes quid esset quod comminisceretur. Dolum autem malum sic accipimus, ut si quis uenienti ad iudicium, aliquid pronunciauerit triste, propter quod is necesse habuerit ad iudiciũ non uenire, teneatur ex hoc edicto: quamuis quidam putent, sibi eum imputare debere, qui credulus fuerit. Si reus dolo actoris non stiterit, non habebit reus aduersus eum ex hoc edicto actionem: cùm contentus esse poßit exceptione, si ex stipulatu conueniatur de pœna, quòd ad iudicium non uenerit: aliter atque si ab alio sit impeditus. Nam actionem propositam aduersus eum exercebit. Si plures dolo fecerint, omnes tenentur. Sed si unus præstiterit pœnam, cæteri liberabũtur: cùm nihil intersit. Serui nomine ex hac caussa noxali iudicio agendum, omnes consentiunt. Et hæredi datur hæc actio: sed non ultra annum. Aduersus autem hæredem hactenus puto dandam actionem, ut ex dolo defuncti hæres non lucretur.

Ait, Iudicio. Ideo ad pedaneum vocatus si impediatur, locus erit edicto: quod contrà obseruatur superiùs in edicto, Ne quis eum. Aliud enim est propriè in ius vocari, aliud in iudicium. [a] Ait, Dolo malo. In edicto, Ne quis, sufficit ius, & rigidiùs coërcetur, vt prædixi. Ait, Suis manibus. Sed num & vim hic facit? Ex vtroque ergo edicto agere licebit, si vis cum dolo concurrat in eundem: non tamen bis de eadem pœna agetur. [b] Ait, Triste. Mortem, vel hostium vim, &c. portendens omen. Ait, Non habebit. Non est dandum auxilium nihil necessarium, vel vtile: [c] Et hic sufficit exceptio. [d] Ait, Omnes teneantur. Ex edicto omnes insolidum tenentur, quia omnes deliquerunt: [e] actor tamen vna exactione contentus esse debet, quando quanti sua interest agit, non in pœnam. [f] Contrà si pœnale sit vtrinque iudicium, aduersus singulos insolidum experietur. [g] Illud quæri solet, an qui soluit pœnam huius edicti contra alios pro parte agere poßit? quod in quasi maleficijs locum habet. [h] Ait, Noxali. Sed quid si familia dolo fecit? Et non dubito dominũ liberari, si semel id quod interest præstiterit: quia damnum maius non est à familia datum, quàm si vnus homo liber fecisset. [i] Ait, hæredi datur. Quia rei persecutionem continet, licet ex parte rei plærumque pœna sit. [k] Ait, Vltra annum. Vtilem annum accipe, vt suprà alibi dixi. [l] Est enim honorarium iudicium, & pœnale ex parte rei. Ait, Vt ex dolo. Turpia lucra hæredibus in vniuersum extorquenda sunt: [m] pœna in eos non transit. [n]

a. not. sup. l. 3. ne quis eũ. l. 1. insti. de post. l. volunt. j. de interrog. in iur. fa.
b. l. 1. vi bo. rap. j. l. bona fid. j. de reg. iur.
c. l. 3. j. naut. caup.
d. l. si duo. inf. si quis caut.
e. l. si ita infrà ad. l. aquil.
f. vt hic.
g. l. si quis. sup. de iurisd. d. l. si ita. J. item mel. infrà ad l. aquil.
h. l. percept. j. de ius q̃ deie.
i. l. si fa. j. de iurisd. vbi no.
k. l. in hon. j. de actio.
l. l. si quis ius di.
m. l. in hæredẽ inf. de calum.
n. §. 1. insti. de perp. act. in.

L. II. PAVLVS. *Lib. 6. ad edictum.*

Si actoris seruus, domino sciente, & (cùm poßit) non prohibente, dolo fecerit quominùs in iudicio sistam, Offilius dandam mihi exceptionem aduersus dominum ait: ne ex dolo serui dominus lucretur. Si uerò sine uolũtate domini seruus hoc fecerit, Sabinus noxale iudicium dandum ait: nec factum serui, domino obesse debere, nisi hactenus, ut ipso careat, quando ipse nihil deliquit.

Ait, Domino sciente. Ipse enim dominus fecisse videtur: [a] & dolus socij etiam socio prodesse non debet. [b] Ait noxale. Ex edicto de noxalibus. [c]

a. l. 2. j. de no.
b. l. si duo inf. si q. cautio.
c. inf. de nox. 2.

L. III. IVLIANVS. *Lib. 2. Digestorum.*

Ex

*Ex hoc edicto, aduersus eũ qui dolo fecit quò minùs in iudicium uocatus quis sistat, in factum actio competit quanti actoris interfuit eum sisti, in quo iudicio deducitur si quid amiserit actor ob eã rem: ueluti si reus tempore dominiũ rei interim sibi acquirat, aut actione liberatus sit. Planè si is qui dolo fecerit quominùs in iudicio sistatur, soluẽdo non fuerit: æquum erit aduersus ipsum reum restitutoriam actionem competere: ne propter dolum alienum, reus lucrum faciat, & actor damno afficiatur. Et si stipulator dolo Titij, & promissor dolo Mæuij impeditus fuerit, quominùs iudicio * sistatur: uterque aduersus eum cuius dolo impeditus fuerit, actione in factum experietur. Sed si stipulator dolo promissoris, & promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit, quominùs ad iudicium uenirent: neutri eorum Prætor succurrere debebit, ab utraque parte dolũ dolo compensando. Si à fideiussore quinquaginta stipulatus fuero, si in iudiciũ reus non uenerit, petiturus à reo centum, & dolo malo Sempronij factum fuerit, ne in iudicium reus ueniat: à Sempronio centum consequar. Tanti enim mea interfuiße uidetur, quia si uenißet in iudicium, actio mihi in centum aduersus reum uel aduersus hæredẽ eius competebat: licet fideiussor minorem mihi summam promiserit.*

* aliàs sistat. vterq; aduersus.

Ait, quanti actoris. Calumniator ergo ex hoc edicto non agit, sed is cuius verè intersit. Edicto ne quis eum, vis coercetur seueriùs Ait, Tempore. Vt triennio rem mobilem capiat vsu.[a] Ait, Actione. Actio propriè in personam est.[b] Ait, restitutoriam. Ex edicto ex quib. caussis maiores: nimirum ex clausula generali, item si qua alia, &c.[c] Ait, Etsi stipulator. Iudicio sisti. Ait, vterq; aduersus eum. Sed quid si promissor tempore liberatus sit? Nam sua non interest in iudicio statum esse. Quid quòd stipulator aduersus eum agere non possit, à quo impeditus est? quandoquidem si stitisset, contestari tamen litem cùm absente reo non potuisset. Eadem ratione aduersus eum qui reum impediuit, non aget: quia absens ipse agere, & contestari litem non potuisset.[d] Si verò actio perempta non sit, interesse non potest, nisi ob sumptus inutiliter, & remoram liti factam. Atque ob id actor in eum aget à quo impeditus est: quia si venisset, in reum ex stipulatione Iudicio sisti, agere potuisset. Reus pari ratione in eum experietur à quo est impeditus: quòd si venisset, cum actore agere potuisset sumptuum nomine. Qua ratione si liberatio contigit, stipulator ob id aget eum eo qui impediuit, quòd per eum factum sit quominùs in ius venerit, & ita ex stipulatione agere in reum potuerit.[e] Ait, neutri eorum. Actione vtrinque denegata.[f] Ait, Quinquaginta. certam quantitatem à fideiussore stipulatus est, & ideo in veram quantitatẽ, id est quãti ea res erit, vel quanti intererit, nõ tenetur.[g] In hoc edicto tamen non habetur ratio eius quod à fideiussore consequi potuit stipulator, sed quod à reo.[h] Porrò quod hic ait, tempore reum in ius vocatum actione liberari, ad actiones perpetuas non videtur pertinere: id est eas quæ in longissimum tempus durant. Nam sola conuentione ea præscriptio interrumpi solet:[i] quod de iudiciaria conuentione, id est à iudice re impetrata, accipiendum volumus,[k] non de ea quæ per solum viatorem, postulante apud eum actore fiat. Quanquam non nisi edicto magistratuum, viatores quemquam vocasse, regulare existimo, vti suprà attigi.[l]

a. j. de vsuca. in prio. b. l. actio. j. de Actio. c. l. 3. j. ex quibus cau ma. d. d. arg. l. 2. j. si quis in ius vo. e. l. 2. in fi. & l. 3. j. si quis caut. f. arg. l. si duo. j. de dol. g. l. 2. ĩ. qui satisd. h. vt hîc. i. l. cum notis. C. de præs. 30. an. not. j. ex q caus. ma. l. sed & ad. k. l. sicut. de præs. 30. an. C. l. ĩ. de in ius vo.

IVS GALLICVM.

Franci cùm plures in delicto reperiunt, singulos damnant quidem in solidam pœnam: sed soluenti nominatim ius reseruant aduersus alios pro parte experiundi. Pœnæ enim legales apud eos exoleuerunt, vt furti, albi corrupti, &c. pro quibus arbitrariæ delinquẽtibus irrogantur. Vltra annum multæ persecutio fisco iurisdictionis inferendæ, nulla datur: damnum tamen passus, quanti sua intersit agere potest in trigesimum annum, quanto tempore damnum agenti in personam ferè præscribi solet.[a] Dominium reus apud eos non eodem tempore vbique acquirit. Nã alij ius Romanum probant lege municipali:[b] alij quadraginta annos ad acquirendum præscribunt, idque absque titulo apud eos licet:[c] alij omnem præscriptionem triginta annorum spatio claudunt.

a. Brit. 100. tit. 14. Bitur. de præscr. b. Pyctou. c. Britan. d. Biturig.

SI QVIS CAVTIONIBVS IVDICIO SISTENDI *caussa factis non obtemperauerit.* *Titulus* XI.

» Edicti clausulam huc pertinentem ita restitue. Si quis cautionibus iudicio sistẽdi caussa factis
» non obtemperauerit, ita demum iudiciũ dabo,[a] si nulla iusta caussa erit cur sisti nõ oportebit.[b]
» Item si qua mihi iusta caussa videbitur, exceptionem in iudicium addam.[c] Venientes ad iudiciũ
» vicena milia passuum in singulos dies dinumerare iubebo, præter eum diem, quo cautũ promis-
» sum erit, & in quem sisti oportebit.[d] Prima particula eos cõplectimur, qui ipso iure ex promissione

a. hic in rub. b. l. 2. in prin. c. d. l. 2. & seq. d. l. 3.

e. vt hic. l. si seruus. & l. quoties. & l. fin.

sione non tenentur: vt si seruus promittat, &c. [e] Secunda pars eos continet qui ipso iure quidem obligantur, sed exceptionem ritè opponunt. [f] Tertia pars habet tempus præstituendum venientibus in ius, si de die non conuenerit. [g]

f. vt hic. l. 2. 4. & seq.
g. l. in itinere. j. de verb. sig.

L. I. CAIVS. Lib. 1. ad edictum prouinciale.



Vicena milia passuum in singulos dies dinumerari Prætor iubet, præter eũ diem quo cautum promittitur, & in quem sistere in iudicium oportet. Nã sanè talis itineris dinumeratio neutri litigatorum onerosa est.

L. II. VLPIANVS Lib. 74. ad edictum.

Si negociũ. P.F.

Non exigimus reum iudicio sisti, si de negocio propter quod iudicio sisti promiserit, fuerit transactum: sed hoc ita, si modò priùs id negocium transactũ fuit, quàm sisti oporteret. Cæterùm si postea transactum est, exceptio doli opponi debet. Quis enim de pœna [*] promissa laboret post negocium transactum: cùm etiam transacti negocij exceptionem putauerit quis nocere, quasi etiam de pœna transactum sit: nisi contrarium specialiter partibus placuerit? Si quis municipalis muneris caussa sine dolo malo suo impeditus, in iudicio secũdum suam promissionem non stitit: æquissimum est tribui ei exceptionem. Simili modo & si ad testimonium desideratus, ad iudicium occurrere non potuerit, ei subueniendum erit. Si quis in iudicio se sisti promiserit: & ualetudine, uel tempestate, uel ui fluminis prohibitus se sistere non potuit, exceptione adiuuatur, nec immeritò: cùm enim in tali promissione præsentia opus sit: quemadmodum potuit se sistere, qui aduersa ualetudine impeditus erat? Et ideo etiam lex duodecim tabularum, si iudex uel alteruter ex litigatoribus morbo sontico [¶] impediatur, iubet diem iudicij esse diffissum. Si non propter ualetudinem mulier non steterit iudicio, sed quòd grauida erat: exceptionem ei dandam Labeo ait. Si tamen post partum decubuerit, probandum erit quasi ualetudine impeditam. Idem est & si quis furere cœperit. [*] Nam qui furore impeditus est, ualetudine impeditur. Quod diximus, succurri etiam ei qui tempestate aut ui fluminis probibitus non uenit: tempestatem sic intelligere debemus, siue marina, siue terrestris sit. tempestatemque intelligere debemus talem, quæ impedimento sit itineri uel nauigationi. Vis fluminis etiam sine tempestate accipiẽda est. Vim fluminis intelligimus, & si magnitudo eius impedimento sit: siue pons solutus sit, uel nauigiũ non stet. Si quis tamẽ cùm posset nõ incidere in tempestatem, uel in fluminis uim, si antè profectus esset, uel tempore opportuno nauigasset, ipse se arctauerit: nunquid exceptio ei minimè prosit? quod quidem caussa cognita erit statuendum. Nam neque sic arctandus est, ut possit ei dici, Cur non multò antè profectus es, quàm dies promissionis sistendi ueniret? neque iterum permittendum ei, si quid sit quod ei imputetur, caussari tempestatẽ, uel uim fluminis. Quid enim si quis cùm Romæ esset ipso tempore promissionis sistẽdi, nulla necessitate urgẽte, uoluptatis caussa in municipium profectus sit? Nónne indignus est cui hæc exceptio patrocinetur? Aut quid si tempestas quidem in mari fuit: terra autem iste potuit uenire, uel flumen circumire? Aequè dicẽdum est, non semper ei exceptionem prodesse, nisi angustiæ non patiebantur terra iter metiri, uel flumen circumire. Si tamẽ uel flumen sic abundasset, ut implesset omnem locum in quo sisti oportuit, uel aliqua fortuita calamitas eundem locum euertisset, uel præsentiam uenienti periculosam fecisset: ex bono & æquo etiam hic exceptio ei accommodanda est. Simili modo exceptio datur ei, qui cùm ad iudicium uenire uolebat, à magistratu retentus est, & retentus sine dolo malo ipsius. Nam si ipse hoc affectauerit, uel caussam præstiterit, non ei proderit exceptio,

* aliàs promissi.

¶ In hunc locum vide Gelli. lib. 20. c. 1.

* aliàs Nanque furore impeditur.

exceptio, ac ipsius quidem dolus ei oberit: cæterorum uerò non oberit qui dolo malo fecerũt ut retineretur. Sed si priuatus eũ detinuerit, nullo modo proderit ei hæc exceptio.

Eadem dinumeratio fit, quando absens datus tutor, ad se excusandum venit:[a] vel is cui bonorum possessio competit, ad eam petendam, Prætorem adit.[b] Ait, Non exigimus. Ipso iure ergo non tenetur sistere, si priùs fuit transactum. Ait, Quis enim de pœna. Ratio est cur doli exceptio competat. Cùm enim hæc stipulatio propter rem ipsam, negociúmve principale, interponatur: negocio transacto, & ipsa pœna remissa videtur. In eadem caussa non est stipulatio vsurarũ, quæ non in hoc interponitur, vt sors peti possit:[c] sed vt præter sortem, vsuras petere liceat. Ait, Exceptionem tribui. Non oportet igitur excusatorem mittat, sed si ex stipulatione iudicio sisti, in eum agatur, hanc exceptionẽ opponet. Ait, Præsentia opus sit. Qui enim ipse in ius vocatus promisit sisti, procuratorem mittere non potest: sed ab initio cõstituere procuratorem tam actor, quàm reus potest ad agendum, & defendendum: quo constituto, & defendente, reus ducendus nõ erit in ius.[d] Et ita cõstitutio principalis nihil huic loco repugnabit.[e] Ait, esse diffissum. Gellius iudex datus, iussi, inquit, diem diffindi, id est differri.[f] Sed quid si tẽpore rei iudicandæ morbo sontico reus laboret? Et putat Bartolus, si ignoranter iudicarit iudex, valere sententiam: restitui tamen condemnatum posse. Ego puto indistinctè pro iudicata re non haberi: vt excusatore opus non sit.[g] Non enim potuit procuratorem constituere ob morbum sonticum, qui omni rei gerẽdæ impedimento fuit: quod in legationis caussa absente, contrà receptum est.[h] Vide tamen Ciceronem lib. 2. ad Hæren. Vbi 60. an. maior, & morbo impeditus, cognitorem dat ex æquo & bono. Sed ille morbum sonticum non memorat.

a. §. qui aut. de excus. b. l. 2. j. qui sord. ibo. poss. c. l. j. C. de iudi. d. l. neque. j. de in ius. l. j. j. de di. præs. l. Papi. j. de mino. e. l. fin. C. de procur. f. lib. 14. ca. 2. l. quæsitum. j. de re iudi. g. d. l. quæsiti. h. l. fin. j. de rest. in integ.

L. III. PAVLVS *Lib. 74. ad edictum.*

Sed actio ei datur aduersus eum qui eum detinuit, in id quod eius interest.

Hæc actio ex edicto superiore datur.

L. IIII. VLPIANVS *Lib. 74. ad edictum.*

Sed & si quis rei capitalis antè condemnatus, iudicio sistere se non potuit, meritò & huic ignoscitur. Rei capitalis cõdemnatum accipere debemus, qui morte, exiliõue coërcitus est. Dixerit aliquis, Quid ergo hæc exceptio damnato proderit? respondebitur, fideiussoribus eius esse necessariam: aut si fortè in exilium salua ciuitate abijt, defensori eius exceptio ista proderit. Illud sciendum est, eum qui idcirco non stitit, quia capitis reus factus est, in ea caussa esse, ut exceptione uti nõ possit. damnato enim datur exceptio. Planè si uinculis uel custodia militari impeditus, ideo non stitit, in ea erit caussa, ut exceptione utatur. Præterea si quis funere domestico impeditus non uenit, debet ei exceptio dari. Item si quis in seruitute hostium fuerit, ac per hoc in iudicium non steterit, debet exceptione adiuuari. Quæsitum est an possit conueniri, ne ulla exceptio in promissione deserta, in iudicio sistendi caussa facta, obijciatur? & ait Atilicinus cõuentionem istam nõ ualere: sed ego puto conuentionẽ istam ita ualere, si specialiter caussæ exceptionẽ expressæ sint, quibus à promissore sponte renunciatum est. Item quæritur, si quis cùm iudicio sistendi caussa satisdare non deberet, satisdato promiserit: an fideiussoribus eius exceptio detur. Puto interesse: utrum per errorem satisdatò promissum est, an ex conuentione. si per errorem, dandã fideiussoribus exceptionẽ: si ex conuentione, minimè dandam. Nam & Iulianus scribit, si iudicio sistendi caussa, pluris quàm statutum est, per ignorantiam promissum fuerit, exceptionem dari debere. Si autem ex conuentione, tantæ summæ promissio facta sit, exceptionem pacti conuenti replicatione infirmandam, Iulianus ait.*

* In vacat. P. F.

Ait, in exilium. Exilium propriè est quo ciuitas amittitur:[a] latiùs tamen hic vsurpatur, vt relegationem etiam contineat.[b] Eadem enim ratio suadet exceptionem, cum corpore exulet, licet retineat ius ciuitatis. Ait, si specialiter. Nominatim, non solùm tacitè, simpliciter promittendo Iudicio sisti.[c] Nisi malis nominatim species caussarum exprimi, ex quibus exceptiones dantur: vt renũcio exceptioni, quæ ob valetudinem, vel tempestatem competit.[d] Sed cur ita? Quia eiusmodi exceptionum est æquitas, vt non videatur verbis generalibus renunciatum: quod in generali obligatione bonorum contrà receptum est.[e]

a. l. 2. infr. de pub. iudi. b. l. relegati. j. de interd. & releg. l. sed & j. de ma. c. arg. l. iurisg. §. quod fere. j. de pact. d. Bartolus hic. e. l. obligatione. j. de pig.

L. V. PAVLVS *Lib.68.ad edictum.*

Si duo rei stipulãdi sint, & uni debitor iudicio se sisti cum pœna promiserit, alter autem impedierit: ita demum exceptio aduersus alterum danda est, si socij sint: ne prosit ei dolus propter societatem. Item si duo rei promittendi sint, & unus ad iudicium nõ uenerit, contempta sua promissione iudicio sistendi caussa facta: actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam desertionis: petendo, exceptione summouebitur. Aequè si à patre facta fuerit promissio iudicio sistẽdi caussa ex filij cõtractu, deinde de re actor egerit cum filio: exceptione summouebitur, si cum patre ex eius promissione agat. Contrà idem erit si filius promiserit, & actor egerit cum patre de peculio.

Ait, si socij sint. Possunt enim esse duo rei stipulandi, qui socij non sint eius negociationis, vel omnium bonorum. [a] Ait, Propter societatem. Sic serui dolus domino non prodest. [b] Ait, Submouebitur. Quia agere potuit insolidum, atque etiam cum altero egit: vt sponte actioni ex stipulatione Iudicio sisti, renunciasse videri possit. [c] Nam si non elegerit patrem, interesse videbitur cum filio insolidum potiùs agere licuisse.

a. j. de duob. re. vbi not. l. idẽ. j. de Pact.
b. l. j. ĩ. de eo. p.q.
c. arg. l. Celsus j. de arb.

L. VI. CAIVS. *Lib.1. ad L. duodecim tabularum.*

Si quis cùm fideiussorem dederit, ideo non steterit, quòd Reipublicæ caussa abfuerit: iniquum est fideiussorem ob alium sistendi necessitate obligatum esse: cùm ipsi liberum esset non sistere.

Vt reus munere municipali impeditus excusatur, ita & fideiussor eiusdem, cùm rei exceptiones, quæ personales non sint, fideiussori quoque eius prosint. [a]

a. l. exceptiones. de excep. inf.

L. VII. PAVLVS *Lib.69. ad edictum.*

*Si quis seruum in iudicio sisti promiserit, uel alium qui in aliena potestate est, iisdem exceptionibus utitur, quibus si pro libero uel patrefamiliâs fideiussisset: præterquàm si Reipublicæ caussa abesse * diceretur. Seruus enim reipublicæ caussa abesse non potest. Præter hanc autem exceptionem cæteræ, quia communes sunt, tam in libero homine, quàm in seruo locum habent.*

* Diceretur seru*. Nã seruus. P.F.

Eisdem de caussis serui, & filijfamiliâs nõ sistuntur, quibus liberi, & sui iuris homines, exceptis eis quæ seruo non conueniunt: vt absentia reip. caussa, &c.

L. VIII. CAIVS *Lib.29. ad edictum prouinciale.*

Et si post tres aut quinque pluresue dies quàm iudicio sisti se reus promiserit, secum agendi potestatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factum sit: consequẽs est dici, defendi eum debere per exceptionem.

Ex stipulatione Iudicio sisti, quanti interest agitur: [a] ideo si non sit ius actoris factũ deterius, qui post aliquot dies stitit, quàm sistere debuit, exceptione vtetur: licet intersit actoris summo iure, propter sumptus quos fecit. Nam cũ hæc stipulatio propter rem ipsam interponatur, [b] benignius est non committi eum effectu, si de re ipsa agendi secum potestatem fecerit, intra paucos dies. Quod & pœna promissa, similiter dicendum putant: [c] licet alioqui mora elui nõ possit, vbi pœnam, & diem certum habet obligatio. [d] Eadẽ fermè benignitas in dilatione à iudice data obseruatur. [e] Sed de purganda mora, quæ occurrent, separatim priùs notanda sunt, quàm absolutã de ea re disputationem ineant incipientes. [f]

a. l. fi. ĩ. si quis in ius vo. nõ.
b. arg. l. si eũ. j. eo. §. Qui iniur.
c. arg. inf. l. seq.
d. l. traiectitię j. de actio. l. Cels*. de arb.
e. l. mancip. j. de opt. leg.
f. l. interdum. & l. si insulã. j de verb. ob. not. § si inst. de soci.

L. IX. VLPIANVS *Lib.20. ad edictum.*

Si seruus iudicio sisti se promittat, non committitur stipulatio neque in eum, neq; in fideiussores eius. Si plurium seruorum nomine, iudicio sistendi caussa, una stipulatione promittatur, pœnam quidem integram committi, licet unus status nõ sit, Labeo ait: quia uerum sit omnes statos nõ esse. uerùm si pro rata portione unius offeratur pœna: exceptione doli usurum eum qui ex hac stipulatione conuenitur.

Ait, Nõ committitur. Ideo exceptione opus nõ est, quando ipso iure nõ obligetur. [a] Excipe caussas ex quibus in iudicio esse potest. [b] Ait, Integram cõmitti. Ipso iure deberi. Ait, Quia verum. Omnes collectiuè. Ait, pro rata. Pro certa, vt tertia. Ait, Exceptione. Eccè et hic licet pœnã habeat, & dicẽ(id enim intelligitur) stipulatio, Iudicio sisti, & commissa sit summo iure, ex æquo tamẽ exceptio datur: quia propter rem ipsam interponitur, & vt iudici obtemperetur. [c] Ideoq;

a. l. quoties. j. eo.
b. l. in certis. j. de iudi.
c. arg. d. l. si eum.

licet

licet vna cōditio sit tres seruos sistendi, diuisa tamē intelligitur: vel ideo quòd diuersa facta plurium repromittantur.[d] Sed de conditione diuidua, vel indiuidua, alibi plura obseruabis.[e]

d. l. si ita seruus. j. de ma. test.

e l. si is qui ce. §. verum. j. de reb dub. l. s. §. fin. j de verb. ob. l. cu fundus. & l. pen. j. de condi.

L. X. PAVLVS *Lib. 1. ad Plautium.*

Si eum iudicio sisti promisero, qui iam tempore liberatus esse dicatur: quamuis iam actione fortè non teneatur, actio in me danda est, ut uel exhibeam eū, uel defendam: ut ueritas inquiratur. Homo sisti promissus, ante diem dolo promissoris perijt. Certo iure utimur, non ante pœnā peti posse, quàm dies promißionis ueniat. tota enim stipulatio in diem collata esse uidetur. Qui iniuriarum acturus, stipulatus erat ante litem contestatā, ut aduersarius suus iudicio sistat, commissa stipulatione mortuus est. Non cōpetere hæredibus eius ex stipulatu actionem placuit: quia tales stipulationes propter rem ipsam dantur. Iniuriarum autē actio hæredi nō competit, quamuis enim hæc stipulatio iudicio sistendi caussa facta, ad hæredem trāseat, tamē in hac caussa danda non est. Nā & defunctus si uellet omissa iniuriarū actione agere ex stipulatu, nō permitteretur ei. Idem dicendum est, si is cum quo iniuriarum agere uolebam: stipulatione tali commissa decesserit. Nā non competit mihi aduersus hæredem eius ex stipulatu actio, & hoc Iulianus scribit: secundum quod & si fideiussores dati erunt, minimè dabitur in eos actio mortuo reo. Idem ait Pomponius, si non post longum tempus decesserit: quia si ad iudicium uenisset, litem cum eo contestari actor potuißet.

Ait, Vel defendam. Qui alium sisti promittit, se acturum vt sistat, promittere intelligitur: & si nō stet, quanti intersit.[a] Quod si nō interesse dicatur, quia vocatus actione liberatus fuit, defendere tamē in hoc debet, vt veritas inquiratur, vel eū sistere. Sed quomodo interest sisti, si fortè liberatus sit? Nam fideiussor tanti tenetur demum quanti intersit. Et cōstat interesse vt defendatur, aiunt, ne frustrà edictis euocetur, & sumptus fiat, &c. Quod & tunc locū habere puto, si quis pro seruo fideiubeat, de cuius statu dubitetur.[b] Licet enim stipulatio commissa non sit, & promissor minimè teneatur, actio tamē datur in fideiussorem, vt veritas inquiratur. Estq; hic locus in hoc notandus, actionē à iudice dandam ei interdum, qui ius agendi non habet: quæ actio facti est, non iuris. Dare enim actionem nihil aliud est quàm admittere ad agendū, vel dare formulam iudicij ad iudicem datū perferendam hisce verbis conceptam: si apparet Titiū, &c.[c] Id quod fit quoties iusta actionis caussa allegatur, etiam si falsa tandem comperiatur. Ait, Homo sisti. Stipulatio in diem committitur quidem ante diem, sed peti ante diem non potest.[d] Ait, Qui iniuriarum. Actio iniuriarum, ante litem contestatam hæredi non competit: ideo ex stipulatione propter eam actionem interposita, hæres non aget. Eadem non datur in hæredem:[e] quare nec post mortē eius qui iniuriā fecit, fideiussor, vel hæres tenebitur. Ait, si non post longum. Nam si ante tres, paucósve dies decesserit postquàm debuit sisti, & antequàm ius actoris ad persequendū, deterius factum sit, non tenebitur fideiussor: certè exceptio ei dabitur. Prima ratione videtur hic locus argumento esse, non esse interpellādum qui quid facere debuit, sed moram fieri, nisi in tēpore fecerit: sed hæc alibi.[f]

a. l. quoties. j. de verb. ob.

b. l. si seruus. s. eo.

c Cic. in Ver. §. sic itaq; insti. de actio.

d. § j. insti. de verb. ob. l. in illa. j. de verb. ob. l. cùm sim stip. à te eo.

e. § j. instit. de perp. actio.

f. l. ita stip. j. de ver. ob. l. j. j. ad l. Fal. l. j. j de pen. leg.

L. XI. VLPIANVS *Lib. 47. ad Sabinum.*

Si quis quempiam in iudicio sisti promiserit, in eadem caußa eum debet sistere: in eadem autem caussa sistere, hoc est sistere, ut actori persecutio loco deteriore non sit: quāuis exactio rei poßit esse difficilior. Licet enim difficilior exactio sit: tamen dicendum est, uideri in eadem caußa eum stitiße. Nam etsi nouum æs alienum cōtraxißet, uel pecuniam perdidißet, uideretur tamen in eadē caussa stitiße. Ergo & qui alij iudicatus sistitur in eadem caussa sisti uidetur.

Hoc loco Vlpianus pulchrè declarat verbum ad experiundum, quo alibi vsus est.[a]

a. l. j. s. si ex nox.

L. XII. PAVLVS *Lib. 11. ad Sabinum.*

Qui autem nouo priuilegio utitur, non uidetur in eadem caussa sisti. Illud tenendū est, quòd æstimatio eius quòd intersit agentis, ad illud tempus referēda est, quo sisti debuit, non ad id quo agitur: quamuis desierit eius intereße.

Ait, Nouo priuilegio. Quia scholasticorum, puta albo inscriptus est, vel alioqui fori priuilegio adiuuatur. Ait, Illud tenendum. Id quod interest, & æstimatio eius quod interest, idem est

iureconsultis: quod ad tempus quo quid fieri debuit, referendum est. [a] Ex eo enim tempore quodque æstimatur, quo nouissimè fieri potuit. [b] Et ideo si dies certus sit, quo quid fieri, dari debuit, litis æstimatio ad eum diem referetur: [c] si non sit dies præstitutus, in stricti iuris iudicijs, ad tempus moræ, vel quò res petita est, aut lis contestata, reducitur æstimatio litis. [d] Sed in bonæ fidei iudicijs, in quibus in litem iuratur, tempus rei iudicandæ spectabitur: ne reus & iureiurãdo in litem, & æstimatione rei longiùs relata, grauetur. [e] Nec te moueat quòd Vlpianus quasi sibi contrarius, in Triticiana actione, tempus rei iudicandæ spectandum dicat: nam id verum esse ait, si res deterior facta non sit à tempore moræ, quò æstimationem nouissimè ait referendam. [f] Certè consultus de actione arbitraria eò loci verba fecit: quæ in eadem caussa est cum bonæ fidei iudicio. Neque verò in eo contrarietas existit, quòd tempus litis contestatæ, vel quò res petita est, nunc considerandum dicatur, nunc tempus moræ. [g] Id enim ità accipiendum est, si non priùs mora facta sit, per interpellationẽ, quàm lis contestetur, & res petatur. [h] Sed hæc obseruabuntur suo loco. Quod verò in iudicio, Ad exhibendum, oporteat interesse actoris tempore litis contestatæ, & tempore rei iudicandæ, [i] ideo receptum est, quòd directum iudiciũ non sit, sed ad rei vendicationem relatum: [k] quæ si cessat, absolui debet reus. Sed & in iudicio directo in rem, qui absque dolo malo desijt possidere post litem contestatam, absoluitur: quòd non quãti ea res sit, sed in rem agatur. Quam possidere qui desijt absque dolo malo, damnandus non est, nisi res perierit, & actor, si restituisset, erat distracturus, &c. [l]

a. l. vbi. j. de edendo. b. l. si calend. j. de re iudi. c. l. vinum. j. si cert. pet. d. l. pen. de Triti. d. l. vinum. l. 3. com mod. §. in hac. e. d. l. 3. f. d. l. pen. g. d. l. 3. d. l. vinum. & d. l. pen. h. l. nemo. j. de verb. ob. i. l. tigni. inf. ad exhib. k. arg. l. si eũ §. eo. l. 3. j. ad exhiben. l. l. item si. §. fi. & l. si nauté j. de rei vẽdi.

L. XIII. IVLIANVS. *Lib. 55. Digestorum.*

Quoties seruus iudicio sistẽdi caussa, ut ipse litigaturus, uel ab alio stipulatur, uel ipse promittit: nec committitur stipulatio, nec fideiussores tenentur: quia seruus conueniri uel conuenire non potest.

Exposui ad legem si seruus, suprà eodem titulo.

L. XIIII. NERATIVS *Lib. 2. Membranarum.*

Si procurator ita stipulatus est, ut sistat duntaxat eum quem stipularetur, non etiam pœnam si status nõ esset, stipuletur: propemodum nullius momenti est ea stipulatio: quia procuratoris (quod ad ipsius utilitatem pertinet) nihil interest eum sisti: sed cùm alienũ negocium in stipulando egerit, potest defendi, non procuratoris, sed eius cuius negocium gesserit, utilitatem in ea re spectandam esse: ut quantùm domini litis interfuit sisti, tantùm ex ea stipulatione, nõ stato reo, procuratori debeatur. Eadem & fortiùs adhuc dici possunt si procurator ita stipulatus est, Quanti ea res erit: ut hanc conceptionem uerborum, non ad ipsius, sed ad domini utilitatem relatam interpretemur.

Procurator actoris stipulatus est à reo, vti iudicio sistat: si non stiterit, quanti interest, nõ sua, sed domini, aget procurator. Obserua verò quanti interest, & quanti ea res erit, ad vtilitatẽ pertinere. Interesse enim nostra dicimus quasi in re esse, & vtile nobis. Quam vtilitatem si aliena culpa amisimus, in æstimationem litis, eiúsve vtilitatis, agimus: quòd quanti interest agere dicimus. [a]

a. l. 2. & fin. j. de præto. stip. l. fin. §. si quis in ius vo. l. hæc verb. inf. de verb. sig. l. si sterilis. j. de actio. empti.

L. XV. VLPIANVS *Lib. 3. de omnibus Tribunalibus.*

Si tutor iudicio sisti promiserit, & stipulationi non obtemperauerit, & interea pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abstentus sit ab hæreditate: denegabitur ei ex stipulatu actio. Nam & ipsius rei quæ petebatur, si tutor iudicatus fuerit, aut eorum quid acciderit, non esse dandam in eum actionem iudicati, probatum est.

Ideo promittitur, vt dixi, Iudicio sisti, vt aliqua actione aduersus statum agatur. [a] Quod si agi posse desierit, denegabitur actio ex stipulatione iudicio sisti. Nihil enim interest sisti. [b] Est autem denegare actionem, quod vocant, *debouter par fin de non recepuoir*: cui contrarium est, dare actionem, cùm ad iudicem referuntur.

a. l. si eum. §. eo. b. l. fi. §. si q. in ius vo. l. quoties. §. eo. arg. l. 2. §. eo. l. seruum. j. de procur.

IVS GALLICVM.

Bartolus, vti superiùs adnotaui, excusatorem mittendum esse semper putauit, vbicunque absens quis damnari potest: [a] nos damnari non posse morbo sontico laborantem, defendimus. [b] Apud Gallos id inualuit interdum, vt excusator mitteretur, quamuis eo die damnari absens non posset: quem exoniatorem appellant. Ea excusatio ob casus sub hoc titulo expressos, locum habebat ferè, etiam in ciuili iudicio. [c] Tempus quoque ad veniendum in ius, moribus quibusdam est statutum singulorum dierum, in vicena millia passuum, id est denas leucas: [d] quo more nullus dies excipitur. Sed Regia lege nuper de breuiatione litium emissa, omnes dilationes ante litem contestatam sublatæ sunt, præter eam quæ ad euocãdum authorem concedi solet. [e] Alia eiusdem

a. l. 2. §. eo. l. seruum. j. de procur. b. l. quæsitum. j. de re iudi. not. §. d. l. 2. c. Cenom. 94. & seq. d. ea consue. e. 18.

Principis

Principis lege apud Britanniam Celticam euulgata, in criminum executione, excusatio rectè admittitur: quia personæ opus est præsentia. [f] In ciuili iudicio nisi sistamus, vel procurator nomine nostro ad nomen respondeat, defuisse interloquitur iudex, & ea absentia aduersario adfert vtilitatem: de qua suprà attigimus. [g]

f. l. 2. §. eo. arg. l. fi. C. de procu. l. seruū. j. de procur.
g. §. si quis in ius vo.

DE FERIIS[¶] ET DILATIONIBVS, ET DIVERSIS TEM-*poribus*[¶] *earum: & quibus ex caussis feriæ non impediantur.*

Titulus XII.

¶ In hunc titulum Plato dialogo. 2. de legi. Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 16. Gel. lib. 3. ca. 17.

Hic titulus in oratione D. Marci ferè totus vertitur. Solebant enim Imperatores proponere in senatu quæ constituta volebant, libello ea, orationéve complexi. Deinde aliquot diebus interiectis, patres S.C. consecrabant: [a] quod à Probo constitutum fuisse, Vopiscus refert. Formam eiusmodi S.C. videre licet inferius sub titulo, De petitione hæreditatis. [b] Pridie Idus Iulij, consules illi, verba fecerunt de his quæ Marcus Augustus proposuit quinto nonas Iulias, libello cõplexus quid fieri placeret: deque ea re ita patres censuerunt. Ne quis messium, vindemiarúmve tempore, &c. Porrò dierũ obseruatio in litibus & operis, ab Hebræis, [c] & Ethnicis, ad Christianos peruenit. Quibus à foro vacatio erat, nefasti dies veteribus Ro. dicti sunt: fasti contrà quibus copiam fui iudices faciebant. [d]

¶ Non habẽtur in Pãdec. Flo.
a. l. item. j. de pet. hær. l. oratio. j. de spõsa. l. Papi. j. de do. inter. vir.
b. d. l. itẽ veni. de pe. hær.
c. Gene. 2. exo. 16. & 20.
d l. 2. §. de Orig. iur. Ouid. in Fasti.

L. I. VLPIANVS *Lib. 4. de omnibus Tribunalibus.*

NE quis messium uindemiarúmque tempore aduersarium cogat ad iudicium uenire, oratione diui Marci exprimitur: quia occupati circa rem rusticam, in forum uenire cõpellendi non sunt. Sed si Prætor aut per ignorantiam aut per socordiam euocare eos perseuerauerit, hique sponte uenerint: si quidem sententiam dixerit præsentibus illis, & sponte litigantibus, sententia ualebit: tametsi non rectè fecerit, qui eos euocauerit. Sin uerò cùm abesse perseuerauerint, sententiam protulerit etiam absentibus illis: consequens erit dicere sententiam nullius esse momenti. Nec enim Prætoris factum, iuri derogare oportet: citra appellationem igitur sententia infirmabitur. Sed excipiuntur certæ caussæ ex quibus cogi potermus etiam per id temporis, cùm messis uindemiæque sunt, ad Prætorem uenire: scilicet si res tempore peritura sit, hoc est, si dilatio actionem sit peremptura. Sanè quoties res urget, cogendi quidem sumus ad Prætorem uenire: uerùm ad hoc tantùm cogi æquũ est, ut lis contestetur: & ita ipsius uerbis orationis exprimitur. Denique alterutro recusante post litem contestatam litigare, dilationem oratio concessit.

Ait, Tẽpore. Ferias messiũ, & vindemiales vocãt: quę imperatiuæ indictiuæq;, sed solẽnes & anniuersariæ dici possunt. [a] Sũt & aliæ feriæ quæ à magistratibus extra ordinẽ indicũtur, vel imperantur à Principe, [b] aliæ statiuæ. Sũt & feriæ natalitiæ, vt Principis. [c] Feriæ quoq; familiares Romanis fuerũt, vt Claudiæ, AEmiliæ. Põtifices etiam ferias cõcipiunt. [d] Igitur omnes feriæ, quæ à foro vacationem dant, aut solennes sunt, anniuersariæ, & statiuæ, aut repẽtinæ extra ordinem indictæ: quarũ aliæ generales, aliæ speciales habentur. [e] Itemque feriarũ alia diuisio est: nam aut diuinæ, aut humanæ sunt: his renunciare licet, illis non æque, vt iure pontificum expressum est. [f] Romanum ius consensu litigantium, iudicari posse indistinctè ait. [g] Ait deinde, Iuri derogare. Prætor iudicando, iuri derogare nihil potuit, sed ex iure eum oportuit statuere. [h] Edicta tamen proposuit, quibus non solùm interpretatus est, & suppleuit quæ desiderabantur in iure ciuili, verùm quibusdam articulis veterum legum derogauit, abrogauitque etiam. [i] Et ea edicta deinde à populo in honorem Prætoris recepta sunt. [k] Nam lege duodecim in fures manifestos pœna erat constituta, vt liberi homines dederentur domino rei furtiuæ: [l] sed Prætores pecuniariam pœnam edixerunt, qua recepta, illa impendio acerbior exoleuit. Iniuriarum quoque talio erat: Prætor edixit pœnam pecuniariam. [m] Qua de re pulchra extat Cæcilij consulti, & Phauorini philosophi, apud Gellium disputatio. Ait, Actionem sit peremptura. Erat enim temporalis quæ nisi lis contestetur, perit. [o]

a. l. 4. §. eo.
b. si in ali. §. de off. procõ. l. à nullo. C. de fer. l. 1. eo.
c. l. õnes dies. C. eo.
d. c. fi. de fer.
e. l. siue pars. C. dila. l. sed & . j. de maio. rib.
f. d. c. fi.
g. l. 6. §. eo.
h. vt hic.
i. l. ius autem ci. & l. seq. §. de iusti. §. 1. j. de bo poss.
k. l. 2. §. de Orig. iur.
l. Gell.
m. §. pœna insti. de iniur.
o. §. 1. instit de perp actio.

L. II. IDEM *Lib. 5. ad edictum.*

Eadem oratione diuus Marcus in senatu recitata, effecit de alijs speciebus Prætorẽ

 adiri

•Feriaticis in Flo. & alijs

adiri etiam diebus • feriatis: utputa ut tutores aut curatores dentur, ut officia admoneantur, cessantis excusationes allegentur, alimenta constituantur, ætates probētur: uētris nomine in possessionem mittatur, uel rei seruandæ caussa, uel legatorum, fideiue cōmissorum, uel damni infecti. Item de testamentis exhibendis, & ut curator detur bonorum eius cui an hæres extiturus sit, incertum est: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda suspecta hæreditate: aut ut aspectu atrox iniuria æstimetur, uel si cui fideicommissaria libertas præstanda sit.

Ait, Officia admoneantur. Eos admoneri officij, qui publicum officium faciunt, res est quæ commodè non patitur dilationem: vt reliquæ species, quas hic consultus exposuit. Aut certè, res sunt fauorabiles, & ob id quamprimùm expediendæ. a

a. c. fi. eo.

L. III. IDEM *Lib. 2. ad edictum.*

Solet etiam messis uindemiarumq; tempore ius dici de rebus, quæ tempore uel morte perituræ sunt: morte, ueluti furti, damni, iniuriæ, iniuriarumque atrociū, & quæ de incēdio, ruina, naufragio, rate, naue, expugnata rapuisse dicētur: & si quæ similes sunt. Item si res sunt tempore perituræ: aut actionis dies exiturus est. Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur. Item in eum qui quid nundinarum nomine aduersus communem utilitatem accepit, omni tempore ius dicetur.

Ait, Veluti furti. Actiones ex delictis, non transeunt in hæredes nisi lis iam cum eo contestata sit, qui deliquerit. a Ait, tempore perituræ. Quia vsu capiuntur. b Ait, Actionis. Personalis. Ait, Nundinarum. Hæc species quoque fauorem meretur, quòd reip. interfit coërceri.

a d. §. j. b. l. 3. §. de eo. p. q. l. sed ex. §. ne q. eum. not. ad. l. fed & ad. j. ex q. cau. ma.

L. IIII. PAVLVS *Lib. 1. ad edictum.*

Præsides prouinciarum ex consuetudine cuiusque loci solent messis uindemiarumque caussa tempus statuere.

In regionibus quæ æquinoctiali lineæ propiores sunt, alio tempore quàm in frigidioribus hæ feriæ statuuntur: & vno anno tardiùs indicuntur quàm alio.

L. V. VLPIANVS *Lib. 62. ad edictum.*

Pridie calendas Ianuarij magistratus nec ius dicere, sed nec sui potestatem facere consueuerunt.

Calendis Ianuarijs, magistratus inibant Romani, atque ob id pridie quoque calēdas copiam sui non faciebant. a

a Cicero. l. omnes dies. C. eo.

L. VI. IDEM *Lib. 77. ad edictum.*

Quid si feriatis diebus fuerit iudicatum? lege cautum est ne his diebus iudicium fit nisi ex uoluntate partium. & si aliter aduersus ea iudicium erit: ne quis iudicatum facere, néue soluere debeat: néue quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat.

Feriatis diebus voluntate partium iudicari posse, hic significat indistinctè Vlpianus: siue feriæ diuinæ, siue humanæ sint. Nec in Codice Iustinianeo quicquam huic sententiæ refragatur. Sed Romanus Pontifex non patitur, vt vel consensu litigatorum iudicia, aliaque eorum præparatoria valeant diebus feriatis in honorem Dei. a

a. c. fi. eo.

L. VII. IDEM *Lib. 1. de Officio proconsulis.*

•Aliàs impetrari.

Oratione quidem diui Marci ampliùs quàm semel non esse dandam instrumentorum dilationem, expressum est: sed utilitatis litigantium gratia, caussa cognita iterum dilatio tam ex eadem, quàm ex alia prouincia secūdum moderationem locorum • impartiri solet: & maximè si aliquid inopinatum emergat. Illud uidendum est, si defunctus acceperit aliquam dilationem propter instrumēta, an successori quoque eius dari debeat: an uerò quia iam data est, ampliùs dari non possit? Et magis est ut & hic, caussa cognita, dari debeat.

Hoc caput ad secundam particulam rubricæ spectat: est autem dilatio instrumentorum, quæ ad proferenda, exhibendaque instrumenta datur. Declarat autem hoc caput, prima lex, sub eodē titulo in Codice.

L. VIII.

L. VIII. PAVLVS. *Lib. 13. ad Sabinum.*

More Romano, dies ¶ à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. itaque quod in his uigintiquatuor horis, id est duabus dimidiatis noctibus & luce media actum est, perinde est quasi quauis hora lucis actum sit.

¶ In hunc locum vide Macrobiũ lib. 1. Saturnali. c. 3. Gel. lib. 3. ca. 2.

Quoniam dilationes aliquot dierum dari solent, scire oportuit, quando incipiat dies, & finiatur. Diem autem dicit hoc loco quem naturalem vocamus, horarum vigintiquatuor æqualium. Est alius dies artificialis, ab ortu solis ad occasum, qui horarũ duodecim est inæqualium:[a] de quo in Euangelio, Nonne duodecim sunt horæ diei?

a. l. 1. ĵ. de manumis.

L. IX. VLPIANVS. *Lib. 7. de Offi. proconsulis.*

Diuus Traianus * *Minitio Natali rescripsit, ferias à forensibus tãtùm negocijs dare uacationem: ea autem quæ ad disciplinam militarem pertinerent, etiam feriatis diebus peragenda: inter quæ ea custodiarum quoque cognitionem esse.*

* Aliàs Munitio Naturali.

Feriæ non impediuntur caussis forensibus, exceptis ijs quæ vrgent, & fauorem promerentur. De ijs tamen qui in carcere inclusi sunt cognoscitur, & à militari disciplina non dant feriæ vllæ vacationem: res enim vtraque celeritatem postulat, nec cõmodè differri potest. Alias caussas fauorabiles, ex Codice transcribes: vbi de vacatione ab operis rusticis, alijsque mechanicis præcipitur. Sed ius pontificum maximè in his obseruamus: quo à vespera in vesperam, ex more Hebræorum, aut alioqui pro loci consuetudine, dies computamus.[a]

a. c. fi. 2. & 3.

L. X. PAVLVS. *Lib. 5. Sententiarum.*

In pecuniarijs caussis omnibus dilatio singulis caussis plùs quàm semel tribui non potest. In capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duæ dari possint: sed utrumq; caussa cognita.

Dilatio in caussis pecuniarijs non ampliùs quàm semel concedi solet, in singulas caussas, id est capita, & articulos diuersos litis. Caussa tamen cognita, hoc est ratione ob quam dilationes petantur explorata diligentiùs, iterum dilatio concedi potest.[a] Sed in capitalib. iudicijs plures dilationes dantur, quòd res sit maioris momenti quàm pecunia.

a. l. oratione. ĩ. eo.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Suprema Parisiorum Curia, à forẽsibus negocijs vacationem dare solet anniuersariam, vt est constitutum.[a] Quo tempore conuentus iuridicus certis regni locis haberi solet, in quo prouincialium lites appellationum dirimuntur, per duos præfectos, & tredecim consiliarios. Parisiorum verò Lutetiæ, eodem tempore caussas criminales, ciuilesque ad præstitutam quantitatem, alterum consilium determinat, reliquis præfectis prætorij, & totidem consiliarijs eiusdem præfecturæ, constans.[b] Et huius consilij aliquot decreta extant, inter Regias leges relata. Conuentum illum, *les grans iours*, consilium hoc, *la chambre du temps des uacations*, appellant. Feriæ messium vacationem nullam dant à foro, sed tantũ vindemiales, in suprema Curia, & apud auditores Castelli: præfectus vrbi vtrasque ferias statuit. Cęterùm omnibus diebus pro tribunali sedet, quibus amplissima Curia caussas iudicat, quatuor ferijs in honorem diuorum exceptis.[c] Pręsides quoq; prouinciarum, in ijs regionibus quæ vites habent, ferias vtrasque pro anni qualitate indicunt, rogãtes in hoc caussidicos ordine sententias. Vbi vindemia nulla est, dies aliquot datur vacatio à foro, quibus vinum peregrinum in portu quisque sibi coëmat, vt apud Britanniæ Celticæ maritimas regiunculas. Alimentorum tamen lites, iniuriarum, & aliæ eiusmodi fauorabiles, vtrisq; ferijs rectè mouentur, iudicanturque. Repentinas ferias Rex, sub quo agimus, nuper imperauit, Cæsare per Gallias in Germaniam iter faciente. Conceptiuas à foro vacationes, Præsides dare consueuerunt, si Doctor in ciuitate fortè designandus sit, vel aliud simile populo visendum fiat: sic antistites, Diuinas ferias in honorem Dei, vel Diui alicuius, in certum diem concipiunt.[d] Diuinas ferias solennes, Gallia ex pręscripto pontificum Romanorum obseruat:[e] quibus in ius vocare licet, nõ cognoscere, vel iudicare. Sed etsi in diem festũ quis sistere iubeatur, tacita vocationi inest dilatio, in proximum diem festum.[f] Iure ciuili contrà viatores, qui in ius vocant, & alioqui mandata iudicum exequũtur, silere diebus feriaticis in honorem Dei, ac Diuorum, omnimodò iubentur: pacta facere, & transigere de lite licet,[g] vt omne quicquid religio, pietásve, vel necessitas suadet, vrgetque.[h] Si quid verò contrà iudicatum erit, lex municipalis pro nullo habendum statuit:[i] quod & ius pontificum sancit, etiam si voluntate litigãtium cognoscatur, vel pronũcietur. Nam ferijs ad vtilitatem hominum singulorum imperatis, renunciare cuilibet fas est:[k] ferijs Diuinis, vel publicam vtilitatem, aut Principalem maiestatẽ spectantibus, non licet.[l] Dilationibus tam in executionibus criminum, quàm in caussis pecuniarijs, lex Regia nuper modũ dedit, ne altera detur singulis caussis, id est capitulis, nisi caussa cognita.[m] Dies verò naturalis, in ieiunijs, &c. à media nocte incipit: in ferijs Diuinis, quibus ab operis abstinemus, à solis occasu plærũq;. Qua in re consuetudo regionum spectatur, ex præscripto Romanorũ pontificum.[n]

a. S. C. de fin. parl.
b. Lud. 12. art. 72. in. 1. Fráci. de brc. lit. in 1. art. 7.
c. ordon. du chastellet.
d. c. fi. de fer.
e. ex de fer. c. 2. & c. fi.
f. Aruer. 2.
g. l. fi. C. de fer.
h. c. fi eo.
i. Britan. 1.
k. l. 1. & l. quid ĩ. eo.
l. d. c. fi. l. ius pub. ĵ. de pact.
m. Francis. de bre. lit. 34. 151.
n. d. c. 2. de fer.

DE EDENDO. *Titulus* XIII.

Quoniam ijs qui vocātur in ius, edenda actio est, vel libello per viatorem ad absentem misso (quod Iustiniani seculo factitatum cōstat) [a] vel certè postquàm in ius ad magistratum, vel in iudicium ad iudicem datum, ventum sit: vt cognita actione, deliberet cedere ne, an litigare debeat. [b] Item instrumenta omnia, quibus apud iudicem alteruter litigātium vsurus est, deliberādi gratia similiter edere aduersario debet, sed sine die, & consule: [c] ad extremum argentarij, qui pro officio suo causam publicam habente, rationes conficiunt, edere debent aduersarijs, vel alioqui ad quos rationes pertinent: vt aliquādo ipsis quoq; ratio reddenda est, deliberationis similis caussa. [d] De edendo, id est de exhibendo hæc omnia, ex iudicis decreto, postulante litigatore, deque actione in factum, si non pareatur decreto, [e] titulus hîc subijcitur. Feriç verò vocationem in ius remorantur, & editionem: & dilationes ad veniendum in ius dari solent: [f] ideo interseritur, De ferijs. De prolatione verò instrumentorum, post litem cōtestatam, quibus fides fiat iudicātibus, sub tractatu probationum dicendum fuit, nō inter prœmia iudiciorum. [g] Et in ea parte iudicij, instrumenta cum die, & consule, proferuntur. Quid enim si falsi instrumentum arguatur? quid si ei contradicatur? quid denique si certo tempore, pecunia numerata negetur? Nisi dies proferatur instrumenti, alibi fuisse eo die, probari non potest, &c.

a. §. tripli. inst. de actio. autē. offeratur. & seq. C. de lit. cont.
b. vt hîc. l. 1.
c. hîc. d. l. 1.
d. hîc. l. 4. & 6
e. hîc. l. 10.
f. l. de die. ī. qui satis. cog.
g. j. de fid. inst. &. C. eo.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 4. ad edictum.*



QVa quisque actione agere volet, priùs eam edere debet. Nam æquissimū uidetur, eum qui acturus est, edere actionē: ut proinde sciat reus utrum cedere, an contendere ultrà debeat: & si contendendum putet, ueniat instructus ad agendum, cognita actione qua cōueniatur. Edere est etiam copiam describendi facere, uel in libello complecti, & dare, uel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demonstret quid dictaturus sit, uel id dicendo, quo uti uelit. Editiones, sine die & consule fieri debent: nequid fraudis excogitetur edicto die & consule: & prolato die fiant. Diem autē & Consulem excepit Prætor, quo instrumentum conscriptum est, non in quem solutio concepta est. Nam dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis. Rationes tamen cum die & Consule edi debent: quoniam accepta & data non aliter possunt apparere, nisi dies & Consul fuerit editus. Edenda autem sunt omnia quæ quis apud iudicem editurus est: non tamē ut instrumēta quibus quis usurus non est, cōpellatur edere. Edere non uidetur, qui stipulationem totam non edit. Eis qui ob ætatem, uel rusticitatem, uel ob sexum lapsi non ediderunt, uel ex alia iusta caussa, subuenietur.

Edictum ante omnia in ordinem conficiā, in quo totus hic titulus vertitur. Huius parteis qui consuere non possunt, mirari non debent, cur neque cœlum attingant, neq; terram, in commentarijs hisce ad edictū. Ait igitur prætor, Qua quisq; actione agere volet, eā priùs edat. Instru- «
menta quoq; omnia, quæ quis apud iudicem editurus est, postulari aduersario edat, vt his cogni- «
tis deliberet, cedere ne an contendere debeat. Sed editiones sine die, & consule, fieri debent, ne «
quid excogitetur, aut prolato die fiat. Item argentariæ mensæ exercitores, rationem quæ ad se «
pertinent edant adiecto die, & consule, ei qui iurauerit non calumniæ caussa se id postulare. Ar- «
gentario, siue qui iterum edi postulauerit, cognita caussa, demū edi iubebo. Si quis edere iussus, «
decreto non obtemperauerit, quanti ea res erit in factum iudicium dabo. «
Hæc Prętor, aut nō multùm his absimilia edixit: quorum tres particulas ordine lib. 4. ad edictum interpretatur Vlpianus. Eòdem pertinent, secundum, tertium, & antè penultimum caput, sub hoc titulo. Cætera capita, alias edicti clausulas declarant. Ait, Ad agendum. Agere caussam vterque dicitur, actor, reusq;: agere tamen absolutè is intelligitur, qui intendit dari, vel fieri oportere, & in hoc agit aduersarium in iudiciū. Latiùs accipere visus est Imperator in rubrica Institutionū, De actionib. cui exceptiones, &c. subijcit, quòd in excipiendo reus partes actoris sustineat. [a] Ait, Ad album. Album hîc accipe, pictacium in quo formulæ actionum extabant, vel in quo prout res incidit, edicitur, vt absens in ius veniat, incerta edicto actione. [b] Ait, Ne quid excogitetur. In alijs codicibus, verbum Fraudis, interseritur hoc loco, quod subaudire oportet. Excogitare autem potest, qua ratione falsò probet, die dati instrumenti, se in alia regione fuisse, si dies proferatur, id est edatur. Sed & facere aliquid in fraudem aduersarij potest, prolato die, vt apocham falsam sibi cōparare à tabularijs. Alibi proferre prorogare est. [c] Ait, Nisi dies, & Consul. Sępiùs pecuniam dedi argentario sub fœnore, sæpius vsuras menstruas accepi: vt nisi dies proferatur, diuinare non possim

a. l. 2. j. de except.
b. l. si quis id. ī. de iurisd.
c. l. diem. j. de arb.

posſim, an acceperim, de quibus agitur. Aliam rationem paulò pòſt ſubijcit, quòd ratio ad me quoque pertineat, & mea quodammodo ſit. [d] Ait, Subuenietur. Per reſtitutionem integri.[e]

d.l.4.§. e.§. de minor. & ex qui.cau. ma.

L. II. PAVLVS. *Lib.3.ad edictum.*

Si legatum petatur, non iubet Prætor uerba teſtamenti edere: ideo fortaſſe, quia hæredes ſolent habere exemplum teſtamenti.

In edicto ſuperiùs à nobis reſtituto, nulla mentio fit teſtamenti edēdi, à legatario hæredi: cuius rei rationem conſultus hic reddit.

L. III. MODESTINVS. *Lib.2.de pœnis.*

Senatus cenſuit, ne quiſquam eorum à quibus quid à fiſco petitur, alia inſtrumenta delatori cogatur edere, quàm quæ ad eā cauſſam pertinerent, ex qua ſe deferre profeſſus eſſet.

S.C. veteri, hoc priuilegij fiſco indultum fuiſſe ex hoc loco conſtat, vt inſtrumēta edi ſibi à reo poſtulet, quibus ſuam intētionem probet: cùm alioqui in cauſsis priuatorum hoc receptum non ſit. [a]

a.l.1. &.l. qui accuſ.C.eo.

L. IIII. VLPIANVS. *Lib.4.ad edictum.*

Prætor ait, argentariæ menſæ exercitores, rationes quæ ad ſe pertinent, edere debent, adiecto die & Conſule. Huius edicti ratio æquiſſima eſt. Nam cùm ſingulorum rationes argentarij conficiāt: æquum fuit, id quod mei cauſſa confectum eſt, meum quodammodo inſtrumentum mihi edi. Sed & filiusfamiliâs continetur his uerbis, ut uel ipſe cogatur edere. An & pater, quæritur. Labeo ſcribit patrem non cogendū, niſi ſciente eo argentaria exerceretur: ſed rectè Sabinus reſpondit tunc id admittendū, cùm patri quæſtum referret. Sed & ſi ſeruus argentariam faciat (poteſt enim) ſi quidem uoluntate domini fecerit, compelli dominum edere: ac perinde in eum dandum eſſe iudiciū, ac ſi ipſe feciſſet. Sed ſi inſcio domino fecerit, ſatis eſſe dominū iurare eas ſe rationes non habere. Sed ſi ſeruus peculiarem fecerit argentariā, dominus de peculio uel de in rem uerſo tenetur. Sed ſi dominus habet rationes, nec edat, in ſolidum tenetur. [•] *Is etiā qui deſijt argentariam facere, ad editionem compellitur: ſed ibi quis cōpellitur edere ubi argentariam exercuit. & hoc eſt conſtitutum, quòd ſi inſtrumentū argentariæ in alia prouincia habeat, in alia adminiſtrauerit: ibi puto cogendum edere, ubi argentariam exercuit. Hic enim primùm deliquit, quòd aliò inſtrumētum tranſtulit: quòd ſi in alio loco argentariam exerceat, alibi autem ad editionem compellatur, minimè hoc facere cogitur: niſi ibi reſcriptum uelis, ubi de ea re agitur, eum ibi dari, tuis uidelicet ſumptibus.*

• In nonnullis adijciuntur hęc verba, etiam ſi neſciuit eum argētariā facere.

L. V. PAVLVS. *Lib.3.ad edictum.*

Spatiumque ad • perferendas eas tribuendum eſt.

• Aliàs præſtādas.

Ait, Argentariæ. Argentariam exercere, vel facere dicebantur argentarij • id eſt menſarij, qui pecuniam à priuatis, & ciuibus acceptam, ſub fœnore dabant: & tam ſortē, quàm vſuras, per partes erogabant. Quæ omnia referebāt in rationes, id eſt computū ſuum: quod publicum officium fuit. [a] Ait, Ad ſe. Hoc reciprocum non refert exercitores, ſed eum qui iurauerit, &c.

a.l.argē.§.eo.

L. VI. VLPIANVS. *Lib.4 ad edictum.*

Si quis ex argentarijs (ut plærique eorum) in uilla habeat inſtrumenta, uel in horreo: aut ad locum te perducet, aut deſcriptas rationes dabit. Cogentur & ſucceſſores argentarij edere rationes. Quòd ſi plures ſint hæredes, & unus habeat, ſolus ad editionem compelletur: ſed ſi omnes habeant, & unus edidit, an omnes ad editionem compellendi ſunt? Quid enim ſi humilis & deploratus unus edidit, ut dubitare quis meritò de fide editionis poſſit? Vt igitur compararí rationes poſſint, etiam cæteri edere debēt, aut certè unius editioni ſubſcribere. Idem erit & ſi plures fuerint argentarij à quibus editio deſideratur. Nam & ſi plures tutores tutelam ſimul adminiſtrauerint, aut omnes edere debent, aut unius editioni ſubſcribere. Exigitur autem ab aduerſario argentarij, iuſiurandum

iurandum non calumniæ caussa postulare edi sibi: ne fortè uel superuacuas rationes, uel quas habet, edi sibi postulet, uel uexandi argentarij caussa. *Rationem autem* Labeo *ait esse, ultrò citroque dandi, accipiendi, credẽdi, obligandi, soluendi sui caussa negociationem: nec ullam rationem à nuda duntaxat solutione debiti incipere nec si pignus acceperit, aut mandatum compellendum edere: hoc enim extra rationem esse. Sed & quod solui constituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria uenit. Ex hoc edicto, in id quod interfuit, actio competit: unde apparet hoc edicto ita demum teneri, si ad eum pertineat. Pertinere autem uidetur ad me ratio, si modò eam tractaueris me mandante. Sed & si procurator meus absente me mandauerit, an mihi edẽda sit, quasi ad me pertineat? Et magis est ut edatur. Procuratori quoque meo edendam rationem quam mecum habet, non dubito, quasi ad eum pertineat: & cauturũ de rato, si mãdatum ei non sit. Si initium tabularum habet diem & Consulem, in quibus* Titij *ratio scripta est, postmodum mea sine die & Consule: etiam mihi edendus est dies & Cõsul. Communis enim omnis rationis est præpositio diei & Consulis. Edere autẽ est uel dictare, uel tradere libellum, uel codicem proferre. Prætor ait, argentario, eiue qui iterum edi postulauerit: caussa cognita edi iubebo. Prohibet argentario edi, illa ratione, quod etiam ille instructus esse potest instrumento suæ professionis: & quod absurdum est, cũ ipse in ea sit caussa, ut edere debeat: ipsum petere ut edatur ei. An uerò nec hæredi argentarij edi ratio debeat, uidendum. Et quidem si instrumentum argentariæ ad eum peruenerit, non debet ei edi: si minùs, edenda est ex caussa. Nam & ipsi argentario ex caussa ratio edenda est, si naufragio, uel ruina, uel incendio, uel alia simili caussa rationes perdidisse se probet, aut in lõginquo habere, ueluti trans mare. Nec iterum postulanti edi Prætor iubet nisi caussa cognita.*

L. VII. PAVLVS. *Lib. 3. ad edictum.*

Veluti si peregrè habere quod primùm editum est, uel minus plenè editum doceat: uel eas rationes, quas casu maiore, non uerò negligentia perdiderit. Nam si quo casu amiserit cui ignosci debeat, ex integro edi iubebit. Hæc uox iterum duas res significat, altera est qua demonstratur tempus secundum: quod Græci δεύτερον *dicunt: altera quæ ad sequentia quoq; tempora pertinet: quæ Græcè dicitur* πάλιν *Quod ita accipitur, quoties opus erit. Nam potest fieri ut bis editam sibi rationem quis perdiderit, ut uerbum iterum, pro sæpius accipiatur.*

j. secundum. j. rursus.

a. ĩ. de offi. præf. vigil.

Ait, Horreo. Horreum preciosissimis quibusque rebus seruandis etiam destinabatur. ª Ait, Soluendi sui. Liberandi se obligatione. Ait, Nuda. Si quis scribat, calendis illis solui centum quæ debui illi, ratio non est: sed oportet vltrò citrò, &c. Ait, Si pignus. Argẽtarius pignus accepit ab eo cui meam pecuniam mutuò dedit, hoc extra rationem est: quæ continet meam pecuniam datam à me, acceptam ab argentario, &c. Ait, Sed & quod solui. Si argentarius constituit se soluturum pro me ex sorte, vel vsuris, hoc ad rationem communem pertinet. Ait, Si ad eum pertineat. Declarat locum edicti. Quæ ad se pertinet, &c. Ait, Edi autem. Suprà exposuit editionem actionum, & instrumentorum: hic rationũ. Ait, Prohibet. Prohibet à contrario sensu: nisi verba quędam desiderentur, quibus prohibuit.

L. VIII. VLPIANVS. *Lib. 4. ad edictum.*

VBi exigitur argentarius rationes edere: tunc punitur, cùm dolo malo non exhibet, sed culpam non præstabit, nisi dolo malo proximam. Dolo autẽ malo non edidit & qui malitiosè edidit, & qui in totũ non edidit. Is autẽ qui in hoc edictũ inciderit, ° *id præstat quod interfuit mea eas rationes edi cùm decerneretur à Prætore, nõ quod hodie interest: & ideo licet interesse desijt, uel minoris uel pluris interesse cœperit, hæc actio locum*

° Id nõ præstat. P.P.

cum

cum non habebit neque ad augmentum, neque ad diminutionem.

Ait, Nisi dolo proximam. Latam culpam accipe, quæ dolo proxima est hoc modo: Dolus, lata culpa, leuis, leuissima, &c. Ait, Malitiosè edidit. Interpretatio mentis est, non verborũ. Ait, Cùm decerneretur à Prætore. Hic locus arguit, decretum Prætoris de edendo, præcedere hanc actionem: & eam nasci ex contumacia non parentis decreto.

L. IX. PAVLVS. *Lib. 3. ad edictum.*

Quædam sunt personæ quas rationes nobis edere oportet, nec tamen à Prætore hoc edicto compellũtur: ueluti cùm procurator res rationesue uostras administrauit, nõ cogitur à Prætore per metum actionis in factũ rationes edere: scilicet quia id cõsequi possumus per mãdati actionem. Sed & cùm dolo malo socius negocia gessit, Prætor per hãc clausulam non interuenit, est enim pro socio actio. Sed nec tutorem cogit Prætor pupillo edere rationes: sed iudicio tutelæ solet cogi edere. Nihil interest, si successores, aut pater, aut dominus argentarij, eiusdem fuerint possessionis: quia cùm in locũ & in ius succedant argentarij, partibus eius fungi debebunt. Is autem cui argentarius rationes suas legauit, non uidetur contineri, quia iuris successor his uerbis significatur, non magis quàm si ei uiuus eas donasset. Sed nec hæres tenebitur, cùm nec possideat, nec dolo malo fecerit: sed si ei antequàm eas legatarijs traderet, ijs denunciatum fuerit ne antè eas tradat: tenebitur quasi dolo fecerit. Quòd si nihil dolo malo fecerit: caussa cognita legatarius cogendus est edere. Numularios quoque non esse iniquum cogi rationes edere, Pomponius scribit: quia & hij sicut argentarij, rationes conficiunt: & quia accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio, scriptura, codicibusque eorũ maximè continetur, ideo frequentissimè ad fidem eorum decurritur. Cæterùm omnibus postulantibus, & iurantibus non calumniæ caussa se petere rationes quæ ad se pertineant, edi iubet. Ad nos enim pertinet, non tantùm cùm ipsi contraximus, uel successimus ei qui contraxit, sed etiam si is qui in nostra potestate est, contraxit.

Ait, Per hoc edictum. Non solet Prætor edicere superflua: [a] & iudicia bonæ fidei, dolum vindicant: [b] Ait, Numularios. Hi mensularij minores erant argentarijs, quales sunt qui campsores dicuntur. Ait, Rationes quæ ad se. Nec hoc loco quidem Vallæ superstitiosa regula obseruatur.

a. l. 3. §. naut. caup.
b. Cice. in off.

L. X. CAIVS. *Lib. 1. ad edictum prouinciale.*

*Argentarius rationes edere iubetur, nec interest, an cum ipso argentario controuersia sit: an cũ alio. Ideo autẽ argentarios tantũ, neque alios ullos absimiles eis, rationes edere cogit: quia officium eorum atque ministeriũ publicã habet caussam, & hæc principalis eorum opera est, ut actus sui rationes diligenter conficiant. Edi autem ratio ita intelligitur, si à capite edatur: nam ratio, nisi à capite * inspiciatur, intelligi non potest: scilicet ut non totum cuique codicem rationum, totasque membranas inspiciẽdi describendique potestas fiat, sed ut ea sola pars rationum quæ ad instruendum aliquẽ pertineat, inspiciatur & describatur. Cùm autem in id actio competat, quãti agentis interfit editas sibi rationes esse: euenit, ut siue quis condemnatus sit, siue quod petierit nõ obtinuerit, eo quòd non habuerit rationes ex quibus caussam suam tueri posset: idipsum quod ita perdiderit, hac actione consequatur. Sed an hoc procedat, uideamus. Nam si apud hunc iudicem qui inter eum & argentarium iudicat, potest probare se illo iudicio quo uictus est, uincere potuisse: poterat & tunc probare. & si non probauit, aut si probantem iudex non curauit, de seipso aut de iudice queri debet. Sed non ita est, fieri enim potest, ut nunc rationes, uel ipso edente, uel alio modo nactus sit: aut alijs instrumẽtis uel testibus, quibus illo tempore aliqua ex caussa uti non potuit, possit probare potuisse se uincere,*

* Aliàs inclpiatur.

uincere, sic enim & de cautione surrepta aut corrupta cõpetit cõdictio, & dãni iniuriæ actio: quia quod antè nõ potuimus, intercepta cautione probare, & ob id amisimus: hoc nunc alijs instrumentis aut testibus, quibus tunc uti non potuimus, probare possumus.

Ait, Neque alios. Mercatores ergo edere non coguntur: quia publicum officium non faciũt, vt argentarij.

L. XI. MODESTINVS. *Lib. 4. Regularum.*

Exempla instrumentorum etiam sine subscriptione edentis edi posse receptum est.

Non enim ad probandum eduntur, sed caussa deliberandi.

L. XII. CALLISTRATVS. *Lib. 1. Edicti monitorij.*

Fœminæ remotæ uidentur ab officio argentariæ, cùm ea opera uirilis sit.

Fœmina tamen per seruum, & institorem facit argentariam. [a]

a. arg. l. 4. i.

L. XIII. VLPIANVS. *Lib. 4. ad edictum.*

Hæc actio neque post annum, neq; in hæredem nisi ex suo facto dabitur, hæredi autem dabitur.

Hæc actio ex parte rei, pœnalis est, ex dolo descendens: ideo annalis est, nec datur in hęredem. Ex parte actoris, rei persecutionem continet, & ob id hæredi datur. [a]

a. l. in hono. ĵ. de actio. §. 1. insti. de perp. actio.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Apud Gallias ex lege Regia, vocationi in ius actio inseri debet, vt veniat reus instructus ad agendum caussam primo quoq; die: [a] nisi ex iusta caussa, dilatio ei vnica dãda videatur. Sed & viatores sumptu actoris, exemplum mandati iudicis, & vocationis in ius, tradere debent reo. [b]

a. art. 16. de breui. lit. Frã.
b 22. ea. l.

DE PACTIS. *Titulus* XIIII.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 4. ad edictum.*

Hvius edicti æquitas naturalis est. Quid enim tam congruum est [¶] humanæ fidei, quàm ea quæ placuerunt inter eos, seruare? Pactum autem, à pactione dicitur, unde & pacis nomen appellatum est. Est autem pactio, duorum pluriúmue in idem placitum [•] & consensus. Conuentionis uerbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahẽdi transigendiq; caussa, consentiunt qui inter se agunt. Nam sicut conuenire dicuntur, qui de diuersis locis in unum locum colliguntur & ueniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in unum consentiunt, id est, in unam sententiam decurrunt. Adeò autem conuentionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse cõtractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se cõuentionem, siue re, siue uerbis fiat: nam & stipulatio quæ uerbis fit, nisi habeat consensum, nulla est. Sed conuentionum plæræque in aliud nomen transeunt: ueluti in emptionem, in locationem, in pignus uel in stipulationem.

Ait lex, Aequitas naturalis. Commendat more suo edictũ ab æquitate, [a] non qualibet, sed naturali, quæ omnibus perspicua est. Nam quę ex vtilitatis ratione in cõsuetudinem venerunt partim nobis cognita, partim obscura, Prætores Romani edicere cõsueuerunt. Ciuilis æquitas cõtrà, vel ratio ciuilis ea est, quæ non omnibus, sed legumlatoribus visa est ad Rempub. pertinere. [b] Ratio naturalis, in eodem loco omnẽ pactionem habet, [c] & fidem suadet seruãdam: Ciuilis, eam quæ in stipulationem transit, actionem parere iubet, &c. [d] Ratio naturalis, successionem defert cognatis: ciuilis agnatos, cognatis tãtùm prætulit. [e] Ratio naturalis pupillos ab alijs regi: ciuilis ab agnatis potiùs quàm à cognatis constituit, &c. [f] Ait, Pactum autem. Pactum & Pactio, cõiugata sunt, vt stipulatus, & stipulatio. Nam pacto à pago, ipsum cõsensum magis demõstrat, qui in faciendo consistit, [g] vt stipulatio ipsam verborum conceptionem. [h] Pactum ius ipsum quod ex pactione descendit, [i] vt stipulatus quod ex stipulatione. Ideóque frequentiùs ex pacto non agi, vel contrà: [k] & ex stipulatu, vel stipulato, [l] quàm ex pactione, vel stipulatione, dictum obseruatur. Quanquam eam differentiam interdum eleuant consulti. [m] Sanè pacis verbum non tam latè patet atque pactio, vt testamentum angustiorem habet significationem quàm testatio: vnde tamen consequens non est in omni etymo, aut cõiugatione, idem locum habere. Hae enim in re vsus dominatur, quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi. Ait deinde, Est autem pactio. Eodem modo ferè alibi cõsultus idem explicat atque euoluit, [n] neglecta subtili illa differentia.

¶ Vide Cice. lib. 2. de inuẽ. Rheto. Pactũ (inquit) est quod inter aliquos cõuenit, quod iam ita iustũ putatur, vt iuri pręstare dicatur.
• Aliàs, deest copula.
a. l. 1. ĵ. de in integ. restit.
b. Cicer. lib. 2. rhetor. l. 1. ĵ. si quis testa.
c. Vt hic. & l. 1. ĵ. de constit.
d. §. de consti. inst. de actio.
e. Infra. vnde leg. & ĵ. vnde cog.
f. Insti. de tut. §. fi. & de cap. de. §. quod autẽ. §. fi. de Att. tut.
g vt hic.
h. l. 5. ĵ. de ver. obligat.
i. Cic. in rhet.
k. l. iurisgent. ĵ. eo. l. lege. C. de pa.
l. l. si quis. ĵ. si cert. in prin. insti. de verb. ob. Paul. in recep. sen.
m. l si quis cũ aliter. ĵ. de verb. obl. l. 3. ĵ. de pol. §. quod ferè. d. l. iurisgen.
n. l. 3. ĵ. de pol.

tia. Sed heus tu. Ex subiecta pactionum materia intellige consensum non quemlibet, sed in hoc vt quid detur vel fiat, vel contrà. [o] Rem enim pagere (vt antiquè mihi permittam loqui) oratione solemus quæ in commercijs fit, non circulos eccentricos, vel triangulos æquilateros, &c. Ait, Conuentionis. Tam latè patere alterum verbum edicti ait Vlpianus, atque primum. Vt enim nullum negocium contrahitur transigitúrve inter nos sine pactione, id est cõsensu: ita absque conuentione esse nõ potest. Quandoquidem, metaphora à rebus corporalibus ducta ad incorporales, nihil sit aliud conuentio, quàm consensus animorum. Transigere verò hoc loco non ad controuersiam tantùm respicit, sed ad quodlibet negocium ad finem ducendum. [p] Ait, Nullum esse contractum. Contractus est obligatio, licet interdum subtilem habeant inter se differentiam: [q] tamen hoc loco magis ad ostendendam verbi contractus significationem, obligationis verbum subiectum videtur: [r] cùm alioqui iuris vinculum ex quasi contractu descendat absque duorũ cõsensu. [s] Quod vulgò aiunt, contractum non esse nisi vbi mutua sit obligatio, mihi nunquam probatur. Nam obligatio vltrò citrò in consentiendo semper consistit, non semper in vinculo iuris mutuo. [t] Ait, Sine re. Non enim re mutuum, commodatum, depositum, &c. contrahuntur, quòd consensu opus non sit: sed quòd præter consensum, qui in omnibus necessarius est, rem quoq; interuenire oporteat. [u] Quod similiter de verbis accipe: Consensu verò obligatio nasci intelligitur, hoc est consensu tantùm, & nuda conuentione absque re & verbis. [x] Ait, Flat. Non dicit nascatur, quòd de cõtractu, nõ de vinculo iuris (vt dixi) sétiat. Ait, Nulla est. Stipulatio ioco, vel demõstrãdi caussa cõcœpta, nulla, id est nullius effectus est. [y] Sed an ex stipulatione vtili, sola ciuilis nascatur obligatio, quæri solet. Nã à cõtrario id colligi, ex plærisq; iuris locis videtur. [z] Et hæc quæstio eã habet cautionẽ, vt naturalẽ obligationẽ distinguamus. Obligatio enim naturalis, quæ in suo stat nomine, ex stipulatione nascitur: [a] quòd natura fides seruãda sit. [b] Obligatio verò naturalis quæ transit in obligationẽ iurisgentium, ex stipulatione non nascitur, sed ciuilis. [c] quanquam & obligationes iurisgentium, aliæ in aliud nomen non trãseunt, vt serui naturaliter obligati: [d] aliæ transeunt in ciuiles obligationes. [e] Illæ retentionẽ præstant, & fideiussor eis accedit, &c. [f] Hæ pariũt actiones, & ciuiles absolutè dicũtur. [g] Sed inferiùs hæc opportuniùs. Ait, Sed cõuentionũ plæræq;. In aliud nomen transire ait conuentiones plærasq;, id est nõ solũ conuentiones esse, sed emptiones, stipulationes, &c. atque adeò relicto generali nomine, in proprium transire, quo vsitatiùs appellantur. Sic manumissio transit in emancipationem: [h] cognatio in agnationem: [i] adoptio in arrogationem, [k] & alia sexcenta: quæ sub nomine generali, cùm ars extrinsecùs à consultis adhibetur, continentur.

L. II. PAVLVS. *Lib. 3. ad edictum.*

*Labeo ait conuenire posse uel re, uel per epistolam, uel per nuncium: inter absentes quoque posse. Sed etiam tacito consensu conuenire intelliguntur. Et ideo si debitori meo reddiderim cautionem, uidetur inter nos conuenisse ne peterem: * profuturamq́ue ei conuentionis exceptionem, placuit.*

Vlpianus conuenire licere re, & verbis, innuit suprà: sed re conuẽtionem fieri intellexit in ijs contractibus qui re dicuntur iniri. Paulus ex Labeone non de generali conuentione, sed de conuentione tantùm verba facit primùm: nec solùm conuenire nos posse per cõsensum ore proprio (vt plærũq; fit) expressum, sed etiam ministerio rei, epistolæ, vel nuncij, inter absentes conuenire eadẽ cõuentione. Re cõuenit vel inter præsentes, vt cùm creditor debitori reddit chirographũ præsenti: vel inter absentes, si ad absentem det ferendũ veredo. Qui si præter rem, id est syngraphã, consensum etiã exprimat, nulla dubitatio est. Sed hoc ampliùs, tacito consensu, id est neque præsenti, neq; absenti verbis expresso, aut per epistolã, vel nunciũ declarato, cõuenire licet. Ait, Conuentionis exceptionem, Pacti exceptionem: est enim idem conuentio nuda, de qua sentit, & pactum nudum: [a] quorum vtrũq; vsitatissima subauditione dicitur. Conuentio enim, vel pactum tantùm, intelligitur quòd in aliud nomẽ non transeat: nuda, nudúmve, quòd caussa nulla subsit. [b] Nec te moueat quòd res hic interueniat, quia ea caussa præterita non est. [c]

L. III. MODESTINVS. *Lib. 3. Regularum.*

Postquàm uerò pignus debitori redditum, si pecunia soluta non fuerit, debitum peti posse, dubium non est: nisi specialiter contrarium actum esse probetur.

Hæc species à superiore id differt, quòd pignus debitori ad tempus plærũq; creditor permittere soleat, [a] quodque vsui esse possit redditum pignus absque liberatione. Quæ in chirographo locum non habent. Ait, Specialiter. Nominatim, non tacito consensu. [b]

L. IIII. PAVLVS. *Lib. 3. ad edictum.*

Item quia conuentiones etiam tacitæ ualent: placet in urbanis habitationibus locandis inuecta & illata pignori esse locatori, etiam si nihil nominatim conuenerit. Secundũ hoc & mutus pacisci potest. Huius rei argumẽtũ est, & stipulatio dotis caussa facta est.

o.Theop §. fi. de oblig.
p.l.trãlactum. j.de ver.sign.
l.2.j.e.tit.
q.l.1.de actio. j.
r.l.Labeo.j.de ver.sig.l.obli. ferè.j.de act.
s.l.furiosus. eo.
t.d.l.Labeo.l.1 & 2.j.de actio.
u.insti. quib. mod. re. vbi. nota.
x.l. obligamur.j.de act. l.1.j.de re. pmut.
y.l.obli. subst. j.de actio.
z.§.de consti. insti.de actio. l. ex diuerso. j.sol.ma.
a.l.1.j.de nouat.
b.vt hic.&.l.1. de consti.j.l. bo.fi.depo.Cicer.li.2.offi.& 2.Rheto.
c.l. quod pupill. de cond. indeb.& .l.natur.cũ.l.seq.
d.l.indebitam &.l. naturaliter.j.de cond. indeb.
e.§ 1. insti. de obli.
f.l.fide .ff. de fide.
g.d.§.1. insti. de obli.l. non solũ.j.de pecul.§.sed cum l.iurisg.j.eo.
h.l.2.§. de off. procons. Caius lib.1.insti.
i.l.fi.j. de gra.
k.l.2.§. de adopt.
* Aliàs futuráque.
a.l. solẽt.j. de præsc.verb.
b.l.iurisgen.§. quod fere .j. eo.&.§.sed cũ nulla.
c.l. damus .j. de cõd.indeb.
a.l. certe.j.de præcar.
b.l.tutela.j.de legi. tuto.l.in præd.&.l.licet j.10 quib.cau. pig.

Eta est. nam dos ante nuptias malè petitur, quasi si hoc expressum fuisset: ut nuptijs non secutis, ipso iure euanescat stipulatio. Idem Iuliano placet, ex facto etiam consulto, cũ conuenisset ut donec usuræ soluerentur, sors non peteretur: & stipulatio purè concepta fuisset: conditionem inesse stipulationi, atque si hoc expressum fuisset.

Paulus eodẽ loco quo tacito consensu conuenire licere dixit, hæc continuò subiecit. Itẽ quia, &c. Non solùm, inquit, conuentiones tacitæ valent ad excipiẽdum, vt in exemplo superiore redditi chirographi, sed etiam ex parte actoris valent, atque adeò in aliud nomen trãseũt, vt in pignus, in emptionem, &c. [a] Si vel mutus fortè in prædia vrbana quid inuehat, vel nutu contrahat emptionem. Ita enim accipere placet, quod de muto paciscente subijeit: Sed & ex parte rei valent conditiones tacitæ, vt cùm maritus stipulatur dotem sibi dari, intelligitur, si nuptiæ nõ sequantur, sponsionem nullã fore: & ideo ante nuptias malè petit, quòd vel ipso iure absque exceptionis auxilio stipulatio euanescat, ex qua nihil præter spem, debitum iri stipulator acquirit, dum conditio etiam tacita existat. [b] Quod & in legatis locum habet, cùm verbis testamenti conditio inest, non cùm extrinsecus venit, vt si hæreditas adeatur. [c] Quod autem, ait malè peti. ita accipe, quasi ipso iure quidem nascatur obligatio, & rursus ipso iure euanescat: quod & verba ipsa Pauli apertè docent. [d] Ita enim Paulo hic placuisse video. Sed Vlpianus alibi disertè nõ committi stipulationem expresit dum nuptiæ sequerentur: [e] quasi sub conditione promissum sit: & hoc sequemur, quasi minùs dixerit Paulus, cùm ipso iure euanescere scripsit: hoc tamen ampliùs, nec committi quidem stipulationem nõ negarit: & verbum malè petere, latiùs vsurparit quàm Sceuola, &c. [f] Quod deinde ait, Idem Iuliano. Hæc conditio quoque ex parte rei valet, cùm stipulatus sim à debitore sortem dari, pacto conuento vt donec vsuræ, &c. Nec enim agi potest quandiu vsuræ soluuntur: inest enim conditio quæ differt obligationẽ, si vsuræ nõ soluẽtur: [g] ideoque in his speciebus exceptione opus non est, si ex continenti conuenerit: quando conditio insit stipulationi, nec ipso iure actio competat. Ex parte actoris pactũ inesse stipulationi, ferè displicuit: [h] quamuis Paulus id obtinuisse semel adfirmet. [i] Illud interest inter cõditionem, & pactionẽ aliã, quòd illa differat obligationẽ, hæc ex parte rei ad exceptionem prosit, siue ex continenti, siue ex interuallo fiat. [k] Ex parte actoris ea demum valet, quę in contrahendo facta est, [l] &c. qua de re inferiùs. Ad primam speciem huius capitis quod attinet, ius cõtrouersum est, quid sit, quòd voluntate domini inuecta & illata in prædium rusticum demũ pignori obligentur: cùm alioqui in vrbanum illata, nec sciente quidem domino obligentur? Et quidem id receptum est, quòd prędium rusticum non habitandi caussa, sed fructuum percipiendorum gratia, præcipuè cõducatur: quod in vrbano contrà obseruatur. ideoque ait Paulus, Vrbanis habitationibus. Et cùm fructus tacitè obligati sint locatori, coloni mobilia in fundum illata, non aliter obligari visum est, quàm si voluntate locatoris, id est conuentione, ita illata sint, vt pignori obstricta ea habeat. [m] Inquilini verò qui fructus non colligunt, inuehendo inducendo mobilia, vel se mouentia, tacitè obligant, etiam si dominus ignoret illata. [n] Et hoc quidem Scæuolæ, & Neratij sententiæ conuenit: [o] etsi prima ratione Pomponius conuentionem nõ requirat, sed illata esse, vt ibi sint. [p] Sed huius verba ad aliorum apertam voluntatem trahere par est: quã Marcellus, & Paulus illustrãt, [q] & Theophilus consultus ad Institutiones. [r] Eòdem pertinet quod scribit Iulianus ad Sal. interd. [f]

a. l. iurisg. ĵ. & ĵ. l. 1.
b. §. ex condi. insti. de verb. obl. l. interdũ. ĵ. de ver. obli.
c. l. 1. & l. conditiones q. ex l. ali. ĵ. de cõd.
d. l. 2. ĵ. de eo. q. cer. l. 1. ĵ. quãdo di.
e. l. plerumque & l. licet. ĵ. de iur. do.
f. d. l. 1. ĵ. quãd. di. vsuff.
g. d. l. interdũ de verb. ob. d. §. conditionales. insti. eo.
h. ĵ. eo. l. iuris. §. quinimo. l. in bo. fi. C. de pact.
i. l. lecta. ĵ. si cer.
k. vt hic. & d. l. lecta. l. pacta ĵ. de contrah. empt.
l. d. §. quinimò l. in bo. fi. C. eo. l. in empt. ĵ. eo.
m. l. eo. & l. in pręd. in quib. caus. pig. l. cer. C. loc. arg. l. r. ĵ. de re. pmu.
n. vt hic & d. ll.
o. l. eo. iure. ĵ. in quib. caus.
l. debitor. ĵ. de pignor.
p. l. in prædijs ĵ. in quib. cau. pig.
q. l. Pompo. eo l. si in lege. ĵ. loca.
r. §. itẽ Seruia. inst. de actio.
f. l. 1. de Sal. interd. ĵ.

L. V. VLPIANVS. *Lib. 4. ad edictum.*

Conuentionum autem tres sunt species. Aut enim ex publica caussa sunt: aut ex priuata. Priuata, aut legitima, aut iuris gentium. Publica conuentio est quæ fit [*] *per Principem, aut quoties inter se duces belli quædam paciscuntur.*

Vlpiani cõmentarium separatim perpende, quasi nihil partibus eius insertum sit ex alijs consultis. Is igitur cùm pactionem definitione explicasset, vnde pactum est appellatum: & generalem verbi conuentionis vsum demonstrasset, [a] diuidendam putauit in tres species, vel, quod eòdem recidit, in duas: quarum altera rursus in totidem diuiditur formas. Vti alibi, tria hominum genera esse cœperunt, liberi, & his contrarium serui, & tertium genus libertini: [b] quod celeriùs visum est, quàm omnes homines aut liberos esse, aut seruos: & liberos rursus aut ingenuos, aut libertinos. [c] Hoc malè habet quosdam, quòd publica conuentio ex ijsdem caussis, iurisque partibus descendat cum priuata: quòd eiusdem generis formis non putant conuenire. Idem de iuris diuisione priuati queruntur: [d] quòd ius publicum in similes partes distribuatur: id quod ad Institutiones falsum esse ostendi. Illud verò vitiosum non est quod eos angit, si quãdo non in formas per differentias proprias genus diuidatur, sed per qualitates, quò pertinet illa rubrica De re. di. & quali. Satis est enim diuisio memoriam iuuet, & genus reddat (vt ita dicam) speciendum. Si medicus homines diuidat in sanos, & laborantes, repræhensionem nullam incurret, opinor, quãuis & equi similiter diuidi possint. Quid quod Cicero scripta priuata distribuit in tabulas, pacta, stipulationes? qui tamen non negasset fœdera, pacta esse, quod interpres historiæ sacræ probat,

& Liuius

* Aliàs per pacẽ, quoties.
a. l. 1. ĵ.
b. l. manumis. ĵ. de iusti.
c. l. 1. & seq. ĵ. de sta. ho.
d. l. 1. ĵ. de iusti.

& Liuius sponsiones de fœdere loquens dixit. [e] Legitimam conuentionem definit eo genere definitionis, quã Veluti, Boethius vocat, idest per exemplũ. Princeps enim suo iure publicè pacisci potest ex lege Regia: [f] deinde duces belli cæterique quibus id à Principe datum sit. [g] Magistratibus id non competere puto, vt contra leges impunitatem iudicibus paciscantur publicè, licet Senatus Romanus id potuerit. [h]

e.lib.9. f.l.1.j.de consti.princip. g.arg.l.1.C.de senatusf l.fi.C.de ll. h.arg.l.1.j.de postul.

L. VI. PAVLVS. *Lib.3.ad edictum.*

Legitima conuentio est, quæ lege aliqua confirmatur, & ideo interdum ex pacto actio nascitur, uel tollitur: quoties lege uel senatusconsulto adiuuatur.

Ex Paulo legitimam conuentionẽ definit Iustinianus, interrupto Vlpiani cõmentario, quem legitimã conuentionem continuò explicasse dubiũ non est. Vtcũque igitur Paulus senserit, nos cũ Iustiniano verba Pauli Vlpiano assuemus, quasi ipse omnia hæc scripserit. [a] Legitima ergo conuentio est quæ aliqua lege confirmatur, idest tantùm lege non iure gentiũ. Nam & quæ iurisgentium est, conuentio lege comprobata, legitima dici potest, & ciuilis: [b] sed hic legitimam per subauditionem exclusiuæ tantùm, dictam puta: vt huic loco conueniat. Legitima erit conuentio tam ea quæ in aliud nomen transit, quàm quæ in suo nomine stat: vt stipulatio seculo Pauli, [c] pactio de furto, deque iniuria. [d] Et quoniam hoc inest legibus, vt priores trahantur ad posteriores, [e] placitum donationis quoque huc pertinebit, [f] & contractus empbyteuticus, [g] cum sponsalitia largitate: [h] sed nũ conuentiones iurisgẽtium, quæ actiones pariunt, omnes eiusmodi sunt? [h] Et non esse respondeo, quòd non mero ciuili iure confirmẽtur, sed etiã iure gentiũ firmitatẽ, & robur habuerint. [i] An & pactio honoraria, legitima dicetur? & magis est vt dicatur, cùm lege Prætoria confirmetur. [k] Legẽ enim latiùs Paulus hic vsurpat pro iure ciuili: quòd ad naturale & gentiũ ius cùm respicit, ius honorarium quoque complectitur. [l] Certè hæc interpretatio ad cõplendam conuentionũ diuisionẽ accõmodatior est: etsi Paulus fortè de iure Prætorio nõ sentiat, sed de ciuili, quod ipsum ius dicitur. [m] Nos enim vbique (vti dixi) quod Iustinianum voluisse probabile est, magis quàm quod consulti olim alio plærũque spectantes scripsere, sequimur. [n] Ait Paulus, Et ideo. Regula est Iuris ex pacto actionem non nasci, vel tolli: quæ per subauditionem exclusiuæ tãtùm, accipienda est primùm, vt excludatur pactum legitimum quod in aliud nomen transit: [o] deinde vt pactum iurisgentium excludatur, quod similiter in propriũ nomẽ contractus transit. [p] Hæc enim & si pacta generaliter dicta fuerint: quia in propriũ nomẽ deinde transierũt, suis singula nominibus magis appellantur. Vtar apposita hic similitudine: cùm hominem eminùs vides, vt homo ne an aliud animal sit haud satis propter locorũ intercapedinem iudicare queas, quódnam sit animal rogare soles. Sed vbi propiùs accesseris, quísnam is homo sit, non quódnam animal rogitas. Sic consulti de actionibus disputantes, conuenisse inter aliquos, pepigisse, pactos esse, &c. proponere solent & tantisper pactionem, pactum, vel conuentionem appellitãt, dum in proprium nomen trãsire inter eos conueniat. [q] Cùm igitur legitimæ cõuentiones quædam sint, quæ etsi in proprium nomen non transeunt, actiones tamen pariant vel tollent: exceptionẽ hãc regulæ adnectendam primùm significat hic Paulus, Extra quàm si lege in hoc adiuuetur.

a.l.1.C.de vetur. vel cõsti. l.ĩ. b.§. sed iste. insti.de actio. c.§.de consti. eo. d l.si tibi.j. e.l. non est. & ll.seq.ĩ.de ll. f.l. si quis arg. C.de do. g.§.adeo loca. h.autẽ.vt spõsal. i.l.iurisg.eo.j. k.d.l.si tibi & d.§.de consti. l.l. ius ciuile. ĩ.de iusti. m.§.quos.inst. de bo. pos. ar. n.de cõsti.1.ĩ. o.vt hic. p.l.iuris.j. eo. q.l. iurisg.§. adeo .j.l. pacta.j. de contrahen. & d.l. iurisg.§.quod fere.l. conuenit.j. de contrah.

L. VII. VLPIANVS. *Lib.4.ad edictum.*

Iuris gentium conuentiones quædã actiones pariunt, quædam exceptiones. Quæ pariunt actiones, in suo nomine non stant, sed transeunt in proprium nomen contractus: ut emptio, uenditio, locatio, conductio, societas, commodatum, depositum, & cæteri similes contractus. Sed & si in alium contractum res non transeat, subsit tamen caussa: elegãter Aristo Celso respondit esse obligationem: utputa dedi tibi rem, ut mihi aliam des: dedi ut aliquid facias καὶ συνάλλαγμα εἶναι *id est & contractum esse: & hinc nasci ciuilẽ actionem. Et ideo puto rectè Iulianum à Martiano reprehensum esse in hoc, dedi tibi Stichũ, ut Pamphilum manumittas, manumisisti, euictus est Stichus. Iulianus scribit, in factum actionem à Prætore dandam, ille ait, ciuilem incerti actionem, id est præscriptis uerbis sufficere. Esse enim contractum quod Aristo dicit* συνάλλαγμα, *unde hæc nascatur actio.* [•] *Si ut maleficium fiat, promissum sit, nulla est obligatio ex hac conuentione. Sed cùm nulla subest caussa præter conuentionem, hic constat non posse constitui obligationem. Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem. Quinimò interdum informat ipsam actionem, ut in bonæ fidei iudicijs. Solemus enim dicere, pacta conuenta inesse bonæ fidei iudicijs: sed hoc sic accipiendum est, ut si quidem ex continenti pacta subsecuta sint, etiam ex parte actoris insint, si ex interuallo, non inerunt: nec*

• Si ob maleficium ne fiat. P.F.

ualebũt, si agatur ne ex pacto actio nascatur: utputa post diuortiũ conuenit ne tempore statuto dilationis, dos reddatur, sed statim, hoc non ualebit: ne ex pacto nascatur actio. Idem Marcellus *scribit: etiã si in tutelæ actione conueniat, ut maiores quàm statutæ sunt usuræ præstentur, locum non habebit, ne ex pacto nascatur actio.* Ea enim *pacta insunt, quæ legẽ contractui dãt, id est, quæ in ingressu cõtractus facta sunt.* Idem *responsum scio* à Papiniano: *si post emptionem ex interuallo aliquid extra naturam contractus conueniat, ob hãc caussam agi ex empto non posse, propter eandem regulã: ne ex pacto actio nascatur* (Quod *& in omnibus bonæ fidei iudicijs erit dicẽdũ*) *sed ex parte rei locũ habebit pactum: quia solent & ea pacta quæ postea interponuntur, parere exceptiones.*

• Aliàs, cõuẽtiones in P. Flo. exceptiones, quod ipsum si quis vrgeat, posset forte obtineri per. l. 3. de resc. vendi.

Adeò autẽ in bonæ fidei iudicijs • *pactiones postea factæ, quæ ex eodẽ sunt cõtractu, insunt: ut constet in emptione cæterisq; bonæ fidei iudicijs, re nõdũ secuta, posse abiri ab emptione. Si igitur in totũ potest, cur nõ & pars eius pactione mutari potest?* Et *hæc ita* Põponius *li. 6. ad edictũ scribit.* Quod *cũ est, etiã ex parte agentis pactio locũ habet, ut & hæc ad actionem proficiat, nondũ resecuta eadem ratione.* Nã *si potest tota res tolli, cur non & reformari: ut quodãmodo quasi contractus renouatus uideatur? quod nõ insubtilliter dici potest.* Vnde *illud a quẽ non reprobo, quod* Põponius *lib. 3.* Lectionũ *probat, posse in partẽ recedi pacto ab emptione, quasi repetita partis emptione.* Sed *& cũ duo hæredes emptori extiterint, si uenditor cũ altero pactus est ut ab emptione recederetur: ait* Iulianus *ualere pactionem, & dissolui pro parte emptionẽ: quoniã & ex alio cõtractu paciscẽdo alter ex hæredibus acquirere sibi potuisset exceptionẽ.* V*trũq; itaq; rectè placet, & quod* Iulianus *& quod* Pomponius *ait.* Prætor *ait, pacta conuenta,* ¶ *quæ neq; dolo malo, neq; aduersus leges, plebiscita, senatuscõsulta, edicta, decreta principũ, neq; quò fraus cuiquã eorũ fiat, facta erunt, seruabo.* Pactorũ *autẽ quædã in rẽ sunt, quædã in personã.* In *rem sunt, quoties generaliter paciscor ne rẽ petã.* In *personam sunt, quoties ne à persona petã, id est, ne à* Lucio Titio *petã.* V*trũ autẽ in rẽ, an in personã pactũ factũ sit: non* • *nimis ex uerbis, quàm ex mente conuenientium æstimãdum est.* Plærũq; *enim (ut &* Pedius *ait) persona pacto inseritur, non ut personale pactũ fiat, sed ut demoustretur cũ quo pactũ factũ est.* Dolo malo, *ait* Prætor, *pactũ, se non seruaturũ.* Dolus *malus fit calliditate & fallacia.* Et *(ut ait* Pedius*) dolo malo pactũ fit, quoties circũscribẽdi alterius caussa alius agitur, atq; agi simulatur.* Sed *si fraudẽdi caussa pactũ factũ esse dicatur, nihil* Prætor *adijcit, sed elegãter* Labeo *ait hoc aut iniquum esse, aut superuacuũ.* Iniquũ, *si quod semel remisit creditor debitori suo bona fide, iterũ hoc conetur destruere.* Superuacuũ, *si ipse deceptus hoc fecerit. inest enim dolo & fraus.* Siue *autẽ ab initio dolo malo pactũ factũ est: siue post pactũ, dolo malo aliquid factũ est: nocebit exceptio, propter hæc uerba edicti, neq; fiat.* Quod *ferè nouissima parte pactorũ ita solet inseri, rogauit* Titius, *spopõdit* Mæuius: *hæc uerba nõ tãtũ pactionis loco accipiũtur, sed etiã stipulationis: ideoq; ex stipulatu nascitur actio, nisi specialiter contrarium approbetur, quòd non animo stipulantium hoc factum est, sed tantũ paciscentium.*

¶ Ad hoc edictum pertinet quod de Agesilao notat Plutarchus in Apophthegmaticis Laconicis.

• Græcè loquitur, οὐ μᾶλλον, pro non tam.

Si *pacíscar ne* • *iudicati uel incẽsarum ædium agatur, hoc pactũ ualet.* Si *pacíscar ne operis noui nũciationẽ exequar, quidã putant non ualere pactionem: quasi in ea re prætoris imperiũ uersetur.* Labeo *autem distinguit, ut si ex re familiari operis noui nũciatio sit facta, liceat pacisci, quod si de re publica, nõ liceat, quæ distinctio uera est.* Et *in cæteris igitur omnibus ad edictũ* Prætoris *pertinentibus, quæ non ad publicã læsionẽ, sed ad*

• Aliàs, pro iudicato vel incensis ædibus.


rem

rē familiarem respiciunt, pacisci licet. Nam & de furto pacisci lex permittit. Sed & si quis paciscatur ne depositi agat, secundum Pomponium *ualet pactum. Item si quis pactus sit ut ex caussa depositi omne præstet periculum,* Pomponius *ait pactionem ualere: nec quasi contra* ᵃ *iuris formam factam, non esse seruandam. Et generaliter quoties pactum à iure communi remotum est, seruari hoc non oportet, nec delegatum, nec iusiurandum de hoc adactum* ᵇ *ne quis agat* ᵇ *seruandum* Marcellus *libro.2.Dige. scribit. Et si stipulatio sit interposita de ijs pro quibus pacisci non licet, seruanda non est, sed omnimodo rescindenda.* ¶ *Si ante aditam hæreditatem paciscatur quis cum creditoribus ut minùs soluatur, pactum ualiturum est: sed si seruus sit qui paciscatur, priusquàm libertatem & hæreditatem adipiscatur (quia sub conditione hæres scriptus fuerat) non profuturum pactum* Vindius *scribit.* Marcellus *autem libro decimo octauo Digestorum, & suū hæredem, & seruū necessariū purè scriptos, paciscentes priusquā sese immisceāt, putat rectè pacisci: quod & uerum est. Idem & in extraneo hærede: qui si mādato creditorum adierit: etiam mandati putat eum habere actionem. Sed & si quis, ut suprà retulimus, in seruitute pactus est, negat* Marcellus*: quoniam non solet ei proficere si quid in seruitute egerit post libertatem, quod in pacti exceptione admittendum est. Sed an uel doli ei prosit exceptio, quæritur.* Marcellus*, in similibus speciebus, licet antea dubitauit, tamen admittit: utputa filiusfamiliâs hæres institutus pactus est cū creditoribus, & emancipatus adijt hæreditatem, & dicit doli eum uti posse exceptione.* Idem *probat & si filius uiuo patre cum creditoribus paternis pactus sit. nā & huic exceptionē doli profuturam. Imo & in seruo doli exceptio non est respuenda. Hodie tamen ita demū pactio huiusmodi creditoribus obest, si conuenerint in unum & communi consensu declarauerint, quota parte debiti cōtenti sint. Si uerò dissentiant, tunc* Prætoris *partes necessariæ sunt: qui decreto suo sequetur maioris partis uoluntatem.*

ᵃ Aliàs ius.
ᵇ Non omnia exēplaria habent.

¶ An & quādo pacta & promissa nō seruare iure liceat, pulchrè Cic. lib. 3. off.

Vt commodiùs incipientes conuentionum diuisionem percipiant, quam consulti nobis apud Iustinianum reliquerunt, priusquàm ad verborum interpretationem reliquam trāseo, rem omnem oculis hic subijciam.



Ecce vsque ad paragraphum Quinimo, partitionem Vlpiani executus sum: nūc quæ remorari possunt imbecilliores interpretemur. Ait, Iurisgentium conuentiones. Ex hoc iure gentium obligationes institutas esse, Hermogenianus alibi scribit, præter paucas quę à iure ciuili introductæ sunt. ᵃ Apud omnes gentes enim consuetudine quadam certæ conuentiones in hoc probatæ sunt, vt qui conueniret obligatus intelligeretur: aliæ omnes cuiusque voluntati relictæ, ad obligationem quod attineret: ex quibus si quando Romani obligationem nasci dixere, ad naturalem tantùm obligationem, non ad obligationem naturalem quæ in ius gētium transijt, id referendum est. ᵇ Illud quoque gentes vsu comprobarunt, vt ad excipiendum valerent conuentiones indistinctè, quæ in hoc factæ essent vt obligationes contractæ eliderentur. Hoc enim ęquum visum est, quòd in pari caussa ei vnde petitur magis fauendū fuerit. ᶜ Illud verò probabile crediderim, ex obligationibus ex consensu, gentes non egisse, sed solutum retinere potuisse: quod seruorum obligatio arguit, qui quòd naturaliter, id est iure gentium obligent, solutum repetere nō possunt. ᵈ Sed de hac re inferiùs pluscula. Ius ciuile Romanorum neque in totum iuri gentium seruiens, neque per omnia ab eo recedens, ᵉ ex eisdem obligationibus actiones etiam dedit, quas ob id ciuiles appellamus & legitimas: ᶠ seruos, ad agendum quod attinet, pro nullis habet, ᵍ retinere solutum more gentiū ex contractu cum his inito, permisit: ʰ quod & in his qui [illegible] fiūt,

ᵃ l. ex hoc. ff. de iusti.
ᵇ l. indebitū. ff. de cōdi. indeb. l. 1. ff. de no. l. sed. ff. de pe. her. §. consuluit. l. si operas ff. de præs. verb. d. l. cùm ampl. de reg. iur.
ᶜ l. Arrianus. ff. de actio. l. fauorab. ff. de re. iur. l. si cū fid. ff. eo. & hic.
ᵈ d. l. indeb. l. naturaliter eo. l. cū amplius de reg. iur.
ᵉ l. ius ci ff. de iusti.
ᶠ vt hic. & l. qui ser. ff. de præscrip ver.
ᵍ l. quod att. de reg. iur.
ʰ l. naturales. ff. de actio. l. fideiussor. ff. de fideius. d. l. naturaliter. l. quod enim. de fideius.

similiter ſancitum eſt regulariter. [i] Si longiùs in hac hæteſi progredior, audire videor illud Satyrici monitoris, Quis leget hæc? Sed tamen tātiſper legi hæc optarim, dum rationē omnium reddidero: quam paulò inferiùs ſubijciam. [k] Ait igitur Vlpianus cōuentiones iuriſgētiū quæ in proprium nomen contractus tranſeut, iure Romano parere actiones: quæ verò ſtant in ſuo nomine, id eſt quæ nihil aliud quàm conuentiones ſunt, vel quæ tantùm ſunt conuentiones, exceptiones parere: non rationem reddens ciuilem, ſed regulam quandam, & legem qua eas internoſcamus. Ait, Sed etſi. Rurſus conuentiones quæ in ſuo nomine ſtant (quas conuentiones tantū, nō nudas, cū Iurecōſulto appellabo) [l] alias eſſe ait quibus cauſſa ſubſit: alias nudas, id eſt quibus nulla ſubſit cauſſa præter cōuentionem. At eiuſmodi eſt emptio, inquis, & nudus conſenſus. [m] Eſt inquā, ſed in proprium nomē tranſit: vnde notam aliam habeo cur actionem pariat, nimirum propriū nomen contractus. Hoc loco nudum, cōuentionem reſpicit, non omnem, ſed quæ in ſuo ſtat nomine. Nam contractus omnes qui conſenſu fiunt, nuda voluntate nudoq; conſenſu contrahuntur: [n] quare & nudo pacto, nudáve pactione, & conuentione: [o] ſed quia ſuum nomen habent intelligimus ex hoc ſigno quod nobis ſuſtulit Vlpianus, parere actiones, & regulā. Ex pacto nudo, vel nuda pactione, aut nuda conuentione, [p] non naſci obligationē: ad cōtractus eiuſmodi nō pertinere. Permutatio tamen & donatio (nam hoc quæſitum eſt) inter has cōuentiones nō referuntur: quia permutatio in proprium, id eſt ſpeciale nomen non tranſijt, ſed ſtat in generali nomine: & ideo nuda voluntate, nudáve conuentione, non conſtat. [q] Donationis verò proprium eſt vt donū detur, nec obligatio ex ea naſcitur (quæ rei eſt non obligationis) donatione. Sed hodie ex placito donationis agitur. Neq; enim omne quicquid ſuum nomē habet, ad regulā Vlpiani pertinet, ſed conuentio quæ in ſpeciale nomen tranſit: ideoq; mādatum, vel mutuum, pignúſve, ſimile eſt contractibus ab Vlpiano nominatis: nō etiam permutatio, vel donatio: quarū alia in proprium nomen non tranſijt, alia obligationem non parit vel exceptionem, nec cōuentio, vel negocium dicitur propriè. [r] Cauſſam porrò ſubeſſe dicit præteritam, id eſt datū, vel factum, propter quod dari, vel fieri, ex aduerſo oporteat. Rem contrahit ad conuentionē pro loco: cuius verbi vſus latiſsimè patet apud Iuriſperitos, [s] vt *la choſe* apud Gallos. Cicero cōſultos notat quòd ſtatuiſſe nō potuerint, rem, an litem, dici oporteret: [t] & Epigrāmaticus, Imperiū, inquit, litem, venerem, cur vna notat res? Ait, Vt puta dedi tibi rem. Expende quod, ait, dedi. Nam ſi tantū cōueniat vt dem, quò & tu des, nuda conuētio erit, nudúmve pactū: [u] nec συνάλλαγμα id eſt cōmerciū, negociúmve, dici poterit tale, ex quo naſci poſsit actio. Ait, Et hinc naſci ciuilem actionem. Ciuilem vocat, vt excludat honorariam, [x] non vt excludat obligationem iuriſgentium. Nā actio iuriſgentiū, nunquam dicitur apud conſultos: quòd eo iure non ageretur, vt ſuprà attigimus. Ait, A prætore dādam. Verbum Prætore ὑπαρκτικῶς accipe, id eſt ab ipſo Prætore vel prætoriam non ciuilem dādam. Prætor enim omnes dabat actiones cùm admittebat ad agendum apud ſe, vel dimittebat ad Pedaneos, data formula iudicij. Sed ciuiles actiones dabat ſecūdum ius ciuile, cuius cuſtos, & interpres erat: prætorias ipſe dabat ex ſua tantùm iuriſdictione cōparatas. [y] Quare ridiculū eſt quod ſuo malleo fabreſecerunt iuniores conſulti, datiuas quaſdam actiones eſſe: quādo omnes datiuæ dici poſsint, & omnes naſcantur ex contractu, maleficio, aut varijs figuris cauſſarum, id eſt quaſi contractibus, vel quaſi maleficijs, quæ varia ſunt, nec certis nominibus poſſunt deſignari. [z] Ait, Ciuilem incerti. Quia incerti agitur quanti intereſt: [a] aliàs incerta actio dicitur, quòd incertus cōtractus ſit, & innominatus, ex quo deſcendat. [b] Ait, Præſcriptis verbis. Ex contractibus nominatis actiones quæ dabantur, certæ & ſolennes compoſitæ fuerant à prudentibus, vti ex maleficijs certis. [c] Sed ex varijs figuris cauſſarum cùm actionem dari poſtulabatur, Prætor, facto apud ſe expoſito, in factum præſcribebat, concipiebátve actionem hoc pacto: Si paret Titium dediſſe Stichum, &c. Et intra huius formulę cācellos iudex priuatus includebatur pro natura facti à prętore expreſſæ, qui dabat iudicia, & res conſtituebat. [d] Nam qui fieri potuit, vt infinitis cauſſarum figuris aliter conciperentur formulæ quàm ex facto? Indiuidua, inquit Porphyrius, infinita ſunt, nec arte concludi poſſunt. Ait, Eſſe enim contractū. Contractū adiectiuè accipe: συνάλλαγμα verò, non quodlibet, ſed vnde, id eſt ex quo genere, præſcriptis verbis actio naſci ſoleat. Relationem ſimplicem vulgò appellant. Non enim ex omni negocio, commerciòve, præſcriptis verbis naſcitur actio: ſed hoc ex eo genere eſt vnde naſcatur. Negocium enim contrahi dicitur, & geri inter aliquos: & nunc ex ſolo contracto naſcitur actio, nunc geſtum eſſe oportet negocium, datione, vel facto interueniente, vt ciuile eſſe intelligatur. [e] Et hoc nimirum eſt συνάλλαγμα, vnde naſcitur actio, Hæc etſi vero veriora ſint, malè habebit diligentem conſultorum lectorem, quòd Vlpianus hic, & alibi Paulus, [f] non eodem modo Iulianum adducant. Nam Vlpianus indiſtinctè id Iuliano adſcribit, in factum putaſſe dandam à Prætore in propoſita ſpecie actionem. Paulus diſtinxiſſe refert, etſi dolus admiſſus ſit, de dolo: ſi non ſit, in factum ciuilem dādam, ſcriptum reliquiſſe. Igitur ad priorem contrarietatem quod attinet, hoc modo ſubmoueri poteſt. Vlpianus ſatis habet oſtēdere Iulianum rectè à Martiano repræhenſum: & ideo nihil habuit neceſſe, quam Paulus adhibet diſtinctionem adferre. Nos inciuile putemus niſi tota legiſlatione Iuſtiniani perſpecta reſpondere: [g] cùm alibi regulæ, alibi exceptiones ſint plærumque: & quod vno loco, pro eius qui loquitur inſtituto indiſtinctè ſcriptum ſit, alibi diſtinctionem recipiat. Quod

verò

i. l. quidā. j. de pen. l. 5. j. de bo. dam.
k. §. ſed cum nulla. j. ea. l.
l. §. quod ferè. j. ea. l. arg. l. ſi. j. de gra. not. j. l. diuiſio.
m. l. 1. j. de rer. permut.
n. d. l. 1.
o. l. 1. ſ. eo. l. 3. j. de poll. l. pacta. j. de contrah. & §. adeò. j. ea. l.
p. j §. ſed cum nulla. l. ſolēt. j. de præſ. ver.
q. l. 1. j. de rer. perm. l. ſenatus. j. de do. cau. mor. l. Papi. j. de don. inter vir. & l. cū hic eo. l. ſi quis arg. C. de do. l. 2. C. de euict.
r. l. ariſto. j. de don. l. ſi dona. C. quod met. ſ. l pecu. l. rei. j. de ver. ſig.
t. pro Muren.
u. d. l. 1. de rer. perm.
x. l is cui. j. de actio. §. 1. inſt. de oblig.
y. l. 1. j. de poſ. her. pe §. 1. inſti. de perp. actio. l. 1. j. de his. q. deie.
Cice. in Verrē & pro Cecin. & 3. de ll.
z. l 1. j. de act. §. 2. inſt. de oblig.
a. l. naturalis. j. de pręſ. ver.
b. l. rebus. C. de rer. perm. l. cer. j. de re cr.
c. l. 2. ſ. de ori. iur.
d. Cic. pro Cecin. Sene. de benef. d. l. 1. j. de his q deie. Theoph. de interdi. in prin.
e. l. 1. ſ. eo. Lab. j. eo. l inter j. de verb. obl. l. ſolēt. de pręſ. ver. l. ſi do. eo. l. rog. eo. l. 1. j. de æſti. l. ſi in area de cō id.
f. d. l. natur.
g. l. inciui. ſ. de ll.

verò de actione in factum non conuenit, illud mihi probabile semper visum est, Vlpianum absque notis adduxisse Iulianum, Paulum vnà cum notis ad ipsum scriptis: vt si nos hodie Papinianum adducamus nulla facta Pauli mentione, qui notas ei adscripsit. [h] Sunt quibus placet Paulo additum esse verbum Ciuile, à Triboniano: ne ab hoc loco dissentiret, quod Iustinianus ei permisit, & nos id plærumque factum ex receptis Pauli sententijs suprà ostendimus. [i] Quod si verum est, ex hoc quidem loco constabit, actionem incertam ciuilem, actioni de dolo cedere: vt illa verba si alia actio non erit, [k] de certa actione, vel ciuili, vel honoraria, accipi debeant. [l] Quãquam remedium extraordinarium, vt restitutio, de dolo actionem excludat: quę cùm sit famosa, non temerè danda est. [m] Ego verò hic subsisto: vt in eo quod ab eisdem non insubtiliter traditũ est, ex negocio facio vt des, præscriptis verbis dari actionem, & optionem actoris esse, vtrúmne ciuili actione incerta, an de dolo agat. [n] Primùm illud me in contrarium agit, quòd Paulus dicat, Nulla erit ciuilis actio, sed de dolo dabitur: [o] qui passim in ea quæstione, actionis ciuilis appellatione, incertam etiam complexus est. Deinde Pomponius in simili specie, de dolo dandam significat: reiecta Aristonis dubitatione, an in factum dari posset. [p] Vlpianus nullam aliam quàm de dolo dandam alibi dixit in negocio nõ absimili. [q] Huc accedit, quòd actio de dolo, in factum ciuilem apud eundem Paulum excludat eodẽ loco: si modò vera lectio vulgò circũferatur. Nec moueor quòd illa verba, Nulla erit ciuilis actio, ad certam actionem ciuilem referri possint: prę sertim quibus in locis certa cõiectura, verborum ambiguitas explicetur. [r] Nam cùm Paulus totum ob rem dati tractatum sibi inspiciendũ proposuerit, id omisisse quod in dubiũ maximè verti potuit, propositioni non conuenit: vt taceam quòd in præcedẽti specie, alio casu de dolo, alio in factum ciuilis detur, aut certè in factum honoraria, ex sententia Iuliani: quæ in ea specie duntaxat explosa est. [s] Quid quòd hic Vlpianus nullam faciat mentionem de dolo actionis, cũ actione in factum ciuili concurrentis? quod nec vsquam apud consultos relatum extat. [t] Sanè in factũ honoraria, ex qua caussa de dolo competit, in certas personas datur: in eandem tamẽ personam vtramque pro arbitrio actoris dari, receptum esse non dicitur: [u] etsi interdum præiudicium facere iudicio publico liceat priuata actione instituta. [x] Ciuilem enim actionem cum executione criminis in eundem competere didicimus, & alias actiones concurrere ab actore eligendas: [y] sed actionem præscriptis verbis, cum actione de dolo concurrere, absurdum videri potest. [z] Illud minus haberet incommodi si actio Prætoria in factum, cum actione de dolo concurrere diceretur, & actorem temperare posse verbis de dolo actionem in quemlibet, licet non cogatur, nisi cùm in certas personas agitur. [a] Et hoc quidem Iuliani distinctio probaret, & Pauli, nisi verbũ, Ciuilem, additum esset. [b] Neque enim Iulianum repræhendit in hoc Martianus, & post hunc Vlpianus, sed in specie proposita locum habere pernegant à Prętore dandam in factum actionem: quando ciuilis incerta sufficiat. [c] Vnde id à maiori colligas, de dolo dandam non esse, vbi ciuilis incerta locum habet: quod consultorum commentarijs ad edictum de dolo, valdè conuenit, & verbis edicti, si alia actio non erit. Nam cum actionis verbo, restitutionem, exceptionem, & omne auxilium, quo res seruari possit, eo edicto contineri volunt: tum nominatim Vlpianus ita demum de dolo agendum putauit, si præscriptis verbis actione satis sibi actor consulere non posset. [d] Sed & hoc loco Vlpianus id sentire videtur ex Iuliani sententia, in factum Prætoriam, vel de dolo dandam quidem, non tamen in hac specie, cùm præscriptis verbis cõpetat. Sic enim alibi appellatione prætoriæ in factũ, de dolo (si admissus probetur) actionem complecti videtur. [e] Quocirca locus ille apud Paulum valdè mihi suspectus est, vt vel ex dictatis interpretum, verbũ, Ciuilem, irrepsisse in cõtextum crediderim, vel bono Triboniano somnum obrepsisse. [f] Suspecti verò caussas non obscuras adfero. Primùm quòd si vera lectio circumferatur, nõ solùm in facto, sed in iure, Vlpianus à Paulo dissentiat. Nam Vlpianus tam hic, quàm alibi, de dolo, vel in factum prætoriam, actioni præscriptis verbis cedere voluit: [g] & in factum, vel de dolo, ita demum ex Iuliani sententia (qua in re non repræhendit) dandam actionem, si pręscriptis verbis desideretur. Contrà Paulus (si vera lectio extet) de dolo actionem noluit, ex eiusdem Iuliani sententia, actionis præscriptis verbis anteponi; quod totis etiam bibliothecis de Præscriptis verbis actione, ex diametro repugnat. Quis enim vnquam distinxit in huius actionis argumento dolum ab ignorantia? quando & dolum, & culpam hac actione vindicemus. [h] Quod verò tribus ferè locis vrgent, & actionem ciuilem incertam ex negocio facio vt des, competere suadent credendum: [i] ex suprà scripta negocij distinctione, facilè eluditur. Negocium contrahitur nuda conuentione, [k] sed non statim tale erit negocium ciuile, vnde actio ciuilis datur. Oportet enim inter aliquos negocium gestum esse: quod nouum negocium, & proprij contractus esse placuit: quando sub nominibus vulgaribus contractuum non contineatur. [l] Ergo negocium vel συνάλλαγμα, vnde nascitur actio præscriptis verbis, non est nudum factum alterutrius cõuenientium, vt manumissio ancillæ, inuentio serui fugitiui, satio in agro alieno, vel lapidis, vel cretæ eiectio, [m] &c. sed eiusmodi factum esse oportet, quod inter vtrũque gestum videatur. Quale est cùm fugitiuus inuentus domino traditur, & ab eo appræhensus est. [n] Nam eùm ad vtilitatem suam appręhendit, nudam conuentionem negocio ita gesto inter vtrumque cõfirmat, vt ad actionem ciuilem sufficere frequentiùs creditum sit. [o] Quomodo si dedi tibi Stichum vt Pamphilum manumittas, ex

h. l.j ĩ.de off. e.
i. l.non sunt. ĩ.de sta.ho.
k. l.j j.de dol.
l. arg.l. is cui. j.de actio.
m l.2.j.de do. &.l.& eleg.
n. d.l. naturalis.§. quod si fa.
o. d.§.
p. l. permisisti j.de pręs.ver.
q. l.si cũ.infr. de dol.
r. d.l.is cui.j. de Actio.
s. d.l.natur.
t. j.de dol. & j.de pręs.ver.
u. l.non deb. j.de dol.
x. l.interdũ.j. de pub. iudi. Cic.p Cecin. & pro Quint.
y. l.10 hæred. §.elig.inf. de tribu.
z. l.si quis adfir.j. de do.l. j.eo.
a. d.l.nõ deb. vbi.not.
b. d.l.natur.
c. vt hic.
d. l.si quis adfir.j.de dol.
e. l.rem quã dã.j.de dol.
f. d.l.natur.
g. d.l.si quis. de dol.
h. l.si gratuitam. infr. de præs.verb.
i. l.cum prop. C.de dol l.solent. de præs. verb.inf.& d. l.natur.
k. l.j.supr.eo.
l. inf.de pręs. verb.l.rogasti.l.si tibi eo. l.j. de æstimat. l.2. &.3. de præs.verb.
m. l.cũ propo. C.de dol.l.solent.inf.eo.l. permisisti.eo. l. si cũ.inf.de dol.
n. d.l. solent arg.l.cũ mot. &.l. si pro.C. de trans.
o. d.l.natur.d. l.solent.l.rogasti.eo.l.si tibi eo.

eo quòd datum tuo nomine accepisti, ita confirmasse pactionem intelligetis, vt ciuilis actio cõpetat. p Et hæc quidem frequentior videtur consultorum sententia, licet interdum dubitare videatur, vtrum de dolo magis quàm præscriptis verbis, ex his caussis agendũ sit. q Sanè in his speciebus quæ emptioni, locationi, mandato, proximæ sunt, nihil requirunt συνάλλαγμα gestũ inter vtrumque, quòd ex nudo cõsensu actionem nasci rum receprum sit, vti ex contractibus nominatis quibus sunt similes. r Sed quoniam tota hæc quæstio ex suspecto illo Pauli loco descẽdit, s Iustiniani ἀρχέτυπον consulendum censeo. Ait, si vt maleficium. Si verbum enim, adderetur hoc modo: si enim vt maleficiũ: cur hoc ascribatur præcedentibus, magis appareret, hoc sensu: συνάλλαγμα est, t non tamen ex tali conuentione, & eiusmodi caussa quæ subest, nascitur actio: quando de re priuata, non de maleficio vetito legibus, pacisci liceat. u Alia lectio etsi verum contineat, x huic loco non conuenit, quòd is qui nihil fecit, negocium gessisse non videatur, vnde incerta actio ciuilis (vt dixi) nascatur. Lege ergo cum Haloandro, si vt maleficium fiat &c. Ait, sed cùm nulla. Cũ nulla caussa subest ad obligandum idonea præter conuentionem, quæ nuda est, id est sola, mera, & absque alia obligandi caussa: obligatio nulla oritur ex ea conuentione iurisgentium. Loquitur autem de ea, quæ in suo nomine stat, conuentione. Nam quæ transit in proprium nomen cõtractus, separatim priùs tractata est. Ideoque regula, quam subijcit, Nuda pactio, &c. de pactione, conuentionéve, quæ in suo nomine stat, accipienda est: cùm contractus nominati, emptio, locatio, societas, mandatum, nudæ cõuentiones sint, re integra. y Igitur pro materia subiecta, nuda conuentio, pactióve, aut nudum pactum, & absolutè conuentio, pactio, pactum, accipiuntur pro ijs conuentionibus, quæ primùm omnium absque proprio nomine sunt: deinde absque alia caussa obligationis. z Pactiones tantùm, & nudæ, &c. absque subauditione, dici solent à consultis. a Iuniores consulti, quasi nudum absque metaphora dictum sit hic à veteribus, pactum vestiri aiunt lege, nomine, caussa, vel rei interuentu, re, verbis, literis, consensu, operis incohatione, cohærentia contractus, & iureiurando: quæ vera sint licet, ius tamen ciuile incipientibus obscurant. Adde etiam superuacanea multa in eam distributionem referri: quandoquidẽ nominis vestimentum, rem, verba, & consensum, cum literis, complectatur. Pactum verò quod cohæret cõtractibus, id est in contrahendo factum est, nudum vocant consulti veteres, & excipiunt à regula. b Lex, vel ciuilis, vel prætoria, ea pacta confirmat, quæ iureiurando, & operis incohatione vestiri aiunt: c vt quæ ab illis dicũtur omnia, aut superflua sint, aut sine verborum abusione defendi nequeant. Sola igitur caussa Vlpiano efficit, ne pactio tantùm, nuda sit: & nuda pactio, vel conuentio, & cui caussa subest, ei contraria sunt: non nudũ, & vestitum pactum. d Sanè vbi de vsuris in obligationem deducendis quæritur, nudum pactum ad stipulationẽ respicit: e quod Scæuola expressit. Nam cùm Paulus scriptum reliquisset, etiam ex nudo pacto ciuitatibus pecuniæ ab eis creditæ vsuras deberi: Scæuola in alia specie, & Pactum, inquit, sine stipulatione ad augendã obligationem prodest. f Eius interpretationis ea est ratio, quòd regula sit in eo loco iuris, vsuras absque stipulatione non deberi: g quæ concepta fuit, opinor, ex pacto nudo vsuræ non debentur pecuniæ creditæ. Quam ita accipito, etiam si in contrahendo mutuo, pactum de vsuris factũ sit. Nam nec vsurarum quidem tacita mentione pactũ accessionis pecuniariæ valet. h Sed & alibi pro subiecto argumento nuda pacta accipere soleo, absque ijs de quibus inibi mentio fit: veluti cùm lex ait, Traditionibus & vsucapionibus nõ nudis pactis rerũ dominia transferri. i Si quis tamen nuda pacta eò loci coangustet ad pacta tantùm, non repugnabo: modò & contractus nominatos pacti nudi, nudæve conuentionis appellatione, interdum contineri nobis concedat: (id quod inferiùs arguam) k quæ generalis significatio ei loco congruit maximè. Nuda pacta ergo, id est absque caussis idoneis transferendi dominij, eò loci accipio: vt intelligamus nec contractu quidem ipso, sicut nec pactis in contrahendo compositis, l dominia rerum transferri. Quapropter siquis in hoc tractatu, de effectu pactorum in actionibus, vel exceptionibus pariendis, pacta nuda ea accipiat, quæ absque nomine sint, & caussa alia obligationis, præter conuentionem, rectè quidẽ sentiet, m sed à methodo Vlpiani deficiet ad suam: quæ res tenebras offundit ob oculos discentium. Vlpianus igitur pacta legitima, & quæ in proprium nomen transeunt, nõ distinguit in nuda, & quibus caussa subest: sed ea demum iurisgentium pacta quæ in suo nomine stant, & pacta tantùm dici possunt. n Illud hoc loco quæri solet, an quod ait Vlpianus, non posse constitui obligationem, etiam naturalem obligationem comprehendat. Et mihi quæstio hæc ambiguitatem habet, quòd naturalis obligatio, ambiguè designet eam quæ tantùm naturalis est, & quæ iurisgentium habetur, aut certè in ciuilem transijt, o Quæ tantùm naturalis est, & ex eo iure descendit, quod bonum semper & æquum, Paulus, p & Isidorus dixerunt, q & M. Cicero ius naturæ, r ex pacto nudo nascitur: s quæ tamen ex iure gentium nullum effectum ad retinendum solutum accepit, nec ideo iure ciuili retentionem soluti, vel compensationem parit: t sed fideiussor ei accedit qui obligatur ciuiliter, &c. Ius enim gentium naturali cuiusque rationi, & æquitati, omnem huius obligationis vim, & potestatem reliquit constituendam. u Illud authoribus iuris ciuilis placuit, vt siquis nouata obligatione ciuili, hac naturali cõtẽtus sit, sibi eo pacto noceat. x Sed & is qui constituit se soluturum quod vel natura debet, obligatur: quòd Prætor ex hac caussa fidem datam tueatur, & iudicium det. y Seruus verò naturaliter id est iure gentium obligationem

p. vt hic & d. l. nat.
q. d. l. solent
r. d. l. nat l. j. de re. permu.
s. d. l. nat.
t. Aristotel.
u. ea. l. j. § si pacitcar. & l. si vnus. j. eo.
x. l. 2. & 3. inf. de cond. ob. turp. cau. arg.
y. l. j. j. de re. permu. l. j. j. de contrah.
z. l. solẽt. j. de præs. verb. l. le gem. C. de pactis. & hic. l. vt responsum C. de pact.
a. § quòd fere inf. ea. l. & hic.
b. infr ea l. § quinimo.
c. vt iurisiur. j. de oper. lib. & de polli. l. j.
d. vt hic.
e. l. etiam. inf. de vsur. l. diui sionis. j. eo.
f. l. periculi. j. de nau. fœnor.
g. l. 3. C. de vsur.
h. l. rogasti. j. si cert pe. l. si tibi j. eo.
i. l. traditio. C. eo.
k § adeò. inf. ea. l.
l. infr. de cõ. empt. C de pa. inter emp.
m. l. diuisionũ. j. eo.
n. l. cõuentionũ & l. seq. ĩ.
o. l. j infr. de nouat. l. natu. inf. de cond. indeb.
p. l. pen. supr. de iustit.
q. c. ius nat. di. j.
r. lib. 2. Rhet.
s. vt. ĩ. l. j. & j. de cõst pec.
t. l. etiam. j. de compens. l. si pupil. de ver. oblig.
u. l. sed. § con sul. inf. de pe. hær. arg. Cic. d. lib. 2.
x. d. l. j. inf. de nouat.
y. d. l. j. de con sti. pec.

tionem contrahit: [z] vt filiusfamiliâs cum patre vel eo qui in eiusdem patris est potestate negocium ciuile gerens[a] &c. Et huiusmodi obligationis naturalis is est etiam effectus vt solutum non possit condici, & compensetur debitum. [b] Quanquam & hæc minùs propriè, nec sine abusione quadam, obligatio dicitur: [c] de qua Vlpianus fortè hic non disserit, quòd actionem non pariat. Hęc qua doctrinæ fiducia primus quodâtenus innouarim, alijs in ea hęresi perseuerantibus, quæ per manus tradita est, mirabuntur qui non nisi ex commentarijs sapiunt: hęc tamen vbi à me dictata fuere, incidi in Zasium de Indę. qui alijs verbis idem dicit. Quare mihi omnium suprà scriptorum probabilis aliqua ratio subijcienda est. Et quidem duplicem obligationem esse naturalem alijquoque tradidere, [d] licet in exemplis mihi cum eis non conueniat per omnia. Ego ex veteribus consultis exempla transcripsi: illi nullius authoritate persuasi, ex nudo pacto obligationem naturalem oriri scribunt, quæ soluti condictionem impediat, & pariat compẽsationem. An debitor seruus domino, vel dominus seruo intelligatur, inquit Pomponius, [e] ex caussa ciuili cõputandum est: ideoque si dominus in rationes suas referat se debere seruo suo, cùm omnino neque mutuum acceperit, neque vlla caussa præcesserit debendi, nuda ratio non facit eum debitorem. Eccè hic Pomponius de naturaliter debito verba facit, cùm certum sit, ciuiliter alterum alteri non debere. [f] Is autem ciuilem caussam, vt mutuum, requirit, ex qua iure ciuili liber homo ciuiliter obligatus intelligitur: quale non esse nudum pactum conuenit inter omnes. Quid quod ex eodem naturę fonte descendat obligatio ad ἀντίδωρα? [g] quam nihil impedire soluti repetitionẽ, si errore id solutum probetur, constat. [h] Quid quod religio, pietas, vindicatio, obseruâtia, liberalitas, prudentia, fortitudo, tẽperantia, & omnes omninò honestatis partes, natura insitæ sint? [i] quas tamen legum metus non ita sanxit, vt actio, vel retentio eo nomine semper competat. Certas enim caussas consuetudo populorum introduxit nominatim ad cõdicendum, [k] vel retinendum, [l] quas naturales, & iuris gentium, consulti Romani appellant: [m] cæteræ obligationes naturales, tantùm naturales dicuntur à consultis, iurisgentium non dicuntur, & nec retinendi quidem soluti effectum, & potestatem habent. [n] Huc pertinet quod iureconsulti de repetitione soluti, non quamlibet obligationem naturalem idẽtidem memorent: sed eiusmodi naturalem, quæ gentium iure approbata sit, aut certè iure ciuili. [o] Paulus, Is natura debet quem iure gentiũ dare oportet, cuius fidem secuti sumus. [p] Erat autem eò loci sermo ei de repetitione soluti, quod ex principio eius capitis manifestò paret. Solent autem cõsulti, verborum ambiguitatẽ, natura debere, vel naturalis obligationis, explicare in eo argumento: ne ad naturalem tantùm, respicere credantur: quæ, vt dixi, effectum retinendi soluti, non habet. Martianus, si per errorem operæ indebitæ sunt datæ, ipsæ repeti non possunt: nam aliud dando vt aliud reddatur, obligari iuregentium possumus. [q] Eccè quam Paulus naturalem vocat, [r] obligationem iurisgentium esse oportere, Martianus innuit. Sic Celsus iurisgentiũ obligatione, debitam pecuniam esse voluit, [s] quã Tryphonius natura debitam ait. [t] Ex quibus id colligimus non quamlibet obligationem naturalem soluti repetitionem impedire, sed eam quæ in ius gentium trãsijt. Ex Paulo verò, Martiano, & Tryphonio apparet, ex consensu iuregentium petitionem nullam dari solitam, sed retentionem soluti: re vero, non solùm obligationem sed etiã actionem condictionẽmve nasci. [u] Quò pertinet quòd Paulus, & Neratius alibi scripsere, naturalem obligationem iusto pacto tolli, [x] & ab emptionibus, cæterisque contractibus solo consensu initis, contrario consensu recedi. [y] Naturalem obligationem ille vocat, quæ tantùm naturalis est: quod subiectum exemplum de pupillo demõstrat. Pupillus enim nec natura quidem, id est iure gentium obligatur: [z] licet obligetur natura tãtùm. [a] Et hanc ambiguitatẽ ex subiecta materia hoc pacto explicamus. Nam vbi natura negatur obligatus, de iurisgentium obligatione tractatur: [b] vbi naturaliter cõtrà dicitur teneri, naturalis tantùm obligatio sufficit. [c] Neratius non solùm iustum pactum, id est quod contra formam iuris non sit, requirit: sed contrarium consensum, quo nominatim recedatur à contractu: quando ciuilis accesserit naturali obligatio, quę nudo pacto de non petendo, tolli nõ potest, nisi vt recedatur à contractu exprimatur, vel vt resoluatur, &c. [d] Et hæc ita à nobis aduersus præceptorum opinionem quodamtenus innouata, lumẽ dant multis iuris locis, qui alioqui obscuri, atque adeò pugnantes videbantur. [e] Sed Tryphonij locum nobis officere dicent maximè, qui in alia hæresi sunt: in quo obligationem naturalem tantùm, cõdictionem indebiti ait impedire. [f] Equidem eum locum ita accipiendum cõtendo, vt naturaliter quidem dominus seruo teneatur, sed non tantùm naturaliter, verùm iure gentium quoque. Iure ciuili enim nulla actione ei tenetur, quòd eo iure seruus pro nullo habeatur: [g] sed iure naturali obligatur, quòd seruus eo iure ei sit æqualis. Sed & cùm tempore retentionis manumissus sit, effectum retinendi iuregentium habet ea obligatio, quod in eo argumẽto spectatur pręcipuè. [h] Ideoque licet iure ciuili quis obligatus sit, iurisgentium tamen vel naturalis, in eo tractatu fit mentio: quòd vel naturalis id est iuris-

z d.l.natur. & l. indebitam. eo. l. cũ ampl. de reg. iur.
a. l. frater. & l. si non sor. §. libertus. j. de cond. indeb.
b. d. l. etiã. de compen.
c. l. fideiuss. j. de fideius. l. creditorum. l. creditor. l. debitor. infr. de verb. sig. §. ea. l. in prioc.
d. Bart. l. ex hoc. §. de iust. & iur.
e. l. non solũ. inf. de pecul.
f. l. nec seru. eo.
g. d. l. sed. de pe. hær.
h. d. l. sed. l. si verò re. & l. si temu. j. mãd.
i. Cic. d. lib. 2.
k. veluti. & ll. l. q. §. de iust. & l. pen. eo.
k. l. indebiti. j. de cõd. indeb. l. rerũ quidẽ. j. re. amo.
l. d. l. natur.
m. d. l. & l. indebitam. eo. l. cũ amp. de reg. iur.
n. d. l. j. de noua. l. sed. de pe. hær.
o. l. Iulian. & l. iudex. infr. de cond. indeb.
p. d. l. cũ amplius.
q. l. si operas. j. de pręs. ver.
r. l. indebiti. j. de cood. indeb.
s. l. indebitã. eo.
t. l. si id quod do. eo.
u. l. eas. de cadi. l. rerũ quidem. infr. re. amo. l. indebiti. j. de cond. indeb. l. si id quod do. eo.
x. l. stichũ. §. nat. j. de sol.

y. inf. l. ab. l. nihil. de re. iur. l. si vnus. §. pactus. inf. eo. z. l. quod pupill. inf de cond. indeb. a. d. l. j. de nouat. b. d. l. quod pupill. l. indebitam. eo. l. si op. de præ. verb. d. l. cum ampl. de reg. iur. c. d. l. j. de nouat. l. cum illud. infr. quand. d. leg. d. l. j. de no. l. j. de consti pe. d. l. ab. infr. eo. §. si. quib. mod. toll. ob. l. emptor. inf. eo. e. d. l. quod pupil. & d. l. j. de nou. d. §. naturalis & infr. l. si vnus. §. pactus. d. l. cum ampl. & d. §. consuluit. f. d. l. si id quod do. g. l. quod ait. inf. de reg. iur. h. l. ex quibus de cond. indeb. l. naturales. de actio. l. indebitam de cood. indeb. d. l. quod enim. de fideiuss.

est iurisgentium obligatio aut certè quę in ciuilem transierit, condictionem impediat.[i] Quamobrem si dominus seruo stipulanti promiserit, vel contrà seruus domino, quamuis iure gentium obligatio hæc non valuerit ad retinẽdum, quòd pactum nudum fuerit stipulatio: tamen quia ex caussa ciuili debetur, [k] si soluatur, condici non poterit, & iurisgẽtium obligationis habebit effectum: quanquam obligatio seruilis non nouat, quòd persona noua nõ accedat. [l] Ait, Quinimò interdum format. Correctionis figura est, qua velut exceptione quadam regulam suam corrigit. Imò verò, inquit, interdum format, vel informat (quæ à latinis in eadem re dicuntur) [m] actionẽ, id est formam dat actioni, & ad actionem proficit, non tantùm ad exceptionem. Videtur autem respicere ad formas actionum quæ compositæ erant à prudentibus, vel à Prætore in factum pręscribebantur. [n] Nisi malis formare actionem esse quod parere dixit: in quorũ vtroque metaphora est ducta à parientibus animantibus, vel carnem lambendo formantibus: quod posterius vrsæ est. [o] Parit autem non totã actionem, sed ita parit, vt ex parte actoris valeat. Ait, vt in bonæ fidei. A cõtrario id colligere possis in iudicijs strictis nõ inesse pacta cõuenta, [p] nisi Paulus obtinuisse contrariam sententiam scriptum reliquisset apud Iustinianum: [q] frequẽtiùs quidem id respõsum esse, conditiones etiam tacitas inesse contractibus stricti iuris, [r] aliasque conuentiones ad exceptionem prodesse ex legislatione Iustiniani constat: [s] ex parte actoris pacta conuenta in cõtinenti facta, stipulationi inesse, non nisi timidè, ac diffidenter, vno loco ex Paulo adducitur: [t] vt conuixisse in hac quæstione Tribonianus mihi videatur magis quàm certum iuris pręceptũ nobis reliquisse. Sanè in eam partem magis legislatio inclinat, vt ex parte actoris pacta cõuenta ex continenti facta, in bonæ fidei iudicijs tantùm insint. [u] Quod genus dubitationis & in specie illa facio vt des, suprà obseruaui, & deinceps suo loco plærasque similiter decisas iuris controuersias indicabo. Sed cur ait inesse iudicijs pacta? Nã alibi cõtineri cõtractu, vel inesse [x] alibi in bonę fidei cõtractibus ex pacto actionẽ cõpetere, [y] alibi ex eodẽ cõtractu esse dicũtur pacta. [z] Et quidẽ ad morẽ veterẽ iudiciorũ spectat oratio, pacta inesse bonæ fidei iudicijs. Prætor enim iudicium dabat, qui rẽ, vel iudiciũ cõstituerę dicebatur, & reddere iudiciũ, &c. [a] Sed maioribus reip. curis districtus, rariùs ipse cognoscebat, & iudicabat. Cõcipiebat autem iudicij formulã, intra quã includebatur iudex ab eo datus, idest delegatus. In bonæ fidei tamẽ iudiciũ addebat clausulam. Ex bona fide, [b] qua liberius ex æquo & bono iudicãdi potestatẽ iudici priuato dabat, [c] hoc pacto: si paret Titiũ ex empto centũ Caio dare oportere, ex bona fide Seius iudicato. [d] Quibus verbis ex bona fide, Seio potestas dabatur iudicãdi de pacto cõuẽto, de dolo, de euictione, &c. Ideoq; pacta non tantùm contractibus continentur, veluti particulæ quædam eorum, [e] sed etiam insunt iudicio, licet nominatim id non dicatur: quo modo exceptio doli, & pacti, his bonę fidei iudicijs contineri dicuntur, licet specialiter in iudicium à Prætore additæ non sint. [f] Proinde qui partem fundi vendit ea lege, vt alteram partem emptor certa mercede conductam habeat, non solũ pretium, sed & mercedem petet ex vendito agens. [g] Contrà in strictum iudicium addi exceptiones à Prætore oportuit hoc modo: si paret Titium stipulanti Seio centũ ex caussa mutui numerata promisisse, si non ei pòst à Seio pactum conuentum de non petendo factum sit, Sempronius iudex esto. [h] Eccè hæc formula exceptionem pacti nominatim continet, & clausulam, ex bona fide, non habet: nec quicquam potest iudex Pedaneus, quàm quod ex hac formula ei cognoscitur permissum. [i] Ait, Ex continenti. Ex cõtinenti pacta subsecuta, vel facta, & in ingressu cõtractus, vel initio facta dicuntur in eadem re: nimirum pro eo quod est in contrahẽdo secuta, vel facta. [k] Sequi enim, vel subsequi, non ad tempus secundum respicit in hoc argumento, sed ad factum: siue antecedat contractus, siue sequatur pactum: modò in cõtinenti, id est continuè, & sine intertuptione negocij quod contrahitur, vtrumque fiat. [l] Inire contractum, & ingredi dicuntur qui cõtrahunt: vt propriè in ingressu, vel initio contractus fieri dicatur, quod in contrahendo factum est: [m] nulla habita ratione ordinis inter pactum, & reliquum contractum, cùm pars eius habeatur. [n] Ferè tamen contractus præcedit bonę fidei, & pactum compositum mox interponitur: [o] vt contrà stipulatio quæ ad firmanda pacta adhiberi solet, ferè pacta conuenta sequatur. [p] Fit etiam pactum in contractu bonæ fidei, vt nec antecedat, nec sequatur, sed vnà fiat. Veluti vendo ea lege partem, vt alteram partem tãti conductam habeas: & ego tanti emo eadem lege. [q] Ait, ne ex pacto. Accipe pactum tantùm, & nudum, per subauditionem, vt dixi. [r] Ait, post diuortium. Si in ingressu, id est in initio matrimonij id conuenisset, cùm dos dabatur, agi posset, & iudicio rei vxoriæ pactum conuentum inesset, vt hodie ex stipulatu cùm agitur. [s] Tẽpus statim reddendæ dotis, fuit annua, bina, trima dies, idest vt tres trientes eius fierent, singulique annis singulis, diuortio vel alioqui soluto matrimonio proximis redderentur: at hodie res soli statim, mobilia post annum redduntur. [t] Ait, in tutelæ actione. In administratione tutelæ conuenit, vt vsuras supra morem regionis, vel quincunces, vel trientes, &c. præstaret tutor pupillo. [u] Sed etsi in suscipienda tutela, & rerum administratione conuenisset, pactum non valeret in quasi contractu bonæ fidei factum de vsuris: quæ ex mora tamen in his iudicijs præstantur. [x] Ait, Quæ legem cõtractui. Quæ ab initio conuenta sunt, legem cõtractui dedisse alibi Vlpianus scripsit: [y] vt hic, quæ in ingressu

i. l. iudex. & l. Iulianus eo.
k. l. non solũ. inf. de pecul.
l. inst. quibus mod. toll. ob.
m. Cic. Fab
n. l. 2. supr. de Orig. iur. & j. de pręs. ver. l. 4.
o. Pli.
p. l. in bo. C. eo.
q. l. lecta. si cer. pet.
r. l. item quia sup.
s. d. l. lecta. d. l. in bo. & luc.
t. d. l. lecta.
u. vt hic & j. ea. l. §. adeò & d. l. in bo. fidi.
x. l. pacta. inf. de contrah.
y. d. l. in bo.
z. d. §. adeò.
a. Cicer. pro Cecinn. & in Verr. Theop. de interd. §. si. co.
b. Cicero in Top.
c. §. in bonæ. de actio.
d. Cic. in Ver. §. sic itaq; de actio.
e. l. fundi partem. j. de contrah.
f. l. huius. inf. de leg. j. l. plane. j. de petit. hæred. l. 3. de retecnd. vẽd.
g. d. l. fundi. l. 2. C. de pa. inter empt.
h. l. j. j. fa. ercis. l. 2. de excep. rei iud. l. 2. de excep. dol. Cice. lib. 2. Rctho.
i. Senec. de benefi.
k. l. in empti. inf. eo. l. contract[o] de reg. iur. l. initio. C. de pact. inter. & j. ea l.
l. l. petens. C. eo.
m. d. l. in emp. inf. eo.
n. d. l. fundi.
o. j. de contrahen.

p. j. ea. l. §. quod fere. d. l. petens.   q. d. l. fundi.   r. l. leg͂. C. eo. & C. de pa. cõ.   s. §. fuerat de actio. l. j. C. de rei vxo. l. de d:e. C. de pa. dot.   t. d. l. j.   u. l. tutor qui. inf. de admi. tuto.   x. l. mora. j. de vsur. l. 3. C. eo.   y. l. contractui. infr. de reg. iur.

gressu contractus fa[illegible]: Efficiunt enim pacta cōuenta vt vel plùs, vel minùs debeatur quàm si nihil conuenisset: q[illegible] privata, & pactio præstat iuri communi pro natura contractus ser uando alioqui. [z] Ai[illegible] natiuram. Si enim ex natura contractus veniret in iudicium, etiāsi pactum conuentum fa[illegible]non esset, præstaretur, vt euictio, [a] &c. Ait, Ex empto. Alibi lex vel ex contractu nominato, vc[illegible]præscriptis verbis agendum constituit, [b] quod ita accipio, si quid datū, vel factum sit præter co[illegible]uentionem. Nam ex nudo consensu, præscriptis verbis non datur actio. [c] Sed cur præscriptis verbis agitur? quia tutius id videtur quoties de nomine contractus dubitatur: veluti cùm simile negocium occurrit contractibus nominatis, quod tamen ab eis dissidet. [d] Ait, Quę ex eodem sunt contractu. Eò respicit quod modò dixerat, Extra naturā contractus. Pactiones, inquit, quæ extra contractus naturā non fiunt, sed ex eodem sunt contractu, ex interuallo factæ, adeò insunt bonæ fidei iudicijs, vt non solùm ad exceptionem proficiant reo, sed interdum ipso iure soluant obligationem, interdum remouent, reformētve contractum, & ad actionem proficiant. Eccè decem amphoras emi abs te: deinde re integra placuit vt quinque tantùm emptas haberē: ex hoc pacto actio cōpetit, quasi repetita partis emptione, & pacto transeunte in proprium nomen contractus: quod disertè Paulus, & Papinianus elocuti sunt. [e] Et hæc quidem arguunt quod suprà attigeram, pactorum appellatione, generaliter omnes contractus designari: licet pro materia subiecta id verbi angustiùs vsurpetur. [f] Quod de pactis conuentis similiter dici potest. Nam si conuenta absque subauditione exclusiuæ tātùm, in edicto Prætoris accipias, omnes contractus, & pacta, & conuenta erunt. [g] Atque hanc quidem generalem vtriusque verbi significationem, Vlpianus expressit, nec vsquam ad pactum tantùm, & nudum, contraxit verba edicti. Quinimò post adducta edicentis Prætoris verba, identidem pactionis, & conuentionis generali significatione vtitur: & pactionem in stipulationem transire interdum ait, vt non solū tuitione Prætoris, sed iure ipso pactio seruanda sit. Qui enim dicit, Non tantùm pactionis, sed etiam stipulationis, &c. [h] stipulationem esse pactionem quidem fatetur, sed pręter nomen generale, & proprium habere, & legitimam pactionem esse. Quæ cùm in nouissima parte pactorū inseratur, pacti appellatione censeatur necesse est: licet non tantùm pacti, sed etiam stipulationis. Eccè pactum, & pactionem, promiscuè vsurpat Vlpianus, & ad stipulationem nomen vtrumque generaliter porrigit. Qui si pacta cōuenta in edicto pro pactis tantùm accepisset, non eo modo ei eloquendum fuerat, sed ad hunc modum. Quod ferè post pacta conuenta subijci solet, &c. nō pacti loco accipiendum est, sed stipulationis. Idem paulò pòst, pacta quoque legitima inter pacta conuenta exponit, ad illustrandum edictum: [i] vt nemo tueri possit ea pacta Prætorem seruaturum duntaxat, quæ ex solo conuentu obseruanda sint: sed etiam legitima, quæ tuitionem Pręto-ris non magnopere desiderabant, nisi ad iuuandum ius ciuile. [k] Sed & stipulationem interpositam de ijs quæ contra leges, plæbiscita, &c. fiunt, non seruandam, infert ex hoc edicto. [l] Quæ clausula absurdissima erit, si negemus edictum hoc ad seruandas stipulationes, quæ contra iuris formam non sunt, pertinere. Quid quòd contractus omnes contra iuris formam initi seruandi non sint? quod nulla parte iuris tam apertè quàm hoc edicto (si generaliter verba accipias cum Vlpiano) probare possis. Melius igitur erit hoc edictum cum Vlpiano ita accipere, vt ad omnia pacta quæ vel legibus obseruanda sunt, vel sine legibus ex conuentu obseruantur, referamus: [m] sed ad ea præcipuè quæ iurisdictionem Prætoris maximè requirunt. Prætoris enim est nō solùm seruare actiones, & exceptiones ex sua iurisdictione comparatas: sed etiam custodem se iuris ciuilis præstare, & edicere iudicia se daturum etiam ex iure ciuili, [n] &c. Qua ratione in edicto de in ius voeādo, parentes generaliter Prætor vetat in ius vocare, licet sint qui iure ciuili in ius vocari non possint. Et ita Vlpianus edictum accepit, Magis, inquiens, iure potestatis quàm edicto Prætoris, &c. [o] Ex quibus verbis colligas ad filios familiās quidem edictum pertinere, sed magis ad emancipatos qui iure ciuili non prohibentur, &c. Neque verò hæc interpretatio à veterū authoritate aliena est, quando & M. Cicero, & Quintilianus, nunc generaliter, nunc pròpriè pacta vsurpent. Nam cùm ius constare natura, consuetudine, lege, iudicato, æquo bono, & pacto aiūt: verbum nouissimum more consultorum coangustant ad pactum tantùm, quod sine legibus obseruatur ex conuentu: qui tamen ipsi eòdem loci nos admonent, pacta latiùs patere, & ea etiam complecti, quæ legibus obseruanda sunt. Qualia sunt omnia legitima pacta, & iurisgentium pacta legibus comprobata: quæ iura legitima sunt omnia alibi Ciceroni, [p] & lege eo loco constāt. Et hæc probantur iureconsultis, non solùm iunioribus, sed Rhetoribus diligenter in Pandectis versatis, qui locum suprà scriptum Ciceronis interpretantur. Sanè stipulationes conuentionales dicuntur, quæ ex mera contrahentium conuentione descendunt, & è regione prætorias, & iudiciales respiciunt, quæ iussum Prætoris, vel iudicis dati requirunt: [q] pacta tamen conuenta nusquam apud quenquam pacta illa prætoria respiciunt: vt non tam etymum quàm vsum cōsultorum hic spectari velim. Cęterùm Ferretus nobis subscribit, [r] vir Latinæ dictionis, & iuris Romani diligentissimus æstimator. Theophilus quoque πάκτα pro pactionibus, generaliter scripsisse videtur in tractatu de seruitutibus constituendis: [s] quas & emptione constitui posse, non solùm pacto tātùm, & stipulatione dubium non est. [t] Nec moueor quòd inter τὰ πρῶτα hoc edictum retulerit Iustinianus: quę ratio si valeret, pacta de non petendo demum pacta conuenta dicerentur:

- z. d. l Cic. lib. 2. de inuen. l. in emptio. j. eo.
- a. l. in empti. j. eo. arg. l. sed & infr. quod met. l. ex empto. de act. empti.
- b. l. 2. C. de pa. con.
- c. l. natur. j. de præs. verb.
- d. l naturalis. j. de pręs. ver. l. Titi⁹. eo. l. si conuenit. de rescind. vendi. l. j. de æstim. act.
- e. l. si vnus. §. pactus. j. eo. l. pacta. j. de contrah.
- f. s. §. vt puta.
- g. l. j. sup.
- h. inf. ea. l. §. quod ferè.
- i. j. ea. l. §. sed etsi quis pacis. l. si tibi. j. eo.
- k. l. ius autē. sup. de iust. & iur.
- l. d §.
- m. Cic. ad Heren.
- n. Cic. de ll. d. l. ius autem. l. j. j. cōmoda. l. j. de post. l. j. infr. ex quib. causs. ma.
- o. l. adop. §. de in ius voc.
- p. lib. 2. Reth.
- q. l. 5. infr. de verb. ob. inst. de di. stip.
- r. inst. de exceptio.
- s. § fin de ser.
- t. l. quoties. j. de ser.

tur: quod nemo tuetur. [u] Plura tamen exempla sub hunc titulum pactorum, quæ ad exceptionem proficiunt, quàm eorum quæ ad actionem, ob suprà di... ionem. Nam de pactis quæ bonæ fidei iudicijs insunt, alibi bona fide dicitur opportuniùs: qu... loco expressa cōtractuum nomina efficiunt, vt pacta conuenta, quæ contractus non sunt, ac... iamus. [x] Ait, Pacta, verba edicti sunt: pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neq; aduersus leg... plæbiscita, S.C. edi- « cta, decreta Principum: neque quo fraus cuiquam eorum fiat, seruabo. A... actorum autem. Pa- « cta diuidit in duo genera: quod quædam dirigãtur in rem, verbis generali...s, & ad certam personam nihil pertinentibus concepta: quo modo interdicta in rem concepta dicũtur, [y] & actio quod metus caussa, in rem scripta, &c. [z] In personam igitur pacta concepta sunt, quæ ad vnam personam pertinent: vt priuilegia, leges personales habentur: [a] veluti à te duntaxat non petam, sed ab hærede petam. [b] In rem verò, quoties rem debitam me non petiturum paciscor: nec in fauorem certæ personæ paciscor. In quo æstimando, non solùm verba paciscentium, sed mẽs quoque spectanda est, [c] vti in cæteris. [d] Nam in re dubia verbis seruiendum est, vbi de mente constat certis coniecturis, à verbis etiam recedimus. [e] Et ideo ait, Non nimis ex verbis, pro non tam ex verbis: quam lectionem exemplum sequens suadet. Actio in rem, & in personam, alia ratione dicuntur: illa quòd res vendicetur, hæc quòd persona obligata sit ad dandum, vel faciendum. Nec actio in personam ita personalis est, vt pactum personale, vel constitutio personalis: cùm actio personalis transeat ad hæredes. Actiones quædam in personam, ideo in rem scriptæ, vel conceptæ, directæve dicuntur: quòd generaliter verba edicti concepta sint, nec ad certum reum dirigantur. Quæ tamen in personam sunt, quòd intendatur dari vel fieri oportere: [f] quanquam plærumque actiones personales aduersus eundem dentur, vel eius hæredem. [g] Ait, dolo malo pactum. Pactum passiuè vsurpat, vt inferiùs Paulus. [h] Ait, Dolus malus fit. Alibi Vlpianus Labeonis finitionẽ, huic Pedij, & Seruij anteponere videtur, quòd plenior sit, & minùs subiecta calũnijs. [i] Sed nec Pedij definitione hic contentus fuit, sed ex Labeone adhibuit calliditatem, & fallaciam. Adde illud etiam Labeonis ingenium eiusmodi fuisse, vt innouaret quæ ab alijs tradita fuerãt: [k] quamuis Seruij, Pedijque definitio defendi posset. Nã quomodo absque simulatione, dolus malus admittitur? aut decipiendi alterius caussa aliud simulatur atque agitur absque dolo malo? Non enim aliud agi atque simuletur, dolum malũ esse dixit Seruius, vel Pedius, vt Aquilius, apud Ciceronem, & Iulius Paulus, [l] sed circumscribendi alterius caussa machinationem, cùm aliud agatur, &c. Neque verum est quod vi aperta fit, sine cõsilio præcedente fieri, quòd simulationem habeat: [m] quæ si non est dolo semper annexa, quomodo fallacia vel machinatio ei semper inerit? quod Labeo putat. [n] Non ergo Seruium repræhẽdit Vlpianus alibi, sed Labeonis veram esse definitionem ait. Ait, Sed si fraudandi. Fraus re fit, cùm minuitur nostrum, & nobis incõmodatur: & consilio, cùm dolo malo fraudamur. [o] Prior illa fraus non coercetur hoc edicto: id enim iniquũ foret, si quod creditor bona fide, id est absque simulatione aliqua, & deceptione, remisit debitori, pòst deinde petat, fide fracta. Licet enim sua conditio deterior facta sit, neq; rei dolo, neq; dolo alterius tamen id factum quæri potest, sed sua ipsius voluntate. Quod si consilio, & machinatione debitoris deceptus, vel etiã dolo, qui negocio inerat, circumscriptus remisit, & sic fraudatus dicatur: id, verbo Dolo malo, compræhenditur à Prætore: vt superuacaneum fuerit addere edicto clausulam, Neque fraudandi caussa: vel si ad priorem fraudem referretur, iniquum. Itaque elegãti dilemmate occupatam obiectionem refellit Vlpianus: cuius vim interpretes nõ perceperunt. Inest enim dolo & fraus, quæ consilium circumueniendi habet: non etiã illa fraus, quę re tantùm fraudat absque dolo. Fraudis alias significationes alibi obseruare licebit. [p] Ait, Siue igitur ab initio. Pactum dolo factum, non seruaturum se Prætor edixit: deinde subiecit clausulã, neque quo fraus cuique eorum fiat, id est neque pacta facta erunt vt fraus fiat legibus, Plæbiscitis, S.C. edictis, decretis. Fit autem fraus illi parti huius edicti. Quæ neque dolo malo facta erunt, si in paciscendo consilium dolosum non interuenit, sed pòst dolo malo, ex eo pacto lucrum quęritur. Quod & in stipulationibus locum babere constat. [q] Igitur si pactum ex cõtinenti emptioni adiectum sit, quo decipiatur venditor absque dolo emptoris: sed ex quo emptor petat, exceptio doli (quæ iudicijs bonæ fidei inest) [r] ei nocebit: vel contrà si quis sibi debitum remiserit à seipso deceptus, absque dolo debitoris, agere poterit nihilòminùs, & pacti exceptionem, doli replicatione elidet: quæ generaliter exceptio appellatur. [f] Ait, Propter hæc verba edicti, Neq; fiat. Breuitatis caussa, neque fiat, adducit, pro clausula, Neq; quo fraus cuique eorum fiat: quo in loco Accursius excutit. Ait, quod in nouiss. Paulus lib. 2. Sen. recep. tit. 23. Omnibus pactis, inquit, stipulatio subijci debet, vt ex stipulatu actio nasci possit. Idem libr. 5. tit. 8. Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductæ sunt, & appellatæ, quòd per eas firmitas obligationum constringitur. Stipulum enim firmum veteres appellauerunt. [t] Ex quibus apparet Romanos in nouissima parte tabulæ, pactis alijs conuentis hæc subijcere solitos. Hæc omnia vti pacta conuẽta sunt, dari fieri rogauit Titius, spopondit Mæuius: quæ verba non tantùm pactionis loco accipi debent, sed etiam stipulationis: nisi aliud specialiter, id est nominatim, & expressim, appareat actum. Obserua hoc loco pactionem, & pacisci generalia verba contrahi per exclusiuam tantùm: & pactorum appellatione, vel pactionum omnes contractus significari, & pacta tantùm:

quorum

u. §. quinimò i. l. iurisg.
x. j. de contrah. empt. C. de pact. inter emp. j. de loc. l. in. leg. &c.
y. l. j. j. de interd.
z. l. metum. j. quod met.
a. l. j. §. de cõsti. vbi not.
b. l. nisi. j. eo.
c. l. tale in prin. j. l. epist. §. j.
d. l. Labeo j. de sup. leg.
e. l. non aliter j. de leg. 3. l. 2. inf. de exerci.
f. §. j. instit. de actio. §. sic itaq; eo.
g. l. actionum ge. j. de actio. C. de hære. actio.
h. l. si cum. §. item si. j. eo.
i. l. 2. j. de dol.
k. l. 2. supr. de Orig. iur.
l. lib. j. Recep. sen. de dol.
m. l. 2. j. vi bo. rap.
n. d. l. 2.
o. instit. quib. ex caus. ma. §. in fraud.
p. l. aliud. j. de verb. sig.
q. l. si quis cũ alter. infr. de verb. ob. l. 2. §. circa. j. de excep. do.
r. l. & eleg. j. de dol. vbi not. l. planè. j. de pet. hær. l. huiusmodi. de Leg. j.
f. l. si cum te. j. eo. vbi not. l. tres. j. eo. l. sub prætex. instr. C. de trans.
t. inst de ver. ob. in princ.

quorum firmandorum gratia stipulationes subijci solent. Licet enim contractu, vel pacto tantũ, in contrahendo facto, consultum nobis esse possit: ex abundanti stipulatio subijcitur, ne de viribus pactorum dubitetur. Et ideo non solùm iure prætorio, tanquam pactum quodlibet, sed iure ciuili vt stipulatio, in quam pactum transit, vires habebit instrumentum. [u] Ait, Si paciscar. Clausulas edicti, Neque aduersus leges, plæbiscita, &c. interpretatur Vlpianus, & exemplis multis demonstrat quæ pacta sint facta aduersus leges, &c. (quod vno verbo dixit contra iuris formam) [x] vel contrà non sint aduersus leges, Igitur quoties leges, vel edicta, &c. præcipiunt aliquid, aut vetant, quod ad vtilitatem publicam spectet, pactum aduersus id factum, non valet: veluti ne quid in loco publico fiat, &c. Sed quæ ad vtilitatem singulorum legibus sancita sunt vt obseruetur, vel à magistratibus edicta, ea pactionibus priuatorum mutari possunt: vt ne de euictione agatur, ne iudicati, nę incẽsatum ædium lege Aquilia, &c. [y] Hæc enim quæ ad vtilitatem priuatorum constituuntur, nunquam tam arctè præcipiuntur, vt pactionibus, & more regionũ, eam naturam quam lex eis tribuit, non amittant: ideóque pacta aduersus leges, &c. fieri non dicimus, quòd pacisci permittant. Sanè contra naturam quam lex, vel edictum negocijs præscribit, paeisci licet, modò à iure communi priuatorum, pactum alienum non sit: quod & ipsum alia significatione contra edictum fieri dicitur. [z] Vnde eorum sententiam alibi probamus, [a] qui leges ad vtilitatem publicam latas, posteriore regionis more, vel lege municipali abrogandas negãt: quæ ad singulorum vtilitatem pertinent, tolli posse. Ait, Ne operis noui. Nũciatur nouum opus, aut iuris nostri conseruandi, aut publici iuris tuendi gratia. [b] Ait, Nam & de furto. Lex duodecim, opinor, de furto pacisci, vt de iniuria permisit, non antè quàm fierent, sed vbi facta essent. [c] Ait, A iure communi. Paulus in eadem re dixit, A re priuata. [d] Quæ enim iura ad priuatos, & singulos pertinent, ea communia sunt quòd ad omnes spectent: cùm cõtrà publica nullius esse credantur, sed Reip. [e] Ait, vt ex caussa depositi. Eccè Vlpianus pacta adducit, quæ bonæ fidei cõtractibus continentur: quorum exceptiones bonæ fidei iudicijs insunt: nec in iudicium à Prætore datum, addebantur: sed in iudicia stricta cõtra addi oportuit. [f] Verba enim ex bona fide, & doli mali exceptionem, & pacti cõuenti continebant. [g] Nisi malis non iure prætorio, sed ciuili inductum, vt ex bona fide, adderetur iudicijs bonæ fidei. Quod M. Cicero eò loci probare videtur, vbi dolum partim iure prætorio, partim legibus vindicari ait. [h] Equidem de tutelæ & curationis iudicijs, non de omnibus bonæ fidei, vel malæ, [i] id accipiẽdum puto: quod alius eiusdem locus arguit. [k] Quare verius erit iure prætorio inductum, vel certè interpretatione Aquilij, & prudentium aliorum, vt pacti exceptio bonæ fidei quoque iudicijs insit: & hoc edicto generaliter ea pacta contineri, quæ inter emptorem & venditorem, &c. componantur: [l] licet pacta quæ exceptiones pariant, ad τὰ πρῶτα maximè pertineant. Ait, Nec quasi contra iuris formam. Est enim contra naturam, quam lex deposito tribuit, & quodam significatu (vt dixi) contrà legem depositi: [m] non tamen aduersus formam iuris, quæ pacisci non vetat. Ait, Etsi stipulatio. Hoc exemplum ostendit Vlpianum latiùs accipere pacta conuenta, in edicto Prætoris. Non solùm, inquit, pacta tantùm, quæ solo iure prætorio seruãtur: sed etiam quæ in stipulationes, iure etiam ciuili firmissimas, transeunt, contra iuris formam facta, vitiantur. Quod cùm hoc edicto confirmet Vlpianus, dubium non est stipulationes, pactorum appellatione generali compræhendi: [n] licet pacta conuenta stipulationibus opposita nominatim, angustiùs accipienda, locus suadeat. [o] Ait, Rescindenda. Inutilis declaranda, & infirmanda: nam ipso iure inutilis est, vt non sit opus iure, auxilióve extraordinario. [p] Ait, Si ante aditam. Moueri aliquis poterat, quasi cõtra iuris formã paciscatur antè quàm adierit, & hæres sit. Alteri enim acquirere nemo potest qui sui sit iuris. [q] Sed tamen quia sua interest, pactũ valet, &c. Ait, Sed si seruus. Cur pacti exceptio nõ prosit seruo, ea caussa est, quòd nõ soleat ei proficere quod in seruitute egit, post libertatem, ex forma iuris: [r] sed tamen doli exceptio in subsidium huius exceptionis dabitur. Nã exceptio doli datur benigniùs, licet forma iuris omnimodò seruata non sit: cùm contrà, pactum non valeat contra formam iuris, propter illa verba edicti, Neque aduersus leges, &c. Sic actio in factum datur in manumissum, & de dolo, aduersus strictam rationem iuris ciuilis. [s] Ait, Sed etsi quis (vt suprà retulimus) in seruitute. Quando sub cõditione dixit institutum seruum: nam de eo qui purè scriptus est, Marcelli sententiam retulit Vlpianus. De eo verò qui sub conditione scribitur, à Marcello mox dissentit, [t] & doli exceptionem ei dandã putat, vt Marcellus filiofamiliâs in duabus speciebus. Etenim ex forma iuris ciuilis, filiusfamiliâs acquirit patri tam actiones ferè, quàm hæreditatem, [u] &c. Sed tamen si vel negocium in tempus emancipationis collatum sit, vel emancipatus sua pecunia soluerit ex præcedenti contractu, &c. actio vtilis, vel in factum, cõtra subtilem rationem iuris ciuilis, datur filio: [x] qua ratione & exceptio doli, cùm machinatio aduersarij arguitur, & in factum, quando non est machinatus, filio competit: [y] quanquam ex omnibus in factum exceptionibus, doli quoque exceptio oriri constat, si petatur. [z] Et huiusmodi actiones, vel exceptiones, quæ cõtra subtilem rationem iuris ciuilis dantur, vulgares, & directæ non appellantur: sed vtiles, vel in factum, si dolus abest, [a] vel temperanda est doli actio, ob reuerẽtiam reis exhibendam, [b] &c. vtiles quidem quòd vtilitatis caussa dantur tantùm, non ex iuris legitimi forma: in factum verò, quòd

r cùm

u. l. vbi pactũ. C. de transl. fine apud. eo. l. cum mota. l. si pro fundo. & si.
x. l rescriptũ. j. eo & hic.
y. l. ius publi. j. eo. l. si vnus §. pacta. & hic
z. l pacisci. j. eo.
a. l. de quib. s. de ll. l. 3. §. diuus. de sepul. viol.
b. l. 2. j. de oo. op.
c. l. si vnus. j. eo. Gell.
d. d. l. si vnus.
e. l. 2. s. de re. di.
f. l. 3. j. de rescind. §. quinimò. s. l. iuris.
g. l. huiusinodi. j. de le. j. l. planè. de peti. hæred.
h. lib. j. offi.
i. lib. 3. de nat. deor. l. 4. C. de rescind.
not. j. de dol.
k. Lib. 3 off.
l. 10. de contra. empt. & s. eo. §. quinimò.
m. arg. l. pacisci j. eo. l. si vnus. §. quod & in specie.
n. l. vbi pa. C. de trans.
o. l. ex eo. C. de inuti stip. Cic. in partit.
p. d. l. ex eo. arg. l. in caussæ. j. de minor.
q. l. stipul. ista §. alteri. j. de verb. obl. & hic.
r. l. j C. an ser. pro suo fact.
s. l. promissæ. C. an ser. l. & elegan. §. seruus. j. de dol.
t. versi. imò & u. insti per. q. per. nob. acq. & inst. per. q. oblig acq.
x. l. quidã. inf. de hære. inst. l si verò. inf. maoda.
y. vi hic. & l. deb. j. de dol.

z j. de exce. rei. vend. x. l. 2. j. de exce. dol. a. d. l. quidam. & d. l. si vero. b. l. noo

c l.quoties.§. de præſ.verb. l.4.eo.Theoph.inſtit. de excep.

d §. ſi ante.ī. ea.l.

e.inf.eo.l.reſcriptum.

f.inf.ll.ſeq.

cùm vulgaria nomina non habeant, Mãdati,[c] &c.factũ ſolum exponatur, & actio in factũ cõcipi ſolita ſit à Prætore, qui actiones dabat: veluti ſi paret Titium emancipatum ſoluiſſe pecuniã ex mandato, quod filiu-familiâs ſuſcepit, &c. Ait, Hodie tamẽ. Non eſſe contra iuris formã, ſi hærea paciſcatur cum creditoribus, dixit: & ideo Prætorem pactionẽ ſequuturũ.[d] Nũc ex reſcripto diui Marci id addit, vt plures creditores in vnum conuenire, & declarare debeant, quota parte debiti contenti ſint. Si diſſentiant, vt Prætor ſequi debeat maioris partis voluntatẽ. Conuenire in vnum, vt accipi debeat in reſcripto, Vlpianus cõtinuò ſubiecit lib. 4. ad edictum.[e] Sed Iuſtinianus quæ maior pars creditorum intelligatur in eodem reſcripto, ex Papiniano, & Paulo, interſeruit.[f]

L. VIII. PAPINIANVS Lib. 10. Reſponſorum.

Maiorem eſſe partem, pro modo debiti, non pro numero perſonarum placuit. Quòd ſi æquales ſint in cumulo debiti: tunc plurium numerus creditorum præferendus eſt. In numero autem pari creditorum, authoritatem eius ſequetur Prætor, qui dignitate inter eos præcellit: ſin autem omnia undique in unam æqualitatem concurrant, humanior ſententia à Prætore eligenda eſt. Hoc enim ex diui Marci reſcripto colligi poteſt.

Quinque ſunt Titij creditores, quorum duobus cẽtum debet, reliquis tribus ſexaginta: duos maiorem partem dicemus. Si ſingulis ſingulos francieos debeat, tres duobus præferentur. Si verò quatuor ſint æquales cumulo debiti, quorum duo conſentiant, totidem diſſentientibus, Prætor eorum voluntatem ſequetur, qui maioris authoritatis ſint. Si denique per omnia æquales videantur qui conſentiant diſſentientibus, Prætor æſtimabit quę ſit humanior ſententia. Quid enim ſi hæreditas ſoluendo ſit, & creditores admodum pauperes ſint? benignius erit eorum ſequi voluntatem qui minus remittant hæredi. Contrà ſi ſuſpecta hæreditas ſit, ſatius erit eorum probare decreto ſententiam, qui plus pactione remittant, vt habeant creditores quẽ conuenire poſſint. In ceſſione bonorum humanior eſt, quæ dat inducias.[a]

a. l.fin.C. de ceſſ.bo.

L. IX. PAVLVS. Lib. 62. ad edictum.

Si plures ſint qui unam & eandem actionem habeant, unius loco habentur: utputa ſi plures ſint rei ſtipulãdi, uel plures argentarij, quorum nomina ſimul facta ſunt, unius loco numerabuntur, quia unũ debitum eſt: & cùm tutores pupilli creditoris plures conueniunt, unius loco eſſe numerantur: quia unius pupilli nomine conueniunt. Necnon & unus tutor, plurium pupillorum nomine unum debitum prætendẽtium ſi cõuenerit, placuit unius loco eſſe. Nam difficile eſt ut unus homo duorum uicem[¶] *ſuſtineat: nã nec is qui plures actiones habet, aduerſus eum qui unã actionem habet, plurium perſonarum loco accipitur. Cumulum debiti ad plures ſummas referemus, ſi uni fortè multæ ſummæ centum aureorum debeãtur: alij uerò una ſumma aureorum quinquaginta. Nam in hunc caſum ſpectabimus ſummas plures: quia illæ excedunt in unam ſummam coadunatæ. Summæ autem applicare debemus etiam uſuras.*

¶ In hãc ſententiã Ariſt. lib. 2. polit. c. 9.

Si duo ſint rei ſtipulandi centum aureorum, & duo alij quorum vtrique ſeparatim ſexaginta debeantur, hi illis præferentur: quia illi vnius loco habentur, propter vnum debitum. Eadem enim centum aureorum obligatio eſt, quæ ſumma tantùm ſemel debetur: licet in vtriuſque perſona obligatio propria conſiſtat, id eſt vinculum quo obſtringitur:[a] & in reſcripto maior pars accipitur non pro numero perſonarum, ſed pro modo debiti. Idem in duobus argentarijs, quorum nomina ſimul facta ſunt, id eſt qui ſimul vnam, & eandem ſummã crediderunt, & obligationem vnam ſibi acquiſierunt, locum habet eadem ratione. Neque refert ſocij ſint an non, in hac ſpecie: ſed tantùm id ſpectamus, ſemel, an bis, ſumma expenſa debeatur. Nõ enim actiones diuerſæ argentarijs competentes de eadẽ ſumma, ſed obligatio vna, id eſt ſumma vna debita, hic maiorem partem facit.[b] Qua ratione ſi tres tutores pupilli creditoris, in centum debitorem conueniant, vnius perſonæ centum petentis loco habebuntur: contrà ſi vnus tutor trium pupillorum, quibus in commune centum debeantur, agat, vnius loco erit: quòd quantitas, nũ numerus perſonarum, pro quibus agit, ſpectetur. Ait, Nam difficile. Hoc pro materia ſubiecta accipi debet.[c] Difficile enim eſt vt vnus conſentiat, & diſſentiat: niſi fortè diuerſa capita ſint, & in vno aſſentiatur vni, in alio, alij: vt in Senatu cùm poſtulatur, vt diuidatur ſententia, & ſeparatim de ſingulis capitibus referatur, quæ vnius ſenatoris ſententia comprælienduntur.[d] Ait, Nam nec is. De eodem debito, puta centum aureis, plures actiones quis habere poteſt, vt depoſiti, & ex ſtipulatu condictionem: qui tamen oppoſitus ei qui cẽtum vna actione petere poteſt, in reſcripto D. Marci potior non erit: quia non numerus actionum, ſed modus debiti maiorem partem facit creditorum. Ait, Cumulum debiti. Hoc verbo vſus erat Paulus paulò antè, licet locus

a.l.3.4.ſi.&.l. eandẽ. §. ſi.§. de duob.re.

b. §.l.maiorẽ.

c.arg.l.3.ī.de adopt.

d. Cicer.pro Milo.Aſcon.

cus non extet: vt Papinianus capite antecedente. Cumulus debiti, vel modus, inquit, non est vnius tantùm summæ, ex vna caussa, & vna obligatione debitæ: sed etiam plurium summarum: quas coadunatas, & coaceruatas, cumulum dicemus. Hoc enim ratio suadet, vt ei potiùs audiatur, cuius magis intersit, siue ex vna obligatione, siue ex pluribus debeatur. Contrà verò cùm lex intra certam actionum quantitatem, iurisdictiones magistratuum concludit, singularum actionum summa spectatur, non coadunata ex pluribus quantitas. [e] Ferè enim fit, vt singulis actionibus separatim agatur, non binis, vel ternis, de diuersis rebus vel summis.

e. l. si idem ff. de iurisd.

L. X. VLPIANVS Lib 4. ad edictum.

Rescriptum autem diui Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant cõuenire. Quid ergo si quidam eorum absentes sint: nunquid exemplum præsentium absentes sequi debeant? Sed an & priuilegiarijs absentibus hæc pactio noceat, eleganter tractatur: si modo ualet pactio & contra absentes. Et repeto ante formam à diuo Marco datã, diuum Pium rescripsisse, fiscum quoque in ijs casibus in quibus hypothecas non habeat, & cæteros priuilegiarios, exemplum creditorum sequi oportere. hæc enim omnia in ijs creditoribus qui hypothecas nõ habẽt, conseruãda sunt. Si pacto subiecta sit pœnæ stipulatio, quæritur utrum pacti exceptio locũ habeat, an ex stipulatu actio? Sabinus putat (quod est uerius) utraque uia uti posse: prout elegerit qui stipulatus est. si tamen ex caussa pacti, exceptione utatur: æquũ esse, accepto eum stipulationẽ ferre. Plærumque solemus dicere, doli exceptionem, subsidium esse pacti exceptionis. Quosdã denique qui exceptione pacti uti nõ possint, doli exceptione usuros & Iulianus scribit, & alij plærique cõsentiũt: ut puta si procurator meus paciscatur, exceptio doli mali mihi proderit: ut Trebatio uidetur: qui putat, sicuti pactum procuratoris mihi nocet, ita etiam prodesse.

Dubitabundus hic Vlpianus de absentibus primùm locutus est, vtrúmne exemplum præsentium sequi debeant. Priuilegiarios deinde qui hypothecas non habeant, alijs creditoribus æquales facit: quod & de absentibus priuilegiarijs sentire videtur. Cum quo Paulus ex diametro pugnare creditur, qui eum creditorem exceptione submouendum negat, qui absens fuit cùm maior pars creditorum consentiret, vt partem debiti ab hæredibus ferrent: si modò fideiussorem, pignus, aut priuilegium habeat. [a] Sed Paulus in eodem loco dubiam nobis sententiam suam reliquit. Nec enim, inquit, si quis dixerit submouendum creditorem, hæredi consulitur, sed mãdatori, vel fideiussori: id est si quis malit in eã specie absentem creditorem exceptione pacti maioris partis creditorum excludi posse à mandatore, hoc hæredi non proderit, qui eam partem mãdatori præstabit mandati iudicio, quam ipse ex pacto præsentium creditorum soluere debet. Si verò, inquit, hæredem elegerit, qui partem debet duntaxat ex pacto, non poterit reliquum consequi à mandatore: quod decreto consensisse videatur, & pactum cum debitore, prosit intercessori. Paulus igitur addit Vlpiano, non solùm hypothecã habẽtes, nõ debere sequi exẽplum creditorũ præsentium, sed mandatorem, vel fideiussorem habentes, in eadem caussa esse: quod ratione non caret. Ideo enim pactum nocet absentibus, vel dissentiẽtibus, quòd omnium intersit habere quẽ conueniant: id quod hypothecam, vel mandatorẽ habentes, non desyderant. Alijs priuilegiarijs pactio nocet: non quòd in exigendo non præferantur, sed quòd parte debiti contenti sint oporteat. [b] Sed an absentes vocandi sint? Et non puto, modò maior pars præsens adsit: quod & Vlpianus hic innuit: licet iudices præsentes esse debeant, [c] &c. vel citati. Satius tamen erit, & cõsultius vocare absentes, quòd ius controuersum sit apud interpretes. [d] Ait, Si pacto subiecta. Exẽpla aliquot pactorum, quæ contra formã iuris sunt, vel non sunt, Vlpianus retulit. [e] Illud quæri potest, si pactum seruãdum sit, cui subiecta sit pœnæ stipulatio, exceptionéne ex pacto, an actione ex stipulatu cõdictitia vti oporteat. Et ait vtraque vti posse, non tamen vtraque vsurus est stipulator, sed eliget vtramlibet: etsi semel exceptione pacti actionem eliserit, debebit accepto ferre stipulationem, id est pœnam stipulatione compræhensam, & ipso iure commissam. [f] Est autem species hoc modo concipienda. Hæres cui creditor pacto promiserat, se non ampliùs quàm dimidiatum debitum petiturum, vel contentum se fore dimidiato debito, ita stipulatus est. Si ampliùs petas, decẽ pœnæ nomine dabis? Si ampliùs petat, existet cõditio stipulationis su[illegible]li ratione: sed tamẽ si petentẽ exceptione excludat hæres, iniquũ erit pœnam commissam exigi, quod hoc actũ videatur, vt si eũ effectu aduersus pactum creditor petat, pœna cum effectu committatur. Et hoc verum est nisi hæres pœnam stipulatus sit cum illa clausula, Rato manente pacto: [g] quod & apud Scæuolam similiter locum habet. [h] Quæret aliquis, cur hic exceptione vtitur, qui sub conditione si contra pactum fieret, pœnam stipulatus est. Nam prior obligatio naturalis, quasi

a. l. si præced. inf. mand.
b. d. l. si præc.
c. l. duo ex. ff. de re. iudi. c. fi. de arb.
d. not. d. l. duo.
e. l. iurisg. §. si paciscar & seq. §§ ĩ co.
f. l. qui Romæ. §. fi. ff. de verb. obl.
g. l. si fidem. ff. de transa. l. cũ pro. C. de trãsact.
h. l. qui Romæ infi. de verb. obl.

novatione transfertur in obligationem pœnalem, existente conditione:[i] sed quasi novatio pacti exceptionem parientis recepta non est, ut quasi novatio obligationis quæ actionem parit.[k] Pacta enim in facto versantur, ut novari ius non possit, per stipulationem sequentem. Eadem tamē optio ei datur qui acceptilatione liberatus est, pœna similiter subiecta. l. ubi pactum. C. de transf. quia liberatio in stipulationem nō transfertur, sed obligatio. d. l. oblig. Ait, Plærumq; solemus. Vlpianus lib. 4. ad edictum, cùm in illam speciem incidisset pactionis, qua creditores cum hærede pacisci solent, & interdum pacti exceptionem nō dari, sed doli scripsisset:[l] rem eandem latiùs tractandam resumpsit post digressiunculam in rescriptum D. Marci factam. Doli, inquit, exceptio, quæ latissimè patet, interdum subsidium est (sic enim solent dicere cōsulti) pacti exceptionis: nimirum ne cui per occasionem iuris civilis, contra naturalem æquitatem dolus suus prosit.[m] Nā ius civile certis verbis, certáque civili ratione compositum, & cōstitutum, ad alias res quàm quas legumlator voluit, porrigi non poterat. Sed cùm Prætores Romani animadvertissent, in quibusdam speciebus ex æquo subveniendum esse personis, quibus ratio iuris civilis non cōveniret, infinita remedia ad emendandum ius civile proposuerunt: ut actiones, exceptiones, restitutiones, bonorum possessiones, &c. Inter exceptiones Prętorias, pacti cōventi exceptio ex edicto suprà proposito datur. Sed quoniam in eo edicto pacta se servaturum edixit, quæ cōtra leges, contrave regulas, & iuris civilis formam non essent facta:[n] ex pacto cum procuratore, exceptio competere non potuit: quia alteri per alterum, qui in potestate non est, iure civili nō quæritur:[o] qua ratione servo, & filiofamiliâs pacti exceptionem nō competere ex eodem edicto superiùs dixi.[p] Hi enim non sibi, sed alijs, iure legitimo acquirunt. Edictum de doli exceptione propositū, latiùs patuit, etiam adversus suprà scriptas rationes iuris civilis: quod ex consultis ad edictū collegimus: cui in subsidium pacti exceptionis, plærumque eam dare solent.[q]

i. l. oblig fere ff. de actio. arg. l. j. de novat. k. §. pactus. l. si vous. j. eo. l. l. iurisg. §. si ante. supr. eo. m. l. j. infr. de dol. n. l. iurisg. §. l. cōtra. inf. eo. o. l. stip ista. j. de verb. ob. p. d. §. si ante. q. vt hic. j. de exce. dol.

L. XI. PAVLVS *Lib. 3. ad edictum.*

Quia & solui ei potest.

Pactum de non petendo, exceptione liberat debitorem, ut solutio ipso iure.[a] Cui ergo solui non potest, ei non potest fieri pactum: & contrà cui solui potest, pactum rectè fit, quo debitum remittatur. Estque argumentum ductum à pari. Quod pro loco accipiendum est etiam de ijs, qui alioqui aut solutum accipere, aut pacisci speciali creditoris voluntate nō possunt. Nam adiecto solui potest voluntate stipulantis, non tamen idem paciscendo liberare potest debitorem, nisi speciali creditoris voluntate paciscatur.[b]

a. §. præterea insti. de exce. b. l. cum quis infr. de sol. l. cui rectè. de novat.

L. XII. VLPIANVS *Lib. 4. ad edictum.*

Nam & nocere constat, sive ei mandavi ut pacisceretur, sive omnium rerum mearū procurator fuerit: ut & Puteolanus libro primo Assessorum scribit: cùm placuit, eum etiam rem in iudicium deducere.

De quo procuratore intelligat,[a] Vlpianus mox subiecit:[b] nimirum de procuratore specialiter in hoc dato ut paciscatur, & de procuratore omnium rerū, totorum, universorúmve bonorum, qui liberam administrationem habet ut bonus paterfamiliâs: prodigere, vel donationis caussa pacisci non potest, quòd hæc administrationis fines excedant.[c] Deducere rem in iudiciū, id est litem movere, & pecuniam suscipere, aliud pro alio permutare, vendere fructus, & quæ facilè corrumpi possunt, ei permissum est, ut solvere creditoribus.

a. l. rescriptū in fi. b. hic. c. l. procurator cui. l. procu. totorum. inf. de procu. l. iusiurandū. inf. de iureiu. l. contra. inf. eo. l. sicut. & l. si con. infr. quibus mod. pig. l. credi. §. Luci' mād.

L. XIII. PAVLVS *Lib. 3. ad edictum.*

Sed si tantùm ad actionem procurator factus sit: conventio facta, domino non nocet: quia nec solui ei potest. Sed si in rem suam datus sit procurator, loco domini habetur: & ideo servandum erit pactum conventum.

Procurator litis, qui ad actionem factus hic dicitur, neque pecuniam suscipere, neq; pactione liberare debitorem potest.[a] Nisi in rem suā datus sit, id est in hoc datus, ut suo nomine rem deducat in iudicium, qui utilem actionem habet, & loco domini habetur.[b] Sed quid si dominus agat, qui directam habet actionem? Et hoc quoque casu, utilis pacti exceptio erit: cùm quasi dominus præferendus sit: quæ tamen ob dolum in faciendo contra pactum, exceptio doli dicitur.[c] At cur ex pacto procuratoris omnium rerum, non datur utilis pacti exceptio, magis quā doli? Est enim procurator eiusmodi, quidā penè dominus, authore Cicerone.[d] Sed tamen idem alieni iuris est vicarius eidem: cùm contrà datus in rem suā, suo nomine agat. Non inficior cum exceptione directa, ut cū utili pacti, vel in factū, doli quoq; exceptionē concurrere:[e] sed nunc de subsidio pacti exceptionis loquuntur, ubi pacti exceptio desideratur.[f] Porrò in rem suā datus, procurator adhuc dicitur, quia subtili ratione iuris, actio penes dominū manet, dū certis modis tollatur:[g] ut hæres ipso iure manet, qui hæres semel est: licet Prætor aliū vocet ad bonorū possessionem, &c.[h]

a. vt hic & l. hoc iure. inf. de sol. b. l. procuratore. infr. de procura. c. l. 2. infr. de excep. dol. d. l. procuratore. d. pro Cecin. e. l. 2. infr. de excep. dol. f. l. rescriptū. §. & d. §. si ante. g. l. 3. inf. pro so. h. §. quos autem. de bon. poss.

L. XIIII. VLPIANVS. *Lib. 4 ad edictum.*

Tutoris quoque pactum (ut Iulianus scribit) pupillo prodest.

Tutor loco domini habetur, nō quòd suo nomine gerat negocium, ut procurator in rem suā datus,

datus, sed quod omnium rerum administrator sit: & ideo prodesse pupillo potest paciscendo, & obesse, vt transigendo cum furo, &c. [a] Idem curator adulti potest. Pacisci donationis caussa non possunt. [b] Et ea his pactionibus quidem directa pacti eaceptio non datur: sed vtilis pacti, vel doli mali. Est enim contra rationem iuris ciuilis, alteri per alterum acquiri, &c. [c]

L. XV. PAVLVS *Lib. 3. ad edictum.*

Item magistri societatum pactum & prodesse & obesse constat.

Magister societatũ, qui magis cæteris potest in societate: [a] magister & is dicebatur qui vnus ex creditoribus, patrimonio debitoris vendendo præficiebatur. [b] Eadẽ ratione magister equitum, magister pagi, ludi, &c. dicti sunt. [c] Est autem magister societatum velut quidam procurator, vel tutor, vt mirum non sit cur ex eius pacto doli eaceptio, vel vtilis pacti, detur: & remittere debitũ non possit, sed tantùm vt bonus paterfamiliàs administrare. [d] Eiusmodi magistri vniuersitatis, vel actores, & curatores bonis dari, non cauent dominum ratum habiturum, quòd de consensu appareat. [e]

L. XVI. VLPIANVS *Lib. 53. ad edictum.*

Si cum emptore hæreditatis, pactum sit factum, & uenditor hæreditatis petat: doli exceptio nocet. Nam ex quo rescriptum est à diuo Pio, utiles actiones emptori hæreditatis dandas: meritò aduersus uẽditorem hæreditatis, exceptione doli mali debitor hæreditarius uti potest. Sed si inter dominum rei uenditæ & emptorẽ cõuenisset, ut homo qui emptus erat, redderetur ei qui pro domino rem uendidit: petenti ei pretium, doli exceptio nocebit.

a. l. interdum & l. si pig. j. de fur.
b. l. pactũ curatoris. C. eo. l. tutor. j. de admi. tut.
c. d. l. stip. ista.
a. l. quib. præces. j. de verb. sig.
b. inst. de suc. subl. vb. Theoph.
c. l. 2. §. de orig. & d l. quibus.
d. l. 4. j. de ad. re. ci. l. preses. C. de transf. j. eo. l. imperatores.
e. l. actor. inf. rem rat.

Paulò antè dixi, eam esse iuris rationem, vt actiones ipso iure transferri in alias personas nõ possint: [a] nec Imperatores, vel prætores emendantes rigorẽ iuris, efficere potuerint, vt quod factum esset, non esset factum, [b] & contra rationem iuris competeret ea iure actio, &c. [c] sed vtiles actiones dederunt, eam vim habentes, quam quæ ipso iure; id est iure ciuili summo competebãt. Eccè hæres qui vendidit hæreditatẽ, hæres esse non desinit, & actiones hæreditariæ ei, & in eum ipso iure competũt: [d] sed D. Marcus rescripto suo voluit, vt emptor vtiles actiones haberet, cum quo si pactum fiat, quasi cum domino conuentum videtur: & ideo petenti venditori, licet actionem ipso iure habeat, doli exceptio nocet: [e] cum qua exceptionem in factum, vel vtilem cõcurrere hoc casu rectè dicemus. [f] Si cõtrà vẽditor pactus sit, ignorãte debitore venditã hæreditatem, pacti exceptio emptori nocebit: [g] cùm vẽditori directa actio ipso iure cõpetat. S. C. Trebelliano fideicommissarijs ita vtiles actiones attributæ sunt, vt nihil ad hæredem pertineãt, etsi ipso iure penes eum sint. [h] Venditor hæreditatis, si cõueniatur, ex vendito in actorem aget, vel ex stipulatione emptæ & venditæ hæreditatis, si ea interposita sit. [i] Ait, Sed si inter dominũ. Qui seruum vendidit, subtili iuris ratione ea vendito de pretio rectè agit, nisi emptorem liberarit, pacto de pretio, vel alio modo. [k] Sed tamen qui pactus est vt res vendita alij redderetur, vt ei qui fortè loco domini vendiderat: eaceptione doli agẽs de pretio repelleretur. [l] Iniquum enim est cuius voluntate res procuratori data est, pretium eius petere. Quod aiũt quidam, ei qui suo nomine vendiderat, rem hoc pacto fuisse reddendã, mihi non placet, quia pactum tale alia ratione non valeat, cùm illi reddi non intersit domini, &c. [m]

a. l. sed si. sup. eo.
b. l. in bello. j. de capt. l. j. de acq. poss.
c. arg. §. consti. de vsufr. §. quos. de bo. poss.
d. l. 2. j. de here. vẽd. §. rest. inst. de fideicom.
e. vt hic.
f. l. quoties. j. de præs. verb. l. quidam. de hær. instit. l. si verò manda.
g. l. si. infr. de trãsact. l. 3. C. de noua.
h. l. j. infr. ad Trebel. insti. de fideicõ. §. restituta.
i. l. 2. infr. de hær. vend. d. §. restitu.
k. l. ex empto & l. Iulia. inf. de actio. empti.
l. vt hic & d. l. j. §. de act. empt.
m. d. l. stip. ista vbi not.

L. XVII. PAVLVS *Lib. 3. ad edictum.*

Si tibi decem mutua dem, & paciscar ut mihi uiginti debeantur: nõ nascitur mihi obligatio ultra decem. Re enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum est.

Quædam actiones per pactum ipso iure tolluntur: ut iniuriarum, item furti. De pignore, iure honorario nascitur ex pacto actio: tollitur autem per exceptionem, quoties paciscar ne petam. Si quis paciscatur ne à se petatur, sed ut ab hærede petatur: hæredi exceptio non proderit. Si pactus sim, ne à me, néue à Titio petatur: nõ proderit Titio etiam si mihi hæres extiterit: quia ex postfacto id confirmari nõ potest. & hoc Iulianus scribit in patre qui pactus erat ne à se, néue à filia sua peteretur: cũ filia patris hæres extitisset. Pactum conuentum cum uenditore factum, si in rem constituatur, secũdum plurium sententiam & emptori prodest: & hoc iure nos uti Pomponius scribit. Secundum autem Sabini sententiam, etiam si in personam concœptum est: in emptore ualet. Idem existimat, & si per donationem successio facta sit. Cùm possessor alienæ hæreditatis pactus est hæredi (si euicerit) neque nocere, neque prodesse plærique putant.

Si filius seruúsue paciscantur ne à patre dominóue petatur.

Contra leges pactum fit, contráve regulas iuris, vt mutuum debeatur quod datum non sit: [a] ideo ex pacto hic proposito, non augetur obligatio: cùm præsertim nulla æquitatis ratio id suadeat contra formam iuris ciuilis. Nec obesse potest, quòd in traditionibus quodcunque pactum sit, valere dicatur: [b] excipitur enim quod contra leges. S. C. &c. conuenerit. [c] Sed & vsurarũ nomine, pacto absque stipulatione, nulla accessio mutuo accedit, quando ex contractu stricti iudicij, vsuras deberi sine stipulatione, etiam contra iuris formam sit. [d] Ait, Quędam actiones. In lege duodecim ita versus scriptus extitit, si membrum rupit meum, è pacto talio esto: licebat enim pacisci de iniuria, sed extra pactum, talio erat pœna iniuriæ, vt Gellius refert. De furto quoque pacisci lex permittebat, non tantùm Prætor: [e] ideoque non exceptione contra rationẽ iuris data, sed ipso iure, actiones eiusmodi tollũtur. Quomodo ipso iure munitus dicitur minor, qui restitutione Prætoris nõ eget, quòd contractus nullus sit. [f] Sic ipso iure hæres fit lege, vel S. C. &c. quem Prætor vocat ad bonorum possessionem, ipso iure hæres non fit. [g] Ipso iure enim generaliter fieri dicitur, quod ex forma iuris valet, & effectum suum sortitur, sine aduentitio aliquo auxilio: quomodo Paulus vsumfructum per vendicationem ipso iure constitui solitum scripsit: ex caussa damnationis verò per hæredem præstari. [h] Sic lex adulterium depræhensum notat, nõ sententia: [i] vnde illa diuisio ignominiæ apud interpretes, quòd alia ipso iure, alia per sententiã contingat: [k] vt hoc loco alia obligatio, vel actio ipso iure, alia per exceptionem tollitur. Et hanc diuisionem Iustinianus probare videtur, [l] & Theophilus disertè assentitur: [m] vt consultiùs sit, & hunc locum ita interpretari, actiones iniuriarum, & furti, ipso iure per pactum, non solùm per exceptionem tolli. Nam prætoriæ sunt actiones ferè, vt absurdum sit ipso iure, id est iure ciuili tolli. Ratio tamen cur ipso iure per pactum tollantur, non solùm per exceptionem, ea est quam prædixi: nimirũ quòd lege duodecim pacisci etiam licuerit. Ait, de pignore. Solo pacto, sola nudáve conuentione, nudóve pacto, pignus cõtrahitur, actioque datur creditori, qua pignus promissum dari postulat. [n] Pignus verò de quo pignoratitia actio competit debitori qui soluit, non nisi re cõtrahitur: [o] Igitur pignoris actio, quæ solo pacto ex iure prætorio nascitur, tollitur per exceptionẽ quoties creditor paciscitur ne petat. Et ita hic Paulus ait. Cui Papinianus, [p] & Diocletianus [q] repugnare videntur, qui conuentionem, pactúmve pignoris, solo pacto ita tolli, solúive putant, vt persequi non liceat. Quibus accedit quod idem Paulus alibi ait, naturalem obligationẽ iusto pacto tolli ipso iure: [r] & Vlpianus, nudi cõsensus, inquit, obligatio, contrario consensu dissoluitur. [s] His subscribit Neratius paulò inferiùs sub hoc titulo. [t] Sed mihi ita respondendum videtur, vt si contrarius consensus sit, nimirum vt recedatur à pacto, vel contractu, rebus omnibus adhuc integris liceat recedere: si res interuenerint, naturalis obligatio duntaxat tollatur, manente ciuili, si in ciuilem transijt. [u] Si verò intra fines naturalis obligationis consistit, tota tollatur iusto pacto, & quidem ipso iure. [x] Quod si directò id pactum non est, vt recedatur à contractu, vel pacto: sed tacitè id actum, & per consequentiam colligatur, per exceptionem, non ipso iure, actio sublata videatur. [y] Et hanc distinctionem in pignore, alij quoque probant: vt hoc loco ne petam, ad debitum, non ad pignus, referendum sit. Sed & in cõtractibus, qui consensu ineuntur, pactum de non petẽdo rem, vt pretium ex vendito, vel ex locato mercedem, non tollit ciuilem obligationem ipso iure, sed per exceptionẽ: quia non est contrarius vẽditioni cõsensus, [z] &c. Pactum iustum, id est quod contra leges non fit. [a] pupillum sine tutoris authoritate obligatum, ipso iure liberat, quia natura tantũ obligatur. Pupilli enim iure gentiũ non obligantur ex consensu, sed naturaliter tantùm, vt suprà dixi: [b] qui ob id solutũ condicere possunt, nulla eis facta pactione: sed in nouatione, & constituta pecunia, pactũm pupillo factum, ad vsum accommodabitur: vti in obligatione fideiussoris. Mutuam pecuniã accipiendo, sine tutoris authoritate, iure gentium obligatur: si modò locupletior factus sit: quò Venuleius respexit. [c] Sed de his alibi satis. [d] Ait, si quis paciscatur. Pacta in personã, nõ pertinent ad hæredẽ, vt suprà diximus, modò in hoc persona pacto inseratur, vt personale sit, [e] &c. Ait, si pactus sim. Alij acquirere iure ciuili nõ possunt, [f] ideo nec iure prætorio paciscẽdo: [g] cũ præsertim nulla ratio æquitatis id cõtra rationem iuris suadeat. [h] Sibi qui acquirit, intelligitur & hæredi acquirere: cui nominatim etiam stipulari, vel pacisci alioqui potest. [i] Quod si quis extraneo paciscatur, qui fortè post pactum hæres extiterit, non proderit ei pactum: quia ab initio non valuit. [k] Quod enim in pẽdenti est, ex pòst facto connalescit, [l] non quod inutiliter ab initio perfectũ est. Ait, & hoc Iulianus. Nihil interest filio, filiæve, an alioqui extraneo paciscaris: nisi tanq̃ hæredi paciscare. [m] Qui enim filius est, potest nõ esse hæres, si exhęredetur. Et ideo licet hæres post pactũ extiterit, pactũ ei inutile erit: doli tamẽ proderit exceptio, eodem Iuliano authore. [n] Ait, Pactum conuentum cum vẽditore. Dominus fundi vectigali obnoxij, pactus est cũ creditore ne vectigal petatur: deinde fundum vendidit: pactũ prodesse emptori quidã putarũt, si in rem concœptã sit hoc modo: vectigal quod ex illo fundo debetur ampliùs nõ petam. Et hi pactum personale acceperũt, vt priuilegium quod personæ cohæret, & eam non egreditur. [o] Sed Sabinus (quem Paulus magis sequitur) [p] etiam

a. l. 2. j. si cert. pet. b. l. in trad. j. eo. c. § prætor. 3. l. iurisg. d. l. 3 C. de vsur. l. periculi. j. de nau. fœ. e. l. iurisg. sup. eo § si pacisc. f. l. in caussæ. j. de minor. g. § quos autẽ de bon. poss. h. libr. 3. Recen. de vsufr. in prin. i. l. palam. inf. de rit. nupt. k. not. l. j. inf. de infa. l. § item si de excep. m. § præterea eo. arg. l. Pap. in fi. j. de inoffi. n. l. maior. de pig. l. j. inf de pig. actio. l. vt respon. C. de transf. o. § fi. instit. quib. mod. re. p. l. j inf. quib. mod pig. q. l. maior. C. de pig. r. l. stichum. § naturalis. j. de sol. s. l. nihil. infr. de reg. iur. t. l. ab empt. j. eo. § fi. instit. quibus mod. toll. ob. u. d. l. ab. & d. l. stich. x. d. l. stich l. si vt. iis. j. y. vt hic. l. 2. C. de remiss. pig. z. d. § præte. & § fin. quib. mod. tol. obl. a. l. tale & l. epist. infr. eo. b. d. § sed cũ l. iurisg. c. l. pupill. de actio. & d. l. stich. l. 5. de autho. tut. d l. iurisg § sed cũ. 3. eo. e. l iurisg. § pact. f. l. stip. ista. de verb. obl. j. g. vt hic. h. not. d. l. stip. ista & 3. l. iurisg. § si ante. i. l. si pactum. infr. de prob. k. vt hic. l. l. si. cõ. præ. l. j. de leg. 3. m. l. auus. infr. eo. l. & hæredi. n. l. & hæredi. inf. eo. o. l. 3. sup. de const. prin. p. l. & hæredi. infr. in prin.

etiam his verbis constitutum pactum, Abs te vectigal quod debetur non petam: quamuis in personam sit cōcœptum, emptori, donatori, & alioqui in rem succedentibus, prodesse existimauit: Et hic personale pactum voluit esse quod cum persona extinguitur, vt est vsusfructus: cuius vtilitas ad aliū, viuo fructuario, pertinere potest, licet ius ipsum personale sit.[q] Et hoc Paulus de filio, & patre loquens paulò inferius, eodem libro ad edictum reliquit.[r] Ait, Cùm possessor. Qui neq; hæres est, neque bonorum possessor, sed pro hærede, vel possessore possidet, vero hæredi (si caussam vicerit) suo pacto de rebus hæreditarijs, vel debitis, neq; prodesse, neque nocere potest:[s] quia extraneus est. Et hoc quosdam putasse hic Paulus dicit: qui alibi ex sua persona in pacto constituti, decernendam dicit hæredi, qui euicit, actionem:[f] quasi æquum sit non falli fidem quasi hæredi datam à debitore. Scio Bartolum hæc conciliare voluisse, quasi non de possessore tantùm, sed de hærede ipso iure, qui rescisso testamento restituit, Paulus sentiat.[t] Sed hæc sententia Bartoli, magis quàm Pauli, mihi esse videtur. Licet enim verum sit quod de rupto testamento Bartolus ait,[u] verba tamen Pauli ad eam speciem, sine manifesta calumnia restringi nō possunt. Ait, Si filius. A iure ciuili, ad honorarium, ducit Paulus argumentum, quo filius patri, seruus domino, & bona fide seruiens ei cui seruit, rectè acquirunt.[x] Pactum ergo eiusmodi personarum secundum legum rationem conuentum, seruabit Prætor, & pacti exceptionem dabit patri, &c. Idem in seruo fructuario ius obseruatur.[y]

q. insti. de vsu. & hab.
r. l. & hæredi. j.
f. l. si post. j. de constit.
t. Bar. hic.
u. l. hæres à debito. j. de fideiuss.
x. d. l. stip. ista. & insti. per q. per. nob. acq.
y. l. si debitor j. eo.

L. XVIII. CAIVS. *Lib. 1. ad edictum prouinciale.*

Siue de eo paciscantur quod cum ipsis, siue de eo quod cum patre, dominóue contractum est.

Quando cum ipsis contractum est, tenetur pater, &c. de peculio, quod iussu, vel de in rem verso:[a] quando cum patre, vel domino, actione directa insolidum conuenitur.[b]

a. l. 1. j. quod cum eo.
b. d. l. & §. fi. insti. eo.

L. XIX. PAVLVS. *Lib. 3. ad edictum.*

Acquirent exceptionem. Idem est & in ijs qui bona fide seruiunt. Item si filiusfamiliâs pactus fuerit ne à se petatur, proderit ei, & patri quoque, si de peculio conueniatur.

Directa pacti conuenti, ad exemplùm iuris ciuilis, quo patri, & domino, directas actiones acquirunt.[a] Ait, Item si filiusfa. Qui cum filiofamiliâs contrahit, filium insolidum obligatum habet, patrem de peculio conueniet, vel de in rē verso, vel quod iussu, &c.[b] Igitur si paciscatur filius ne à se petatur, proderit ei, & patri: ei, qui in solidū directo cōuenitur: patri, qui de peculio, &c.

a. insti. per q. per oblig. d. l. stip. ista.
b. l. si quis. j. de pecul. l. filiusfa. de act. l. 1. quod cum eo.

L. XX. CAIVS. *Lib. 1. ad edictum prouinciale.*

Vel de in rem uerso: uel quasi defensor filij, si hoc maluerit conueniatur.

Defendere etiam vltrò potest filium pater, insolidum conuentum: vt cùm de delicto pulsatur:[a] in quo iudicio exceptionem filio quæsitam, pater opponet. Defensor enim & procurator, nonquod sibi competit, sed quod ijs, quos defendunt, ius opponere debent.[b]

a. l. quoties. j. de nox. & l. seq.
b. j. l. seq. §. nos autē.

L. XXI. PAVLVS. *Lib. 3. ad edictum.*

Et hæredi patris uiuo filio. Post mortē uerò filij, nec patri, nec hæredi eius: quia personale pactum est. Quòd si seruus ne à se petatur pactus fuerit, nihil ualebit pactum. De doli exceptione uideamus. Et quidem si in rem paciscatur, proderit domino, & hæredi eius, pacti conuenti exceptio. Quòd si in personam pactum concœptum est, tunc domino doli superest exceptio. Nos autem ijs qui in nostra potestate sunt paciscendo, prodesse non possumus: sed nobis id profuturum, si nomine eorum conueniamur, Proculus ait. quod ita rectè dicitur, si in paciscēdo id actum sit. Cæterùm si pacisear ne à Titio petas: deinde actionem aduersum me nomine eius instituas: non est danda pacti conuenti exceptio. nam quod ipsi inutile est, nec defensori eius competit. Iulianus quoque scribit, si pater pactus sit ne à se, néue à filio suo petatur: magis esse ut pacti exceptio filiofamiliâs danda non sit: sed doli prosit. Filiafamiliâs pacisci potest ne de dote agat cùm sui iuris esse cœperit. Item filiusfamiliâs de eo quod sub conditione sibi legatum est rectè paciscitur. In ijs qui eiusdem pecuniæ exactionem habent insolidū, uel qui eiusdem pecuniæ debitores sunt, quatenus alij quoque prosit uel noceat pacti exceptio, quæritur. Et in rem pacta, omnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse, eius qui paciscebatur, interfuit. Itaque debitoris conuentio, fideiussoribus proficiet.

 Ait, Vi-

Ait, Viuo filio. Eccè personale pactum filij, simile vsuifructui, qui penes alium manet, tãtisper dũ fructuarius viuit.[a] Ait, Quod si seruus. Filiusfamiliâs in alia caussa est quàm seruus: ille enim conueniri potest,[b] hic non potest.[c] Et ideo pactũ personale serui, summo iure inutile est, ne abs se scilicet petatur, in rem conceptum, domino, & hæredi, pacti exceptionem tribuit: quando nihil referat nominatim, an impersonaliter, qui in potestate nostra sunt, paciscantur iure ciuili.[d] Ait, De doli exceptione. Pactum non valet, id est subtili ratione iuris, exceptio pacti non datur: sed datur de dolo, quod pactum non seruetur. Nec tantùm viuo seruo, hæc doli exceptio domino competit, sed etiam post mortem eius: quia non iure serui, sed suo ea vtitur: quod in patre cõtrà dicendum.[e] Ait, Nos autem. Pater paciscendo non prodest filio quẽ habet in potestate: quia iure ciuili pactũ patris, & domini, sibi ipsis prodest, nõ filio & seruo:[f] & hæc in his quę iuris sunt, & acquiri stipulanti possunt, locum habent: quia filio, vel seruo acquiri stipulando non potest, etiam si ipsi sibi stipulentur. Sed in pacto de non petendo, quod filio obligato prodesse potest.[g] distinguitur vtrùmne actum sit, vt patri prosit, an nõ.[h] Quamobrẽ si pater paciscatur, ne à Titio petas, & nomine Titij filij eum conuenias, pacti exceptio nõ proderit defensori: quia nomine filij (cui pactum non prodest) conuenitur. Defensor enim non aliud auxilium habet, quã quod ei quem defendit, competit. Nec huc quicquam pertinet quod adducitur de mãdatis actionibus, quæ ijs qui cedunt inutiles sunt:[i] quando hic quæratur de defensore alieni iuris omnimodò, qualis non est qui vtilem actionem habet suo nomine. Ait, Iulianus quoque. Hoc loco Paulus ostendit, quod ex Iuliano suprà adduxit,[k] non ad doli exceptionem, sed pacti, referri oportere. Si tamen, ne à se, néve à filio, si hæres factus sit, petatur, pactus sit pater, exceptio conuentionis filio proderit: quia tanquam hæredi consulit, non quasi filio.[l] Quod autem aiunt, doli exceptionem filio prodesse ex pacto patris,[m] ego tum verum puto, cùm sibi quoque paciscitur: quia non tanquam extraneo omnino, sed quasi hæredi pactus videtur.[n] Exceptio verò iurisiurandi ideo filio prodest, iurante patre,[o] quòd edictum Prætoris ita conceptum sit. Neque in ipsum, neq; in eum quem ea res pertinet, &c.[p] edictum de pactis, formam iuris sequitur.[q] Ait, Filiafamilias. Filijfamiliarum, vt dixi, parentibus acquirunt iure ciuili: si tamen in tempus emancipationis paciscantur, vel quò alioqui sui iuris futuri sint, sibi acquirunt: vt si soluãt ex contractu præcedente.[r] Qua ratione & sibi nocere possunt paciscendo in tempus, quo sui iuris erunt.[s] Sed & legatum, conditione existente tempore quo sui iuris est legatarius, ad eum pertinebit, & pactum valebit eadẽm ratione. Ex stipulatione, suis parentibus sub conditione filij acquirunt, & serui dominis, etiã si cõditio existat tempore quo manumissi erunt.[t] Qui enim stipulatur patri, & hæredi spem conditionalis debiti acquirit:[u] cui legatur, non transmittit ad hæredem, nisi cõditio ante mortem eius extiterit:[x] ideoque sibi non patri filius acquirit, si sui iuris sit tempore quo dies legati cedit: idem in seruo dicendum, si manumittatur. Ait, In his qui eiusdem. Eiusdem pecuniæ actionem habent duo rei stipulandi, & duo argentarij, de quibus inferiùs:[y] debitores verò eiusdem pecuniæ sunt, reus principalis, & fideiussor, vel duo rei promittendi: de quibus priùs dicit Paulus, ordinem secutus quęstionis versu, Prosit, vel noceat. Ait, In rem pacta. Regula est de pluribus debitoribus eiusdem pecuniæ, quorum alter paciscitur, ne pecunia petatur. Ergo si in rem paciscatur creditor cum debitore, ne pecunia petatur, vel, ne ipse eam pecuniam petat: hæc conuentio fideiussori proderit, quia interest debitoris, ne si soluere cogatur fideiussor, agat mandati cum debitore.[z] Si nihil interesset, ei non deberet prodesse, ne contra aliam Pauli regulam, pactum cum vna persona alij prosit.[a] Quæ regula ita accipi debet, vt pater & filius, decessor & hæres, dominus & seruus, aliæ atque aliæ personæ nõ videantur, sicut nec iure ciuili.[b] Sic debitor cùm acquirit fideiussori exceptionem, sibi acquirit, non alij omnimodo.[c]

L. XXII. VLPIANVS. *Lib. 53. ad edictum.*

Nisi hoc actum est, ut duntaxat à reo non petatur, à fideiußore petatur: tunc enim fideiußor exceptione non utetur.

Ex Paulo, & Vlpiano, hoc dicit Iustinianus, pactum debitoris fideiussori prodesse, nisi eiusmodi pactum personale sit, cuius vis ea est, vt à reo duntaxat non petatur. Dixit autẽ in hoc duntaxat, & quòd plærũque persona inseratur pacto, non vt personale sit: sed vt demonstretur persona cum qua factum dicatur.[a] Si igitur ita paciscatur creditor cum debitore. Non petã à te, etiam si non dicat duntaxat à te non petam: pactum in personam erit, quod fideiussori tamẽ proficiet. Non autem alio modo pactum in rem Paulus dixit quàm Vlpianus:[a] quod genus fideiussori prodesse putat Paulus,[b] & pactum etiam in personam Vlpianus, nisi hoc actum sit vt duntaxat à reo, &c.[c] Actum enim esse vt à reo nõ petatur, commune est pacto in rem, & in personam. Bartolus igitur eò respexisse Vlpianum credidit, ne pactum in personam esset hoc loco, quàm quod personam nõ egreditur. Equidem Bartolo assentior pactum fideiussori prodesse, nisi ita personale sit, vt personam non egrediatur: pactum tamen in personam esse, quod in rem, & generaliter conceptum non est, contendo: quod fideiussori prodest, vt emptori, & donatario, nisi aliud actum sit: hæredi non prodest.[d] Quod autem in dubium vertunt, quo modo hoc pactum personale debitori prosit, non fideiussori: negocium mihi non facessit. Nec enim vsquam lege cautum est, vt creditor,

a.§.finitur.insti.de vsufr. & insti.de vsu & hab.
b l.acquirẽt.§.eo.
c.l.quod att.ĵ.de reg.iur.
d.§.siue.insti.de sti.ser.
e.§.ea.l.in princ.
f.l.quod di.& l.dominus.ĵ.de verb.§.ei.insti.de inuti.
g.d.l.acquirent.§.
h.vt hic.
i.l.stich.§.pe.ĵ.de sol.glo.hic.
k l.si tibi.vers.& hoc.Iul.
l.l.auus ĵ.eo.
m.versi.non poss.§.eo.§.
n vt hic.
o l.qui iurasse ĵ.de iureiur.
p.l.ait.ĵ.de iureiur.
q.§.l.iurisg.
r.l.quidam.ĵ.de hær.insti l.si verò ĵ.mãd.
s.vt hic & l.de aiq;.§ si quid ĵ.de minor.
t.l.quę leg.& l.seq.ĵ.de reg.iur.l.si filiusf.ĵ.de verb.ob.
u.§.ex condi.insti.de verb.ob.
x.l.post diem & l.si vsufr.ĵ.quãd.di.leg.ced.
y.l.si vnus.ĵ.eo.
z.l quod dictum.ĵ.eo.
a.ĵ.l si vnus.§.ante omnia.
b.l.stipul.ista ĵ.de verb ob.l.si.C.de impub
c d.l.idẽ.ĵ.eo.
a.l.iurisg.§.pactorum.§.
b.§.l.r.
c.vt hic.
d.l.si tibi §.& hic.

creditor actionem suam efficacem fideiussori soluenti præstet, [a] qui aduersus debitorem, mādati, vel negociorum gestorum, &c. experiri potest. De mandatoribus, & confideiussoribus, qui aliam actionem non habent, lex constituta est, vt creditor actionibus cedat. Ius nouissimum huic capiti derogat, quo non priùs fideiussorem cōuenire potest creditor, quàm reum præsentem qui soluendo est, pulsarit: [f] sanè fideiussore consentiente, pactum personale valebit. [g]

e.l.stich.§. pe. j.de Solu.l.cū is.l fideiussoribus.l. si stipula.j. de fideiuss.l.cū alter.C.eo. f.auten. de fideiuss. g.arg.l.fi.j.eo.

L. XXIII. PAVLVS. *Lib.3.ad edictum.*

Fideiussoris autem cōuentio nihil proderit reo: quia nihil eius interest, à debitore pecuniam non peti: imò nec confideiussoribus proderit. neque enim quoquo modo cuiusque interest, cum alio conuentio facta, prodest: sed tunc demum, cùm per eum cui exceptio datur, principaliter ei qui pactus est, proficiat: sicut in reo promittendi, & in ijs qui pro eo obligati sunt.

Fideiussoris pactum debitori prodesse, vel cōfideiussoris confideiussori, Paulus negat: idque ex regula suprà scripta. [a] Non enim interest fideiussoris paciscentis, dissolutam esse obligationē debitoris, & cōfideiussoris. Nō interest, inquàm, principaliter: licet aliquo modo intersit, quòd expediat retinere pecuniam potiùs, quàm solutam creditori à reo repetere actione mādati, [b] &c. Sed rei promittendi interest principaliter exceptionem dari fideiussori, ne mandati iudicio, de pecunia debita ab eo conueniatur. [c] Lege autem, vt in vulgatis libris (sed sine interpositione) Neque enim quoquomodo cuiusque interest, cum alio conuentio facta, alij prodest, &c.

a.l. & hæredi. j.eo. b.l. si stipulatus esses.j. de fideiuss. c.d.l. quod dictum.j.eo.

L. XXIIII. IDEM *Lib.3.ad Plautium.*

Et si fideiussor in rem suam spoponderit, hoc enim casu fideiussor pro reo accipiendus est: & pactum cum eo factum, cum reo factum esse uidetur.

Debebam pecuniam: conuenius à creditore, fideiussi pto eo qui me denfendit apud iudicem: deinde pactus sum cum meo creditore, ne ea pecunia petatur. Hoc pactū proderit defensori qui se liti obtulit: [a] quia mea interest principaliter, eius obligationem dissolutam esse: ne mecum agat negociorum gestorum, &c. [b]

a.l.Plautius.j de procur. b.l.2.j. de neg.ge.

L. XXV. IDEM. *Lib.3.ad edictum.*

Idem in duobus reis promittendi, & duobus argentarijs socijs. Personale pactum, ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad hæredē, Labeo ait. Sed quamuis fideiussoris pactum, reo non prosit: plærumque tamen doli exceptionem reo profuturam Iulianus scripsit.

Duo rei promittendi, & duo argentarij socij, debitores sunt eiusdē pecuniæ, & altetiùs principaliter interest, alterius quoque obligationem dissolutam esse: ideoque pactū vnius alteri prodest, nisi hoc actum sit, vt duntaxat ab illo, cum quo pactum factum est, non petatur. Et hæc continuò Paulus subiecit lib.3.ad edictum, post illa verba sicut in reo promittendi, &c. [a] Accursius qui inscriptiones capitum non habuit in suo codice, proximo capiti coniungere frustrà conatur. Illud concertatum est, & nōdum satis confectum, vtrúmne verbum Socijs, repetitum intelligatur, vt sit Pauli voluntas, in duobus reis promittendi socijs, & duobus argētarijs socijs, idē ius esse quod in reo promittēdi, & fideiussore. Ego cęteroqui Bartolo assentior: id vereor vt defendi possit, verb. Socijs, repetitum non intelligi. Primum id me mouet, vt argentarij alij socij sunt, alij non sunt, ita & rei promittēdi: [b] inter quos alioqui discrimem insigne obseruatur: vt iure repræhendi posit, si diuinandum reliquisset Paulus, non intelligi repetitum: quandoquidem sermonis latini ratio vt repetatur, suadeat: & qui negant hoc loco, paulò inferiùs, euincente ratione iuris, repeti putent. [c] Deinde non interesse rei promittendi, correum liberari, nisi sociùs sit, aut alioqui mādati actionem habeat qui solidum soluerit, verius est. Qui enim necessariò soluit, licet liberet correum, negociorum gestorum actionem non habet. Nam mādator, vel fideiussor, qui solidum soluit, non habet in confideiussorem negociorum gestorum actionem, vel in alium qui idem mandauit: quamuis gerere negocium similiter videantur: & ideo vt sibi cedātur actiones à creditore, postulare debent. [d] Quod ea ratione eis permissum est, quòd qui solidum ab vno petat, vendere ei nomina videatur: cùm contrà reus promittendi ipso iure correum liberet, [e] vt sit ei imputandum quęrenti, quòd se illo modo ipse obstrinxerit. Neque me fugit Diocletiani rescriptum, qui de socijs reis, mutuam pecuniam communem accipiētibus verba facit. [f] Sed quid ego pluribus? nostram sententiam Iulianus disertè probat .l.4.§.1.j.de lib.leg. Ait, Personale pactum. Ad aliud personale pactum non pertinere, ita accipi debet vt diximus: [g] nimirū ad eum qui omnimodo alius sit, quem liberatum iri, paciscentis non intersit principaliter. Nam ad fideiussorem, & correum, argentariūque socium, pactum in personam pertinet, non quasi ad eos, sed quasi ad paciscentem, cuius interest principaliter: nisi hoc actum sit, vt duntaxat à paciscēte non petatur. [h] Sed & venditoris pactum ideo emptori valet, & donatori, quod viuente venditore

a.l. fideiuss.j. eo. b.l.si duo & l. eandem.j. de duob.re. c.l.fi.vnus. d.l.cum is.l.fi. deiuss j.de fideiuss.l.stich. §.pe.j.de Sol. e.l.2.j de duo. re. f.l. 2.C. de duob.re. g.l. & hæredi. j.eo. h.d.l & hęre. in fi.& ll. seq. l. si vnus.j §. si cum reo.

quodam-

i.d.l.si tibi.
k.vt hic.l.cor rup.C.de vsu- fr.
l.l. fideiuss.& l.& hær.j.eo.
m.l. per quos. j.eo.
n.vt hic.& .d. l.si stip. de fi- deiuss.
o.Bart.hic.

quodammodo idem sit, qui in rem loco eius succedat. [i] Nã nec hæres ideo excluditur pacto personali, quòd omnimodo alius sit: sed quòd cũ persona paciscẽtis exceptio pereat, instar seruitutis personæ. [k] Ait, Plærumque tamen. De exceptione pacti separatim suprà Paulus more suo locutus: [l] nunc de exceptione doli scribit. Igitur si fideiussor hoc ag.it paciscẽdo, vt neque à se, neque à reo, vel confideiussore petatur, pacti quidem exceptio non proderit contra rationem iuris ciuilis: [m] sed doli exceptio dabitur, quòd ita placuerit, & aliquo modo paciscentis intersit, licet non principaliter. [n] Si omnimodo alius sit, nec vllo modo ad eum res pertineat de qua sit pactum, nec exceptio quidem doli proderit: [o] alioqui non in confideiussoribus idem esse, sed in omnibus sic paciscentibus, subijci debuerat.

L. XXVI. VLPIANVS. Lib. 4. ad edictum.

Videlicet si hoc actum est, ne à reo quoque petatur. Idem & in confideiussoribus ius est.

a.d.l.nisi.

Non est satis fideiussorem generaliter pacisci, ne petatur, vel, ne à se petatur: sed oportet id agere, ne à reo petatur: cùm in reo paciscente, illa su fficiant, vt dixi. [a]

L. XXVII. PAVLVS. Lib. 3. ad edictum.

*Si unus ex argentarijs socijs cum debitore pactus sit, an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Atilicinus & Proculus aiunt, nec si in rem pactus sit, alteri nocere: tantum enim constitutum est, ut solidum alter petere poßit. Idem Labeo ait. Nam nec nouare alium posse, quamuis ei rectè soluatur. Sic enim & ijs qui in nostra potestate sunt, rectè solui quod crediderint, licet nouare non poßint: quod est uerum. Idemq́uè in duobus reis stipulãdi dicendum est. Si cum reo ad certum tempus pactio facta sit: ultrà neque reo neque fideiussori proderit. Quòd si sine persona sua reus pepigerit, ne à fideiussore petatur, nihil id prodeße fideiussori quidam putant, quãquam id rei intersit: quòd ea demum cõpetere ei debeat exceptio, quæ & reo. Ego didici prodeße fideiussori exceptionem, non sic enim illi per liberam personam acquiri, quàm ipsi qui pactus sit, consuli uidetur: quo iure utimur. Pactus, ne peteret, postea conuenit ut peteret: prius pactum per posterius elidetur, non quidem ipso iure, sicut stipulatio tollitur per stipulationem, si hoc actum est: quia in stipulationibus ius continetur, in pactis factum uersatur. Et ideo replicatione exceptio elidetur. Eadem ratione contingit ne & fideiussoribus prius pactum prosit. Sed si pactum conuentum tale fuit, quod actionem quoque tolleret (ueluti iniuriarum) nõ poterit postea paciscendo efficere ut agi poßit: quia & prima actio sublata est, & posterius pactum ad actionem reparandam inefficax est. Non enim ex pacto, iniuriarum actio nascitur, sed ex contumelia. Idem dicimus & in bonæ fidei contractibus, si pactum conuentum totam obligationem sustulerit, ueluti empti. Non enim ex nouo pacto prior obligatio resuscitatur: sed proficit pactum ad nouum contractum. Quòd si non ut totum contractum tolleret, pactũ cõuentum intercessit, sed ut minueret: posterius pactum potest renouare primum contractum. Quod & in specie dotis actionis procedere potest: puta pactam mulierem ut præsenti die dos redderetur, deinde pacisci, ut ei tempore legibus dato dos reddatur, incipiet dos redire ad ius suum: nec dicendum est deteriorem cõditionem dotis fieri per pactum. quoties enim ad ius quod lex naturæ eius tribuit, de dote actio redit: non fit caussa dotis deterior, sed formæ suæ redditur. Hæc & Scæuolæ nostro placuerunt. Illud nulla pactione effici potest, ne dolus malus præstetur: quamuis si quis paciscatur ne depositi agat, * ui ipsa id pactus uideatur, ne de dolo agat, quod pactum proderit. Pacta quæ turpem caussam cõtinent, non sunt obseruanda: ueluti si paciscar ne furti agam, uel iniuriarum, si feceris. Expedit enim timeri furti uel iniuriarum pœnam: sed post admißa hæc, pacisci poßumus. Item ne experiar interdicto, Vnde ui, quatenus publicam caussam contingit, pacisci nõ poßumus.*

*Aliàs re.

Et in

Et in summa, si pactum conuentum à re priuata remotum sit, non est seruandum. Ante omnia animaduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re, aliáue persona noceat. Si cùm mihi.10.deberes, pepigero ne à te.20.petam: in.10. tibi prodesse pacti conuenti uel doli exceptionem placet. Item si cùm uiginti deberes, pepigerim ne decem petam efficere exceptionem mihi opponendam, ut tantùm reliqua decem exigere debeam. Sed si stipulatus decem aut Stichum, decem pactus sim, & petam Stichum aut decem: exceptionem pacti conuēti in totum obstaturam. Nam ut solutione, petitione, & acceptilatione unius rei, tota obligatio solueretur: ita pacto quoq; conuento de una re non petenda interposito, totam obligationem summoueri. Sed si id actum inter nos sit, ne decem mihi, sed Stichus præstetur: posse de Sticho efficaciter agi, nulla exceptione opponenda. Idem est & si de Sticho non petendo conuenerit. Sed si generaliter mihi hominem debe.us, & paciscar ne Stichum petam: Stichum quidem petenti, pacti exceptio mihi opponetur. alium autem hominem si petam, rectè agam.

Item si pactus, ne hæreditatem peterem, singulas res ut hæres petam. Ex eo quod pactum erit, pacti conuenti exceptio aptanda erit: quemadmodum si conuenerit ne fundum peterem, & usumfructum petam: aut ne nauim ædificiúmue peterem, & dissolutis his singulas res petam: nisi specialiter aliud actū est. Si acceptilatio inutilis fuit, tacit à pactione id actum uidetur, ne peteretur. Seruus hæredi pòst adituro nominatim pacisci non potest: quòd nondum is dominus sit. Sed si in rem pactum cōuentum factum sit, hæredi acquiri potest.

Ait, Socijs. Argētarij socij mutuam pecuniam dare, & accipere solent: [a] & more receptum est, vt vnus solidum petere posit, & quod vni appensum quis dederit, à socio repetat: [b] nocere tamē alter alteri paciscendo, &c. non potest. [c] Idem in duobus reis stipulandi, nimirum socijs, constitutum est eadem ratione: qui si socij non sint, & nouare, & accepto ferre, & pacisci donationis caussa, poterunt: [d] & sibi imputabit correus stipulandi, qui voluit eandem pecuniam insolidum ei deberi, qui socius non sit. Ait, Si cum reo. Actus quidem legitimi sunt, qui neque diē, neq; cōditionem recipiunt: [e] sed pacta conuenta in diem valent, & ex die, etiam vbi actus legitimi in perpetuum ipso iure valent: [f] vt non sit mirum pactum de non petendo vsque ad certum tempus valere. [g] Sed quo pacto exceptio conuentionis (vt hoc obiter dicam) ex tempore, vel in tempus valet, contra rationem iuris ciuilis? An contra legem, quam lex dat contractibus, pacisci licet: modò regula iuris pacisci non vetet, vt cum seruo, [h] &c. Ait, Quod si sine persona sua. Pactum à reo factum, ne à fideiussore petatur, quamuis non pepigerit, ne à se quoque petatur, valet: nec est contra regulam iuris ciuilis, qua per eum qui sui iuris est, alij quæri non potest. [i] Non enim alij, sed sibi quoque reus quærit, qui mandati actionem effugit liberato fideiussore. Ait, Pactus ne peteret. Ipso iure actionem tolli, & per exceptionē tolli, velut contraria superiùs posui. [k] Pacti igitur vis ea non est, vt ipso iure actionem tollat, sed per exceptionem excludat, elidat, tollat. [l] Manet enim obligatio ciuilis, & actio, iustumque est obligatum dare facere: sed æquum non est contra pactū peti, si modò exceptio opponatur. [m] Qui enim per acceptilationē liberatur verborum obligatione, ipso iure liberatur: [n] qui verò per pactū liberatur, per exceptionem, & factum, non mero iure se tuetur. [o] Actio enim ipso iure competit, sed Prætor factum tuetur, id est pactū quod in facto versatur, nec vel tantillum ius obligationis ciuilis mutat, aut nouam obligationē ex interuallo parit. [p] Si igitur mihi cetum debeas mutua, & pactum fecero tibi, ne ea petā: deinde pòst inter te & me conuenerit vt petam eadem: prius pactum quòd facti est, per posterius pactum tolletur, nō ipso iure, quod nullum habet, sed per replicationem excludetur exceptio pacti: quarum vtraque in facto tantùm consistit. [q] Sed quorsus hæc subtilis disputandi ratio, præsertim in arte boni & æqui? [r] Vsum paucis accipe. Olim prætor dabat iudicia nunc pura, nūc additis exceptionibus, replicationibus, &c. [s] Si igitur actor purum impetrabat iudicium, licet pactum reo factum esset, iudex priuatus qui cognoscebat, exceptionem nullam dabat: vnde hodie quoque exceptiones initio contestari oportet, & deinde probari, postquàm actor suam intentionem confirmauerit. [t] Quod si acceptilatione, vel alioqui ipso iure, actio sublata esset, & Prætor purum dabat iudicium, si paret illum illi centum dare oportere, &c. nulla exceptio necessariò in huiusmodi iudicium addebatur, cùm ipso iure dare non oporteret. [u] Si verò pactum de non petendo factum diceretur, & apud Prætorem impetraretur exceptio, non dabatur purum iudicium, sed inserta ex-

a.l. si quis ex ʒ. de eden.
b.Cicer.lib.1. ad Heren.
c.vt hic.
d.l. si rē.ʒ. de no.
e.l. actus.ʒ. de reg.iur.
f.l. seruitutes ipso.ʒ. de ser.
g.vt hic.
h.l. iurisg. ī §. sed & si.l. cōtra.ʒ.eo.
i.d.l.stip. ista.ʒ. de verb.ob.
k.l. si tibi.ī. eo.
l.§. prætereà. &.§. itē si. de excep.
m.in prin. eo. l. emptor. C. de præ. long. temp.
n.§. præterea de excep.
o. vt hic & .d. §.item si.
p.l. iurisg. ī.l. stich. §. natu. ʒ.de sol.&hic.
q. vt hic.
r. arg.l. si ser. §.seq ʒ.de uer. ob.
s.Cic.pro Cecin.& in Verrē.l.1.ʒ.de his q.deiec.
t.l.emptor.C. de long. tēp. præs.
u.l.si quidē.C. de excep.

ceptione, Extra quam si pactus sit ne peteret, vel si non ille pactus sit ne peteret, &c. [x] Quæ exceptio probata apud pedaneum iudicem, tollebat tandem actionem in id temporis ipso iure efficacem. [y] Alium vsum tam argutæ rationis ciuilis, sequẽtia mox ostendẽt. Ex quibus apparet, ius interdum pactis contineri, & ipso iure per pactum actionem tolli: licet ipsum ius frequentissimè ius ei ille demonstret, [z] quod prætorio adiuuatur, emendatur, [a] &c. Suprà enim ostendi, actionẽ prætoriam vel ipso iure, vel per exceptionem tolli, vt eiusdem. [b] Ait, Eadem ratione. Dubium non est quin Paulus senserit, pactum prius in proposita specie per posterius elidi, non solùm ne reo prosit, sed ne fideiussori quoque: [c] qua in re ex Anthini sententia, consensu fideiussoris opus est. [d] Sanè fideiussor sibi pacisci potest, & pactum prius per posterius elidere, vt reus. [e] Ait, Sed si pactum conuentum. Tollere actionem simpliciter dicunt consulti, cum ipso iure tolli volunt: alioqui addunt per exceptionem. [f] Eadem in re dictitant tollere, vel dissoluere omninò obligationem, & per exceptionem defendi, [g] &c. Estque hoc loco, vt prędixi, euidens vtilitas suprà scriptæ distinctionis. Nam si actio furti, vel iniuriarum mihi aduersus te est, & paciscar ne petã, per posterius pactum de petendo, non elidetur prius pactum: quia ipso iure, id est omnino, sublata fuit per prius pactum actio: nudo verò pacto actio non nascitur: [h] imò nullo consensu obligatio iniuriarum contrahitur, sine contumelia, sicut re obligatio non nascitur, nulla re data, [i] &c. Ait, Idem dicimus & in bo. fid. Non solùm, inquit, actiones prædictæ tolluntur ipso iure per pactum, sed in quibusdam notissimis bonæ fidei contractibus, qui solo consensu fiunt, licet recedere ab obligatione iam contracta: non dico pacto quolibet, sed cõtrario consensu. [k] Vt emptus est Stichus decem, cõuenit ex interuallo, re adhuc integra, id est neque re tradita, neque pretio numerato, vt inemptus sit, vel vt recedatur ab emptione: tota obligatio sublata est, etiã ciuilis: nec nudo pacto postea facto resuscitatur, sed valet ad nouum contractum, si cõtrarium sit priori: nimirum vt Stichus emptus sit decem. [l] Quòd si vt quinque, vel viginti emptus sit Stichus, vel vt dimidia pars pro indiuiso empta sit duntaxat, conuenerit: non totus contractus euanescit, sed reformatus, renouatúsve est pacto, etiam ex interuallo: quia quodammodo repetita est partis emptio, vel (vt legũt alij) pactis emptio. [m] Vtrumcũque legas, quodammodo & hoc posteriore casu recessum videtur à priore cõtractu: sed quia partis repetita est emptio, nec, ad effectum quod attinet, sublatus totus contractus intelligitur, magis renouatus, & reformatus, quam totus sublatus dicitur. [n] Neque quicquam hac in re conceditur aduersus regulam, ex pacto actionẽ non nasci: est enim hoc pactum emptio noua. [o] Porrò autẽ pactum de non petẽdo pretio, vel, ne res tradatur, aut ne venditor de euictione teneatur, vel contrà duplę teneatur: neque tollit totum contractum, neq; renouat ipso iure: [p] quia cõsensus in hoc idoneus non est, & priori cõtractui contrarius. Valent tamen pacta superiora ad excipiendum, ea nimirum quæ detrahunt: quòd verò adijcit emptioni, ex interuallo non valet cõuentum, nec noua emptio vt videatur, idoneum est. [q] Ait, Quod & in specie dotis. Ex continenti pacta est mulier quæ dotem dabat, vt soluto matrimonio statim redderetur: deinde ex interuallo pacta est, vt annua bima trima die redderetur per partes, hoc est per trientes. [r] Si statim petat mulier, ipso iure tutus erit maritus, vel hæres: quia cõtractus dotis per pactũ renouatus intelligitur, & naturæ, quam lex ei tribuit, redditus. [s] Quod si pactum fecerit de non petenda dote, ante annuam bimam trimam diem, per exceptionem pacti excludetur: quia hoc pactum idoneum non est ad reformandum contractum. [t] Neutrum verò pactum, deteriorem conditionem dotis reddit, quàm lex ei tribuit: licet vtilitatem pacto priore quæsitam tollat, quod lex non vetat. [u] Ait, Illud nulla pactione. Inter ea pacta quæ non valent, & ea sunt generaliter, quæ contra bonos mores fiunt: [x] ideo pactũ ne dolus malus præstetur, si cõmittas: ne furti, néve iniuriarum, si feceris, agam contra te, non valet. Si paciscar ne depositi agã, furti, vel iniuriarum iam factarum, valebit pactum: etsi paciscendo ne depositi agam, videar pacisci ne de dolo agam. Illis enim ad delinquendum, spe impunitatis proposita, inuitantur homines: [y] his non item. Qui enim depositi actionem remittit, rem depositã magis donare creditur, quàm inuitare ad dolum admittendum. Sed & pactum, ne dolus præstetur, etiam præteritum dolum continet: [z] sed tamen de solo præterito nominatim, pactum ratũ erit, vt de furto. Ait, Item ne experiar interdicto. De re familiari rectè paciscimur, sed quatenus familiaris est dũtaxat: quatenus publicã caussam contingit, idest ad Remp. pertinet, non possumus pacisci. [a] Duas ergo regulas ex hoc loco colligimus. Pacta contra bonos mores, & ad peccandum inuitantia, non valere. [b] Itẽ pacta quæ à re communi, vel (quod idem est) à re priuata eius qui paciscitur, aliena sunt, & ad publicam læsionẽ spectant: qualia & ea dici possunt, quæ contra bonos mores sunt. Interest enim publicè timeri pœnas maleficiorũ. [c] Ait, Ante omnia. Alia regula est, de vi & potestate pactorum, Pacta in alia re facta, aut cũ alia persona, &c. Quibus personis pacta prosint, vel noceãt, suprà apparuit, [d] & inferiùs quædam exempla extant. [e] De re alia, & eadem mòx Paulus exempla subiecit, & infrà alia occurrent. [f] Ait, Si cùm mihi. Sicut qui stipulanti decem, viginti spõdet, decem debet, præsertim si diuersitas illicò stipulanti placeat: [g] ita qui se viginti non petiturum pacto conuento ei promittit qui decem debet, non ita de alia re paciscitur, vt petenti decem exceptio (si non pacti) certè doli non noceat: Nam cum in viginti decem insint, qui remittit viginti, multò magis decem remittere intelligitur, [h] nec contra placitũ suum captare verba, [i] & vocum

angustijs

x. Cic. in rhet. j. de excep. rei iud. l. 2. &c.
y §. prætereà de excep.
z. l. ser. ipso. j. de ser. &c.
a. l. ius autẽ. ĩ. de iusti. & iur.
b. l. si tibi. ĩ.
c. l. & her. in fi. l. fide & hic.
d. l. si. j.
e. d. l. fid. & hic
f. vt hic. & l. si tibi. ĩ. insti. quib. mo. ob. toll.
g. d. §. pręterea
h. §. sed cum. l. iurisg. ĩ
i. l. si tibi. ĩ.
k. l. ab emptio l. nihil. j. de reg. iur.
l. vt hic. l. iurisg. §. adeò. ĩ. eo. l. pacta. j. de cõ. empt.
m. d. §. adeò.
n. l. iurisg. §. adeò. ĩ. e. & hic.
o. d. l. pacta.
p. l. emptor j. eo. & d. l. pact.
q. l. pacta. j. de contrah. emp.
r. l. 3. j. de annu. leg.
s. vt hic.
t. arg. d. l. emptor. j. eo. d. l. pacta.
u. l. de die. j. de pact. dot.
x. l. pacta. C. eo.
y. l. cõuenire. j. de pa. dot.
z. vt hic.
a. l. iurisg. j. si pacit. ĩ. l. quos j. de postul.
b. l. generaliter & l. seq. j. de verb. ob. l. pacta. C. de pact.
c. vt hic.
d. l. rescrip. & ll. seq. ĩ.
e. l. cũ in eo j. & l. tale.
f. l. tres. l. emptor. l. si con.
g. §. prætereà insti. de inuti. sti. l. 1. ff. eo.
h. d. l. 1.
i. l. pe. j. ad ex.

angustijs se tueri potest, nõ peto viginti, sed decẽ peto. Idẽ in exceptione rei iudicatę receptũ est.[k] Contrà verò si viginti debeas, & ego paciscar, ne decẽ petã, nõ potero viginti petere, quasi de alia re pactus sim: sed in decẽ mihi obstabit exceptio, si nõ pacti, certè doli mali: quod malitiosa, & nimis callida pacti interpretatione me defendã. Ait, Sed si stipulatus. Cũ illa aut illa res promittitur, rei electio est vtrã velit dare:[l] quã si dederit, vel stipulator accepto eã tulerit, dubiũ non est totã obligationẽ tolli.[m] Sed & si stipulator alterutrã petierit cũ effectu, id est tãtisper instãdo dũ à promissore soluatur,[n] tota obligatio sublata erit. Quapropter pactũ de nõ petenda alterutra, totã submouebit: quãdoquidẽ Prætor iuris ciuilis rationẽ subsequatur,[o] & pacta secũdũ formã iuris seruet.[p] Neq; de alia re pactũ videtur hic intercessisse, sed de eadẽ, ad regulã Pauli quod attinet. Sanè si id inter eos actũ probetur, ne Stichus petatur, sed decẽ: pactũ ex volũtate eorũ seruabit Prætor, etiã ex interuallo cõuẽtũ: quia decẽ non pacto modò, sed ex stipulatione debẽtur: nec plus petere stipulator videbitur, propter pactũ, ne Stichũ peteret. Ait, Sed si generaliter. Quæret aliquis, cur hæc species à superiore dissidet, cùm præsertim Stichũ esse in stipulatione veriùs sit,[q] & solutione eiusdẽ, acceptilatione, vel petitione, tota soluatur obligatio.[r] Nã si non esset Stichus in stipulatione, reus nõ pacti exceptione, sed ipso iure munitus esset. Equidẽ vellem maximè, Paulus nobis rationem huius differentiæ reliquisset. Interesse id ipse puto quod in superiore casu, Stichus specialiter in obligationem venerit: in hoc non item, sed sub hominis appellatione. Quãobrem ex æquo voluntatẽ quærentibus nobis, probabile videri debet, nihil stipulanti de Sticho in mentem venisse cum stipulabatur, sed hominẽ quemlibet habere voluisse: vt meritò ei nõ debeat nocere pactio quasi de alia re interposita. Non absimili ratione receptum est, vt si hominem stipulanti, Stichus qui tum suus fuit, soluatur, liberatio cõtingat: cùm contrà Stichum stipulanti, vel Pamphilum, Stichus qui suus fuit, haud rectè soluatur. Suum enim sibi dari, inutiliter stipulatus erat: qui hominem stipulatus est, nõ intelligitur suũ stipulatus, sed sub sermonis cõpendio hominem qui dari poterit.[s] Sanè si à duobus hominẽ quis stipuletur, singulos homines stipulari intelligitur:[t] & ideo qui ab vno datus est, ab altero promissore solui non poterit, etiã si à stipulatore alienatus sit: ne nõ consequatur stipulator quod stipulatus est.[u] Ait, Itẽ si pactus ne hæreditatẽ. Hæreditas, ius vniuersum successionis est, & singulas res hæreditarias cõplectitur.[x] ideoq; ex eadem caussa peti non possunt ab eo qui de vniuersitate pactus est. Idem in exceptione rei iudicatæ obseruatur, quæ ex eadẽ caussa petẽtibus rẽ eandẽ nocere solet.[y] Ait, Quemadmodũ si. Vsusfructus pars quidẽ fundi nõ est, sed tamẽ benignius est pactũ de fundo nõ petẽdo ita accipere, vt nec vsusfructus eius peti possit: quãdo nõ vna in specie pro parte domini habeatur.[z] Sanè in rei iudicatę exceptione, quia caussa exprimitur vsusfructus, aliud ius in hac specie constitutũ est.[a] Qui enim fundũ petijt, potest de vsufructu deinde agere iure seruitutis, non iure proprietatis. Ait, Aut ne nauim. Similiter in his speciebus exceptio pacti ab exceptione rei iudicatæ dissidet, quod in iusto cõuẽto nulla caussa exprimatur: in iudicio caussa intentionis expressa sit: & ità Accursius putat, cui Bartolus assentitur.[b] Nominatim igitur sibi cauebit, qui de singulis partibus agere vult, quod pactũ secũdum debitorẽ interpretemur.[c] Ait, Si acceptilatio. Titius quod Seius sibi debuit accepto ferre cùm vellet, in concipienda acceptilatione errauit, quia stipulatio ritè cõcepta nõ est, vel quod debuit Seius, ad verborũ obligationẽ reductũ nõ fuit: tacitè tamẽ id actũ intelligitur, ne petatur. Scio verbo suis, hũc locũ obscuratũ ab interpretibus: quos mẽdosus locus fefellit apud Vlpianũ: vbi legendum ex Florentinis, Et nisi in hoc cõtra sensum est, habet pactũ, &c.[d] Onus ergo probãdi ei incumbit, qui hoc esse actum negat, ne petatur: vt alibi, ne pactum hæredibus prosit.[e] Ait, Seruus hæredi. Contra formã iuris est, seruũ alij quàm domino acquirere:[f] ideo nec iure prætorio pacta valebunt, nisi fortè ne petatur, vel, ne ab hærede petatur, seruus pactus sit: quia & stipulatio iure ciuili in rẽ cõcepta valet.[g] L. XXVIII. CAIVS. *Lib. 1. ad edictum prouinciale.*

k l. si quis cũ tot. j. de exc. rei iudi.
l l. plærũq;. j. de iur. do. l. si ita. j. de cõt. empt.
m vt hic. & inst. quib. mod. ob. toll.
n arg. l. 2. j. de duo. re.
o l. si pluris. j. de noxal.
p l. iuris. §. pretor. s.
q l. 3. j. qui & à quib.
r l. 2. j. de ver. ob. d. l. 3.
s l. qui decẽ. § sti. j. de sol.
t l. mæuius. j. de leg. 2.
u arg. l. in ex. j. de verb. ob.
x l. nihil. j. de verb. sig.
y l. si quis cũ tot. j. de exc. rei iudi.
z l. 4. j. de vsufr.
a l. si cũ testa. j. de exc. rei iudi.
b d. l. si quis cum to. & hic.
c l. fauorab. j. de reg. iur. & hic.
d l. an inuti. j. de accept.
e l. si pactum. j. de prob.
f l. sti. ista. j. de verb. ob.
g l. si ex re. § fi. j. de sti. ser.

Contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta, rata non habẽtur: ueluti si pupillus sine tutoris authoritate pactus sit, ne à debitore suo peteret, aut ne intra certum tempus, (ueluti ne intra quinquennium) peteret. Nã nec solui ei sine tutoris authoritate potest. ex diuerso autem, si pupillus paciscatur, ne quod debet, à se petatur: ratum habetur pactũ conuentũ: quia meliorem conditionem suam facere ei, etiam sine tutoris authoritate, concessum est. Si curator furiosi aut prodigi pactus sit, ne à furioso aut prodigo peteretur: longe utile est, curatoris recipi pactionem: sed non contrà. Si filius aut seruus pactus sit ne ipse peteret: inutile est pactũ. Si uerò in rem pacti sint, id est ne ea pecunia peteretur, ita pactio eorum rata habenda erit aduersus patrẽ, dominũue, si liberã peculij administrationẽ habeãt, & si ea res de qua pacti sunt, peculiaris sit, quod & ipsum non est expeditum, nam cum uerum est (quod & Iuliano placet) etiã si maximè quis administrationem peculij habeat concessam, donandi ius eum non habere: sequitur, ut si

donandi

*donandi caussa, de non petenda pecunia pactus sit, non debeat ratum haberi pactum conuentum. Quòd si pro eo ut ita pacisceretur, aliquid in quo non minus, uel etiam amplius esset, * consecutus fuerit: rata habenda est pactio.*

* Aliâs consecuturus.

a .l. iurisg. §. prætor. §. b. insti. de aut. tut. in princ. c. l. tutoris. §. eo. & .l. seq. d l. si tibi. & ll. seq. e .l. vix. §. de iudi .l. filiusfa. §. eo. f. l. nã &. & .l. tutoris. §. eo. g. d .l. tutoris. l. præses. C. de transa. h .l. creditor. §. mãda. l. iusiurand. quod. de iureiur. i. §. tut. 1. l. r.

Contra iuris ciuilis regulas pacta fieri intelliguntur, cùm eo modo stipulationes cõceptę, vel alij cõtractus ciuiles, non valent. Hoc nimirũ est ꝙ Prætor edixit, neq; aduersus leges, &c. [a] Sicut ergo iure ciuili pupillus absq; tutore authore nõ facit conditionẽ suã deteriorẽ, [b] ita nec iure honorario pacta ciuidẽ seruãtur: & ideo exceptionẽ nõ pariũt. Ait, Si curator. De eiusmodi administratoribus, suprà satis diximus in vniuersum. [c] Ait, Si filius, aut seruus. Vt prosint filius, & seruus, paciscẽdo ijs in quorũ potestate sunt, superiùs dictũ est: [d] hic pro regula traditur, nocere nõ posse, si in personã suã pacta concipiãt: quia iure ciuili actionẽ nõ habẽt ferè. [e] Si generaliter paciscãtur ne petatur, ita demum nocebunt, si liberã peculij habeãt administrationẽ, & de re peculiari paciscãtur: vt procurator tutorum bonorũ, & tutor. [f] Qui tamen donãdi caussa non paciscentur, ꝙ certò debetur, & probari potest, remittẽtes debitoribus idoneis: vt de alijs administratoribus rei alienæ suprà dixi. [g] Administrare enim rẽ cõcessum est, nõ donare, vel prodigere. [h] Ait, Quòd si pro eo. Obserua pactionem aliã donãdi caussa fieri, aliã trãsigendi, aut alioqui vtiliter administrandi rem. [i]

L. XXIX. VLPIANVS *Lib. 4. ad edictum.*

Sin autẽ dominicã pecuniã crediderit: ꝙ credẽdi tẽpore pactus est, ualere Celsus ait.

Si dominus seruo est vsus in credẽda sua pecunia, ꝙ pactus erit, domino & nocebit, & proderit: [a] sed tamẽ vt ius iã domino quęsitũ nõ remittat donãdi caussa. [b] Quapropter post creditã pecuniã nõ paciscetur de nõ petẽdo, etiãsi tantũdẽ cõsecuturus sit: quod in peculiari pecunia ei licuit.

L. XXX. CAIVS. *Lib. 1. ad edictum prouinciale.*

a. arg. l. apud. §. de exc. dol. b. § l. px. arg. l. fi. C. de acq. poss.

*In persona tamen filijfamiliâs uidendum est, ne aliquãdo, & si pactus sit ne ageret, ualeat pactio: quia aliquando filiusfamiliâs habet actionẽ, ueluti iniuriarũ, sed cùm per iniuriã filio factã, habeat & pater actionẽ: quin pactio filij nocitura non sit patri agere uolẽti, dubitare nõ oportet. Qui pecuniã à seruo stipulatus est, quã sibi Titius debebat: si à Titio petat, an exceptione pacti cõuẽti summoueri & possit & debeat, quia pactus uidetur ne à Titio petat, quæsitũ est? Iulianus ita summouẽdũ putat, si stipulatori in dominum istius serui de peculio actio danda est: * id est, si iustã caussam intercedendi seruus habuerit: quia forte tantandem pecuniam Titio debuit. Quòd si quasi fideiussor interuenerit, ex caussa qua in peculium actio non daretur: non esse inhibendũ creditorem quò minus à Titio petat. Aequè nullo modo prohiberi eum debere si eũ seruũ liberũ esse credidisset. Si sub conditione stipulatus fuerim à te, quod mihi Titius purè debebat: an deficiente cõditione si à Titio petam, exceptione pacti conuenti & possim & debeam summoueri? Et magis est exceptionem non esse opponendam.*

* Aliâs idem.

a l. 4. §. cato. §. de verb. ob. l. postquam de pe. hær. l. habere de euictio. b. l. & heredi. c. §. præterea. de nouat. d. l. 3. §. de pec. l. seru⁹ inscio. §. de fideius. e. l. r. §. de con. arg. f. l. si cum te. §. eo. g. l si per. §. de iuris. h. §. de cond. indeb. i. l. quoties. §. de no. & d. §. præterea.

Ait, Videndũ est. Peculiaris loquẽdi ratio consultorum, cum in re controuersa, vel dubia, suã sententiã modestius dicũt. [a] Filiusfamiliâs igitur pacisci potest, quãdo ipse actionẽ habet, etiã donãdi caussa, & in personã. Sed & quãdo actionẽ nõ habet, pactũ in tẽpus quo sui iuris erit collatũ, valere suprà ostẽdimus. [b] Ait, Qui pecuniã. Quãdo seruus interuenit, etiã animo nouãdi, non fit nouatio obligationis: quia noua persona nõ est, vt Theophilus ait. [c] Quęritur tamen an inutilis nouatio, pacti taciti vim habeat. Et Cai⁹ interesse putat vtrũne ex caussa peculiari interuenerit seruus, ex qua in dominũ de peculio agitur: an extra caussã peculiarẽ intercesserit, quo casu in dominũ nõ cõpetit de peculio actio: [d] etsi seru⁹ naturaliter teneatur ob cõsensum, & fidẽ datã. [e] Aequũ enim est nouationẽ inutilẽ pro pacto tacito haberi, si paciscẽti actio detur in dominũ serui. Ait, Aequè nullo. Error impedit cõsensum in pactis, [f] vt in iurisdictione [g] solutã indebite pecuniã in accipiẽtẽ trãsferri nihil prohibet, sed succurritur errãti per cõdictionem indebiti. [h] Ait, Si sub conditione. Sicut ipso iure nõ tollitur obligatio pura per cõditionalem, nisi conditio extiterit. [i] ita deficiente conditione, pactum non valebit tacitum. In hoc enim consensisse creditor non intelligitur: & hic pactum non nisi ex interpretatione voluntatis esse potest.

L. XXXI. VLPIANVS *Lib. 1. ad edictum Aedilium curulium.*

Pacisci contra edictum Aelium curulium omnimodo licet: siue in ipso negocio uenditionis gerendo conuenisset, siue postea.

a. l. iurisg. §. prætor. §. b. d. l. §. si paciscar. & seq. §§. l. si vnus. §. pacta. §.

Pacta aduersus edicta Prætor nõ seruat: [a] ideo cõtra edictũ Aediliũ nõ videbatur pactũ cõuẽtum valere. Sed in edicto Prætoris, aduersus edicta principũ vel Prætorum, id fieri intelligitur, quod contrà quàm edicta iubent, aut vetant, fit. [b] Nã cũ edicta actiones pollicẽtur ex caussa pri-

uata,

uata, & ad rẽ familiarẽ pertinẽte, nihil obstat quominus actor paciscatur. Eiusmodi autẽ est edictũ Aedilitiũ, quo redhibitoria actio datur, & quãto minoris,[c] &c. Cõtra edictũ igitur vel aduersus edictũ, legẽmve fieri, nõ vno modo accipitur. Nã & cõtra legẽ fit: quod lex fieri prohibet:[d] & quod fit cõtrà quã lex permittat forma data:[e] cui tamen detrahere aliquid, vel addere aut etiã in totũ recedere nõ vetat.[f] Quod in legibus de priuatis iudicijs, & re familiari cuiusq; perlatis, maximè obseruatur. Leges, edictáve quæ publicã caussam cõtingunt, imperare, & vetare solẽt,[g] quod pactis priuatorũ mutari nõ potest. Sed de personis quibusdã ita leges latę sunt, vt earũ cõtractus vel vetẽt, vel infirmẽt: quibus pacta cõuẽta aduersus leges, vim atq; robur dare nõ possunt. Eiusmodi sũt pupilli,[h] &c. Sed & cõtract[us] de alieno iure infirmãt leges, &c. vt de iure publico, vel fisci. &c.[i]

L. XXXII. PAVLVS. *Lib. 3. ad Plautium.*

Quod dictũ est, si cũ reo pactũ sit ut nõ petatur, fideiussori quoq; cõpetere exceptionẽ: propter rei personã placuit, ne mãdati iudicio cõueniatur, igitur si mãdati actio nulla sit (fortè si donandi animo fideiusserit) dicendum est non prodesse exceptionem fideiussori.

Ait, Quod dictũ. Iustinianus ex Paulo suprà dixit.[a] Paulus tamen ad Plautiũ lib. 3. se id etiam dixisse hic ait, & li. 4. ad eundẽ idẽ argumẽtũ tractasse cõstat.[b] Nos ex Iustiniani persona hæc tradita omnia dicemus.[c] Ait, Vt nõ petatur. Siue in rẽ, siue in personã, pactũ cõceperit reus: nisi hoc actum sit, vt duntaxat à reo nõ petatur.[d] Ait, Propter rei personã. Personale pactũ rei, ad aliũ nõ pertinet, quia nõ fideiussori, sed reo prodest, cuius principaliter interest fideiussorẽ liberari.[e] Ait, Ne mãdati. Si fideiussori pactũ à reo factũ non prodesset, is post solutionẽ, vel condẽnationẽ, &c. mãdati actione, exẽpli gratia, ageret in reũ, cuius mãdato fideiusserit:[f] & ita pactũ rei frustrà esset. Ait, Igitur si mandati: cessante caussa, cessat effectus: potest autẽ fideiussori & alia actio cõpetere in reũ, vt negociorũ gestorũ, si pro absente fideiusserit· potest & alia de caussa nulla cõpetere actio eidẽ, vt si pro inuito fideiusserit, vel in rẽ suã:[g] sed hoc loco aliud agẽs Paulus hæc attigit. Illud in summa voluit, si actio fideiussori cõpetat in reũ, pactũ rei ei quoq; prodesse: si non cõpetat, inutile esse. Sanè si hoc actum sit, vt duntaxat à reo non petatur, personæ exceptio cohærebit, vt priuilegiũ, ne cõueniatur suprà quàm facere potest: restitutionis in integrum, si ab alio deceptus non sit, &c.[h] Similis est ratio restitutionis in integrum à fideiussore non petendę alibi: quia, inquit Marcellus apud Vlpianum, his, id est huiusmodi fideiubẽtibus pro pupillo, &c. mãdati actio nõ cõpetit.[i] Nõ est inquit, cur restituatur fideiussor pupilli, prodigi, &c. quia non possunt agere mãdati cõtra eiusmodi personas: & ita quidam interpretãtur. Sed alijs ea interpretatio displicet, quòd non soleant fideiussores restitui ex omni caussa, propter personas minorum:[k] deinde quòd fideiussor, eiusmodi personarũ obligationi accedere non possit: cùm nec natura quidẽ furiosus ex cõsensu obligetur, vel pupillus.[l] Verius ergo his videatur, vt pupillo, prodigo, furiosóve non subueniatur aduersus fideiussores: quia mandati actio non competit fideiussoribus.[m] Certè illud cõstat, ex quibus caussis re obligãtur, locupletiores facti sunt, vel tutore authore cõtrahũt, neq; ipsis, neq; fideiussoribus eorũ subueniri: & ideo negociorũ gestorũ experiri posse fideiussores.[n] Sed etsi ante furorẽ, vel bonorũ interdictionẽ, cõtraxerint, tenẽtur fideiussores, & mãdati, vel negociorũ gestorũ nõ habẽt actionẽ:[o] vt eò Marcellus respexisse quoq; videatur. Mihi ita dicendũ videtur: Marcellũ de eo pupillo sensisse qui naturaliter tãtũ obligatur,[p] aduersus quẽ neq; mãdati, neq; negociorũ gestorũ actio cõpetere potest: fideiussor tamẽ obligatur, nec ei subuenitur propter personã pupilli,[q] vel pupillo aduersus eũ, quoniã cõtra pupillũ agere nõ potest.[r] Pro furioso, & prodigo contrahẽte intercedẽs fideiussor, nõ obligatur: quia furiosus nec natura quidẽ obligatur, prodigi obligationẽ naturalẽ, lex infirmat.[s] Et ideo fideiussori nõ subuenitur per restitutionẽ cùm ipso iure munitus sit, nec mandati etiã ei actio, vel negociorũ gestorũ cõpetat. Pro obligatis verò iã intercedit: nec eis subuenitur, aut fideiussori: quo Marcellus non respexit. Sed & eo casu Marcelli ratio procedit, quo restitutionis beneficiũ ad fideiussorẽ pertineret in alio minore. Nã si personæ cohæret priuilegiũ, alia ratione non subuenitur fideiussori, nimirum quòd personæ cohæreat.[t] Si pupillus naturaliter obligatus non sit, certũ est non esse subueniẽdũ fideiussori, sed ipso iure eum tutum esse:[u] de quo tamẽ Marcellus locutus non videtur, sed de obligato naturaliter.[x] Porrò quando pupillus natura tantum obligetur, & vtrũ omni obligationi naturali fideiussor accedat, non parua cõcertatio est.[y] Nã ei demũ accedere dicitur, quæ impedit repetitionem:[z] pupilli promissio sine tutore nõ impedit,[a] vt huic non videatur accedere: quod tamen falsum esse constat.[b] Sed hæc suo loco obseruabimus. Mihi Neratij sententia in hoc argumento negocium facit:[c] quæ Scæuolæ, Caij, & aliorum cõmentarijs ita aduersatur, vt sine calũnia conciliari ab alijs non videãtur.[d] Et aliquãdo credidi, naturali tantum iure, nõ gentium, pupillum obligari promittendo sine tutore, & ideo repetere solutũ:[e] interdũ putaui in hoc quidem obligari, vt fideiussor accedere possit, & nouatio fieri, &c. nõ tamen videri natura obligari propter infirmitatem iudicij, & ob id repetere posse quod soluerit:[f] præsertim quod dominium rei suæ

c. j. de ædilit. edi. l. 1 & l. hi. d. l. contra. s. de ll. e. vt hic. f. l. pacta. j. de contrah. emp. g. j. ne quid in lo pub. &c. h. l. contra. s. eo. i. l. inter. j. & si vnus. a. l. & hæredi. b. l. & si fide. s. eo. c. costi. s. s. d. d. l. & hę & l. seq. e. l. fideius. & l. idem. s. f. l. idemq; j. mand. g. l. ex mandato. & l. qui fide. j. mand. h. l. exceptiones. j. de exc. i. l. Marcellus. j. de fideius. k. l. in caussę. j. de minorib. l. exceptiones j. de excep. l. l. is cui bonis. j. de verb. ob. l. quod pupil. j. de cond. indeb. m. d. l. in caussæ. n. l. furiosus. j. de actio. l. si à reo. j. de fideius. l. ex mãd. & l. qui fide. j. manda. l. 5. de auth. tu. & l. 13. o. §. itẽ furio. inst. quib. non est p. fa. test. p. l. si pupil. j. de ver. ob. q. d. l. & l. si pupill. j. de. arb. r. vt hic. s. d. l. is cui. l. non dubi. C. de ll. t. d. l. exceptiones. not. l. minor. j. de proc. u. l. pe. j. de actio. l. 5. de au. tut. x. d. l. Marcel. y. not. l. 1. j. de non. z. d. quod enim & l. fide. j. de fideius. a. l. quod pup. j. de cond. ind. b. l. si pupillos. j. de ver. ob. l. si pupill. de arb. l. stich. §. nat. d. solut. c. d. l. quod pup. d. d. l. si. pup. de ver. d. l. si pu. de. arb. l. 1. de no. d. l. quod enim. de fideius. e. arg. d. l. l. Zas. mihi nuper suffragãtẽ obseruaui li. de iudę q. 1. f. d. l. quod pu.

g.§ adm.quib. ali. li.
b.l.nat.de cõ. inde.
i.l.1. de acq. poss.arg.l.2.j q. in frau.cre.

suæ transferre non posſit iure gentium, vel ciuili[g] & aliud eſſe dicendũ ſi iam pubes ſoluat.[h] Scio infantem natura non obligari qui non capit intellectum: ſed Neratius id ſi ſenſiſſet, non eo modo locutus eſſet, ſed cum pupillum, qui non capit intellectum, cum Paulo dixiſſet,[i] &c.

L. XXXIII. CELSVS. *Lib.1.Digeſtorum.*

Auus neptis nomine, quam ex filio habebat, dotem promiſit: & pactus eſt, ne à ſe, néue à filio ſuo dos peteretur. Si à cohærede filij dos petetur: ipſe quidem exceptione cõuentionis tuendus non erit: filius uerò exceptione cõuentionis rectè utetur. Quippe hæredi conſuli conceſſum eſt. Nec quicquam obſtat uni tantum ex hæredibus prouidere, ſi hæres factus ſit: cæteris autem non conſuli.

a.l.ſi tibi & .l. & hær.
b.vt hic.
c.d.l. & hære.
d.l.ſi pactũ .j. de prob.
e.vt hic.
f.l.cum qui.§. 1.j.de ver.ob.
g.d.l.
h.l. cõtinuus. §.ſi de ver.ob.
i.l. ſi vnus .§. pactus.ĩ.eo.
k l.quodcũq; j.de ver.ob.

Iulianus ſibi ſuprà contrarius prima ratione viſus eſt:[a] cui & Celſus hoc loco repugnare eminùs rem ſpectantibus videtur: Sed cùm de obligatione patris quæritur, qui dotem promiſit, ſi is paciſcitur, ne à ſe, néve à filio petatur, filio tãquam hæredi paciſcitur: & ideo pacti directa exceptio filio competit.[b] Cùm verò de obligatione filij agitur, doli tantum exceptio filio datur ex patris conuentione.[c] Et hæc diſtinctio ex ſpecie propoſita vbique manifeſta eſt. Ait, Quippe hæredi conſuli. Pactum in rem conceptum ad hæredem pertinere intelligitur, niſi contrarium probetur: quia plærumque, inquit Celſus, tam hæredibus, quàm nobis ipſis cauemus.[d] Ait, Vni tantum ex hæredibus. Vni tantum ex hæredibus nominatim per pactum rectè conſulitur:[e] ſed ſi pater pro ſe, & Titio hærede promiſerit, non ita interpretabitur quaſi pactum ſit, ne ab vllo hærede quàm à Titio petatur: quamuis id prima facie videri poſsit.[f] Obligare vnum duntaxat ex hæredibus deceſsor non poteſt: quia ius trãſit ad omnes hæredes.[g] Quare ex diuerſo ſtipulari vni ex hæredibus nõ poteſt, quod ſuapte natura ad omnes trãſit, vt dari.[h] Quæ verò facti ſunt, vt pacti exceptiones,[i] ſingulis acquiruntur. Ait, Si hæres factus ſit. Directa exceptio pacti hæredi acquiritur, vt directa actio, ſi modò hæres fiat cui tanquam hæredi paciſcebatur qui deceſsit. Sed & ſi pater filiæ poſt mortem ſuam ſtipuletur, licet hæres ei fortè non fiat, vtilis actio filiæ, vel filio, &c. acquiretur.[k]

L. XXXIIII. MODESTINVS. *Lib.5.Regularum.*

Ius autem agnationis non poſſe pacto repudiari, non magis quàm ut quis dicat nolle ſuum liberum eſſe, Iuliani ſententia eſt.

a.l. ſi quis iu. j.de acq.poſſ.
b.§. quod aut. inſti. de capi. di. l. 1. C. de hær. inſti. l. ſi ſub condi .§. ſolemus j.eo. tit. Cicer. pro Cor. Bal. & pro Arch.
c.§ ſi. de hær. inſti.
d.l.ſi.j.de gra.
e.l 1.j.pro dereli l.1.eo.

Ius agnationis nuda voluntate non amittitur, ſicut nec dominium:[a] ſed facto aliquo opus eſt præter pactum. Vt ſi agnatus dederit ſe adrogandum, ſi adſcribatur in aliam ciuitatẽ, vel deportetur, &c.[b] Si peregrè proficiſcatur, non ideo amittet ciuitatem, vel familiã, ſed ſi capite minuatur.[c] Et hanc quæſtionem ſuprà alibi tractamus pluribus. Quod aiunt iura ſanguinis pacto non amitti, verum eſt quidem, ſed hic de iure agnationis, quod ciuile nomen eſt, non naturale, quæritur:[d] quod nec ipſum nudo pacto repudiatur. Vt enim dominiũ certis modis quæritur, & amittitur contrarijs, ita ius agnationis. Qui enim rẽ poſsidet, nec derelinquit, fruſtrà eam dicit pro derelicto habere,[e] &c.

L. XXXV. IDEM. *Lib.2.Reſponſorum.*

*Alias ſubreptam. & .j.

*Tres fratres, Titius, Mæuius & Seia, communem hæreditatem inter ſe diuiſerunt, inſtrumentis interpoſitis quibus diuiſiſſe maternam hæreditatem dixerũt: nihilque ſibi commune remanſiſſe cauerũt. Sed poſteà duo ex fratribus, ſcilicet Mæuius & Seia, qui abſentes erant tempore mortis matris ſuæ, cognouerunt pecuniam aurẹam à fratre ſuo eſſe * ſubtractã, cuius nulla mentio in inſtrumẽto diuiſionis cõtinebatur. Quæro an poſt pactum diuiſionis, de ſubtracta pecunia fratribus aduerſus fratrem cõpetat actio. Modeſtinus reſpondit, ſi agentibus ob portionem eius quod ſurreptum à Titio dicitur, generalis pacti conuenti exceptio ijs, qui fraudem à Titio commiſſam ignorantes tranſegerunt, obijciatur: de dolo utiliter replicari poſſe.*

a.l. ſi vnus.§. item ſi pact.ĩ. l.emptor.j. & hic .l. ſub. C. de tranſa.
b.d.§. item ſi.
c.d.l. emptor. l.3.j.e.tit.
d. vt hic & .d. l.ſub.
e.l.iuriſg.ĩ.
f.l.qui Romæ in ſi. de verb. ob.
g.l. Lucius .§. quęſitum de leg.3.

Generaliter, vel de vniuerſitate pactũ cõceptũ, in ſingulis ſpeciebus obſeruari debet:[a] quãuis nominatim cõprẹhẽſæ non ſint. Si tamen aliud vel ſpecialiter actũ ſit,[b] vel veriſimiliter actũ appareat,[c] id ſequemur. Certè pacti exceptio, replicatione doli eliditur:[d] quia pacta dolo facta nõ tuetur Prætor.[e] Interdũ etiã quod diuiſionis pacto cõprẹhẽſum nõ eſt, pro cõtẽto habetur propter ſẽtẽtiã, quę ius facit.[f] Fratrũ appellatiõe (vt hoc obiter notem*) ſorores hoc nomine cõtinẽtur.[g]

L. XXXVI. PROCVLVS. Lib.5.ἐπιστολῶν.

Si cùm fundum meum poſſideres, conueniſſet mihi tecum ut eius poſſeſſionem Titio traderes: uindicantem eum fundum à te, non aliter me conuentionis exceptione debere excludi,

excludi, quàm si aut iam antè tradidisses, aut si tua caussa id inter nos conuenisset, & per te non staret quominùs iam traderes.

Qui cum vindicare fundum suũ posit, paciscitur cum possessore, vt alij tradat, id pacisci videri poterat, se non petiturum: quod tamen verum non est, sed vindicantè exceptione conuẽtionis non aliter excludet, quàm si tradiderit iam, vel per eum nõ stet, &c. quasi conditio insit pacto Non petam si tradideris illi, &c. Num ipso iure iam munitus sit qui tradidit, quæritur. Et si alij tradit cùm sciat alienum esse, dolo videtur desijsse possidere, nisi pacti exceptione iuuaretur: [a] vt non ipso iure, sed per exceptionem tuendus videri posit. Qui enim sciens alij tradit, ipso iure dolo non caret: quo pactum pro nihilo est.

a.l.qui petito. j. de rei vend.

L. XXXVII. PAPYRIVS IVSTVS. *Lib. 2. Constitutionum.*

Imperatores Verus & Antoninus rescripserunt, debitori Reip. à curatore remitti pecunias non posse: & cùm Philippensibus remissæ essent, reuocandas.

Curator Reip. id est alicuius ciuitatis, [a] non magis obesse potest ciuitati, quàm magister societatis, procurator priuati, vel tutor, aliúsve administrator alieni negocij. [b] Sic ambitiosa magistratuum, & decurionum decreta, præses prouinciæ reuocare debet: [c] nimirum quæ ad emerẽdum alicuius fauorem, in perniciem ciuitatis facta sunt.

a.l.fi.j. de adminis re ci. b.l. præses.C. de transa.not. i.l.rescr. & ll. seq.

L. XXXVIII. PAPINIANVS. *Lib. 2. Quæstionum.*

Ius publicum, priuatorum pactis mutari non potest.

Pacta priuatorũ generaliter ea seruanda sunt, quæ à re familiari remota non sunt. Ideo si vel publicam, vel fiscalem caussam contingant pacta priuatorum, eatenus demum tuebitur Prætor, quatenus ad paciscentes spectant. [a]

c.j. de decr. ab ord. l. ambi.

a.l. iurisg. &.l. si vnus §.l. inter. j. & hic.

L. XXXIX. IDEM. *Lib. 5. Quæstionum.*

Veteribus placet pactionem obscuram uel ambiguam, uenditori, & ei qui locauit, nocere: in quorum fuit potestate legem apertiùs conscribere.

Ambiguum, dubium, & obscurum, plerumq; in eadem re dicuntur: [a] licet obscurum id interdum sit, quod omninò non intelligatur, propter generalitatem verborum: [b] ambiguum vel dubium, quod in ambas, duas pluréive parteis, vel vias, agi posit. De ambiguis igitur, quæ in contractus, testamenta, leges, &c. incidunt, certæ quædam regulæ traditę sunt à consultis, pro negocijs, & subiecta materia. [c] Inter quas illa latissimè patet, vt spectemus quod verisimiliter actum sit. si id non appareat, quod erit minimum, debitorem potiùs quàm creditorem iuuantes interpretatione. [d] In contrahenda venditione, & locatione, ea regula locum habere non videbatur, quòd vtrinque contrahentes obstringantur. Sed tamen veteribus consultis placuit, venditori, & locatori magis nocere ambiguum: [e] quod hi pretium, mercedémve sibi quærant, rem non tam multis casibus obnoxiam, atque quod ad emptorem, conductorémque peruenit. Et ideo venditor dixisse pactionem, legémve interdum dicitur, [f] licet vtriusque placitum sit, & consensus: nec ex instrumento venditionis appareat plærũque vter prior dixerit. [g] Sic enim scribitur, conuenitque inter eos, vt flumina, & stillicidia, &c. [h]

a.j. de reb. dub. l. semper in ob. de reg. iur. b.l. ita fidei. j. de iur. fisc. c.l. in obscur. &.l. in amb. j. de reg. iur. & de reb. dub. d.l. semper in obs. j. de reg. iur. e.l. in cõtrah. j. de reg. iur. f. labeo. j. de contrah. f.d.l. labeo. g.l. cũ in lege eo. h.l. lecta si cer. pet. & d.l. cũ in lege.

L. XL. IDEM. *Lib. 5. Responsorum.*

Tale pactum, Profiteor te non teneri, non in personam dirigitur: sed cùm generale sit, locum inter hæredes quoque litigantes habebit. Qui prouocauit, pactus est intra diem certum pecunia qua transegerat, non soluta, iudicatus se satisfacturum. Iudex appellationis nullo alio de principali caussa discusso, iustam conuentionem, ueluti confesi, sequetur. Post diuisionem bonorum, & æris alieni, singuli creditores à singulis hæredibus, non interpositis delegationibus, insolidum (ut conuenerat) usuras acceptauerunt. Actiones quas aduersus omnes pro partibus habent, impediendæ non erunt: si non singuli pro fide rei gestæ totum debitum singulis offerant. Pater qui dotem promisit, pactus est ut post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia, portio dotis apud hæredem suum fratrem maneret: ea conuentio liberis à socero postea susceptis, & hæredibus testamento relictis, per exceptionem doli proderit: cùm inter contrahentes id actum sit, ut hæredibus consulatur: & illo tempore quo pater alios filios non habuit, in fratrem suum iudicium supremum contulisse uideatur.

Qui dicit debitori, Profiteor te non teneri: hoc dicere videtur, nihil petitũ iri Nec moueri te oportet quòd persona debitoris inseratur: quia vim habet pacti in rem concepti. [a] Si enim debi-

a.arg. l. iurisg. § pactorum. j. eo.

tor non debet, neque hæres. Sic acceptilatio inutilis, vice pacti in rem habetur, [b] nisi contrà sensisse contrahentes appareat: [c] quâquam & hæc personam debitoris, creditorisque complecti solet. [d] Neque enim hæc pacta huic similia sunt. A te non petam: sed huic, Non petetur: quando in altero fateamur non debere, in altero accepto feramus debitori: quæ si ipso iure valerent, ad hæredes vltrò citroque pertinerent: [e] ideoque & hæredibus creditoris nocebunt, & proderunt hæredibus debitoris, propter conuentionem. Ait, Qui prouocauit. Lata sententia contra te in decem appellasti: deinde transegisti minore summa, putà sex: & conuenit vt nisi intra Calendas, sex solueres, iudicatis satisfaceres: perinde erit atque si te non prosecuturum appellationem interpositam, pactus sis, si sex intra Calendas non solueris. Et ideo hanc conuentionem iustam sequetur iudex appellationis, & confirmabit priorem sententiam. [f] Non enim ipso iure, sed per pacti exceptionem submouendus est, qui appellationem deinde introducit. Iusta autem, id est legibus moribusque, ideo consentanea videtur conuentio: quòd quasi confessus prouocator videatur paciscendo se iudicatum facturũ. Ait, Post diuisionem. Tres cohæredes inter se hæreditatem ita diuiserunt, vt vnus vni creditori centum, alter alteri quinquaginta, & tertius tertio sexaginta insolidum solueret: quod & creditores acceptauerunt pacto nudo, & absque vlla delegatione. Hoc pactum conditionem tacitam haber, Non petituros creditores ab omnibus pro partibus hæreditarijs, si singuli hæredes (vti conuenit) singulis creditoribus solidum debitum offerant. Acceptauerunt autem creditores debitum vsurarium insolidum vti cõuenerat, id est conuentionem gratam habuerunt: quod verbum malè acceptum video apud interpretes. Ait, Pater qui dotem. Pater dotem promisit, nec soluit, [g] & pactus est cum genero ne portionẽ dotis à fratre suo hærede post mortem suam peteret, &c. Si liberos posteà suscepit nec opinatò, & hæredes fecit, ij doli exceptione submouebunt generum portionem dotis, de qua conuenerat, petentem. Nam conuentio licet fratrem spectet, ad verba quod attinet, voluntas tamen alia paciscentis conijcitur, qui hæredi consulere voluit. [h]

b.l. si vnus in fi. ¶. eo. c.l. an. j. de accept. d. §. itẽ. quib. mo. ob toll. e.d. §. item & in prin. eo. f. ar. l. per hãc. C. de tẽp. app. g.l. auus. ¶. eo. h. vt hic.

L. XLI. IDEM. *Lib. 11. Responsorum.*

Si intra illum diem, debiti partem mihi solueris, acceptum tibi residuum feram, & te liberabo. Licet actionem non habeat: pacti tamen exceptionẽ cõpetere debitori constat.

Acceptum feram, & te liberabo, vim pacti de non petendo habet: [a] ad agendum vt acceptilatione liberetur, pactum nudum debitori non proderit, [b] etiã si traditio deinde post ex interuallo sequatur: vtcunq; communiter caussa secuta, etiã ex interuallo intelligatur. Interuenit autẽ hoc pactũ nudũ, & absq; traditione, &c: [c] nec ex solutione partis debiti ex interuallo secuta, vires habet, [d] nisi in hoc nouus cõsensus accedat: cùm præsertim propter obligationẽ magis soluisse videatur.

a. arg. l. tale in princ. ¶. b.l. iurisg. §. sed cũ. ¶. & §. seq. l. dedi. de cõd. ob cau. c.l. diuisionis & l. in tradi. j. eo. d. §. quinimo. ¶. l. iurisg. l. ex placito. C. de re. per l. dedi. j. de condi. ob cau. arg. l. petẽs. C. de pac. l. iol&t. de prę. ver.

L. XLII. IDEM *Lib. 17. Responsorum.*

Inter debitorem & creditorem conuenerat, ut creditor onus tributi prædij pignorati non agnosceret: sed eius soluendi necessitas [*] *debitorem spectaret. Talem cõuentionem quantùm ad fisci rationem non esse seruandam respondi. Pactis etenim priuatorum, formam iuris fiscalis conuelli non placuit.*

Fiscus possessores prædiorum obligatorũ tributi nomine cõuenire potest ex forma iuris: cõtra quam pactum priuati non valet, à re sua priuata remotum. [a] Porrò creditor in hoc pignoratum sibi prædium hìc possidere dicitur, vt onus rei agnoscat. [b]

* Aliàs ad debitorem. a.l. iurisg. §. si pacis. ¶. eo. & l. si vnus. §. pa. b. not. l. sciendum. ¶. qui satisd.

L. XLIII. PAVLVS. *Lib. 5. Quæstionum.*

In emptionibus scimus quid præstare uenditor debeat, quidque ex cõtrario emptor. Quòd si in contrahendo aliquid exceptum fuerit, id seruari debebit.

Emptionis aliorũq; contractuũ, quædam sunt ex quibus substantia consistit: vt res, pretiũ, cõsensus, in emptione. [a] Quædã sunt, quæ etsi necessaria non sint, vt ea ex quibus consistit substantia, naturaliter tamen insunt. Nam venditor rem imprimis tradere debet, & si dominus nõ fit, euictionis nomine tenetur, &c. Emptor contrà pretium debet facere accipientis, [b] &c. Si tamen extra naturam contractus aliquid cõuenerit, vt quòd venditor de euictione nõ teneatur, vel duplæ teneatur, &c. pactũ in cõtrahendo factũ tuebitur Prætor, etiã ex parte actoris: quia in ingressu contractus, id est (vt hic dicitur) in cõtrahendo exceptum est aliquid quod natura inesse solet. [c] Sanè contra ea quæ ita naturalia sunt, vt abesse nõ possint, frustrà paciscimur: cùm sine ijs substãtia nõ consistat, [d] vt homo esse non potest absq; anima, vel corpore. Illud rectè Accursius hic scribit, venditorem ob pactum de euictione, ne ad pretium quidem reddendum teneri, nisi sciẽs rem alienam vendiderit. [e] Quod & in vendendis seruis ex hoste captis sub corona, olim obseruari solitum, & in seruis pileatis, Gellius author est: qui periculo ementis vendebantur, nec dabantur mancipio, vt Plaut, in Persa significat. Exceptionẽ verò pro pactione, conditionéve, qua quod alioqui licebat, excipit, hìc Paulus pulchrè vsurpat cum Cicerone. [f]

a.l. in venditionib. l. nec emptio. l. pacta. j. de cõtr. b.l. ex empto. j. de actio. ẽp. l. Iulia. eo. §. ex vendito. c.l. iurisg. §. vt puta ¶. & d.l. pacta. d.l. nec ẽptio & l. seq. j. de contr. empt. e.l. emptorẽ. §. qui autem. de actio. emp. f pro cor. Bal.

L. XLIIII. SCAEVOLA *Lib. 2. Responsorum.*

Cùm in eo esset pupillus, ut ab hæreditate patris abstineretur: tutor cum plerisque creditoribus decidit, ut certam portionem acciperent. idem curatores cũ alijs fecerũt: quæro an & tutor, idémque creditor patris, eãdem portionẽ retinere debeat? Respondi eum tutorem qui cæteros ad portionem uocaret, eadem parte contentum esse debere.

Decisio tutoris, id est pactio de parte debiti, ex rescripto D. Marci sibi nocet: a si creditorũ diuisa sententia sit, conuentio non erit. b

a. l. rescriptũ. sup. eo. b. l. iurisg. in fi. §. & l. reiici.

L. XLV. HERMOGENIANVS *Lib. 2. iuris epitomῶν.*

Diuisionis placitum, nisi traditione uel stipulatione sumat effectum: ad actionem, tanquam nudum pactum, nulli prodesse poterit.

Pactum diuisionis inter cohæredes, vel alioqui rem communem habentes, pactum nudum intelligitur: ideoque actionem non parit. a Si traditio rerum diuisarum interuenerit, vel stipulatio, actionem parit, quia nudum non est, id est solum pactum: b sed alia subest caussa obligandi præter conuentionem. Et ita hic nudum pactum Hermogenianus accepit: Vlpianus pacta iurisgentium tantùm, nuda dixit in sua diuisione, quę in aliud nomen non transeunt, & nullam aliam caussam obligationis habent, præter conuentionem: c id est neque datum aliquid, neque factum, propter quod obligatio nascatur. Igitur si cohæres rem communem quam possidebat, post diuisionem tradidit, vt aliam acciperet, nudum pactum non erit, sed negocium ciuile (vnde obligatio nascatur) gestum. d

a. d. §. sed cũ nulla. b. l. maior. C. de pig. c. l. conuentio-num §. l. iurisg. sup. eo. d. arg. l. rogestr. j. de præscr. ver. & l. si tibi poli.

L. XLVI. TRIPHONINVS *Lib. 2. disputationum.*

Pactum inter hæredem & legatarium factum, ne ab eo satis accipiatur (cùm in semestribus relata est constitutio diui Marci, seruari in hoc quoque defuncti uoluntatem) ualidum esse constat: nec à legatario remissa hæredi satisdatio per pactionem, ex pœnitentia reuocari debet: cùm liceat sui iuris persecutionem, aut spem futuræ perceptionis, deteriorem constituere.

Pacto nudo legatarius remittit hæredi satisdationem de legato præstando, vbi dies venerit, vel extiterit conditio: a nec ex pœnitentia reuocatur, licet qui dedit vt fieret aliquid, & c. reuocet ex pœnitentia. b Ducit autem argumentum à testamento, ad pactum. Quod adnotatur hoc loco esse plærasque species, in quibus ius suum quis non remittit: ideo receptum est, quòd caussam publicam remissio contingat, vel alioqui contra formam iuris sit, c aut bonos mores.

a. j. vt leg. no b. l. dedi. & l. si pecu. j. de con. cau. da. c. l. iurisg. §. si pacis §. l. ius. publ. & c. l. pacta quę cõtra. C. eo.

L. XLVII. SCAEVOLA *Lib. 1. Digestorum.*

*Emptor prædij, uiginti cauerat se soluturum, & stipulanti spoponderat. postea uenditor cauerat sibi conuenisse ut contentus esset tredecim, & ut ea intra præfinita tempora acciperet. debitor ad eorum solutionẽ conuentus, pactus est, si ea soluta intra præfinitum tempus non essent, ut ex prima cautione ab eo petitio esset. Quæsitum est an cũ posteriori pacto satisfactũ non sit, omne debitum ex prima cautione peti possit? Respondi secundum ea quæ proponerentur, posse. Lucius Titius Caium Seium * numularium, cum quo rationem implicitam habebat, propter accepta & data debitorẽ sibi cõstituit, & ab eo epistolam accepit in hæc uerba:* Ex ratione mensæ quam mecum habuisti usque in hunc diem, Ex contractibus plurimis, remanserunt apud me ad mensam meam. CCCLXXXVI. *Et usuræ quæ competierunt. Summam aureorum quam apud me tacitam habes, refundam tibi. si quod instrumentum à te emissum (id est scriptum) cuiuscunque summæ, ex quacunque caussa apud me remanserit, uanum & pro cancellato habebitur. Quæsitum est, cùm Lucius Titius ante hoc chirographum Caio Seio * numulario mandauerat ut patrono eius trecenta redderet: an propter illa uerba epistolæ quibus omnes cautiones ex quocunque contractu, uanæ & pro cancellatis ut haberentur cautum est, neque ipse, neque filius eius eo nomine conueniri possit? Respondi, si tantùm ratio accepti atque expensi esset computata, cæteras obligationes manere in sua caussa.*

* alias mensularium.

* aliàs mensulario.

a. l. si vnus. §. pactus. ĩ. eo. b. l. pacta. inf. de contrah. l. si vnus. §. pactus. ĩ. eo. c. l. cum aqui. &. l. nõ est. j. ut. l. sub prætex. C. de transf. d. l. si quis ex. ĩ. de eden. e. l. publia. j. depo.

Venditor conuenit ne peteret totum pretium, deinde conuenit vt peteret: prius pactum per posterius eliditur, non ipso iure, sed per replicationem.[a] Si de augẽdo, vel minuendo pretio cõuenisset, recessum videretur à priore contractu per pactum, deinde per posterius pactum nouus contractus videretur initus.[b] Ait, L. Titius. Verba pacti generalia, verisimili coniectura mentis coangustantur ad id de quo actum est.[c] Igitur cùm in principio epistolæ illa verba sint, Ex ratione mensę quam meecum habuisti: verba generalia si quod instrumentum, &c. ad rationem acceptorum, & expensorum restringuntur: & ideo mãdati obligatio, de qua quæritur, in sua caussa remansit. Nam nuda solutio, pignus, & mandatum acceptum, extra rationem sunt.[d] Addit tamen Scæuola ita restringi verba generalia, si ratio datorum & acceptorum dũtaxat computata fuit: vt ex verbis præcedentibus, & ex gesto negocio, voluntatis coniectura ducatur. Cæterùm hæc epistola non obligat C. Seiũ: sed probatio pecuniæ quã apud se remansisse scribit, ex ea ducitur.[e]

L. XLVIII. CAIVS *Lib. 4. ad. L. 12. tabularum.*

In traditionibus rerum quodcunque pactum sit: id ualere manifestissimum est.

a. l. legem. C. de pact. l. diuisionis. supr. b. l. contra. ĩ. &. l. iurisg. §. si pacis. l. 3 C. de vsur. c. l. Lretuis. j. de ser. expor. l. pen. j eo. d. d. l. iurisg. §. prætor. & seq. §§. l. si vnus. §. pacta. ĩ eo. l. 2. C. de emctio. Paul. de dona. lib. 5. Re. sen. e. d. §. prætor.

Traditio rei efficit, ne pactum nudum sit: & ideò à traditione omne pactum sumit effectum, à modò alioqui non sit contra regulas iuris ciuilis.[b] Quid enim si turpe sit pactum, impossibile, à re priuata remotum, ei factum cuius non intersit,[c] cum pupillo, seruo, aut alioqui cum ijs personis, vel de his rebus in quibus contractus locum non habent? quid si dolo malo conuentum? quid denique si contra formam legibus præscriptam, vel constitutionibus?[d] Nam Caius traditione rei in paciscendo secuta, vitium nuditatis remouet à pactis omnibus, alioqui idoneis ad agendũ: non contra edictum Prætoris, conuentiones valere, etiam ex parte actoris scribit.[e]

L. XLIX. VLPIANVS *Lib. 36. ad Sabinum.*

Si quis crediderit pecuniam, & pactus sit ut quatenus facere possit debitor, eatenus agat: an pactum ualeat? Et magis est hoc pactum ualere. Nec enim improbũ, & si quis hactenus desideret conueniri, quatenus facultates eius patiuntur.

Non est improbum pactum, id est contra leges, vel bonos mores, ne creditor agat nisi in quãtum facere possit debitor: & ideo exceptionem parit. Nam & lex quibusdam personis, hoc priuilegij tribuit.[a]

a. § item si de actio. l. in omnib. j. de reg. iur.

L. L. IDEM *Lib. 42. ad Sabinum.*

Non impossibile puto in cõtractibus depositi, commodati, locati, & in cæteris similibus hoc pactum: Nẽ facias furem uel fugitiuum seruum meũ: hoc est, ne solicites ut fur fiat, uel fugitiuus fiat: ne ita negligas seruum, ut fur efficiatur. Sicut enim serui corrupti actio locum habet, ita potest etiam hæc pactio locum habere, quæ ad non corrũpendos seruos pertinet.

a. l qui mutuã j. manda. b. vt hic. c. l. 4. &. 2. j. de con. ob. turp. d. l. 4. eo. e. l. falsa. inf. de fur. f. l. solent. inf. de præs. verb. g. l iurisg. sup. &. l. si intra.

Pacta quidem contra leges, vel bonos mores, non valent: sed ea quæ idem quod leges volunt, seruanda sunt, & dubitationis tollendæ caussa interdum fiunt.[a] Plærumque enim ignorant cõtrahentes, quid cui ex quocunque negocio, vel facto præstari debeat: vt non inutile sit, pacto id nominatim compræhendere.[b] Si quid tamen promissum sit, vt facias, vel ne facias quod lex præscribit, id peti non potest, & solutum repetitur.[c] Ad indicandum fugitiuum nullo iure quis potest cogi: idemque si iudicium acceperit (Græci [illegible] vocant hæc indicij prçmia) non repetetur.[d] Agere tamen nõ potest qui indicat, vel rẽ alienã inuenit, & [illegible] petere vel [illegible]:[e] nisi hoc conuenerit, vt quærat, & domino tradat, præmium accipiat. Nam ex eo negocio, præscriptis verbis agitur,[f] quòd facto secuto indicantis, vtriusque factum accesserit, vt dixi,[g] & cõsensus.

L. LI. VLPIANVS *Lib. 26. ad edictum.*

Si cùm te ex caussa legati debere pacisci debitori tuo existimares, pactus sis ne ab eo peteres, neque iure ipso liberabitur debitor, neque petentẽ summouebit exceptione conuentionis: ut Celsus lib. xx. scribit. Idem eodem loco scribit: si debitorem tuum iussisti soluere Titio, cui legatum falsò existimabas debere: & debitor pactus sit cũ Titio, suo debitore constituto: neque tibi aduersus tuum debitorem, neque ipsi aduersus suum, actionem peremptam.

a. l. si quis per. ĩ. de iurisd. b. arg. supr. l. tres. c. vt hic. l. qui cum. j. j. tit. d. l. iurisg. §. pactorum. ĩ. eo.

Si pactum errore factum sit, qui consensui contrarius est,[a] aut pacti exceptio repelletur doli mali replicatione:[b] aut exceptio conuentionis nõ elidet actionem.[c] Nihil enim interest ab initio dolo fiat, an posteà in excipiendo interueniat dolus: & exceptio pacti ita additur iudicio, vt doli quoque replicationem contineat, si non absque dolo pactus sit.[d]

L. LII.

L. LII. IDEM *Lib. iij. Opinionum.*

Epistola qua quis cohæredem sibi aliquem cauit, petitionem nullam aduersus possessorem rerum hæreditariarum dabit. Si inter debitorem, & eum qui fundum pignoratum à creditore, quasi debitoris negocium gerēs emerit, placuerit ut habita compensatione fructuum, solutóque eo, quod reliquum deberetur, fundus debitori restitueretur: etiā hæres pacto quod defunctus fecit, fidem præstare debet. Pactum ut si quas summas propter tributiones prædij pignori nexi factas creditor soluisset, à debitore reciperet, & ut tributa eiusdem prædij debitor penderet: iustum est, ideóque seruandum.

De inofficioso patris testamento acturus, ut ei certa quantitas quoad uiueret hæres præstaretur, pactus est: produci ad perpetuam præstationem id pactum postulabatur. Rescriptum est, neque iure ullo, neque æquitate tale desyderium admitti.

Epistola hæredis non facit aliquem cohæredem: [a] sed certis tantum modis hæres fit, vel ex testamento, vel ab intestato. [b] Ideo quasi ex pactione hæredis hæres factus, frustrà rerum hæreditariarum possessorem tanquam hęres pulsat. Ait, Si inter. Mandauit debitor amico vt fundum pignoratum à creditore iure vendente emeret: [c] conuenitque mox vt compensatis fructibus, & soluto reliquo pretio à debitore emptori, fundum reciperet: hæres emptoris fundum reddito pretio, &c. restituere debebit. Nec vsuras pacto remissas, [d] cum effectu petet. Est autem pactum in rem, quod ad hæredem pertinet. [e] Et quidem superior species, quæ mandatum interuenisse comminiscitur, sine dubio actionem parit. [f] Sed Vlpianus negotium gestum ait, quod speciali significatione mandatum excludit: vt verius aliquis fortè putet, negotium anonymum hic contractum, quod perceptis ab emptore fructibus nudum pactum esse definit. Nam tantum potest atque si ità pactum sit, do tibi fructus in solutum, vt iis compensatis, & reliquo soluto quod debebitur, mihi rem restituas: vel, Non petam fructus actione negotiorum gestorum, vt reliquo soluto quod debebitur, rem mihi restituas. Estque exemplum appositum, gestione negotij, vt traditione ex iusta caussa, pacta conuenta vires accipere. Sed quid addit hoc pactum actioni negotiorum gestorum? An non quòd emptor totum pretium eo iudicio cōtrario petere non possit, vel debitor fructus? Quamobrem pactum hoc, etiam si nudum ponamus, ad excipiendum valebit in fructibus, & pretio &c. quod in rem ideo factum intelligitur, quòd actio negotiorum gestorum ad hęredes transeat, cui hoc pactum aliquid detrahit. Nam vsuras remissas his verbis, Soluto eo quod reliquum debebitur, non puto. Ait, Pactum vt si quas. Ad fisci rationem quod attinet, hanc pactionem non seruandam suprà dictum est: [g] priuatis nocere hic Vlpianus ait. Et ideo pignoratitia agēti debitori creditor exceptionem opponet, nisi quod soluit recipiat: & pignoratitia contraria aget, vt debitor tributum soluat, si in pignore dando id conuenerit. [h] Ait, de inofficioso. Transactio vt certa quantitas detur quoad quis viuat, personale pactum est, & ideo ad hæredem non pertinet. [i] Nam stipulatio, quoad viuas decem annua dare spondes? obligationem parit ipso iure perpetuam: [k] sed tamen pacti exceptio nocebit ab hærede petenti. Orationis enim compendio paciscitur stipulator, ne ab hærede petatur.

a. arg. l. nō ep. C. de proba.
b l. j. ĵ. de pe. hære. §. quos insti. de bo. poss.
c. l. si mādauero. §. si. ij. ĵ. mand.
d. arg. l. si verò. §. si mihi & hic.
e. l. idem sup. & l. qui in futur. ĵ. eo. l. tale. §. in prin.
f. l. 3. ĵ. de neg ge.
g. l. inter sup. eod.
h. l. i emptionib. sup. eod. argu.
i. l. idem sup. eo. l. ab Aurelio. ĵ. de li. le.
k. §. si si. de uerb. obli.

L. LIII. IDEM *Lib. iiij. Opinionum.*

Sumptus quidem prorogare litiganti honestum est: pacisci autem, ut non quantitas eo nomine expensa, cum usuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius quod ex ea lite datum erit, nō licet. ¶ *Scæuola apud Iulianum libro uicesimosecundo notat. Si pactus sim ne Stichum qui mihi debebatur, petam, non intelligi moram fieri: mortuóque Sticho, non teneri reum, qui ante pactum moram non fecerat.*

¶ caput est in Pand. F.

Sumptus in litem dare procuratori, & salarium constituere certum licet: nimirum remunerationem laborum. Sed redimere, conducereve procuratorem, vel caussidicum, certa parte litis in euentum iudicij, non licet: quòd hoc pactum contra bonos mores fiat, & ad facessendum negotium innocenti, redemptorem paret. [a] Vnde manifestò constat, si tantum salarij nomine, constituam litiganti meo nomine, quanta sit dimidia pars litis, nihil contra bonos mores fieri, nisi ex euentu litis pendeat salarium. Quid enim non excogitabit fraudis ille litium redemptor, vt quo iure quáve iniuria partē litis consequatur? quæ res hunc contrà impellet ad calumniam, cuius honorarium ex victoria non pendet? [b] Ait. Scęuola apud. Pactum de nō petendo debito corpore, efficit ne debitor morā facere videatur. Licet enim efficax sit ipso iure actio, & agi possit, exceptio tamē submonet agentē. [c] Neq; solum vbi nulla ipso iure petitio est, mora nulla est: [d] sed etiā vbi exceptio cōpetit. [e] Itaque si species debita pereat post pactum, & interpellationē secutā, liberatur debitor: [f] quam si impudens soluisset, repetere potuit. [g] Alias Lex est hoc [illegible].

a. l. si remu. §. fin. & l. seq. ĵ. mand.
b. glo. hic & Bart. contra.
c. §. præterea de excep.
d. l. si pupil. ĵ. de verb. obli.
e. lecta. ĵ. si cer. pe. & hic.
f. l. si ex leg. ĵ. de verb. obli.
g. l. qui excep. ĵ. de cōd. indeb.

L. LIIII

L. LIIII. IVLIANVS. *Lib.35.Digestorum.*

Si debitor sit fructuarius, & paciscatur seruus in quo usumfructum habet, ne ab eo petatur: paciscendo, meliorem conditionem eius facit. Ita & si creditor esset fructuarius, & pactus esset ne peteret: seruus autẽ fructuarius pacisceretur ut peteret: beneficio pacti quod seruus interposuisset, utiliter ad petitionem admitteretur.

Serui aequirunt ijs qui vsumfructum habent ex duabus caussis, id est, ex re fructuariorum, & opera sua [a] Pactum verò de non petendo, pacto posteà facto de petendo, elidıtur, [b] hoc est exceptio pacti, per replicationem.

a. §. de ijs. per q. p. nob. acq. b. §. pactus. l. si vnus supr. eo.

L. LV. IDEM *Lib.6.ad Minitium.*

Si conuenerit ne dominus à colono quid petat, & iusta causa conuentionis fuerit: nihilominus colonus à domino petere potest.

Pactum de non petendo factum vni, non prodest alij, ex supra scripta Pauli obseruatione. [a] Quare ex contractibus vltrò citrò obligatorijs, rectè ex vna parte paciscimur, [b] nec recedimus à toto contractu: quia hoc non agitur. [c]

a. l. si vnus. §. ante omnia. b. vt hic l. emptor. sup. c. l. ab emptio. j. eo.

L. LVI. FLORENTINVS *Lib.8 Institutionum.*

Qui in futurum usuras à debitore acceperit, tacitè pactus uidetur, ne intra id tempus sortem petat. Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum conceptũ fuerit, ueluti ne ego petã, uel ne à te petatur: & hæres meus ab omnibus uobis petitionem habebit: & ab hærede tuo omnes petere poterimus.

Vsuras in singulos menses stipulabantur veteres. [a] Qui igitur in duos, vel tres menses, simul vsuras accipit, tacitè paciscitur, ne antè sortem petat, quàm tot menses præterierint. Pacta autè tacita valere ex suprascriptis apparet. [b] Ait, Si ex altera. Pactum in personam conceptum, ad hæredes non pertinet personæ nominatim compræhẽsæ. [c] Si tamen ex altera parte in rem fit, & generaliter conceptum, ad hæredes eius qui non est expresſsim in pacto cõpræhensus, spectat. [d] Ait, Et hæres meus. Nimitum quando pactus sum, ne ego petam. Ait, Et ab hærede tuo. Quando pactus sum, ne à te petatur. Ex qua parte igitur hæredis mẽtio nulla facta est, hæredi prodest, vel noceet: nisi in personam creditoris, vel debitoris conceptum fit. [e]

a. l. lecta. j. si cer. pe. b. l. 2. 3. & 4. sup. c. l. idem. sup. eo. d. l. si pactum j. de prob. e. d. l. si pactũ.

L. LVII. NERATIVS *Lib.3.Membranarum.*

Ab emptione, uenditione, locatione, conductione, cæterisque similibus obligationibus, quin integris omnibus, consensu eorum qui inter se obligati sunt, recedi poßit, dubium non est. Aristoni hoc amplius uidebatur, si ea quæ me exempto præstare tibi oporteret præstitißem: & cùm tu mihi precium deberes, conuenißet mihi tecum, ut rursum præstitis à te in rem uenditam omnibus quæ ego tibi præstitißem, precium mihi non dares, túque mihi præstitißes: precium te debere desinere: quia bonæ fidei (ad quam omnia hæc rediguntur) interpretatio, hanc quoque conuentionem admitteret: nec quicquã interesse, utrum integris omnibus in quibus obligati eßemus, conueniret ut ab eo negotio discederetur: an in integrum restitutis ijs quæ ego tibi præstitißem, consentiremus ne quid tu mihi eo nomine præstares. Illud planè conuentione quæ pertinet ad resoluendum id quod actum est, perfici non potest, ut tu, quod iam ego tibi præstiti, contrà præstare mihi cogaris: quia eo modo non tam hoc agitur, ut à pristino negocio discedamus, quàm ut nouæ quædam obligationes inter nos constituantur.

Suprà alibi hoc caput satis interpretatus sum. Illud obseruare obiter licet, non quodlibet pactum dissoluere eiusmodi obligationes ex cõsensu: sed quo actum sit, vt recedatur à pristino negotio. [a] Sanè mandatum, vnius mandatoris reuocantis voluntate soluitur, & vnius mandatarij, re integra, renunciãtis. [b] Societati quoque vnus renunciat, & eius voluntate soluitur, sed quantum ad ea pertinent quæ ex illo tempore contingunt. [c] A contractu innominato non receditur ipso iure pœnitentia vnius, sed repetere rem quam dedit potest, &c. [d] Quod in gesto negocio transactionis locũ non habet, ne lites instaurẽtur finitæ. [e] Et hæc negotium faciunt Accursio. [f]

a. vt hic. vers. non tã hoc. l. emptor. ĩ. in princ. b. §. rectè. & §. mandatum instı. manda. c. §. manet. de societ. d. d. l. dedi. l. si pecu. infr. caus. dat. e. l. cũ mota. & l. si propo. C. de tran. f. l. sicut. C. de actio.

L. LVIII. PAVLVS *Lib.6.Regularum.*

Per quos acquiri nobis stipulationibus potest: per eosdem pactis conuentis meliorem conditionem nostram fieri posse placet.

Præter hoc

Prætor hoc edicto pacta tuetur, quæ contra regulas iuris non fiunt: [a] ideo per eos quos in potestate habemus, fructuarios seruos, & bona fide possessos, vt iure ciuili acquiramus, [b] ita & pactis prætorio iure.

a. l. contra. ꝗ. l. iurisg. & l. si vnus §. b. §. de ijs per. q. perso.

L. LIX. PAPYRIVS IVSTVS *Lib. 8. Constitutionum.*

Imperator Antoninus Auidio Cassio rescripsit, si creditores parati sint partem ex bonis, licet ab extraneo consequi: rationem habēdam prius necessariarū personarum si idoneæ sint.

Quid sibi velit hoc rescriptum, haud facilè dixerim. Potest tamen non ineptè ad eam speciem accōmodari, quæ subiecta est. Creditores authoritate iudicis bona defuncti possidentes, [a] parati sunt partem eius, quod cuique debetur, ex bonis vendendis accipere ab extraneo emptore. [b] Ex hoc rescripto necessariæ personæ extraneo emptori præferūtur, si modo idoneæ sint facultates, & tantùm creditoribus dare, quantum extraneus emptor, velint. [c] Nam Accursius primum sibi contrarius est, dum pactum extranei possessoris, hæredi prodesse credit: [d] secundo loco diuinat creditores cognatos præferēdos extraneis ex rescripto D. Marci: quod vt iniquum est, [e] ita huic loco non congruit: in tertia specie, suos hæredes duntaxat, necessarias personas statuit, & opponit extraneis personis: quod à ratione eloquendi consultorum alienum est. Extraneus enim verbum ambiguum est, sed ex contrario eius verbi significatio deprehenditur. [f] Hoc loco extraneę personæ sunt, quæ necessariæ non sunt. Necessariæ sunt cognatæ, affines, & intima familiaritate & beneuolentia iunctæ personæ. [g]

a. infr. de bo. auth. iud. pos. b. inst. de suc. subl. q. c. l. 3. ꝗ. de pri. cred. d. l. si tibi. §. 4. cum poss. e. l. maiorē. §. f. l. nō dub ꝗ. de capt. insti. de hær. quali. §. extran. g. d. l. 3. ꝗ. de pri. cred. l. 2. §. in ius vo. vt eant.

L. LX. POMPONIVS *Lib. 4. ad Sabinum.*

Nemo paciscendo id efficere potest ne sibi locum suum dedicare liceat: aut ne sibi in suo sepelire mortuum liceat: aut ne uicino inuito prædium alienet.

Ideo hoc Pomponius putat, quòd interesse non videatur paciscentis: sed Iustinianus apertè in suis emendationibus Pomponium refellit, quòd interesse paciscentis possit. [a] Suprà enim alibi obseruauimus, [b] nouissimas Iustiniani leges, veteribus Codicis legibus, & Pādectis derogasse non semel. Non me fugit vt ingeniosè (si superis placet) hæc concilient: sed conciliatio illa, calumnia non caret, & verborum captione.

a. l. fin. C. de pa. inter emp. b. l. pen. §. de assess. l. fin. C. eo.

L. LXI. FVRIVS ANTHINVS *Lib. 1. ad edictum.*

Si reus postquam pactus est à se non peti pecuniam (ideóque cœpit id pactum fideiussori quoque prodesse) pactus sit ut à se peti liceat: an utilitas prioris pacti, sublata sit fideiussori, quæsitum est: sed ueriùs est semel acquisitam fideiussori pacti exceptionē, ulteriùs inuito extorqueri non posse.

Suprà Pauli locum, cum hoc Anthini conciliauimus. [a] Restitutio in integrum, vt metu liberatum reum, ita & fideiussorem in pristinam obligationem reponit: [b] quod iniquè vterque liberatus sit, & Prætor æquitatem tueatur. Et hæc sexaginta vnum capita siue Iustinianus, siue Tribonianus eius quæstor, ad explanationem edicti Prætoris de pactis, suo seculo putauit & necessaria esse, & sufficere. Equidem ijs qui [illegible], &, vt Caius ait, [c] pedibus illotis, ad iuris professores diuertunt, ne tam expositum quidem commētarium puto sufficere. Iis qui ex iure ciuili dedicerunt, inter quas personas, de quibus rebus, & quatenus, pactiones legitimæ valeant, aut contrà, edictum Prætoris satis puto facturum: in quo pacta, quæ aduersus leges non fiant, &c. Prætor ait se seruaturum. [d] Quibus verbis ea pacta damnat, quæ si iure ciuili facta essent (vt contractus legitimi, vel iuris gentium) tamen seruanda non essent, quòd personæ, vel res, non conueniant regulæ iuris: aut certè eatenus seruarētur, quatenus seruanda dicantur. Nihil enim prætereà in his commentarijs obseruo, nisi inter quas personas, quibus de rebus, & quatenus pacta cōuenta valeant, aut contrà: vt si paulò humaniorum rationem habeamus, Ciceronis illud de legibus in iurisperitos verum esse fateamur: Quæ in vna cognitione posita erāt, inquit, in infinita iurisperiti dispertiti sunt. [e] Sed quoniam pauci sunt, quibus iustorum, & iniustorum regula, lex nimirū ciuilis de contractibus, nota est: [f] (ad quam pactorum æquitatem exigit Prætor) [g] multa exempla pactorum Iustinianus sub hunc titulum retulit ex commentarijs: quibus infinita alia adijci possunt ad eandem regulam iuris ciuilis exacta: sed quæ neque regulam intelligenti necessaria sint, neque ad perfectam iuris cognitionem perducant. Sunt enim infinita, quæ nulla arte comprehēdi possunt: sed mediocres exemplorum multitudo iuuat, & eos qui regula vna, omnia pacta metiri nō possunt, quodamtenus prouehit. Eadem legislationis ratio, sub omnibus titulis ferè obseruatur: in quibus ego similiter studiosis iuris suadeo, vt omnia capita ad legem, vel edictū, &c. referant, quò titulus totus spectat: & in tres locos digerant, personarum, rerum, & actionum, id est iudiciorum: [h] quæ quatenus valeant dispiciendum est, tam in agendo, quàm in defendendo, & iudicando. Eos titulos excipio, quib. de personis tantùm vel rebus disputatur. Hæc nimirum iuris est ars, ad quam M. Cicero redigere ius ciuile secum ipse aliquando reputauit, authore Fabio. Quam

a. l. si vnus §. pactus ne. b. l. metum. ꝗ. quod met. c. l. 3. sup. de orig. iur. d. l. iurisg. §. §. prætor. e. lib. 3. f. l. 2. §. de ll. g. d. §. prætor. h. l. 3. supr. de sta. ho.

bio.[i] Quam si quis diligentiùs in Pãdectis, & reliqua Iustiniani legislatione obseruet, apud hũc neque exemplorum numerus offendet, neque quicquam ipse desiderabit, quod ad cõstituendam Remp. necessarium videri possit. Qui clausis oculis, more Andabatarũ, in his studijs versantur, mirum non est, si ludant oleum, & operam, & in Iustiniano methodũ requirant: quę tamen tanta est (ad titulos, & capita rerum quod attinet)[k] quantam in doctrinis, atque studijs, nobis reliquit nemo: vt si temporis rationem habeas, quo tantum opus compositum est,[l] mireris potiùs diligentiam, quàm ad consummatam legislationem aliquid desideres.

AD EVNDEM TITVLVM IVS GALLICVM.

Galli conuentionis, pactionis, & pacti verbum, ex Romano iure in suum idioma deflexerunt, *conuentions, ou conuenances, pactions, & pactes*: qui & ipsi conuentionis appellatione nunc omnes cõtractus, & pacta complectuntur,[a] nunc ad eam conuentionem coarctãt quæ nuda est, & in proprium nomen contractus non transit, nec aliam caussam habet obligationis præter conuentionem:[b] *touz pactes* inquiunt, & *conuenances mises & apposees, en contract d'association, sont bonnes, & vallables*,[c] &c. Cõuenire solent Franci & re tacito consensu, & verbis expresso, absque re, & facto. Nam perfecto matrimonio maritus & vxor, societatem tacitam coëunt mobilium omniũ rerũ, & quæstus:[d] & pacto cõuento, in ingressu matrimonij cõtractus, ne societas coeatur more regionis, conuenire expressim licet: *conuentions expresses & taisibles* appellant. Sed & inuecta, & illata in habitationes vrbanas, & fructus prædiorum locatorum, tacitè pignori sunt dominis locantibus, atque adeò paratam executionem moribus regionum in his rebus habẽt.[e] Pactionibus publicis cum Gallis peregrinæ ciuitates, authore Rege, vel eius legato, coniunguntur: si modò legatus, omnium rerum quasi vicarius procurator à Rege constitutus sit, *son lieutenant general*, vel hoc ei nominatim Rex mandauerit.[f] Nam quod L. Martius primipili Centurio, cum Gaditanis fœdus percussit, Marc. Cicero negat publico religionis vinculo teneri.[g] Conuentiones quæ in suo nomine non stant, sed in proprium nomẽ contractus transeunt, legibus Regijs, moribúsque apud Galliam comprobantur,[h] *marchés, uentes, achaptz, & louages, emphyteoses, prestz, depostz, & aultres diuers contractz*:[i] quibus cõuentiones quæ in suo nomine stant, plærúmq; inserũtur, & aliquid detrahunt, vel adijciunt obligationi: veluti vt conductor cum fideiussore cautionem pręstet, vel vt emptus fundus redimenti venditori intra certũ tempus, aut quandóque reddatur, vel annuus reditus extinguatur, &c. *conuenance de pleger son marché, condition de reemeré & recousse, ou faculté de rachapt a temps, ou perpetuellement.*[k] Sed & conuentio de redimẽdo, postea ex interuallo facta, actionem parit moribus, & ad nouum contractum valet.[l] Porrò conuentiones omnes, siue cõtractus sint, siue insint contractibus, siue distrahẽdi negocij caussa interponãtur, &c. ex rescripto Principali rescinduntur: intra decemniũ, si dolo malo fraudandíve caussa, vi, vel metu, &c. factæ probentur.[m] In parte aliqua pactorum, quæ tabularij recipiunt conscribenda, stipulatio ferè apud Galliam inseri solet, qua omnia pacta cõuenta cõfirmẽtur, *confessent auoir faict, & font entre eulx les accordz, pactions, & cõuenances qui s'ensuiuent: cest asçauoir que telu promys, & par ces presentes promest, &c.* Conditio vt depositarius omne periculum præstet, moribus probatur.[n] Pactum verò, vt maleficium fiat, dantem accipientemque similiter pœnæ alligat, tantum abest vt valeat.[o] De maleficijs admissis rectè transigitur, ad vtilitatem priuati accusatoris quod attinet: sed multa nihilominus iurisdictionis fisco dependenda est.[p] Seruorum conditio quæ sit apud Gallias, lib. 1. diximus: ad hunc titulum specialiter id pertinet quod subijciam. Contrahere enim & pacisci nihilominus possunt quàm planè liberi: & sibi prodesse iuxtà ac nocere:[q] dominis præiudicare nõ possunt paciscendo de futura successione, aut abalienando hæredia sua liberis personis.[r] Dominus namque decedẽtibus sine liberis, domum eandem incolentibus, succedit: in cuius præiudicium nec testari possunt suprà statutam summam more regionis.[s] Filiorumfamiliâs cõtractus, & pacta, absque consensu parentum, in quorum potestate sunt, nullius sunt effectus: nisi fortè palá negociationem aliquam exerceant, cuius nomine paciscantur, vel lares extra paternam domum separatim ipsi foueant.[t] Tutores, curatores, &c. administrare quidem possunt, vendere & abalienare hæredia non possunt, vel cõpromittere, aut transigere de rebus ad minores pertinentibus, absque propinquorum consilio, & decreto Præsidis, vel iudicis.[u] Pactum creditoris cum reo factum, fideiussori prodest: & si pactũ nouum absque fideiussoris consensu fiat, id ei non nocebit.[x] Pupillus absq; tutoris authoritate inutiliter omnimodò paciscitur, vti reliquæ personæ quæ sub aliorum potestate reguntur.[y] Onus tributi & hypothecarij vectigalis, possessores prædiorum agnoscere debent: neque solùm hypothecaria actione, sed etiam in personam de reliquis sui temporis conueniri possunt moribus quibusdam:[z] quod pauló duriùs mihi semper visum est, & cõtra ius commune receptum.[a] Quapropter conuentio debitoris, domino vectigalis nõ nocebit, nec impediet quominus possessorem, detentorémve prædij, vtralibet actione pulset. In vẽditione, locatione, &c. extra naturam contractus conuentiones valent, si in contrahendo exceptum sit.[b] Pacisci de parte eius quod ex lite detur, S.C. de procuratorum, caussidicorumque iureiurãdo, vetitum est: quod decretum Senatus, cũ legibus Regijs circumfertur. Porrò necessariæ personæ apud Galliam vniuersam, non solùm cum bona publicè væneũt, sed etiã intra statutũ tempus, vendita propinquorum hæredia redimunt, retrahúntve, vel ab inuitis possessoribus:[c] quod

ad rescriptum

i. lib. 12.
k. l. 2. sup. de sta. ho. vbi not.
l. const. 3. §.
a. Senon. Aurel. 180.
b. Aruer. cap. 15. Meldẽ. 15.
c. Aruer. cap. 13. art. 26.
d. Aurel. 180. Biturig. des mariages 7. & seq.
e. Biturig. des exec. 37.
f. Francis. des legions. arg. l. proc. cui & seq. ij. de procur.
g. pro Cor. Bald.
h. de la iurisd. du connestabl. 6. art.
i. Senõ. 144. Auxer.
k. Senõ. 146. Aruer. cap. 15. art. 11. Brit. tit. 2. art. 14. Biturig. des mariages. 25.
l. Aruer. d. art. 11.
m. Lud. 12. 46 in. 2. Britan. tit. 14. art. vlt.
n. Brit. tit. 14. art. 23.
o. Britã. eo. 6.
p. Borbo. 66. Aruer. 15. art. cap. 29.
q. Borb. 204.
r. Aruer. cap. 27.
s. Trec. 6.
t. Biturg. 16. Britan. tit. 21. art pen. & art. 44. tit. 11. art. 27.
u. Britan. tit. 21. art. 25. & seq.
x. Britan. tit. 11. art. 21.
y. Britan. tit. 21. art. pen. Biturig. 10.
z. Paris. 70. Biturig. des execu. 33.
a. l. 2. & 3. C. fine cẽs. l. inter. sup.
b. Senõ. 146. & seq.
c. Paris. Biturig. Britã. &c.

ad reſcriptum Antonini vtcũque accõmodare licet: [d] etſi ex lege Iudæa magis in mores noſtros hoc ius perductum videatur, [e] *promeſſe & retraict lignager*. Cæterùm de cõuentionibus, & pactis, ex iure Romano ius reddunt Galli, niſi legibus Regijs, vel moribus, aliquid nominatim exceptum ſit. [f] Ad hoc enim ius tanquam ad *ἰσονομίαν* leges Regiæ, moresq́ue regionum, nos identidem transmittunt: [g] & ius commune ideo appellant, quòd proprio iure defecti, omnes populi velut fundi eo iure vtantur. [h]

d. l. Imperator. ſup.
e. Ierem. 32. Ruth. 4. Leuit. 25.
f. lib. 2. feu. in prio. arg.
g. Franciſ. du priuil. de Chal lo. &c. Cõſue. in proceſſ. verb.
h. Cicer. pro Corn. Balb.

DE TRANSACTIONIBVS.

Titulus XV.

L. I. VLPIANVS *Lib. 50. ad edictum.*



Vi tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta neque finita tranſigit. Qui uerò paciſcitur donationis cauſſa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit.

Ait, Quaſi de re dubia. Tranſigere generaliter eſt quodlibet negocium, vel rem ad finem perducere: [a] vt vitam trãſigere apud Saluſtium. Speciali ſignificatione ad rem debitã, litémve cœptam, vel quæ futura eſt, refertur: quæ tranſactione finiri, decidíque dicitur: ſed tum propriè cùm res, liſve incertum habet exitum, quòd intentionis probatio euidens non ſit, vel quòd dubiũ ſit quandiu res debeatur, &c. [b] Vlpianus igitur, cùm in edicto perpetuo occurriſſent fortè hæc verba ſi tranſegiſſe, pactúſve donationis cauſſa quis dicetur, &c. [c] quid inter eas cõuentiones interſit, paucis oſtendit. Vulgata huius loci diſtinctio, aliam lectionem nóbis præbet. Nimirum vt paciſci, cum verbo ſpeciali tranſactionis poſitum, ad pactionem coanguſtemus liberalem. Nã nouum non eſt, vt generale verbum ad ſpeciem coarctetur, quando alia ſpecies nominatim exprimitur. [d] Sic apud Ciceronẽ, Sponſione, pactione, fœdere, [e] &c. Priorem lectionem qui ſequi malit, ita diſtinguet, Qui paciſcitur donationis cauſſa, rẽ certam, &c. [f] Et ita in quibuſdã codicibus inter punctiones viſuntur. Poſterior lectio pactum conuentũ in remittẽdo, à tranſactione decidendi cauſſa ſeiungit. [g]

a. l. tranſacta. ij. de verb. ſig.
b. l. mandatu. ge. ij. de procur. l. tale. 2. reſp. ſup. de pact. l. & poſt & l. poſt. inf. eo.
c. arg. l. j. C. eo.
d. l. 2. ij. de adop. l. fin. de grad.
e. p Cor. Bal.
f. l. contra. ij. de pact.
g. d. l. mandatu. d. l. & poſt. & d. l. poſt. l. præſes. C. eo.

L. II. IDEM *Lib. 70. ad edictum.*

Tranſactum accipere quis poteſt, non ſolùm ſi Aquiliana ſtipulatio fuerit ſubiecta: ſed & ſi pactum conuentum fuerit factum.

Tranſactio de re dubia, & lite incerta, nunc ipſo iure tollit obligationem, & actionem parit: [a] nunc parit duntaxat exceptionem: [b] veluti cùm deberes mihi centum, quinquaginta tecũ tranſegi, quæ mihi dari ſtipulatus ſum: reliqua quinquaginta cùm ex conſenſu deberentur, ſtipulatus, acceptilatione mox remiſi. Quod ſi pactus ſim abſque ſtipulatione vt quinquaginta dũtaxat debeas, tranſactio hæc, pactum conuentum, id eſt pactum quod ſolo conuentu abſque ſtipulatione ſeruatur, habebit: qua tranſactione neque actio ipſo iure tollitur, neque actio datur, cùm ſit pactum nudum. [c] Nec moueor quòd tranſactio dicatur, quia ſpeciale, propriúmve contractus nomen non eſt: ſed generaliter omnem pactionem demõſtrat, quæ litem remve incertam decidit, [d] ſiue ſit ſtipulatio, ſiue pactum cui cauſſa ſubſit præter conuentionem, [e] ſiue pactum ſolùm, quod nudum appellamus: [f] ſiue contrahat negocium, ſiue diſtrahat, ſiue vtrumque. [g]

l. vbi. & l. ſi quis maior. C. eo. ca. ſi de fer.
a. §. item per. quib. mod. tol. ob. l. 3. & l. vt. C. eo.
b. l. tres. ij. de pact. ij. eo. l. qui cũ. l. pen. & fin. l. ſiue. C. eo.
c. l. iuriſg. §. ſed cum. ij. de pa. l. ſiue apud C. de tranſ. l. cum prop. 2. de pac.
d. l. j. ſup.
e. l. cum mo. ta. & l. ſi pro. C. de tranſa.
f. l. diuiſionis ſup. de pact.
g. l. j. ſup. de pact.

L. III. SCAEVOLA *Lib. 1. Digeſtorum.*

Imperatores Antoninus & Verus ita reſcripſerunt: Priuatis pactionibus non dubium eſt non lædi ius cæterorum. Quare tranſactione quæ inter hæredem & matrem defuncti facta eſt, neque teſtamentum reſciſſum uideri poteſt, neque manumiſſis uel legatarijs actiones ſuæ ademptæ ſunt. quare quicquid ex teſtamento petunt, ſcriptũ hæredẽ conuenire debent: qui in tranſactione hæreditatis aut cauit ſibi pro oneribus hæreditarijs: aut ſi non cauit, non debet negligentiam ſuam ad alienam iniuriam referre.

Cùm trãſactio propter fideicommiſſum facta eſſet, poſtea codicilli reperti ſunt: quæro an quantò minùs ex tranſactione conſecuta mater defuncti fuerit, quã pro parte ſua eſt: id ex fideicõmiſſi cauſſa conſequi debeat? Reſpondi debere. Debitor cuius pignus creditor diſtraxerat cum Mæuio, qui ſe legitimum creditoris hæredem eſſe iactabat, minimo tranſegit, poſtea teſtamento prolato, Septitium hæredem eſſe apparuit. Quæſitum eſt: ſi agat pignoratitia debitor cum Septitio: an is uti exceptione poſſit tranſactionis factæ cum Mæuio, qui hæres eo tempore non fuerit: poſſítque Septitius pecuniam

quæ Mæuio,ut hæredi,à debitore numerata fuit, condictione repetere, quasi sub prætextu hæreditatis acceptam. Respondi,secundum ea quæ proponerentur,non posse: quia neque cum eo ipse transegit,neque negocium Septitij Mæuius gerens accepit.

a. l. si vnus. §. ante. supr. de pact. b. inf. eo. cõtrouersia. c. l. non est. ĵ. eo. d. l. si post. ĵ. de consti. pe. not. supr. de pact. l. si tibi. §. cum poss. e. l. si vnus. ĩ. de pact. §. ante. f. l. si possess. infr. de peti. hæred.

Ait, Priuatis pactionibus. Regula est generalis pactionum omnium, siue transactiones sint, siue non sint: a vnde colligit trãsactionem inter hæredem scriptum, & matrem testatoris de inofficioso agentem, legatarijs non obesse, argumẽto ducto à genere ad formã. Ait, Quare quicquid ex testamento. Ex testamento non nisi hæres scriptus cõueniri potest: creditores propter incertum successionis, matrem ab intestato petentem hæreditatem, & hæredẽ scriptum pro parte hæreditatis in transactione expressa, conuenire possunt vtilibus actionibus. b Ait, Cùm transactio. Ex testamento in quo fideicommissum defunctus matri reliquerat, centum ei deberi cõstitit: sed propter incertũ litis euentum cũ hærede quinquaginta trãsegit: deinde pòst ex codicillis prolatis apparuit, centũ ei deberi: transactio nõ impediet quominùs ex fideicommissi caussa cẽtum ab hærede consequatur. Nam qui de testamento relictis transigit, de ijs demum transigere intelligitur, quæ scriptura sibi iam nota continentur. c Ait, Debitor cuius pignus. Pactum cũ possessore hæreditatis, vero hæredi prodesse Paulus voluit: d cum eo qui se iactabat hæredem factum prodesse, vel nocere, hic Scæuola negat. Est enim omnimodo alia persona, &c. e Bonæ fidei possessor, ideo cedit actiones hæredi petenti hæreditatem, quòd ex empto teneatur ei qui rem hæreditariam emit: nec hæredi restituere debeat, nisi quatenus locupletior factus sit. f Ridiculum vero hic locus arguit quod aiunt, solum creditorem transigere, id est transire ab actione.

L. IIII. VLPIANVS *Lib. 46 ad Sabinum.*

Aquiliana stipulatio omninò omnes præcedentes obligationes nouat & perimit: ipsáque perimitur per acceptilationem. Et hoc iure utimur. Ideóque & legata etiam, & fideicommissa sub conditione relicta, in stipulationem Aquilianam deducuntur.

a. §. item per. quib. mo. obtol. b. l. quod in diem. infr. de cepti. c. l. à Titio. ĵ. de fur. d. l. 2. ĩ.

Gallus Aquilius consultus, Aquilianæ stipulationis formã primus concœpit, quæ extat apud Iustinianum. a Ea, omnes obligationes nouari possunt, & in verborum obligationem transferri: quod vbi factum est, per stipulationis formam (quæ acceptilatio dicitur) noua verbis contracta obligatio, ipso iure perimitur. Neque solùm quæ purè debẽtur, sed etiam quæ in diem, vel sub conditione, nouantur per Aquilianam stipulationem: b vt legata ab hærede rectè præstari, non etiam dari quæ purè relicta sunt ex testantis bonis: quia recta in legatarium transeunt. c Sed quorsum hæc sub hoc titulo memorantur? An non ideo quòd trãsactio per acceptilationem fit interdum, d quæ tamẽ non omnes obligationes præcedentes, sed eas de quibus actum est, tollit: quod ex sequentibus apparet, quæ huic capiti ex Iustiniani persona coniunguntur.

L. V. PAPINIANVS *Lib. 1. Definitionum.*

*Cùm Aquiliana stipulatio interponitur, quæ ex consensu redditur: lites de quibus nõ est * cogitatum, in suo statu retinẽtur. Liberalitatem enim captiosam interpretatio prudentium fregit.*

*aliàs cognitum.

a. l. j. supr. de pact. b. l. 3. ĩ. e. §. j. l. non. inf. eo. e. l. pen. infr. ad exhib. l. si via. de ser. rusti. d. l. labeo. ĵ. de sup. leg.

Stipulatio sine conuentione, consensúve non valet: a ideo verba generalia Aquilianæ stipulationis, ad ea spectant de quibus verisimiliter cogitatum est. b Prudentes enim iuris, captionem, c & malitiosam interpretationem auersantes, voluntatem verbis anteponunt. d Exemplum mox Iustinianus subijcit ex Caio, & superioribus capitibus assuit.

L. VI. CAIVS *Lib. 17. ad edictum prouinciale.*

De ijs controuersiis quæ ex testamento proficiscuntur: neque transigi, neque exquiri ueritas aliter potest quàm inspectis cognitísque uerbis testamenti.

a. l. j. supr. l. & post inf. eo. l. non est. ĵ. eo. b. d. l. non &. l. 3. §. j ĩ eo. c. l. sub C. eo. l. Lucius. §. fi. inf. ad Trebel. d. l. sub prætex. C. eo.

Si trãsactio fiat de legato, vel quod alioqui ex testamento debetur: si testamentum prolatum non sit, ex quo post transactionem appareat legatum, trãsactio non valebit. De lite enim dubia, & incerta demum transigitur: & nisi prolato testamento, vel codicillis inspectis, res dubia dici non potest, cùm nulla res adhuc appareat. a Quare ante prolatos codicillos transactione facta, non intelligitur transactum de eo quod ex codicillis deberi prima ratione apparet: quod id dubium, & incertum non fuerit, quod omninò ignorabatur. b Sanè de eo quod ex contractu debetur, transigitur vtiliter, nec infirmatur transactio instrumentis pòst repertis: quia aliunde quàm ex instrumentis repertis, veritas resciri potuit. c Si tamen dolo substractis instrumentis, decisio litis extorta sit, replicatione doli mali eliditur pacti exceptio: vel ipso iure sublata actione per acceptilationem, de dolo rectè agetur. d

L. VII. VLPIANVS *Lib. 7. disputationum.*

Et post rem iudicatam transactio ualet, si uel appellatio intercesserit, uel appellari potuerit.

potuerit. Si fideiussor conuentus & condemnatus fuisset, & mox reus transegisset cũ eo cui erat fideiussor condẽnatus; an transactio ualeat, quæritur. puto ualere: quasi omni caussa & aduersus reum, & aduersus fideiussorem dissoluta. Si tamen ipse fideiussor condemnatus transegit: etsi transactio non perimit rem iudicatam, tamen eò quod datũ est, releuari rem iudicatam oportet. Vsqueadeo autem quod datum est, etiamsi non proficit ad transactionem, extenuat tamen rem iudicatam, ut inde sit & edictum & rescriptum circa alimentorum transactionem citra Prætoris authoritatem factã, ut quod datum est, proficiat ad alimẽta: ita ut si quid ampliùs ex caussa alimentorum deberi potest, id præstetur: quod autem datum est, imputetur.

Res iudicata, de qua conuenit, indubitata est: & ideo de ea transactio inutilis est vbi iam appellari non potest. Sanè si incertum sit verum iudicatum est, vel an sententia valeat, transigi potest: quia res dubia est. Quod locum habet, si negetur iudicatũ, quãdoquidem lis adhuc esse possit. [a] Ait, si fideiussor. Pactum cum reo factum, fideiussori prodest: [b] qui transigere potest, licet fideiussor iam condemnatus id non possit. Ait, Si tamen, Fideiussor ipse condemnatus transigere nõ potest post tempus statutũ ad appellandũ: quod tamẽ dedit, releuabit, id est minuet iudicatũ, vel extenuabit, vt mox subijcit. Sed etsi ampliùs datũ sit q̃ oportuit, cõdicetur, vt & in specie sequenti: si minùs datũ sit, vel repetetur, vel in caussam iudicati, & alimentorum compensabitur. [c]

a. l. elegãter. infr. de cond. indeb. l. post. inf. eo. b. l. & hęredi. sup. de pa. c. d. l. eleganter. §. l. cũ hi.

L. VIII. IDEM *Lib. 5. de omnibus Tribunalibus.*

Cùm ij quibus alimenta relicta erant, facilè transigerent contenti modico præsente, diuus Marcus oratione in senatu recitata effecit, ne aliter alimẽtorum transactio rata esset, quàm authore Prætore esset facta. Solet igitur Prætor interuenire, & inter cõsentiẽtes arbitrari: an trãsactio, uel quæ admitti debeat. Eiusdẽ Prætoris notio ob trãsactionem erit, siue habitatio siue uestiarium, siue de prædijs alimẽtum legabitur. Hæc oratio pertinet ad alimenta quæ testamento uel codicillis fuerint relicta, siue à testato factus, siue ab intestato. Idem erit dicendum & si mortis caussa donata sint, uel ab eo cui mortis caussa donata sint, relicta. Sed & si conditionis implendæ gratia relicta sint, adhuc idem dicemus. Planè de alimentis quæ non mortis caussa data sunt, licebit & sine Prætore authore transigere. Siue igitur in menses singulos, siue in dies siue in annos fuerint relicta, oratio locum habet. Sed etsi non fuerint perpetuò relicta, sed usque ad annos certos, idẽ est. Si integra quantitas alicui fuerit legata, ut ex usuris eius se alat, & mortis tempore pecunias restituat, non cessabit oratio: licet non in annos singulos uideatur id relictum. Sed & si certa quantitas relicta sit Titio, uel res, ita ut inde alimenta Seio præstentur: magis est ut trãsigere Titius possit. Nec enim transactione Titij minuuntur Seij alimenta. Idémque est & si per fideicommissum alimẽta ad hoc legatario fuerint relicta. Eam transactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, ut quis repræsentatam pecuniam consumat. Quid ergo si quis citra Prætoris authoritatem trãsegerit: ut quod per singulos annos erat ei relictum, consequeretur per singulos menses? aut id quod per singulos menses ei relictum erat, mox consequeretur per singulos dies? Quid deinde si ita quod consummato anno acciperet, ut initio anni consequeretur? Et puto eam transactionem ualere, quia meliorem conditionem suam tali transactione alimentarius facit. Noluit enim oratio alimenta per transactionem intercipi. Nihil autem interest, utrũ libertini sint quibus alimẽta relicta sunt, an ingenui: satis locupletes, an minùs. Vult igitur oratio, apud Prætorẽ de istis quæri. In primis de caussa transactionis: deinde de modo: tertiò de personis transigentium. In caussa erit inquirendũ, quæ caussa sit transigendi. Sine caussa enim neminem transigentem audiet Prætor.

Caussæ ferè huiusmodi solent allegari, si alibi domicilium hæres, alibi alimentarius habeat: aut si destinet domicilium transferre alteruter eorum: aut si caussa aliqua urgeat præsentis pecuniæ: aut si à pluribus ei alimenta relicta sint, & minutatim singulos conuenire difficile ei sit: aut si qua alia caussa sit (ut plures solent incidere) quæ Prætori *suadeat transactionem admittere.* Modus *quoque pecuniæ qui in transactionem uenit, æstimandus est: utputa quantitas transactionis.* Nam *etiam ex modo fides transactionis æstimabitur. Modus autem pro ætate eius qui transigit arbitrandus est, & ualetudine: nam aliter cum puero, aliter cum iuuene, aliter cũ sene transigi, palàm est.* Cõ*stat enim alimenta cum uita finiri. Sed & personarum contemplatio habenda est: hoc est, cuius uitæ sint ij quibus alimenta relicta sunt: utrum frugi uitæ hi sint, & qui aliàs sufficere sibi poßint: an sequioris, qui de alimentis pendeant.* In *persona autem eius à quo alimenta relicta sunt, hæc erunt spectanda: in quibus sit facultatibus, cuius propositi, cuiúsque opinionis. tunc enim apparebit nunquid circumuenire uelit eum cum quo transigit. Qui transigit de alimentis, non uidebitur, neque de habitatione, neq; de uestiario transegisse: cùm diuus* Marcus *specialiter etiam de istis transigi uoluerit.* Sed *& si quis de alimentis transegerit: nõ habebit necesse etiam de habitatione uel cæteris inuitus trãsigere.* Poterit *igitur uel de omnibus simul, uel de quibusdam facere trãsactionem.* De *calceario quoque, arbitrio* Prætoris *transigẽdum est. Si uni pluribúsue fundus ad alimẽta fuerit relictus, uelintque eum distrahere: necesse est* Prætorẽ *de distractione eius & transactione arbitrari. Sed & si pluribus fundus ad alimẽta fuerit relictus, & ij inter se transigant: sine* Prætoris *authoritatẽ facta transactio, rata esse non debet.* Idem *est & si ager in alimenta fuerit obligatus: nam nec pignus ad hoc datũ, inconsulto* Prætore *poterit liberari. Arbitratu* Prætoris, *uel de uniuersis alimẽtis, uel de parte eorum transigi oportere, plùs quàm manifestum est. Si* Prætor *aditus, citra caussæ cognitionem transigi permiserit, transactio nullius erit momenti.* Prætori *enim ea res quærenda commissa est, non negligenda, nec donãda. Sed & si non de omnibus inquisierit quæ oratio mandat, hoc est de caussa, de modo, de personis transigentium, dicendum est, quamuis de quibusdam quæsierit, transactionem esse irritam. Sed nec mãdare ex hac caussa iurisdictionem uel præses prouinciæ uel* Prætor *poterit. Transactiones alimentorum, etiam apud procuratorem* Cæsaris *fieri possunt. si à fisco petantur alimenta, secundum quæ apud præfectos ærarij transigi potest. Si cùm lis quidem esset de alimentis, transactum autem de lite fuisset: transactio ualere inconsulto* Prætore *non potest, ne circumueniatur oratio.* Fingi *enim lites poterũt, ut transactio etiã citra* Prætoris *authoritatem fiat. Si eidem alimenta, & præterea legatum præsente die datum sit, & transactum fuerit citra* Prætoris *authoritatem: id quod datum est, imputabitur priùs in legatũ quod præsente die datum est: & superfluũ, in alimentariã caussam est.*

Si quis de alimentis transegerit sine Prætoris *authoritate. id quod datũ est, in præterita alimẽta cedet.* Nec *interest tãtùm in quantitate sit debita, quãtùm datũ est: an minùs, an etiam plùs.* Nam *etsi minùs sit, adhuc tamen id quod in solutum datũ est, in præterita alimenta imputabitur. Sanè si is qui de alimentis transegit, locupletior factus sit ea solutione: in id quod factus sit locupletior, æquißimum erit eius in eum dari repetitionem.* Nec *enim debet ex alieno damno esse locupletior. Si in annos singulos certa quantitas alicui fuerit * relicta: ueluti homini honestioris loci salarium annuũ, uel ususfructus*

*aliàs relicta ueluti honestioris loci salariũ annuũ.

fructus: transactio etiam sine Prætore fieri poterit. Cæterùm si ususfructus uel modicus, alimentorum uice sit relictus: dico transactionem citra Prætorem factam, nullius esse momenti. Si cui non numus ad alimenta, sed frumentum atque oleum, & cætera quæ ad uictum necessaria sunt, fuerint relicta: non poterit de his transigere, siue annua, siue menstrua ei relinquantur. Si tamen ita sine Prætore transegerit, ut in uicem eorũ, numum quotannis uel quot mensibus acciperet: & neque diem neque modum permutauit, sed tantùm genus: uel ex contrario, si pactus fuerit ut in generibus alimenta acciperet, quæ in numis ei relicta fuissent: uel si uinum pro oleo, uel oleũ pro uino, uel quid aliud commutauit: uelut si locum permutauit, ut quæ erant ei Romæ alimenta relicta, in municipio uel in prouincia acciperet, uel contrà: uel personã, ut quod à pluribus erat accepturus: ab uno acciperet: uel alium pro alio debitorem acciperet: hæc omnia habẽt disceptationem Prætoris: & pro utilitate alimentarij accipienda sunt. Si ad habitationem certa quantitas annua sit relicta, & ita sit transactum sine Prætore, ut habitatio præstetur, ualet transactio: quia fructus habitationis præstatur, licet ruinæ uel incendio subiecta transactio est. Per contrarium quoque, si pro habitatione quæ erat relicta, placuerit certam quantitatem præstari, transactio rata est etiam citra Prætorẽ.

Caput hoc exemplum habet appositum eius iurisdictionis, quæ specialiter magistratibus, lege, vel S.C. tribuitur: [a] & in eo libro scriptum est ab Vlpiano, in quo de tribunalibus, & omnium magistratuum iurisdictione differitur. [b] Ait, Facilè transigerent. Caussa est quæ impulit Principem. Ait, Oratione in Senatu. Solebant Principes quod vellent constitutum, in senatu recitare per Quæstores, vt S.C. consecraretur: [c] ideóque Vlpianus alibi hanc orationẽ S.C. vocat. [d] Eiusmodi S.C. forma in Pandectis non vno in loco memoratur. [e] Ait, Authore prætore. Prætor in vrbe, & in prouincijs Præsides, hanc iurisdictionem exercuerunt, & si inter priuatum & fiscum ius dicendum esset, procuratores Cæsaris: [f] etsi in S.C. solius Prætoris mentio facta sit. Producit enim Vlpianus ad Præsidẽ cui ius prætorium datũ est in prouincia. Ait, An trãsactio. Zeugma est hoc sensu, an transactio admitti debeat, & quæ admitti debeat transactio. Ait, Siue habitatio siue vestiarium. Eadem ratio, de habitatione, & vestitu, non temerè transigendum suadet: quòd æquè necessaria vitæ sint [g] Ait, De prædijs alimentum. Si non numus ad alimenta legatus sit, sed de prædijs fructus. [h] Ait, Planè de alimentis. Sed cur de alimentis donatis inter viuos, sine Prætore transigitur? An non & hæc æquè necessaria sunt homini sequioris vitæ? Sed tamen & in fauorem vltimæ voluntatis hoc S C. factum est, non solùm in fauorem alimentariorum: [i] quæ ratio & in donatione mortis caussa, procedit. [k] De eo enim quod alimentarius suo cõtractu acquirit, cõcessum est transigere sine Prętore: nõ de alimentis ex sola alterius voluntate pendentibus. Ait, Siue igitur in menses. In S. C. alimentorum annorum mentio facta est nominatim: [l] sed interpretatio prudentium ad alimenta in singulos menses, diésve legata, producit eadem ratione. Nam & in menses legari alimẽta solent, [m] & vsque ad annos certos. Ait, Si integra. Vsuræ vsque ad mortem, non in singulos annos, vel in singulos menses, [n] videntur relictæ. Ait, Ad hoc legatario. Lego ab hoc: vt sensus sit, si per fideicommissum à Titio legatario alimenta sint relicta alicui, [o] transigi posse, quòd cesset caussa S.C. id est interceptio alimentorum. Ait, Repræsentatã pecuniã. Ad præsens reducitur quod in annos debetur, &c. vt in dote legata. [p] Ait, Consummato anno. Hoc enim nominatim voluit testator: nã legata in ãnos singulos, vel annua, initio cuiusq; anni alioqui præstantur. [q] Ait, Per transactionem intercipi. Interuerti, & ab alijs occupari trãsigendo. Ait, Nihil autẽ interest. Quod verũ est quantũ ad hoc, vt sine Prætore trãsigi nõ possit: in trãsactione admittẽda habet Prætor rationẽ personarũ. [r] Ait, Vult igitur. Graphicè depingit officiũ magistratus in consideranda transactione ex caussa, modo, & personis. Ait, Frugi vitæ. Temperantis, prudentis, & sibi sufficientis. Ait. An sequioris. Sequior sexus Apuleio est, vt aiũt, muliebris, quod ex viri labore pendeat mulier plærumque, atque in hoc eũ sequatur. Sic sequior vita eorũ est qui ex alieno labore pẽdẽt, vt valetudinarij, senes, vel qui nullã artem didicerũt, qua vitã suã ipsi à fame, & egestate, vindicare possint Nisi malis sequior dici pro secior, vt sequiùs adverbium pro seciùs: [s] vt sit sensus, an sequioris vitæ, id est alterius: vel segnioris, lege. Ait, Nunquid circũuenire. Eò respicit quod suprà dixit, intercipi. Ait. Qui trãsigit de alimẽtis. Legatis alimẽtis nõ solũ cibaria, sed vestitus quoq;, & habitatio legata, benigniore interpretatione dicitur: [t] sed si de alimẽtis trãsigatur, neq; vestiariũ, neq; habitatio cõtineri trãsactione intelligitur, quod benignior interpretatio in hac specie verba coarctet: in illa producat, & ideo D. Marc. specialiter, id est nominatim, & definitè nõ solũ generali alimẽtorũ trãsactione, de vestiario, & habitatione,

a. l. j. ḡ. de offic. e.
b. l. 2. ḡ. de offic. e. l. si per err. de iurisd. & hic in inscrip.
c. Sueton. in Nero. & in Tito. Vopisc. in Prob.
d. l elegãter. infr. de cond. indeb.
e. l. item. infr. de pe. hære. l. oratio. j. de sponsa.
f. inf. ea. l. 6. sed nec.
g. l. legatis & l. fin. j. de ali. leg.
h. j. ea. l. 6. si cui.
i. arg. l. in testa. j. de reg. iur.
k. inst. de do. in prin.
l. j. ea. l. vers. si integra.
m. l. codicillis & in rub. j. de ali. leg.
n. l lecta. j. si cer. pe l. centesimis. j. de verb. ob.
o. instit. de sing reb. p. fid
p. §. sed si vx. de lega.
q. l. j. C. q. di. leg.
r. inf. ea. l. Sed &.
s. Liui.
t. d. l. legatis. infr. de ali. leg.

decidi voluit sua oratione.[u] Ait, Nõ habebit necesse. Caussa enim alia esse potest alimẽtorũ, alia vestiarij, & habitationis. Quid enim si alimẽta aliunde sibi habeat, vestiariũ, vel habitationẽ, nõ æque. Ait, de Calceario. Calceariũ pro calceis, vt vestiariũ pro vestitu dicũt consulti: sed tamen quãdo res eiusmodi non semel, sed sæpius debentur.[x] Cõtinetur autẽ calceariũ appellatione alimẽtorũ, vbi fauor id suadet, vt vestiariũ: & eadem ratio transigi sine Prętore de his vetat. Ait, si vni, pluribúsve. Fundus ita ad alimẽta relictus intelligi debet, vt dominiũ ad alimentarios pertineat: alioqui distrahere non possent authore Prætore. Est autem eadem ratio in venditione sine Prætore non admittenda, quæ in transactione, ne alimentarij repræsentatam pecuniam consumant, & deinde post esuriant.[y] Ait, Idem est. Porrigit consultus S.C. per interpretationem, ad liberationẽ pignoris. Ait, si Prætor aditus. Voluit enim oratio de caussa quæri, &c. Satis est autẽ constituere ne transactio aliter fiat, quàm Prætore cognoscente: nec oportuit addere vt si contrà fieret, transactio irrita foret.[z] Ait, Sed nec mandare. Quæ enim specialiter lege, S.C. vel constitutione tribuuntur, mandata iurisdictione nõ transferuntur: nec mãdari specialiter possunt, nisi magistratus abesse oporteat, &c. Quæ verò more maiorum competunt magistratibus, mãdari possunt: quia iure magistratus more maiorum competunt, non speciali lege, S.C. vel constitutione.[a] Ait, Etiam apud Procuratorem Cæsaris. Proconsul enim rectius fecerit, si à caussis fiscalibus abstinuerit:[b] vt S.C. & lex de officio Procuratoris constituta, euentu collidi videantur:[c] ita tamen S.C. interpretatur Vlpianus, vt species generi deroget.[d] Ait, Apud Præfectos ærarij. Aerarium pecuniam Imperij habuit, fiscus priuatam ipsius Principis:[e] ærarij Præfectus prædam curabat, &c. temporibus Ciceronis:[f] fisci Præfecti apud Vlpianum alibi memorãtur.[g] Sed de bis suprà pluscula diximus.[h] Ait, Si cùm lis quidem. S.C. de alimentis transigere sine Prætore, vel Præside vetuit, non de lite: sed ne fraus fieret. S.C. nec de lite quidem inconsulto Prętore valere decisionẽ responsum est.[i] Ait, Sanè si is. Hæc suprà explicamus.[k] Ait, Si in singulos annos. Mihi placet hic salarium, non solarium pro reditu fundiario legi, *rente fonciere*.[l] Non enim præsumptio est, homini loci honestioris, in alimenta honorarium, vel vsumfructũ relinqui. Ait, Vel modicus. Etiam si modicum sit in caussam alimentorum relictum, Prætore opus erit. Ait, Si tamen ita sine Prætore. In sequentibus speciebus repræsentata quidem pecunia non est: sed tamen disceptatore Prætore æstimabitur, valeátne transactio sine eo facta, & vtilis sit alimẽtario, an damnosa. Ait, Si ad habitationem. In his speciebus nihil interuertitur caussa alimentorum, & ideo sine Prætore transactio procedit.[m] Sed quomodo pecunia de habitatione decidit sine Prætore? An hoc modo transigendo circumueniri non potest? Sed ita transactio hæc accipienda est ex præcedentibus, vt neque diem, neque modum permutet. At cur in habitatione magis quàm in alimentis citra Prætorem admittitur transactio?[n] An quòd non tam necessaria sit habitatio, quàm alimẽta? cùm sine his viui nullo modo possit, sine habitatione posit, etsi non cõmodè. Nã veteribus, domus antra fuerunt, & densi frutices, & iunctæ vimine virgæ. Quod quæri solet, an pacisci liberaliter de alimentis liceat, superuacaneum est. Nam si pecunia, vel re alia accepta decidere non licet, multò minus donãdi caussa pacisci licet, ne omninò petantur.[o] S.C. tamen id vetuit nominatim, quod frequenter accidit.[p]

u. vt hic. x. l. diarijs. j. de ali. leg. y. supr. ea. l. z. l. non dub. C. de ll. a. l. j. supr. de offic. e. b. l. nec. supr. de off. procõ. c. Fab. d. l. in toto j. de reg. iur. e. l. 2. j. ne. q. in lo. pu. l. 2. de orig. f. ep. 27. g. d. l. 2. j. ne. q. in lo. pu. h. de offi. pr. Cæs. i. vt hic. k. l. eleganter j. de cond. indeb. l. 7. supr. l. l. 2. j. ne. q. in lo. pub. m. sup. ea. l. 6. eam. n. sup. j. 6. o. l. cui licet. j. de reg. iur. p. l. iura. & ll. seq. sup. de ll.

L. IX. IDEM *Lib. 1. Opinionum.*

Qui cũ tutoribus suis de sola portione administratæ tutelæ suæ egerat, & transegerat: aduersus eosdem tutores, ex persona fratris sui, cui hæres extiterat, agens præscriptione factæ transactionis non summouetur. Transactio enim quæcunque sit, de ijs tantùm de quibus inter conuenientes placuit, interposita creditur. Qui per fallaciam cohæredis, ignorans uniuersa quæ in uero erant, instrumẽtum, transactionis sine Aquiliana stipulatione interposuit: non tam paciscitur, quàm decipitur. Ei qui nondũ certus ad se querelã contra patris testamentum pertinere, de alijs caussis cum aduersarijs pacto transegit: tantùm in ijs interpositum pactum nocebit, de quibus inter eos actũ esse probatur. Siquidem in ijs tantùm transactio obest, quamuis maior uigintiquinque annis eam interposuit, de quibus actum probatur. Non autem quorum actiones cõpetere postea compertum est: iniquum est enim perimi pacto id de quo cogitatum non docetur.

Ait, præscriptione transactionis. Præscriptio transactionis, species est exceptionis pacti. Præscriptio enim actionem excludit, vt Fortunatianus ait, translatio differt: hinc præscriptio longi temporis, & longissimi dicta, quæ rei vendicationem, vel actionem in personã excludat.[a] Apud authores iuris etiam præscriptio dilatoria est, vt fori.[b] Ait, Quæcũque sit. Siue stipulatio Aquiliana interuenerit, siue pactum nudum,[c] siue caussa pacto subsit, siue pœna subiecta, &c. Ait, Inter conuenientes placuit. Regula est, ne pactũ in vna re, in alia noceat, &c.[d] Quod Scæuola ait, contra fratrem qui ex alia caussa egit, pronunciatum fuisse, huc nihil pertinet: quia iniuria pronunciatum

a. C. de præs. long. tẽp. &c. b. l. fin. C. de excep. l. j. in quib. caus. mi li. rub. inf. de exce. seu præs. c. l. 2. sup eo. l. cum mot. l. si pro. C. eo. l. pen. inf. ed. d. l. si vnus. 6. ante. supr. de pact.

nunciatum fuit, & sententia ius fecit. a Ait, Qui per fallaciam. Pactum dolo malo factũ, non fer-ua. Prætor: f & error paciscentis, vitiat exceptionem. g Ait, Ei qui nõdum. Si de alijs causis nominatim transactum sit, de querela inofficiosi testamenti non videtur transactum, nisi contrarium probetur: & hoc eadem regula Pauli nititur. h

L. X. IDEM. *Lib. 1. Responsorum.*

De re filiorũ quos in potestate nõ habuit, transigẽtẽ patrẽ minimè eis obesse placuit.

Pactum cum vna persona, alij non nocet, a exceptis certis personis: b ideo pactum patris, filio emancipato non obest.

L. XI. IDEM *Lib. 4. ad edictum.*

Post rem iudicatã, etiã si prouocatio non est interposita, tamen si negetur iudicatũ esse, uel ignorari potest an iudicatũ sit, quia adhuc lis subesse possit: trãsactio fieri potest.

Res iudicata, quæ appellatione extincta non est, a executionem parat habet. b quare si de sententia constet, lis nulla erit, vt tanquam de lite incerta transigi non possit. c De re enim dubia, vt de alimentis, vel de lite incerta demum transactio fieri potest: d re iudicata, quæ ignorari non potest, nõ actione iudicati experiundum est, sed per iudicem ad effectum perducitur, vel per merum executorem. e

L. XII. CELSVS. *Lib. 4. Digestorum.*

Non est ferendus qui generaliter de ijs quæ testamento ei relicta sunt, transegerit: si postea causetur de eo solo se cogitasse, quod prima parte testamenti, ac non etiam quod posteriore legatum sit. Si tamen posteà codicilli proferuntur: non improbè mihi dicturus videtur, de eo duntaxat se cogitasse, quod illarum tabularum quas tũc nouerit, scriptura contineretur.

Ad hoc caput suprà satis dixi. a

L. XIII. AEMYLIVS MAC. *Lib. 2. ad l. uicesimam Hereditatum.*

Nulli procuratorum principis inconsulto principe transigere licet.

Procurator Cæsaris quis sit, suo loco ostẽdimus: is administrare rem Cæsaris potest, alienare non potest. vel transigere de re dubia, vel lite incerta nisi consulto Cæsare. a Mandatu enim generali non videtur data decidendi potestas, sed generali diligẽter. b Tutor, curator, administrator rerum ciuitatis, & similes, transigere possunt decidendi caussa, quòd dominum cõsulere non liceat: c idem ius ij habent, quibus vniuersorum bonorum, omnium rerũ, vel totorum bonorum, peculij ve administratio libera concessa est. d

L. XIIII. SCAEVOLA. *Lib. 1. Responsorum.*

Controuersia inter legitimum & scriptum hæredem orta est: eaque transactione facta, certa lege finita est, quæro creditores quem conuenire possint. Respondi, si ijdem creditores essent, qui transactionem fecissent: id obseruandum esse de ære alieno, quod inter eos conuenisset. Si alij creditores essent: propter incertũ successionis pro parte hæreditatis quã uterque in transactione expresserit, utilibus actionibus cõueniendos esse.

Ex testamento quidem non nisi hæres scriptus conueniri potest: sed creditores propter incertum successionis, post trãsactionem vtiliter agent in eos qui transegerunt de hęreditate: id quod & suprà adnotaui. a

L. XV. PAVLVS. *Lib. 1. Sententiarum.*

Pacto conuento, Aquiliana quidẽ stipulatio subijci solet: sed consultius est, huic pœnalem quoq; stipulationẽ subiũgere: quia rescisso fortè pacto, pœna ex stipulatu peti potest.

Aquiliana stipulatio, & acceptilatio, obligationes tollunt ipso iure: a Aquiliana tantum pacto subiecta actionem parit, ad firmandas obligationes, & pacta, adhiberi solet, b & præcedentes obligationes perimit. Quòd si pactum stipulatione confirmatum, per Prætorem ex aliena caussa rescindatur, vtile erit stipulationem quoque pœnalem pacto subiectam fuisse his verbis: Hæc omnia vti pacta conuenta sunt inter nos, nisi fiant, vel si contrà quàm inter nos conuenit factum erit, centum pœnæ nomine dabis? c Rescissa enim stipulatione Aquiliana, ex stipulatione pœnali rectè agetur. Sed & illud constat, si aliòqui cõtra transactionẽ fiat, pœnã ex stipulatu peti posse. d

L. XVI. HERMOGENIANVS. *Lib. 1. Iuris epitomarum.*

Qui fidem licitæ transactionis ruperit, non exceptione tantum sommouebitur: sed etiam pœnam quam (si contra placitum fecerit, rato manente pacto) stipulanti rectè promiserat, præstare cogetur.

Qui contra transactionem agit, exceptione pacti submoueri potest, a si acceptilatio non interuenit, quæ ipso iure sustulit obligationes: b quod si pœnæ stipulatio simpliciter pacto subiecta fuit, vel exceptione, vel actione vtetur qui seruari transactionem cupit. c Si verò inferatur sti-

t iuj pulationi

e. l. qui Romæ. in § j. de ver. ob. f l. iuris g. præ tor. §. de pact. g. l. si cum eo. vbi nota. eo. h. d. §. ante.

a. l. si vnus. §. ante. §. de pact. b. l. si tibi. & ll. seq. eo. a. l. l. in fi. j. ad turp. l. fi. C. de temp. appell. b. l. debitorib. j. de exe. rei iudi. c. l. 1. §. e. d. l. cum hi. §. & d. l. e. l. executorẽ. C. de exe. rei iudi. & c.

a. l. 3. & l. e. §. e.

a. l. 1. §. de offi. proc. Cæs. b. l. mandatu. j. de procur. c. l. interdũ. l. si pig. j. de fur. l. præses. C. de transa. d. l. iusiurã. & l. seq. j. de iureiur. l. si consenso. & l. seq. j. quib. cau. pig. tol. l contra. §. de pact.

a. l. imperatores.

a. l. 4. §. l. 3. & l. vt respon. C. eo. b. l. iuris g. §. quod ferè d. l. 4. & hic. c. l. continuus. §. pe. j. de ver. ob.

d. l. vbi. C. eo.

a. l. & l. qui cũ. §. b. d. l. 4. §. 4. itẽ quib. mod. ob. toll. c. l. rescrip. §.

pulationi pœnali clausula, Rato manente pacto, vtraque vti licebit. [d] Sed cur pactum, stipulatione pœnali non quasi nouatur? [e] quia in facto versatur. [f] Tamen idem & in stipulatione Aquiliana cum acceptilatione, obseruatur: [g] quia acceptilatio ad obligandum non concipitur, & in præsens tempus confertur.

L. XVII. PAPINIANVS. *Lib. 2. Quæstionum.*

Venditor hæreditatis, emptori mandatis actionibus, cum debitore hæreditario, qui ignorabat venditam esse hæreditatem, transegit. Si emptor hæreditatis hoc debitum ab eo exigere uelit: exceptio transacti negocij, debitori propter ignorantiam suam accommodanda est. Idem respondendum est & in eo, qui fideicommissam recipit hæreditatem, si hæres cum ignorante debitore transegerit.

Videre primùm hic oportet, quæ suprà scripsi, [a] quibus cognitis, hoc caput expeditum erit. Pactum igitur debitori hæreditario proderit, quod cum venditore hæreditatis, vel hærede, qui restituit, fecit imprudens. Directæ enim actiones adhuc his competunt, vtiles emptori & fideicommissario, etiam si non mandentur actiones à venditore, & hærede. [b] Porrò venditor qui transegit cum debitore, rectè ab emptore hæreditatis conuenietur in proposita hic specie. [c] Sed & si emptor litem cum debitore contestatus sit, partem debiti ab eo accepit, vel denunciauit ne venditori solueret, exceptio transactionis ei non proderit: quòd scienter prudenter transegit. [d] Est autem in hac specie id singulare, quòd pactum cum vẽditore factum, emptori noceat: vel cum hærede factum, incommodet fideicommissario. [e] Quod ideo receptum est, quòd in ius agẽdi sit successio, [f] quodque debitori qui transegit, non prodesset pactum, si aduersus emptorem quoque se tueri non posset. Illud quæro si stipulatio Aquiliana, & acceptilatio interueniat, exceptione, præscriptióve transactionis factæ, competat? [g] Et veriùs est, ipso iure cùm munitus sit debitor, nulla ei exceptione opus esse: [h] sed tamen in hac specie ab actionibus vtilibus liberatus non videtur, vt non sine ratione, exceptionem transacti negotij necessariam dicamus, etiamsi acceptilatione à venditore liberatus sit debitor, &c. Alij exceptionem intentionis fabrefecerũt, quam ipso iure liberatis, dare solent: quod iuri Quiritium non conuenit. [i] Porrò autẽ hic titulus vertitur, in edicto Prætoris de pactis conuentis: [k] in iure ciuili de stipulatione & acceptilatione: [l] in rescripto Antonini & D. patris eius, de transactione post rem iudicatam: [m] & in oratione D. Marci de transactione alimentorum. [n] Quam orationem, cùm S.C. quo consecrata est, nullo negotio ex Vlpiani commentarijs, ad exemplum Senatusconsultorum, quæ extant, [o] restitues. Extant & apud Ciceronem formæ S.C. non vno in loco: [p] quo tempore eius quod P.R. iussisset, Senatus auctor fiebat. Sub Augustis, vt dixi, consecrabot quod Principi placebat. [q] S.C. forma. Pr. Idus illas, Consules illi verba fecerunt de ijs quæ Imperator M. Antonius Augustus pr. Nonas, « quæ proximæ fuerunt, proposuit, oratione complexus quid fieri placeret. Deque ea re ita patres « censuerunt: cùm hi quibus alimenta in singulos annos relicta sunt, facilè transigere soleant con- « tenti modico præsente: & repræsentatam mox pecuniam consumant: placere ne aliter transactio « de alimentis, néve de habitatione, aut vestiario rata sit, quàm authore Prętore, de caussa, de mo- « do, deque personis transigentium diligenter quærente, fiat: ne alimenta intercipiantur. Fuit & « edictum Prætoris De transactionibus, quod alibi restitui. [r]

AD EVNDEM TIT. IVS GALLICVM.

Franci transactionem decidendi caussa factam, *appoinctement, accord, & composition*, vocant: *Si le denunciateur, ou accusateur, compose, ou appoincte auec l'accusé, & rapporté proufit d'icelluy appoinctement.* [a] Quod verbum & pro omni iudicis interlocutione, vsurpant. [b] Licet autem priuatis delatoribus apud Gallos transigere de omni crimine, tam capitali, quàm non capitali, citra falsi accusationem, idest ita transigendo in crimen falsi non incurrunt: quæ mihi verba explicanda ideo sunt, quòd vulgò non intelligãtur apud Diocletianum. [c] Est autem hoc receptum apud Galliam, quòd Regius procurator ius publicum persequatur: priuatus accusator vindictam priuatam, & rẽ familiarem: [d] qui ob id ciuiliter magis experitur, quàm criminaliter agit. [e] & si *accusateur & demandeur* vulgò appelletur. Sed & qui transigit de crimine, multã dependit domino iurisdictionis: reus quidem, si det, delator verò si nihil accipiat: [e] quia ille confessus crimen, hic calumniatus videtur: [f] & pactis priuatorum forma iuris fiscalis non conuellitur. [g] Post appellationem quoq; litigantes transigunt, quam decisionem Regij procuratores inspicere debent, & nulla pecunia accepta, vel consentire, vel contradicere: [h] quod vulgò sub beneplacito curię fieri dictitãt. Trãsigere enim inconsulto Principe, non possunt Regij procuratores. [i]

Bipertiti commentarij ad lib. II. Digestorum seu Pandectarum Iustiniani Cæsaris.

FINIS.

d. vt hic. l. vt resp. C. eo.
e. l. oblig. ferè. j. de actio.
f. §. pactus. l. si vnus. § de pa.
g. l. vbi. C. eo.

a. l. si cũ emp. §. de pact. & l. sed si.
b. d. l. & §. rest. de fidei hær.
c. l. a j. de hęr. vend.
d. l. 3. C. de nouat.
e. l. si vous. §. ante §. de pa. contr.
f. arg. l. si tibi. eo.
g. l. qui cum. §. & hic.
h. l. 3. l. vt resp. C. eo. l. 1. & l. exc. j. de exc.
i. l. si quidẽ. C. de pba l. exceptio. j. de excep. l. si. cũ §. de pact.
k. l. iurs. §. de pact. §. prętor.
l. §. item. insti. quib. mod. ob. toll.
m. l. elegãter. j. de cõd. ind.
n. l. cũ hi. § eo.
o. l. item. j. de pe. hær.
p. ep. 151. Philip 3. 5. & 9. li. 9. de ll.
q. d. l. itẽ Vopis. in Prob.
r. li. 1. Maoua. ad τὰ πρῶτα.

a. Borbon. 66 &c. Aruer ca. 29. ar. 15.
b. Britã. 8. Carol 7. 122.
c. l. transigere. C. de transa.
d. arg. l. post leg. j. de his quib. vt inds.
e. dd. consuet.
f. arg. l. 1. l. athle. l. furti. j. de infa.
g. l. inter. §. de pa.
h. Carol. 7. 122
i. l. nulli. §. eo.

D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS *perpetuò Augusti, iuris enucleati, ex omni ueteri iure collecti, Digestorum seu Pandectarum.*

Liber. III.

DE POSTVLANDO.

Titulus I.



N hunc locum iuris, primùm mihi Prætoris edictum componendum est: ex quo (nisi fallor) manifestò apparebit quod identidem in auditorio dicere soleo: Si edicta, veteres leges, aut S.C. extarent, non magnopere Vlpiani, vel Pauli commentarijs, studioso iuris opus fore: & multò minùs Bartolos, vel Baldos, eidem necessarios. Et quoniam non ex solo Prætoris edicto, quæ sub hoc titulo extant, desumpserunt consulti: interseram clausulis edicti paucula, ex S.C. & rescript. » Principum, &c. Prætor ait, Qui annos decem & septem non compleuerint, quíve prorsus nō » audient apud me in iure ne postulent: quibus si non habebunt aduocatum, ego dabo. Fœminę, » cæci vtrísque luminibus orbati, corporéve suo muliebria passi, quíve crimine capitali damnati » erunt, apud me pro alijs ne postulent. Qui calumniæ caussa publico iudicio damnatus erit, quíve » operas suas locarit, vt in arena cum bestijs depugnaret, etiā apud pedaneos iudices ne postulet. » Qui aduersus hæc fecisse monstretur, pro æstimatione iudicis, extra ordinem pecunia multabi- » tur. Qui lege, plebiscito, S.C. edicto, decreto Principum (nisi pro certis personis) postulare pro- » hibētur, hi pro alio quàm pro quo licebit, in iure apud me ne postulent. Qui ex omnibus his qui » suprà scripti sunt, in integrum restitutus non erit: pro alio ne postulet præterquàm pro parente, » patrono, patronáve, liberis, parentibúsve patroni, patronæque, liberísve suis, fratre, sorore, vxo- » re, socero, socru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, fu- » riosa: cui eorum à parente, aut maioris partis tutorum sententia, aut ab eo cuius de ea re iurisdi- » ctio fuit ea tutela, curatióve data erit. Quibus aduocatione in tempus interdictum est, quibúsve » exilium irrogatur, post tempus pro omnibus postulare non prohibentur. Fisci patronus aduer- » sus fiscum, decurióve aduersus patriam suam ne postulet, præterquàm pro se, filijs suis, parenti- » búsque, vel pupillis quorum tutelas gerunt. Tutori vel in eo negocio, in quo aduocatus contra » patrem priùs fuerit, etiam aduersus fiscum adesse licebit. Hæc ex Prętoris edicto, S.C. & rescriptis Principum: quibus quæ sua interpretatione consulti addiderunt, vel in verborum significatione, vel in coniectura voluntatis posita sunt. Verba interpretatur Vlpianus, cùm ex S.C. colligit non eum qui depugnauit cum bestijs notari, sed eum qui operas suas in hoc locauit. Voluntatem verò à pari colligunt Caius, & Pomponius, cùm, alijs qui in curatione sunt, fatuum, fatuam, mutum, surdum, prodigum, & adolescentem adijciunt, &c.

L. I. VLPIANVS *Lib. 6. ad edictum.*



Vnc Titulū Prætor proposuit habendæ rationis caussa, suæq; dignitatis tuēdæ, & decoris sui caussa: ne sine delectu passim apud se postuletur. Ea propter tres fecit ordines, nam quosdam in totū prohibuit postulare: quibusdam pro se permisit: quibusdā & pro certis duntaxat personis, & pro se permisit. Postulare autē est desiderium suum uel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni praeest, exponere: uel alterius desiderio cōtradicere. Initium autem fecit Prætor ab ijs qui in totum prohibētur postulare: in quo edicto aut pueritiam, aut casum excusauit. Pueritiam, dum minorem decem & septem annis, qui eos non in totū compleuit, prohibet postulare: quia moderatam hāc ætatem ratus est ad procedēdum in publicum: qua ætate aut paulò maiore fertur Nerua filius & publicè de iure respōsitasse. Propter casum: surdū qui prorsus non audit, prohibet apud se postulare. Nec enim erat permittendum ei postulare, qui decretum Prætoris exaudire non poterat: quod etiā ipsi erat periculosum futurū. Nam

non

*non exaudito decreto Prætoris, quasi non obtemperasset, pœna ut cõtumax plecteretur. Ait Prætor, si non habebunt aduocatum, ego dabo. Non solùm his personis hanc humanitatẽ Prætor solet exhibere: uerumetiam si quis alius sit qui certis ex caussis, uel ambitione aduersarij, uel metu, patronum non inuenerit. Secundo loco edictum proponitur in eos qui pro alijs ne postulent prohibentur, in quo edicto excepit Prætor sexum & casum. Item personas turpitudine notabiles. Sexũ quidem ¶ dum fœminas prohibet pro alijs postulare. Et ratio quidem prohibendi est, ne contra pudicitiam sexui cõgruentem, alienis caussis se immisceant: ne uirilibus officijs fungãtur mulieres. Origo uerò introducta est à * Calpurnia improbissima fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans, caussam dedit edicto. Casum, dum cæcum utrisque luminibus orbatum Prætor repellit: uidelicet quòd insignia magistratus uidere & uereri non possit. Refert etiam Labeo, Publium Cæcum Asprenati, Nonij patrem, auersa sella à Bruto destitutum, cùm uellet postulare. Quamuis autem cæcus pro alio postulare non possit, tamen & senatorium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur. Nunquid ergo & magistratus gerere possit? Sed de hoc deliberabimus, extat quidem exemplum eius qui gessit. Appius denique Claudius ¶ cæcus consilijs publicis intererat, & in Senatu seuerissimam dixit sententiam de Pyrrhi captiuis. Sed melius est ut dicamus quidem retinere iam acceptum magistratum posse: ¶ aspirare autem ad nouũ penitus prohiberi, idque multis comprobatur exemplis. Remouet autem à postulando pro alijs & eũ qui corpore suo muliebria passus est. Si quis tamen ui prædonum uel hostium stupratus est, non debet notari: ut & Pomponius ait. Et qui capitali crimine damnatus est, nõ debet pro alio postulare. Item senatusconsulto etiã apud iudices pedaneos postulare prohibetur, calumniæ caussa publico iudicio damnatus. Et qui operas suas ut cum bestijs depugnaret, locauerit. Bestias autem accipere debemus ex feritate magis, quàm ex animalis genere. Nam quid si leo sit, sed mansuetus, uel alia dentata mansueta? Ergo qui locauerit, solus notatur: siue depugnauerit, siue non. Quid si depugnauerit cùm non locasset operas suas, non tenebitur. Non enim qui cum bestijs depugnauerit, tenetur: sed qui operas suas in hoc locauerit. Denique eos qui uirtutis ostendendæ caussa hoc faciunt sine mercede, nõ teneri aiunt ueteres, nisi in arena passi sunt sese honorari: eos enim puto notam non euadere. Sed si quis operas suas locauerit ut feras uenetur, uel, ut depugnet feram quæ regioni nocet, extra arenam: non est notatus. Iis igitur personis quæ nõ uirtutis caussa cum bestijs pugnauerũt, pro se Prætor permittit allegare: pro alio prohibet. Sed est æquissimũ, si tutelam uel curam huiusmodi personæ administrent: postulare eis pro ijs quorum curam gerunt, concedi. Qui aduersus ea fecisse monstretur: & pro alijs interdicta postulatione repellitur, & pro æstimatione iudicis extra ordinẽ pecuniaria pœna multatur. Vt initio huius tituli diximus, tres ordines Prætor fecit non postulãtium: quorum tertius est, quibus non in totum denegat postulandi facultatem, sed ne pro omnibus postulent: quasi minùs deliquerint, quàm ij qui superioribus capitibus notãtur. Ait Prætor, qui lege, plebiscito, senatuscõsulto, edicto, decreto Principum (nisi pro certis personis) postulare prohibentur: ij pro alio quàm pro quo licebit, in iure apud me ne postulent. Hoc edicto continentur etiam alij omnes qui edicto Prætoris ut infames notantur: qui omnes, nisi pro se & certis personis, non postulent. Deinde adiecit Prætor, qui ex omnibus ijs qui suprà scripti sunt, in integrum restitutus non erit. Qui ex ijs quia* suprà scripti

¶ Quæ mulieres apud magistrat. p se aut alijs caussis egerint. Vale. li. 8. ca. 3.

* Aliàs Carphurnia.

¶ De hoc Liuius li. 13. Plutar. in vita Pyrrhi.

¶ Est enim grauiùs spoliari quàm nõ augeri dignitate, Cic. in ora. pro Plãcio.

suprascripti sunt, sic accipitur: si fuerit inter eos qui tertio edicto continetur, & nisi pro certis personis, postulare prohibentur. Cæterùm si ex superioribus, difficilè in integrum restitutio impetrabitur. De qua autem restitutione Prætor loquatur, utrum de ea quæ à Principe datur, an quæ à Senatu, Pomponius quærit. Et putat de ea restitutione sensum, quam uel Princeps uel Senatus indulsit. An autem & Prætor restituere possit, quæritur. Et mihi uidetur, talia Prætorum decreta non esse seruanda: nisi sicubi ex officio iurisdictionis suæ subueniant, ut in ætate obseruatur si quis minor deceptus sit: cæterisque speciebus quas sub titulo de in integrum restitutione exequemur. Pro qua sententia est, quòd si quis famoso iudicio condemnatus, per in integrum restitutionem fuerit absolutus: Pomponius putat hunc infamia eximi. Deinde adiecit Prætor, pro alio ne postulent, præterquàm pro parente, patrono, patronáue, liberis, parentibusque patroni patronæque: de quibus personis sub titulo de in ius uocando pleniùs diximus. Itē adijcit, liberisue suis, fratre, sorore, uxore, socero, socru, genero, nuru, uitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa.

Ait Vlpianus, Hunc titulum. Locus hic arguit Prætorem suis edictis titulum præposuisse, vt De postulando, De in ius vocando, &c. Ait, Suæque dignitatis. Ideo pactionibus priuati litigatoris, huic edicto quasi publicam caussam spectanti, derogari non potest. [a] Ait, Ne sine delectu passim. Vt quisque vellet, indiscriminatim: siue idoneus esset, siue id minùs: vt, Passimque in littore fieeo, corpora curamus. Ait, Tres fecit ordines. Obseruat Vlpianus Prætorem sub hoc titulo, de tribus hominū ordinibus nominatim edixisse: vnde à contrario colligemus, reliquos omnes tā pro alijs quàm pro se postulare. [b] Ait, Postulare. Definitione explicat quid sit quod ait Prętor in edicto ne postulet: & pro loco coangustat ad eam postulationem quæ apud magistratum, vel cui mādata sit iurisdictio, proponitur. Nam in iure postulare Prætor vetat, [c] Senatus etiam in iudicio apud pedaneos, id est delegatos, priuatósve iudices. Quamquam interdum in iure, pro in iudicio dicitur. Postulare dicūtur aduocati, qui & caussidici, patroni, oratores, in iure promiscuè dicuntur: [d] licet Asconius in Ciceronem, aduocatum, patronum, & cognitorem, procuratorēq; ita seiungat, vt patronus orator sit qui aliquem defendit in iudicio: aduocatus qui ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: procurator qui suscipit negocium mandato etiam absentis: cognitor qui familiarissimus defensor sit præsentis, & caussam eius tāquam suam tueatur, atque vt opinor, absque mandato: quod & interpres Codicis Theodosiani scribit ad tit. De cognitoribus, & procuratoribus. Orator etiam qui pro litigatore agente allegat, actor veteribus dicitur: vt patronus qui reum defendit. [e] Postulare porrò is etiam dicitur qui aduocatus nō est, sed suam caussam agit: [f] siue postulet libello porrecto, qui postulationis libellus vocatur: siue viua voce alleget. [g] Ait, Excusauit. In excusationem adduxit cur eos postulare non sinat: quomodo Fabius excusare flatus, & mare, Liuius excusare valetudinē oculorū dixit. Nam excusari non dicuntur qui prohibentur, vtcūque in hoc locum hunc Accursius laudet. [h] Ait, De iure responsitasse. De iure respondere, est quod consilium dare dicimus: & responsa sunt consultorū, quæ vulgò consilia dicuntur Doctorum iuris. Et ex hoc quidem loco arguunt, annos natum decem & septem completos, Docturam ambire posse, modò alioqui consultus sit iuris. Iudex inuitus non datur à magistratu, qui viginti annis minor sit: [i] qui minor viginti quinque est, non potest esse procurator forensis, [k] sed procurator rerum aliarum esse potest natus decem & septem annos. [l] Procurator enim forēsis obligatur litigatori, & restitui posset: iurecōsultus, vel procurator extraiudicialis, non alijs nocere potest, quàm ijs qui consuluerunt, vel sua ei negocia commiserūt. Potest autem Doctor iuris restitui in integrum, si circūscriptus sit: cùm facti interpretatio prudentissimos quosque fallat. [m] Ad hæc iudex datus consensu litigatorum, vel magistratus à Principe factus, rectè iudicat, licet minor sit legitima ætate: quia litigantes sibi imputare debent, si lędantur. Princeps qui magistratum dedit, lege soluisse videtur ætate legitima minorem. [n] De ijs qui pueri caussas egerunt, Fabius Quintilianus scribit lib. 12. Ait, Qui decretum Prætoris. Ecce exemplum contumaciæ, de qua edixit Prætor alibi. [o] Ait, Si non habebunt aduocatum. Cùm enim vetet in totum postulare, æquum fuit eis dare aduocatum. Nam qui non prohibētur postulare, si idoneum aduocatum non habeant, ipsi pro se allegare possunt. Ait, Patronum non inuenit. Patronum pro caussidico generaliter dicere videtur, quem aduocatum dixit. [p] Quibus autē hanc humanitatē magistratus exhibere debeant, alio loco pluribus verbis persequitur Vlpianus, de Proconsulis officio loquens. [q] Ait, Secundo loco edictum. Edicta vocat singula capita, quibus Prætor edicit, id est præcipit aliquid sub hoc titulo. [r] Ait, Et ratio quidem prohibēdi. Rationem, caussamve cuius gratia edictum fœminas excepit, Vlpianus adducit: item caussam efficientem,

a. l. iurisg. §. si pacisear. ff. de pact. j. eo. l. quos prohibet.
b. l. 2. ff. de his. q. sunt su. l. qui accu. j. de accus.
c. l. pe ff. de iusti. & ff. ne q. eum q. in ius. vbi nunc l. voluit. j. de inter in iur.
d. l. quisquis. C. de postul. C. de aduo. di. iudi. cōsti. 2. ff.
e. Fab.
f. vt hic.
g. l. nec. ff. de offi. procons.
l. 1. de offi. assess. C. 1. de libel. obl.
h. §. item ma. insti. de excu. tut.
i. l. cū lege. j. de arb.
k. l. exigendi. C. de procur.
l. §. ead. iosti. quib. ex cau. ma.
m. l. in omni. j. de iur. igno. l. prof. C. de muner. patr.
n. l. quidā. j. de re iudi.
o. ff. l. 1. si quis ius di.
p. d. l. nec.
q. d. l. nec.
r. ff. ea. l. §. initium.

quæ

quæ magistratum impulit ad edicendum primùm de fœminis: qua posteriore cessante, nõ cessat effectus. Manet enim finis edicti, ne contra pudicitiam, &c. Ait, Quòd insignia magistratus. Sellam curulem, fasces, &c. Ait, Auersa sella. Ea magistratus maiores vtebantur, etiam in tribunalibus, quæ in basilicis ferè erant Romę, vt in basilica Iulia, [f] &c. Ait, Et iudicandi officio. Iudex ergo dari potest, quòd cadẽ ratio nihil vetet quominùs priuatus iudex sit. [t] Ad nouũ magistratum ideo non admittitur, ne maiestas P.R. quæ in magistratus relucet, [u] minoris vulgò fiat. Ait, Muliebria. Salustius: viros muliebria pati, &c. Sed quid si non passus sit, sed virum inierit? Et ad tertium edictum hic pertinebit, constitutione imperatoria ad edictum tracta, qua & pædicones infamia notantur. [x] Ait, Vi prædonum. Mentis interpretatio est, quòd turpitudinem maleficij notatam à Prætore, credere par sit, non casum innocentis. [y] Ait, Et qui capitali. Cuius pœna mors, vel exilium. [z] Ait, Item S.C. Hoc S.C. edicto breuiter interserui, omissa S.C. forma: quam alibi suprà demonstraui. [a] Ait, Etiam apud pedaneos. Prætor in iure tantùm, id est apud eos qui iurisdictioni præsunt, postulare vetat. Senatus etiam in iudicio apud priuatos, delegatósve iudices, qui tantùm iudicandi officio funguntur, nõ præsunt iurisdictioni: id quod suo loco scripsi. [b] Ait, Calumniæ caussa publico iudicio damnatus. Calumniæ agitur pecuniario iudicio ex edicto Prętoris, & crimen intenditur. [c] Quod si publico iudicio, calumniæ caussa damnatus constet calũniosus, & infamis erit ex edicto de infamia: [d] & ex hoc S.C. pro alijs non postulabit, nisi tutelam, vel curã eorum gerat. [e] Quæ pœna calumniãtibus irrogari solita sit lege Rhemia, ex Pandectis non constat: [f] capitalem non fuisse, hic locus probat. Sed ideo pœnam legitimam antiquatam esse, & in digesta minimè nominatim relatam, probabile est: ne Honorij constitutioni iam per Iustinianum Codici insertæ, Pandectę aduersarentur. [g] Sed cur de præuaricatore idem hoc S C, constitutum non est? An non ideo quòd minùs deliquisse quàm calumniator videatur? [h] Ait, Ex feritate. Voluntatis coniectura est, quòd nihil peccasse videatur, qui vt cum mansueto leone depugnaret, operas locauit: & Senatus peccata coerceat. Ait, Ergo qui locauit. Ex S.C. verbis hoc colligit. Ait, Nisi in arena. Mentis rursus interpretatio est, quasi locasse operam videatur, qui in arenam honoris caussa descenderit. [i] Ait, Vt feras venetur, vel vt depugnet feram. Legendum censeo, vt expugnet feram, vti in vulgatis exemplaribus impressum est. Vtrum autem fuit in S.C. & edicto Prætoris arenæ facta mentio, mihi non constat. Si fuit, ex verbis hoc infert consultus. Ait, Pro se Prætor. Prætor ergo & hoc probibuit quod S.C. continetur, nisi quòd apud magistratum in iure postulare vetet Senatus etiam apud pedaneos. Ait, Sed est æquissimum. Ex edicto per interpretationem volũtatis hoc colligit: pro se enim quodam modo postulat, qui pro pupillo, cuius tutelam gerit, postulat. [k] Ait, Qui aduersus ea. Clausula pœnalis ad hanc sententiam in edicto fuit. Nam Vlpianus non nisi ex iure hoc scribere potuit: vel ex verbis, vel ex voluntate. [l] Ait, Superioribus capitibus. Capita vocat de singulis generibus quæ edicuntur, vel notari superioribus capitibus, licet in secundo tantùm personæ notentur. Nam pueri & surdi primo edicto non notantur: vt nec fœminæ, vel cæci, secundo. Ait, Qui lege, plæbiscito, S.C. Hoc edictum monitorium est, & ius ciuile adiuuat: vt edictum ex quib. causs. ma. [m] Ait, Continentur etiam alij. Etiam dicit Vlpianus, quòd ex superioribus quidam notentur edicto Prętoris. Ait, Qui ex omnib. Initium est clausulæ sequentis, in qua verbum singulare esse debet, aut hic plurale restituti erunt. Ait, Qui tertio edicto. Tres enim fecit ordines nõ postulantiũ, & tot edicta dicuntur Vlpiano, id est capita edicti de postulando. Ait, Si ex superioribus. Hic locus probat secundam interpretationis nostræ particulam ad verbum superioribus capitibus sup. eadem lege. Nam tria ponit hic edicta, & ex superioribus edictis haud facilè restitui personas significat: cùm ex primo edicto qui prohibentur, ad integri restitutionem nihil pertineant. Nisi de superioribus personis, non edictis, hunc locum intelligas. Ait, Ex officio iurisdictionis. Obserua restitutionem damnatorum capite, vel infamium, supra Prętoris iurisdictionem esse: & ad officium iurisdictionis Prætoriæ, eas demum restitutiones spectare, quæ sub titulo de in integrum restitutione memorantur. Sed & in hoc locus hic notari debet, quod de duplici magistratus officio alibi scripsimus: [n] nimirum officium esse iurisdictionis, & extra iurisdictionem. Ait, Pro qua sententia est. Damnatus furti, iniuriarum, vel alioqui famoso iudicio, caussa cognita à Prætore in integrum restituitur: & ita infamia eximitur. Princeps, vel Senatus, sine caussę cognitione etiam restituere potest: quod maius est iurisdictionis officio. Non enim ius dicitur damnato, sed ignoscitur, & contra iuris regulas, restituitur in integrum. Quod Quintiliani seculo sub Domitiano, Senatui quoque licuit: [o] apud quem, vt apud Principem, iuris clementiæ locus erat, & deprecationi, &c. Ait, Sub titulo de in ius. Vlpianus libro quinto ad edictum de in ius vocando, libro sexto de postulando, libro quarto de pactis, & de edendo scripsit, libro tertio de iurisdictione, libro secundo, & primo edicta interpretatus est, quæ ad magistratuum differentiam, & iurisdictionem, tam in vocando in ius quàm in cæteris quibusdam, spectabant: quæ omnia ex inscriptione librorum ad singula capita deprehendes: vt ordo edicti perpetui mutatus per Tribonianum hic quoque appareat. Paulus eadem edicta interpretatus est libro quinto, quarto, tertio, &c. & quin que pro sex Vlpiani reliquit libros in suprà scriptos titulos. Illud obseruandum sub titulo de in ius vocando, complecti Vlpianum omnes speciales titulos generalem titulum in

Pandectis

f. Vitru. lib. 5.
t. l. cæcus. ff. de iudi.
u. l. pen. ff. de iusti.
x. l. cũ vir. C. de adul.
y. l. qui iniurię ff. de furt. arg.
z. l. sed &. ff. si quis cau. l. 2. ff. de pub. iud.
a. l. cum hi. de transf.
b ff. de iurisd.
c. l. fi. ff. de calum.
d. ff. tit. seq. l. 1.
e. ff. ea. l. & l. puto.
f. l. 1. ff. ad Turpil.
g. l. fi. C. de ac.
h. ff. ea. l. §. in initio.
i. Pollux li. 2. de coronis, & præmijs certãtiũ scribit.
k. l. puto. ff. eo.
l. l. 2. ff. de ori. l. prospexit. ff. qui. & à quib.
m. l. 1. ff. ex qui caus.
n. ff. de iurisd. l. 1.
o. Fab. lib. 3.

Pandectis sequentes, In ius voca. Si quis ius, &c. Vt paulò antè sub titulo de in integrum restitutione, subiectos mox speciales titulos in Pandectis comprehendit. Ait, Liberisve suis. Hoc loco Accursius rectè reciprocum accepit: in edicto qui satisd. perperam.[p]

p.l.2.§. qui satisd.

L. II. CAIVS. *Lib.3.ad edictum prouinciale.*

Fatuo, fatua: cùm istis quoque personis curator detur.

Verba sunt Caij ad edictum prouinciale, ex pari ratione ducentis interpretationem, & coniecturam voluntatis: qua fatuo, inquit, curator datur, vt furioso.[a] Hæc ergo duo verba putauit subijcienda, fatuo, fatua.

a.§. de curat. fur.l.his.§. de tut.da.ab.

L. III. VLPIANVS *Lib.6.ad edictum.*

Cui eorum à parente, aut maioris partis tutorum sententia, aut ab eo cuius de ea re iurisdictio fuit, ea tutela curatióue data erit. Affinitates non eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt, sed præsentes. Item Pomponius, nurus, & generi appellatione, & soceri, & socrus, ulteriores etiam quibus pro, præpositio solet accidere, cõtineri ait: In curatoribus item debuisse eum adijcere, cæterorumque quibus dari solent, id est, muto, prodigo, surdo, & adolescenti.

Verba edicti sunt hoc sensu accipienda: pro pupillo, pupilla, furioso, furiosa: cui, id est tutori, vel curatori eorum pupillorum, &c. tutela, vel curatio data erit à parente, &c. Ait. Cuius de ea re iurisdictio. Qui iurisdictionem habent, tutores dant & curatores: sed non soli. Ideo alibi neque imperij, neque iurisdictionis esse dicitur tutoris datio.[a] Sed cur tutelæ testamentariæ, & datiuæ tantùm hic meminit, quandoquidem eadem ratio, idem ius de legitimo, & fiduciario cõstituendum suadeat? Et ego puto Prætorem de administratione data sensisse, non de iure tutelæ: nam tutela testamentaria, & datiua ex inquisitione, non datur à maiore parte tutorum, nisi ad gestionem quod attinet: quo modo & tutela legitima datur, si plures sint lege tutores.[b] Administratio ergo tutori legitimo, vel fiduciario, à magistratu decernitur: etsi ius tutelæ lege deferatur. Ait, Affinitates. Affinitas præsens est alicui cum socero, cùm adhuc ex eo nata vxor viuit: cum vitrico verò si adhuc mater viuat, quæ ei nupsit, &c. Nam cum ea, quæ ex vxore repudiata nascitur, nulla mihi affinitas est. Etsi quę fuit affinitas, & quasi affinitas, matrimonia impediat contrahenda: in quibus non quod licet, sed quod decet, & honestum est, spectatur.[c] Ait, Appellatione nurus. Pronurus, progener, prosocer, prosocrus, appellatione nurus, generi, &c. continẽtur in edicto Prætoris: quæ verba & ad vlteriores porriguntur, vt alibi à consultis scriptum extat.[d] Nam & socer magnus, prosocer etiam dicitur:[e] licet speciali significatione gener, & socer, in primo gradu duntaxat appellẽtur, prosocer, vel socer magnus, in secundo, &c. Generalis autem verborum vsurpationis ea ratio est, quòd alij loco parentum, alij loco liberorum in infinitũ habeãtur: quo pacto nepotis, vel neptis appellatione, vlteriores quoq; interdum cõpræhenduntur.[f] Ait, Debuisse adijcere. Et adiecturũ fuisse probabile est, si præstò adfuisset monitor: ideoq; cõiectura voluntatis est, magis quàm repræhensio: vti alibi, meliùs dixisset, &c.[g] Satis est enim intelligi ex ijs quæ scripta sunt, ea quoq; quorum eadem est ratio: licet ad verba quod attineat, omissa videãtur.[h] Et hæc in edictorum, & legum interpretatione, locum habent.

a.l.muto.§.tutoris.§. de tutel.
b.l.si plures.§. de admi. tut. insti. de satis. tu.§.1.l.legitimos. de legi. tuto.
c.§.si vxor. de nupt.§.affinitatis. l. semper. §. de rit. nupt.
d.l. generi. l. nur. l. soceri. §. de ver. sig.
e.l. nõ facilè. §. de grad.
f.§. fratris. de nupt.
g.l.ait.§. de re iudi.
h.l.illud.§.ad. l. aquil. Cice. pro Cecin.

L. IIII. PAVLVS *Lib.5.ad edictum.*

Item quibus propter infirmitatem curator dari solet.

L. V. VLPIANVS. *Lib.9.ad edictum.*

Et qui negocijs suis, aliquo perpetuo morbo, superesse non possunt.

Similis interpretatio est ducta ex ratione edicti, ex qua voluntas Prætoris conijcitur.[a]

a.l.illud.§.ad. l.aquil. insti. de leg. patr. tut.

L. VI. IDEM *Lib.6.ad edictum.*

Puto autẽ omnes qui non spõte, sed necessario fungũtur officio posse sine offensa edicti postulare: etiam si ij sint, qui non nisi pro se postulare possunt. Si quis aduocationem præstare fuerit prohibitus,[¶] si quidem apud se (ut solent facere tempore magistratus sui) puto eum postea apud successorem eius adesse posse.

¶ Ex quibus caussis, aduocationib. interdicendum Socrates apud Ari. lib.7. hecatono.

Interpretatio est eius quod Prætor ait, Pro alijsne postulent. Qui enim pro pupillo postulat, & alioqui pro eo quem defendere debet, non omnino pro alio, sed pro se postulare videtur. Ait, Si quis aduocationis. A verbis in re dubia recedendũ nõ est:[a] quare qui apud se postulare vetuit iudicando, non edictũ perpetuũ proponendo, apud successorẽ, & alios, postulare permisit.[b] Est autem similis hic reciprocatio ei quã apud eundẽ suprà alibi obseruaui.[c] Sed qui si in perpetuum edixit, vel absolutè, Interdico tibi aduocatione. Et puto valere sententiam, parendũq; ei nisi appelletur:[d] & si in arte, Antonini rescripto contrà statutũ singulariter constet, ne vltra tẽpus administrationis suæ Præses interdicat.[e] Nam vitæ humanæ plùs incommodatur interdicendo in

a.l.non aliter. §. de leg.3.
b.l.cũ Prætor. §. de iudi.
c.l.4. de edẽ.
d.l.1. C. eo.l. moris. §. de pœn.
e. l. fi. §. de pœn.

perpetuum artibus (quas mechanicas dicimus) quàm si aduocatione interdicatur. Scio tamen aliter legum capita conciliari, vt intersit vtrum plenius cognita caussa, sententia dicta sit, an interlocutione prohibeatur, &c. Quæ diuinatio videtur, quòd si hoc sensissent iuris authores, aliter elocuti essent: quandoquidem lex perspicua esse debeat.[f]

f.c. erit. di. 4.

L. VII. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum prouinciale.*

Quos prohibet Prætor apud se postulare, omnimodò prohibet, etiam si aduersarius eos patiatur postulare.

a. l. 1. §. eo. b. l. iurisg. §. si pasciſc. l. ius pub. §. de pa. l. 3. §. de trãs.

Hoc edictum publicam caussam contingit:[a] vt consensu, pactionéve priuatorum, derogari ei non posit.[b]

L. VIII. PAPINIANVS. *Lib. 2. Quæstionum.*

*Imperator Titus Antoninus rescripsit, eum cui aduocationibus in quinquēnium interdictum esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi. Diuus quoque Adrianus rescripsit, de exilio reuersum postulare posse, nec adhibetur distinctio, quo crimine silentium uel exilium sit irrogatum: ne scilicet pœna tempore determinata, contra sententiæ * fidem ulteriùs porrigatur.*

* Aliàs finē.

a. l. generaliter. §. de decu. b. l. ad tēpus. & d. l. generaliter. l. qui cum vno. §. ad tempus. de re milit. c. d. l. qui cum vno. d. l. falsi. §. de fal. e. d. l. ad tēpus. d. l. falsi. f. d. l. general. & hic. g. d. l. qui cū. h. d. l. ad tempus. & d. l. fal. i. d. l. qui cū. l. ordine. ad municl.

Ad certum tempus postulandi officio prohibitus, vel in exilium missus, finito tēpore postulare poterit: idq; sententiæ ipsi conuenit, quæ post tempus permittit postulare. Neq; enim exaggerēda est sententia, quæ modū interdictioni fecit:[a] estq; legendū hoc loco contra sententiæ fidē. Sanè ad tempus ordine motus, vel aduocatione prohibitus ex crimine quod ignominiam importat, in perpetuū infamis erit:[b] præsertim si nulla ratione clemētior sententia lata sit: veluti si publico iudicio damnatus, ad tempus moueatur ordine: si verò infamiā iudiciū non importet, post tēpus in ordinē redire, & alios honores post tātū tēporis ambire poterit. Sed & si simpliciter exulare ad tēpus reus iubeatur, caussa dānationis quærenda est: vt si infamiam contineat, quia publicum iudicium est, &c. idē obseruetur, nec ad honorē redeat:[c] si verò non contineat perpetuā infamiā, vt quòd falso recitato aduocatus, vel ad tēpus ordine motus, vel relegatus,[d] redire posit. Et hæc quidē conciliatio, scholā habētē vtcūq; tuebitur. Mihi bona fide de his iudicāti, Papinianus & sibi, & Vlpiano valde repugnare videtur. Nā ille interdū distinguendum putat crimē:[e] hic non putat.[f] Arrius Papiniano suffragari videtur.[g] Nec me fugit interpretum diuinatio, qui Vlpianū, & hic Papinianū, hoc sensisse putāt, nō distinguēdū quātùm ad vim interdictionis, &c. quę interpretatio perfunctoriè rē tractantibus & si faciat satis, mihi tamē ἀντινομίαν euitare non videtur, nisi ex Iustiniani magis quàm consultorū voluntate, Vlpianū, & hic Papinianū, de ijs criminibus accipiamus, quæ vel infamiā nō importāt, vel si importent, pœna determinata sit per sententiā certa ratione, ne Papinianus alibi manifestò contrarius sit, qui crimen distinguendum, & caussam damnationis censuit:[h] cui Arrius, & Paulus suffragantur.[i] Sed de his inferiùs.

L. IX. IDEM. *Lib. 1. Responsorum.*

Ex ea caussa prohibitus pro alio postulare, quæ infamiam non irrogat, ideóque eius pro omnibus postulandi non aufert: in ea tantùm prouincia pro alijs non rectè postulat, in qua Præses fuit qui sententiam dixit. In alia uerò non prohibetur: licet eiusdem nominis sit.

a. l. puto. §. eo. b. §. eo. l. 1.

Quod suprà diximus,[a] si absolutè Præses, vel Præfectus Aegypti, postulationibus interdixerit, in perpetuum à postulando arcere: ita accipi debet, vt in prouincia ea postulare non posit, quam regebat is cui dixit sententiam. Nisi fortè sententia infamiam irrogarit: nā ex edicto, notatus infamia postulare non potest, nisi pro certis personis,[b] &c.

L. X. PAVLVS.

Hi qui fisci caussas agunt, suam, uel filiorum, uel parentum suorum, uel pupillorum quorum tutelas gerunt, caussam etiam aduersus fiscum agere non prohibētur. Decuriones quoque contra patriam suam, caussam agere prohibentur, præter superiores personas.

a. l. 1. C. de aduo. di. iud. l. 1. C. de aduo. fis. b. hic.

Rescripta imperialia vetant, ne decurio contra remp. vel fisci patronus aduersus fiscum agat,[a] his caussis exceptis de quibus Paulus.[b]

L. XI. TRIPHONINVS. *Lib. 5. Disputationum.*

A Principe nostro rescriptum est, non prohiberi tutorem adesse pupillo in negocio in quo aduocatus contra patrem eius fuisset. Sed & illud permissum est ab eodem, agere tu-

re tutorem pupilli caußam aduersus fiscum, in qua aduersus patrem pupilli antè aduocatus fisci fuißet.

Qui suscepta caussa litigatoris, ea prodita, diuersam partē adiuuat, prçuaricator est:[a] sed tamē pupillorū fauore id permissum est tutori iure singulari, vt vel aduersus fiscum pro pupillo suo caussam agat, in qua priùs contra patrē pupilli stetisset,[b] & fisco, vel priuato adfuisset, id est aduocatus fuisset.[c]

a. l. athletas. ȷ. 1. tit. b. vt hîc. c. Gell. lib. 2.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Moribus, & constitutionibus Principū apud Gallos introductū est, ne quis aduocatione fungatur, nisi magistratus is qui iurisdictioni prçsit, in mores eius, iuris scientiā, cōditionemq; diligēter priùs inquisierit, & verbis cōceptis adegerit ad iusiurādū.[a] Et quidē apud plerosq; omnes, gradu scholastico insignitus esse debet, quā licētiā vulgò appellant: quod iuri Romano cōuenit.[b] Apud quosdā Accursij error inualuit, vt & is pro alijs postulare posit, qui morū regionis peritus sit, licet iuri cōmuni dedisse operā, Doctorū testificatione minimè cōstet.[c] Sanè qui in verba præeūte magistratu, nō iurauit solemni more, pro parētibus, liberis, fratre, sorore, postulare potest impunè. Cæterū iniuratus postulās, multā domino iurisdictionis dependere cogitur:[d] iurare in legē dicūt, *iurer lassisse*. Porrò de dando aduocato ijs qui qualibet de caussa nō inueniant: de distributione causidicorū: de interdicēdo aduocatione: deq; officio patroni caussarū in vniuersum, multa à Carolo septimo,[e] & Frācisco primo,[f] edicta sunt, iuri Romano non absimilia.[g] Iurisiurandi verò formula qua adigūtur causidici in curia amplissima apud Parisios, cōcepta extat inter leges Regias: ad cuius exemplū, magistratus in prouincijs concipiūt iusiurādū causidicis suæ iurisdictionis: quod & in mores, legésve municipales, translatū est.[h] Eo sacramento adacti, specialiter adiuranti repromittunt, nunquā se in singulas lites quantascunq;, supra denos francicos, honorarij nomine à litigatoribus accepturos: aut in fraudē huius sacramenti, aliud quidlibet. Quæ verba, quo vultu, quóve animo concipiant, adfirméntve aduocati, ipsi viderint. Iure cōmuni centenos aureos in singulas caussas impunè accipit aduocatus:[i] quot fortassè & legibus Gallicis religione iurisiurādi subiecti, interdū pro modo caussæ accipiūt: versiculū illū tacito murmure cātillātes, Quæ data sunt vltrò spernere dona nefas. Societatē futuri emolumēti nō coituros se cū litigatoribus, eodē iureiurando adfirmant:[k] quod litis caussa malo more pacisci, & de parte eius quod ex lite datū erit pacisci, cōsulti vocant:[l] vulgus pacisci de quota litis. Ex euentu litis cautio certæ pecuniæ etiā dicitur: si fortè sub hac cōditione si vicerit, cētū aureos aduocato promittat litigator.[m] Quid enim nō molietur, quo iure, quáve iniuria aduocatus, cui pacta merces, ex euētu victoriæ dependeat? Bartolus putauit tantā pecuniā, quanta sit dimidia pars litis, pacisci non licere, quasi in fraudem legis id fiat: sed hanc sententiam meritò refellimus suo loco.[n] Illud etiā nominatim apud quosdam additur conceptioni iurisiurandi,[o] non prodituros se susceptam caussam, &c. quæ iuri communi congruunt.[p]

a. Britā. art. 65 & seq. consti. ad fi. cōsuetu. S. C. paris. inter ll. Reg. b. l. 2. C. eo. l. nemini. C. de aduo. di. iudi. c. Britā. d. art. 65. d. Britan. 67. ea. consti. e. 52. 61. f. 40. 42. 54. & consti. Brit. de Bre. lit. 33. & seq. g. l. quisq. & l. prouidendū. C. eo. & hîc. h. Britā. d. cōsti. art. 54. & seq. i. l. 1. ȷ. de var. cog. k. l. 1. ȷ. de var. cog. l. d. l. & l. sumptus. ȷ. de pa. m. l. si remu. ȷ. maurus. ȷ. māda. n. l. sumptus. ȷ. de pa. o. Britan. p. d. l. athletas. ȷ. 1. tit. l. quisquis. C. de post.

DE HIS QVI NOTANTVR INFAMIA. *Titulus. II.*

L. I. IVLIANVS. *Lib. 1. ad edictum.*

PRætoris uerba dicūt, infamia notatur qui ab exercitu ignominiæ caussa, ab Imperatore, eóue cui de ea re statuendi potestas fuerit, dimissus erit. Qui artis ludicræ, pronunciādiue caussa in scenā prodierit. Qui Lenociniū fecerit. Qui iudicio publico, calumniæ, præuaricationisue caussa quid fecisse iudicatus erit. Qui furti, ui bonorū raptorū, iniuriarū, de dolo malo & fraude, suo nomine dānatus, pactusue erit. Qui pro socio, tutelæ, mādati, depositi, ¶ *suo nomine nō cōtrario iudicio dānatus erit. Qui eā quæ in potestate eius esset, genero mortuo (cùm eū mortuū esse sciret) intra id tēpus quo lugere uirū moris est, antequàm uirū elugeret, in matrimoniū collocauerit: eámue sciēs quis uxorē duxerit, nō iussu eius in cuius potestate est: & qui eū quē habet in potestate, eā de qua suprà cōprehēsū est, uxorem ducere paßus fuerit. Quiue suo nomine, nō iußu eius in cuius potestate est: eiúsue nomine quē, quāue in potestate habet, bina spōsalia, bináue nuptias eodē tēpore cōstitutas habuerit.*

¶ Cur depositi dānatus infamis sit, pulchrè Aristo. in Probl. 29. particulę problemate. 2.

Ait, Prætoris verba dicunt. His decem & octo infamiæ notis, tres ex titulo superiori addendę sunt: nimirum si quis sponte muliebria passus erit, operas locarit vt cum bestijs depugnaret, aut crimine capitali damnatus erit: quod posterius Marcellus ita accipere videtur, vt capitali crimine damnatus tum demum notetur, si vel publico iudicio condemnatus sit, vel extraordinario ex ea caussa, quæ priuato iudicio infamiam irrogaret.[a] Sepulchri quoque violati actio, notā ignominiæ

a. l. Infamē. ȷ. de pub. iudi.

miniæ inurit damnato. [b] Sed & mulier, quæ per calumniam in possessioné ventris nomine missa est, si de calumnia pronunciatum erit, infamis fit: [c] vnde colligere licet rescriptum Gordiani, [d] non ad omnem calumniam, sed tantùm ad calumniam iudicio publico admissam, vel in petenda possessione ventris nomine referri oportere. Ex S.C. Turpilliano etiá tergiuersatori nota inurebatur, [e] & tutori ob dolum remoto. [f] Porrò Augustorum constitutionibus post Saluium Iulianum, & Vlpianum (quorum ille sub Hadriano, hic sub Alexandro floruit) quædam ignominiæ notæ sunt introductæ, quæ vel ipso iure, vel per sententiam irrogantur. Vt qui improbum fœnus exercuerit, [g] qui ve maior viginti quinque annis, pactum per Deum vel salutem Principis firmatum, sponte infirmare conatus erit, [h] infamia notetur, veluti qui præposterá veneré exercuerit. [i] Sed & Vlpiani seculo, deprehensa in adulterio, & quæstum corpore suo faciens, notabatur absque sententia: quia lex factū notat, non pronunciatio iudicantis. [k] Hæreticis infamia irrogatur, Theodosij constitutione, & Gratiani. [l] Qui hæreditatem expilasse iudicatus erit, ex edicto Prætoris ob furti improbitatem notari intelligitur: [m] furanti signū dans in auro publico, quasi furti manifesti damnatus notatur. [n] Quæ huc pertinētia ab alijs animaduersa video, certi iuris non sunt: [o] ita enim demum pœna irrogata infamé facit, si caussa ex qua irrogetur, infamiam importet. [p] Est tamen cùm opinionem onerari apud bonos & graues viros, verecundiam, vel pudoré, consulti, & Augusti dicūt: & quidé absque infamia quæ iure cótingit, licet re, & opinione hominū nó effugiatur infamiæ nota. [q] Sanè apud alios scriptores, infames generaliter criminosi dicūtur, vt apud Valeriū Max. tit. De infamib⁹ reis quo modo & in iure pótificū hoc verbū vsurpatur. [r] Sed & Callistratus existimationé minui ex delicto, authoritate legū ait: quoties quis pœnę subijcitur etiá quę ex edicto perpetuo infamiæ caussis nó annumeratur. [s] Igitur infamia generaliter minutio existimationis, vel famæ, cósumptió ve definiri potest: [t] quæ aut iure infames facit, [u] aut re & opinione hominū: [x] illa iuris infamia, hęc facti vulgò appellatur. Quę iure cótingit, alia ipsó iure irrogatur, alia per sentētiá: q lex, vel edictū, nūc factū notet, nūc sentētia. [y] Illá ipso facto irrogari etiá dicunt. Prætor de infamia, quæ iure irrogatur, edicit: quo edicto partim factū notat, vt in tribus primis, & sex vltimis speciebus: partim notat dānatos, vt in cæteris omnibus. Sed & aliæ leges interdum factū notant, vt depræhēsioné mulieris in adulterio, [z] & aurū Cæsaris furāti qui signū præbet: [a] aliæ leges sentētiá desiderare vidētur, vt in fœneratore, hæretico, periuro, &c. licet ante sentētiá infames cōmuniter dicantur. Nos in suū locū singula ęstimāda reijcimus. Sed cur publica, vel extraordinaria crimina admittentes, ipso iure non notētur, cū ex priuatis actionibus dānati infames fiant? cúr ve ex grauioribus criminibus extra ordiné non aspergantur infamia dānati, cùm ex contractibus, vel delictis priuatis condénati, notá non effugiant? Et probabile est, legibus & edictis ideo nó notari, quòd alias pœnas grauiores luant. [b] Porrò infamiæ, quæ iure cótingit, ea vis est, vt ea notatus postulare pro alijs nó possit, nisi pro certis personis: ideoq; hoc caput edicti perpetui, tertio capiti superioris edicti insertum fuisse crediderim, ante illam clausulam, Qui ex omnibus, &c. Quod Vlpiani commentarium lib. 6. ad edictum arguit. Nam illa particula hoc edicto, vsque ad vers. Deinde adijcit Prætor, Qui ex omnibus, ante legem secundam sub hoc titulo fuisse, & post hoc edictum, euidenti argumento colligo. An enim ex illis verbis qui lege, plæbiscito, &c. inferre potuit Vlpianus, omnes alios qui infames notantur, postulare non posse? [c] Quamobrem verisimile est Tribonianū, tam edictum Prætoris, quàm commentarium, in duos titulos diuisisse. Habet & alios effectus infamia, vt in prohibendo à testimonio, [d] fratris successione, [e] accusatione, [f] & honore: [g] in quibus omnibus & vitæ turpitudo (quę infamiam iure non irrogat) consideratur. Sed de his commodiùs suo loco. Ait, Ab Imperatore. Ante Augustum Imperator in edicto Prætoris dictus est, qui cum imperio præficiebatur exercitui, præsertim re fœliciter gesta, cæsisque hostibus, post Augustum Princeps ipse, vt suprà lib. 1. dixi. Ait, Eó ve cui. Nimirum à legato Imperatoris, cui summum imperium in re militari, secundum Imperatorem ipsum datur. Ait, Artis ludieræ. Ars ludiera, omnes comœdos, tragœdos, mimos, thymelicos, vt citharœdos, & citharistas, complectitur: pronūciandi caussa prodeunt actores fabularum, comœdi, tragœdique. Ait, Qui iudicio publico. Syntaxis est, vt qui calumnię pręuaricationís ve caussa, quid fecisse in iudicio publico iudicatus sit, notetur. Nam de damnatis iudicio publico, nihil hoc loco edicitur: licet & hi infames fiant. [h] Et ideò post lenocinij notam, Vlpianus non de publico iudicio damnatis, sed de calumniatore subiecit interpretationé. [i] Ait, Qui furti. Cur non & qui lege Aquilia damnatur? An quod vel ex leuissima culpa damnetur? [k] Cur non & ex interdicto vnde vi, damnatus notatur? [l] quia & publico iudicio coerceri potest. Cur ex crimine extraordinario qui damnatur, infamis non fit indistinctè? an quia extraordinariam coërcitionem patitur? [m] Nam furti, & iniuriarum nó semper extra ordinem agitur: [n] & incertis criminibus infamia lege præscribi non potuit, quæ arbitratu suo Præses coercere potest. Ait, De dolo malo, & fraude. His verbis iudicium stellionatus contineri potest, si doli, & fraudis mentio in eo fiat: alioqui suapte natura famosum non est. [o] Ait, Qui pro socio, tutelæ. Sed cur non & de cæteris bonæ fidei iudicijs, idem edicitur? quia hæc iudicia optimæ fidei sunt, vt alibi ex Cicerone dixi. Ait, Non contrario iudicio. Perfidiam enim Prætor notare voluit: ideoque manda-

b.l.1.j. de sepul.viol.
c.l. notatur.& ll.seq.j.eo.
d.l. fustib.C. eo. arg.l. prætés.j. de obit.
e.arg.l.1. &.2. C.vt intr. cer. temp.
f.l. tutor.j. de susp.toto.
g.l. improbū. C.eo.
h.l.si quis ma. C.de trans.
i.l.cū vir.C.de adul.
k.l. palā.j. de rit.nupt.
l.l.2 C. de sū. tri.
m.l.si te C. de infa.
n.l. sacrilegij.j. de sacrileg.
o.l.quoties.C. de dig. lib.12. l. ad temp. C. de infa.d.l. fustib.eo.
p.l. ictus.j.eo. l. ad tēpus.j. de decu.l.nullā.C.de infa.
q.l. ob hæc.j. eo.l. ea quæ pa.C.eo.l.2 j. de obse.l.verbū.C.de infa.
r.6.q.1. infames.3.q.7.infames.
s.l. cognitionum.j.de var. cog.
t.d.l. cog.l. si furti.C eo.
u.l.ea q.C.eo.
x. d.l. &.l.2 j. de obseq.l.ob hęc.j.eo.l.verbū.l. interlo. C.eo.
z.d.l.palàm.
a.l. sacrilegij. j. de sacrileg.
b. arg.l. quid erg.j.eo.l.si posaid. C.eo.
c.l.1.j.de post.
d.l.3.j.de test.
e.l. fratris. C. de inof. test.
f.l.qui accu.j. de accu.
g.l.2.C. de di. lib.12.
h.l. infamē j. de pub.iudi.
i.j.ea.l.athlet.
k.l. in lege.j. ad.l.Aqui.
l l.neq.j.vnd. vi.l.1.eo.
m.l.2.j.de cri.stel.
n.l si.j.de pri.deli.l.si.de fur.l.si.de iniur.
o.arg.l.infamē.j.de pu.iud.l.2.&.ll.seq.j de ob.

mandator contrario iudicio conuentus, interdum notabitur ex voluntate Prætoris. [p] Ait, Qui eam quam in potestate. Sed cur ipsam viduam marito fœminam non notat, quæ cùm sui iuris sit, intra annum luctus nupsit? Et Vlpianus quidem hanc notari etiã ait, siue ex aliis Prætoris verbis, siue ex huius sententia, id collegerit. [q] Solebant enim Prætores de eadem re, alio atque alio tempore variè edicere. [r] Cætera verba edicti huius, consulti interpretantur sub hoc titulo, & sententiam interdum vel producunt, vel contrahunt: quas interpretationes extensiuas, & restrictiuas, vulgò dictitant. Addes autem ex alijs locis Pandectarum in hoc edictum. Qui iudicio publico damnatus erit, quive ex eo crimine extra ordinẽ, ex quo in priuato iudicio notaretur, condemnatus erit, qui aurum Cæsarianum furanti signum præbuerit, qui in certamen quæstus gratia descenderit, quæ palàm corpore suo quæstum fecerit, quæ in adulterio depræhensa erit (nam duæ notæ ad primum caput pertinent) qui tergiuersationis caussæ publico condemnatus erit, qui suspecti caussa à tutela ob dolum remotus erit.

[p. l. furti. §. eo. in fi.]
[q. l. genero. & l. liber. §. eo. l. 2. C. de se. nu.]
[r. l. 1. §. commoda.]

L. II. VLPIANVS *Lib. 6. ad edictum.*

Quod ait Prætor, qui ab exercitu dimissus erit: dimissum accipere debemus militem caligatum, uel si quis alius usque ad Centurionem, uel præfectum cohortis, uel alæ, uel legionis, uel tribunum siue cohortis siue legionis, dimissus est. Hoc ampliùs, Pomponius ait etiam eum qui exercitui præest, licet consularibus insignibus utitur, ignominiæ caussa ab Imperatore missum, hac nota laborare. Ergo & si dux cùm exercitui præest, dimissus erit, notatur. Et si Princeps dimiserit, & adiecerit ignominiæ caussa se mittere (ut plerũque facit) non dubitabitur, & hoc edicto Prætoris eum infamia esse notatum: non tamen si citra indignationem Principis successor ei datus est. Exercitum autem nõ unã cohortem, neque unam alam dicimus: sed numeros multos militum. Nã exercitui præesse dicimus eum, qui legionem uel legiones cum suis auxilijs ab Imperatore commissas administrat. Sed etiã eum qui ab aliquo numero militum missus est, quasi ab exercitu missum sic accipiemus. Ignominiæ caussa missum, hoc ideo adiectum est, quoniã multa genera sunt missionum. Est honesta, quæ emeritis stipendijs, uel antè ab Imperatore indulgetur. Est caussaria, quæ propter ualetudinem laboribus militiæ soluit. Est ignominiosa. Ignominiosa autem missio toties est, quoties is qui mittit, addidit nominatim, ignominiæ caussa se mittere. Semper enim debet addere cur miles mittatur. Sed & si ita exauthorauerit ut insignia militaria detraheret, iter infames efficit, licet non addidit ignominiæ caussa se ita exauthorasse. Est & quartum genus missionis, si quis euitandorũ munerum caussa, militiam subijsset. Hæc autem missio existimationem nõ lædit: ut est sæpissime rescriptum. Miles qui lege Iulia de adulterijs fuerit damnatus, ita infamis est, ut etiam ipsa sententia eum sacramento ignominiæ caussa soluat. Ignominia missis, neq; in urbe, neque alibi ubi Imperator est, morari licet. Ait Prætor, qui in scenã prodierit infamis est. Scena est (ut Labeo definit) quæ ludorum faciendorum caussa quolibet loco ubi quis cõsistat, moueaturque spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico priuatóue, uel in uico: quo tamen loco passim homines spectaculi caussa admittat. Eos enim qui quæstus caussa in certamina descendunt, & omnes propter præmium in scenam prodeuntes, famosos esse Pegasus & Nerua filius responderunt.

Ait, Quod ait, Hæc particula commentariorum Vlpiani, secuta est vers. Hoc edicto, &c. ad superius edictum, vt dixi. Ait, Militem caligatum. Miles caligatus dictus est gregarius pedes, à caliga, tibiarum calciamento militari. Ait, Centurionem. Qui centum militibus præest. Ait, Præfectum cohortis. Decem cohortibus legio constat. Ait, Vel alæ. Ala militum turma est equitantium, quòd legionem dextra, sinistraque, instar alarum in corpore claudat. [a] Ait, Legionis. Legio à delectu, quòd milites legantur, sex milibus constitit ferè. Ait, Ergo & si dux. Vlpianus pro more sui sæculi, ducem vocat præfectum ab Augusto, & Imperatore, exercitui. Ait, Exercitum autem. Exercitus ab exercitatione dictus, legionem, vel plures legiones continet propriè: tamen ex ratione pari infert Vlpianus dimissum ab aliquo numero, vt turma, vel cohorte, infamia notari: quæ interpretatio in priuilegio locum non habet. [b] Ait, Cum suis auxilijs. Legiona-

[a. Vegeti.]
[b. l. fi. C. de q. nõ imple. sti. lib. 11.]

rij milites, Romani tantùm habentur: auxiliares, vel auxiliarij, qui in auxilium, ex socijs, fœderatisque, legionibus adiunguntur. Ait, Emeritis stipendijs. Nam & priuilegijs donati sunt veterani, qui viginti annorum stipendia in legione fecerunt. [i] Ait, vel ante. Potest enim Imperator militem soluere militiæ sacramento, quamuis emeritus non sit viginti annorum stipendia, nec caussa iusta allegetur, cur mitti debeat. Ait, Ipsa sententia. Sententia enim ex crimine adulterij infamē facit, non lex: excepta muliere, à qua pudicitia maior exigitur quam à viro. [k] Ait, Neque in vrbe. Et ideo ab vrbicis tutelis excusantur. [l] Ait, Scena. Scena σκηνὴ ἀπὸ τῆς σκιᾶς dicta est pro tabernaculo, & papilione: deinde etiam ea pars theatri in qua ludi scenici aguntur, quod & proscenium dicitur, quòd locus sit ante scenam priore significatu. In proscenio pulpitum erat scena inferiùs, sed altiùs orchestra, in qua sedebant honoratiores spectatores, [m] & saltu certabatur. Ait, Passim homines. Qui ergo paucos, & cum delectu admittit, non notatur. Ait, Eos qui quæstus caussa in certamina. Aut aliter conceptum edictum babuit Vlpianus, quàm à Iuliano suprà adducitur, aut interpretatione porrigit ad ludos gymnicos, qui in scena non edebantur, aut certamina vocat ludos scenicos, vt mox subijciam. Porrò propter præmium in scenam prodire videtur, qui ambitiosa ostētatione prodit, non virtutis caussa. [n] Quare qui de Christo, vel martyre, tragediam hodie agit, non notatur: nisi fortè ob quæstum prodeat in scenam. Apud Romanos quidem omnis scenica ars probrosa fuit, licet apud Græcos non modico in honore haberetur, authoribus Liuio, [o] & D. Augustino. [p] Atque ita quidem hunc locum iuris, quidam accepit in suo compendio iuris ciuilis, græcè conscripto. Macer in scenam iri saltādi caussa dixit, de saltatione gesticulatricæ. [q]

i. l. s. C. de re milit. l. fi. C. de his qui nō impl. l. sed & mil. §. de exc. tut.
k. l. palàm. de rit. nupt.
l. d. l. sed & milites. §. de exc. tuto.
m. Vitru.
n. arg. l. 1. §. de postul.
o. lib. 7.
p. lib. 2. de ci. dei.
q. l. marito. §. de adul.

L. III. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum prouinciale.*

Qui autem operas suas locauit ut prodiret artis ludicræ caussa, neque prodijt, non notatur: quia non est ea res adeò turpis, ut etiam consilium puniri debeat.

Turpius est locare operā, vt quis cū bestijs feris in arena depugnet, quàm vt prodeat in scenam. Nam vitam suam, & sanguinem, ille promercalem habet: [a] hic duntaxat spectaculum sui in re ludicra præbet. Estque hic argumentum in leuioribus erratis, voluntatem non puniri: licet in criminibus atrocioribus, id lege constitutum sit. [b] Sed hæc quæstio multas habet cautiones, vt alibi adnotauimus. [c]

a. l. 1. §. de postul.
b. l. 1. §. quod quisq. iur. l. quisquis. C. ad l. Iul. ma.
c. d. l. 1.

L. IIII. VLPIANVS *Lib. 6. ad edictum.*

Athletas autem Sabinus & Cassius responderunt omnino artem ludicram non facere, uirtutis enim gratia hoc eos facere, & generaliter ita omnes opinantur: & utile uidetur ut neque thymelici, neque xystici, nec agitatores, nec qui aquam equis spargūt, cæteraque eorum ministeria qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Designatores autem quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere, Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exerceant. Et sanè locus iste à Principe hodie non pro modico beneficio datur. Ait Prætor, Qui Lenocinium fecerit. *Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habuerit. Sed & qui in liberis hunc quæstum exercet, in eadem caussa est. Siue autem principaliter hoc negocium gerat: siue alterius negociationis accessione utatur: utputa si caupo fuerit, uel stabularius, & mancipia talia habuerit ministrantia, & occasione ministerij quæstum facientia: siue balneator fuerit, uel (ut in quibusdam prouincijs fit) in balneis ad custodienda uestimenta, conducta habeat mancipia: hoc genus obseruantia, in officina: lenonicij pœna tenebit. Pomponius etiam eum qui in seruitute peculiaria mancipia prostituta habuerit, notari & post libertatem ait. Calumniator ita demum notatur, si fuerit calumniæ caussa damnatus, neque enim sufficit calumniatum esse. Item præuaricator. Præuaricator autem est quasi uaricator, qui diuersam partem adiuuat, prodita caussa sua, quod nomen Labeo à uaria certatione tractum ait. Nam qui præuaricatur, ex utraque parte consistit, quinimò ex aduersa. Item si quis furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo suo nomine damnatus pactúsue erit, simili modo infamis est.*

Ait, Athletas. Ἀθλεῖν certo, ἆθλον certamē. Pollux gymnicos omnes athletarum nomine complectitur, luctatores, cursores, pugiles, discobolos, saltatores. Proponebantur autē ijs præmia, coronæ,

ronę,frondes,pecunia,eodem authore:vt verius sit Sabinianorum hæresim,Proculianorum sectæ,apud Vlpianũ hoc loco aduersari.[a] Ex quibus hoc colligemus pro Iustiniani voluntate,certamina ludicra famosa esse:sacra certamina non esse,etiam si præmium victori proponatur athletæ. Ait, Thymelici. θυμελικοὶ Citharœdus, citharista, lirista, tibicen:qui authore Vitruuio à scenicis separantur,quòd hi in scena,thymelici in orchestra actiones suas peragant. Et hanc sententiam hic Vlpianus sequi videtur,licet generaliter scenici vocentur. Nisi malis de thymelicis, qui certaminibus sacris deseruiunt,hunc locum accipi oportere,scenæ seruientes cõtrà notari. Verius tamen est nõ notari,vt nec designatores:de quibus mox subijcit. Ait, Xystici. A xysto, id est porticu spatiosa,vbi hybernis temporibus athletæ exercebantur. Ait, Agitatores, Aurigæ sunt qui equos agitant curuli certamine, & ludis circensibus. Erant & qui binos equos agitabant sine ephippijs, & mira pernicitate ex altero in alterum desiliebant, quos desultores vocabant. Ait, Certaminibus sacris. Quatuor apud Græcos fuere, Nemeæa, Isthmia, Pythia, olimpia:in quibus qui vincebant ter, vacationem à muneribus ciuilibus consequebantur etiam sub Cæsaribus.[b] Ait, Designatores. Mastigonomos intelligere videtur, qui virgas gestãtes, in officio spectatores continent, & designant loca, &c. quales Plautus in prologo Pœnuli etiam ludis scenicis tribuit. βραβεύω designo,guberno, βραβευτής, designator, dispensator, vel minister. Ait, Lenocinium facit. Qui lenocinium facit in vxore,quasi adulter punitur:[c] cæterùm lenones ipso iure infames fiunt. Ait, Pomponius cũ. Sed cur quæstus ancillæ in seruitute,manumissæ nõ similiter nocet?[d] An nõ quòd à domino prostituta cùm sit, id ei imputari non debeat? Seruus contrà qui prostituit mãcipia,culpa non caret. Ait, Calumniator. Calumniator vt notetur,oportet & damnatum esse, & calumniæ caussa,& denique publico iudicio damnatum esse: quod postremum ita accipi debet, vt publico iudicio calumniæ caussa quid fecisse iudicetur. Nam iudicium in calumniatorem, publicum non est,sed extraordinarium:publicum tamen iudicium esse quodammodo intelligitur, vt præuaricationis iudicium.[e] De tergiuersatore nihil hic edicitur, qui ex S.C. Turpiliano fortasse notatur.[f] Ait, De dolo malo. Nõ addit Vlpianus,& fraude:quod arguit declarationis caussa à Prætore subiectum,alioqui superuacaneum.[g]

a. arg. l. 2 sup. de orig. iur. l. 2. supr. & hic.
b. l. j. C. de athle. lib. 10.
c. l. qui domum. infr. de adult.
d. l. pen. ǰ. eo.
e. l. j. supr. de post. l. 3 ǰ. de præua. l. palã. §. signa. de rit. nupt.
f. arg. l. j. & 2. C. vt intr. cer. temp.
g. l. iurisg. §. sed si. supr. de pact.

L. V. PAVLVS *Lib. 5. ad edictum.*

Quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur.

Ratio est ex Paulo desumpta, cur pactus ex suprà scriptis caussis notetur. Ex qua & illud apparet, confessum in ciuili iudicio, infamem esse, quòd pro iudicato habeatur.[a] Nam quod de euidenti crimine aiunt, iure non probatur.[b]

a. l. j. ǰ. de cõfess.
b. Bar. infr. l. ictus.

L. VI. VLPIANVS *Lib. 6. ad edictum.*

Furti accipe, siue manifesti sit: siue nec manifesti. Sed si furti, uel alijs famosis actionibus quis condemnatus prouocauerit, pẽdente iudicio nondum inter famosos habetur. Si autem omnia tempora prouocationis lapsa sint, retrò infamis est, quamuis si iniusta appellatio eius uisa sit, hodie notari puto, non retrò notatur. Si quis alieno nomine cõdemnatus fuerit, non laborat infamia: & ideo nec procurator meus uel defensor, uel curator, uel tutor, uel hæres, furti uel ex alia simili specie condemnatus, infamia notabuntur: nec ergo, si ab initio per procuratorem caussa agitata est. Pactúsue (inquit) erit. Pactum sic accipimus si cum precio quãtocunque pactus est: alioqui & qui precibus impetrauit ne secum ageretur, erit notatus: nec erit ueniæ ulla ratio, quod est inhumanum. Qui iussu Prætoris precio dato pactus est: non notatur. Sed & si iureiurando delato iurauerit quis se nõ deliquisse, non erit notatus: nam quodammodo innocentiam suam iureiurando approbauit. Mandati condemnatus, uerbis edicti notatur: non solùm qui mandatum suscepit, sed & is qui fidem quam aduersarius secutus est, non præstat: utputa si fideiussi pro te, & solui: mandati si te condemnauero, famosum facio.

Illud planè addendũ est, ꝙ interdũ & hæres suo nomine dãnatur: & ideo infamis fit, si in deposito uel in mãdato malè uersatus sit. Nõ tamẽ in tutela uel pro socio hæres suo nomine damnari potest: quia hic hæres neque in tutelã, neque in societatẽ succedit, sed tantũ in æs alienũ defuncti. Cõtrario iudicio damnatus, nõ erit infamis: nec immeritò. nam in contrarijs non de perfidia agitur, sed de calculo, qui ferè in iudicio solet dirimi.

Ait, Nondum inter famosos. Hic locus probat, damnatum iudicio famoso, si appelletur, non fieri infamem, nisi deseratur appellatio: tunc enim perinde infamis intelligetur, atque si nõ fuisset appel-

ſet appellatum, & vt ait Imperator, ſententia in ſuo robore durabit. [a] Si verò iniuſtè prouocatũ iudex appellatus dixerit, non erit retrò infamis, ſed per ſecundum iudiciũ demum notabitur: in quo quæ allegata in priore iudicio non fuerunt, rectè allegantur. [b] Sed vtrum intra biduum, vel triduum, hoc iure ad appellandum ſtatutum, [c] infamis ſit, quæſitum eſt: & nõ puto notari, quòd id tempus datum ſit ad remorandam vim ſententiæ, quam extinguit appellatio, id eſt ſuſpendit, & differt executionem, [d] vt exceptio differt actionem. Bartolus tamen in aliam ſententiam pedibus iuit. Quod verò idem ait de vi ſententiæ in criminũ executione, legibus ab eo adductis probari non videtur. Statim enim ſententia vim ſuam habet, id eſt poſt tempus datum ad appellandum: [e] & relegati bona, qui appellauit, non adimuntur re, atque facto, ſed pronunciatione iudicis. [f] Eſt autem hoc loco cautio non pœnitenda, vt ſi quis famoſo iudicio, quo iure, quáve iniuria damnetur, ſemper appellet, & appellationem offerat iudici quem prouocarit: deinde per aliũ curet tranſigendum cum aduerſario, vt is iudicij inſtrumenta ſinat perpetuò cùm tineis, vt dicitur, rixari: ita enim in calendas græcas differet infamiam. Ait, Si quis alieno. Exponit verba edicti ſuo nomine. Ait, Furti. Hæres poſt litem cũ fure conteſtatã, furti dãnari poteſt: [g] ſed quia deceſſoris nomine nõ notatur. Procurator verò, &c. dãnatur, licet executio in dominũ fiat. [h] Ait, Nec ergo. Argumẽtũ eſt à pari. Si enim cõſtituto procuratore poſt litẽ cœptã, ad excipiendũ ſententiã, is nõ notatur: ergo nec ſi ab initio lis per eum agitata eſt. [i] Sanè dominus, qui dãnatus nõ eſt, notari iure nõ poteſt: [k] licet re, & opinione hominũ, nõ effugiat notã. [l] Ait, Pactúſve. Coanguſtat verba edicti Vlpianus coniectura voluntatis: quam interpretationem reſtrictiuam appellant. [m] Benigniùs enim leges interpretandæ ſunt, [n] præſertim quæ pœnam irrogant. [o] Ait, Qui iuſſu. Patris, magiſtratúſve iuſſus, in leuioribus nos excuſat: in grauioribus delictis non æquè. [p] Ait, Sed etſi iureiurando. Iuſiurandum ſpeciem tranſactionis continet, quòd iuſiurandum dare ſit loco pretij alicuius: [q] ſed quia pecuniam nõ paciſcitur qui iurat, ſed purgat ſe potiùs dato iureiurando, ſententia edicti non notatur. Ait, Verbis edicti. Hoc loco prima ratione dicendũ fuiſſe videtur, ſententia edicti notatur, &c. Qui enim contrario iudicio pulſatur, vt mandator, [r] ex verbis edicti non notatur, ſed ob ſimilem perfidiam, ex ſententia edicti potiùs notari videtur. [s] Verba verò, & ſententiam edicti, vel legis, tanquam aduerſa vbique conſulti dicunt. [t] Equidem exiſtimo Vlpianum hoc loco id ſolùm intellectum voluiſſe, edicto mandatorem perfidum notari. Nã de nominibus anxij eſſe non ſolent conſulti, vbi res manifeſtæ ſunt. Ergo verbis edicti dixit, vt intelligamus non ſolùm opinione hominum, ſed edicto, & iure notari. Ait, Illud planè. Quod ſuprà dixit, Hæredem famoſo iudicio damnatum, non notari: exceptione quadam corrigit. Nam ſi nomine ſuo, non deceſſoris damnetur, ex verbis, & ſententia edicti, infamis fit: quod in hæredibus depoſitarij, & mandatarij locum habere poteſt, ad quos depoſitum, & mandatum tranſit. [u] Nam hæres non ſuccedit in ſocietatem, vel tutelam, quæ morte finiuntur. [x] Cæteri cõtractus qui morte non finiuntur, ad hæredes perueniunt omnimodò: [y] hæredes ſocij, & tutoris, nomine defuncti quidem, pro ſocio actione, & tutelæ cõueniũtur: [z] ſuo nomine his actionibus directis non conueniuntur, ſed alioqui vtiliter. [a] vnde apparet non eſſe ſatis, vt ex furto, vel dolo actio deſcendat, & actionem eſſe doli, vt infamet. [b] Ait, Contrario iudicio. Rationem reddit Vlpianus cur Prætor directo iudicio damnatos notari voluit, non etiam contrario. Nam ferè in contrarijs iudicijs, non perfidia accuſatur, ſed error, & calculus dirimitur: vt ſi depoſitarius, vel mandatarius, aut tutor, bona fide aliquid de ſuo in rem impenderit ignorantis, non de fide rupta eius, ſed de ſua indemnitate aget: ideoque ex ea cauſſa nec in litem iuratur. [c] Si tamen de fide rupta agatur contrario iudicio, & famam lædi, & in litem iurari generaliter dicendum eſt: [d] idq; ex ſentẽtia edicti huius, magis quàm ex verbis, Vlpianus colligit de infamia. Quod ergo ait ferè, non ad difficultatem (quod Accurſius ſcribit) ſed ad vniuerſitatem, & regulã pertinet, id eſt ferè ſemper. Directo iudicio non ſolùm ob dolum, ſed ob culpam damnatum notari puto: quia fidem ruptam, non dolum Prætor coercet: [e] & qui quod ſuſcepit faciendum, vel quod paciſci viſus eſt, non fecit, fidem rupiſſe dicitur, licet non dolo, ſed culpa ab initio. Lex tamen duodecim famæ eius pepercit tutoris, qui ob deſidiam, vel ruſticitatem remouetur tanquam ſuſpectus. [f] Hæc enim natura, & abſque culpa accidunt, actio tutelæ ſine culpa non datur, [g] & perfidia negantis rationem reddere eorum, quæ vel dolo, vel culpa fecit.

L. VII. PAVLVS *Lib. 5. ad edictum.*

In actionibus quæ ex contractu proficiſcuntur, licet famoſæ ſint, & damnati notentur, attamen pactus non notatur. Meritò, *quoniam ex his cauſſis non tam turpis eſt pactio quàm ex ſuperioribus.*

Similis ratio eſt ei quam ſuprà animaduertimus apud Caium [a]

L. VIII. VLPIANVS *Lib. 6. ad edictum.*

Genero.

a. l. ſi. §. illud. C. de rep. appel. b. l. per hanc. C. eo. c. l. 1. §. q. appe. d. l. 1. in fi. inf. ad Turpi. d. l. fi. & hic. e. l. & poſt. ſ. de tran. l. qui vlt. ſ. de pœn. l. quod ad. eo. f. l. fi. C. ſi accuſ. mor. fu. g. §. 1. de perp. actio. h. l. Plautius. ſ. de proc. i. arg. l. nihil. C. de proc. k. l. 1. ſup. l. l. 2. ſ. de obſeq. m. not. l. om. ſupr. de iuſti. n. l. benigni. ſup. de ll. o. l. interpretatione. infr. de pœn. p. l. 1. ſ. l. liber. ho. ſ. ad. l. aquil. & hic. Vid. Gell. lib. 2. cap. 7. q. l. 2. infr. de iureiur. r. l. ſi verò. ſ. manda. §. ex quibuſdã. inſti. de pœ. te. litig. ſ. ſ. ea. l. in fi. t. l. cõtra. ſ. de ll. l. ſi qs. ſ. de iuriſd. l. 4. ſ. ad. l. pom. de parr. l. nominis infr. de verb. ſig. u. l. in depoſiti. inf. depo. §. rectè. inſtit. manda. x. §. ſoluitur. de ſociet. l. hæres. infr. eo. inſti. quibus mod. tutel. y. §. fin. de loca. z. l. pro. & l. fi. C. de hære. actio. & hic. a. l. nemo. & l. ſeq. infr. pro ſoc. l. 4. inf. de fid. tuto. b. l. 2. & il. ſeq. ſ. de obſeq l. ceſſat inf. de actio. l. in hæred. infr. de dol. c. l. ei apud. inf. depoſi. d. ſup. ea. l. 5. mandat. e. arg. l. in re manda. C. mãda. & hic. f. l. tutor. & l. ſeq. inf. de ſuſp. tut. §. ſuſpectus. inſt. eo. g. l. contractus. inf. de reg. iur. a. l. 3. ſup. eo. l. 3. ſ. de poſtul.

Genero (inquit) Mortuo. Meritò adiecit Prætor cùm eum mortuum esse sciret: ne ignorantia puniatur. Sed cùm tempus luctus continuum est: meritò & ignoranti cedit ex die mortis mariti: & ideo si post legitimum tempus cognouerit, Labeo ait, ipso die & sumere ipsam lugubria, & deponere.

Ait, Cum eum mortuum esse sciret. Hoc de scientia eius temporis, quo mortuus est gener, accipiendum est: puta si nondum annum esse lapsum sciret. Nam si putaret lapsum esse, nō notaretur: quòd ignorantia facti digna sit venia. [a] Si enim sciret non esse mortuum, ad sequentē clausulam edicti pertineret. Ait, Sed cùm tempus. Licet ignorantia non noceat, quo tamen tempore ignoratur mulier maritum esse mortuum, illud ei currit: & si post annum demum cognouit, non oportebit alium annum elugere, sed eo die & sumere, & deponere vestes lugubres poterit, atq; cui per leges licebit, nubere. Et de scientia ignorantiaque mulieris non parentis, Vlpianus hic, & inferiùs loquitur: licet verba edicti parentem tantùm scientem notent, vt vel aliter edictum cōceptum habuerit Vlpianus, quàm Iulianus: aut ex pari ratione mulierem sui iuris notet, [b] quæ intra annum nupserit. Quàquam de ea quæ in potestate sit, nominatim hic nihil scriptum extat. Iussus parentis tamen hanc excusabit, vt filium qui eam ducit. [c]

a. §. eo. l. liberorum.
b. argu. l. debuit. infr. eo.
c. l. 1. §. eo. l. 1. C. de se. nupt.

L. IX. PAVLVS *Lib. 5. ad edictum.*

Vxores, uiri lugere non compelluntur. Sponsi enim nullus luctus est.

Ratio edicti, nimirum turbatio sanguinis, in vtraque specie cessat: vt meritò cesset & ipsa sententia, & edictum: quod non tam ex verbis, quàm ex ratione, & sententia metimur. [a]

a. l. nominis. §. de verb. sig. l. scire. §. de ll.

L. X. IDEM *Lib. 35. ad edictum.*

Solet à Principe impetrari, ut intra legitimum tempus mulieri nubere liceat. Quæ uirum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet.

Ciuilis ratio est edicti, & moris maiorum: ideò Princeps indulgere mulieri potest, vt intra annum luctus nubat. [a] Sic Princeps permittere solet nobili fœminæ, viro inferioris dignitatis nubere, salua sua dignitate. [b] Ait, Quæ virum eluget. Sponsalia intra annum luctus contrahere licet: quia in spōsa ratio suprà scripta edicti cessat: alioqui à marito ad sponsum argumentum ducitur, vbi par, vel maior est ratio. [c]

a. l. Princeps. sup. de ll.
b. l. fi. §. de ll.
c. l. 3. infr de fund. do. l. oratio. de spō.

L. XI. VLPIANVS *Lib 6. ad edictum.*

Liberorum autem & parentum luctus, impedimento nuptijs non est. Et si talis sit maritus, quem more maiorum lugeri non oportet, non poterit tamen nuptum intra legitimum tēpus collocari. Prætor enim ad id tempus se retulit, quo uir elugeretur: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis. Vnde Pomponius eam quæ intra legitimū tempus partum ediderit, putat uel statim posse se nuptum collocare. quod uerum puto. Non solent autem lugeri (ut Neratius ait) hostes, uel perduellionis damnati, neq; suspendiosi, neq; qui manus sibi intulerint non tædio uitæ, sed mala conscientia. Siqua [*] ergo post huiusmodi exitum mariti se nuptum collocauerit, infamia notabitur. Notatur etiam qui eam duxerit: sed si sciens. Ignorantia enim excusatur, non iuris, sed facti. Excusatur qui iussu eius in cuius potestate erat, duxerit: & ipse qui passus est ducere, notatur. utrumque rectè. Nam & qui obtemperauerit, uenia dignus est: & qui passus est ducere, notatur ignominia.

Cessante causa cessat & effectus.

[*] aliàs quis.

Liberi, & parentes elugendi quidem sunt more maiorum: si quis tamen non eluxerit, non notatur. [a] Ait, etsi talis sit. Intra annum quo elugere virum moris est, nubere mulieri non conceditur: nō propter luctum, sed quòd intra id temporis, natura accidere possit sanguinis turbatio: non solùm quòd dubitare possis vtrius maritorum eo tempore cōceptus partus sit. [b] Vnde colligit Vlpianus, nubēdum non esse mulieri, quamuis maritus ex ijs fuerit, quos more maiorū elugere non oportet: item si mulier intra id tempus pepererit ex priore marito, statim nubere posse: atque ita ex ratione, verba edicti contrahit, vt ex sententia nubere possit, cui verba repugnāt. Illud obseruandum est, Vlpiani seculo tempus luctus fuisse quo sanguis turbari potest, decē fortè mensium cum biduo: [c] cui Theodosius duos menses addidit, [d] & Iustinianus nouam rationem, ne suspicione mulier vrgeretur, quæ elato marito, intra tātillum temporis nuberet: cuius autenticam legem, huic loco, & Codici derogare nōnihil, dubium nō est: [e] Digesta ita composita sunt de industria, vt Theodosij constitutioni iam æditæ in priore Iustiniani Codice, [f] non repugnēt. Nam Theodosium Vlpiano aliquid addidisse, ex suprà scriptis constat: cuius verba, conniuenti-

a. l. pen. §. eo.
b. l. consensu. C. de repud.
c. l. intestato. inf. de suis.
d. l. 1. C. de secun. nupt.
e. autent. de resti. in fi.
f. d. l. 2. & d. l. consensu.

bus

g. l. non sunt. sup. de sta. ho. vbi. not. b. d. l. intestato. Gell. lib. 3. cap. 16. i. Gell. d. cap. k. l. hostes ff. de cap. l. quos nos. de verb. sig. l. l. si. ad. l. Iul. ma. m. l. regula ff. de iur. ig. n. arg. l. 4. & 2. ff. de noxal. & l. quia iust. eo.

bus oculis quasi ex persona Iustiniani scripta, nos accipimus, vt alibi sæpe. g Quod de ea muliere, quæ in vndecimo mense à morte mariti parit, à Iustiniano constitutum est, ita accipi debet, vt partio circa anni finē vndecimo mense adfecto, legitima non habeatur quasi ex defuncto marito. Nam decimo mense perfecto, & cœpto vndecimo, partus gigni potest. h Tredecim mensibus ferri, non putauit, licet Papyrij decretum apud Plinium, id suadeat. i Ait, Non solent autē. More maiorum hostes, quibus publicè bellum indictum esset à Romanis, k aut cōtrà qui Romanis indixissent: item perduellionis damnati, qui hostili animo in remp. vel Principem fuissent, l &c. licet bellum indictum non fuisset: qui suspendio vitam finissent, &c. ideò lugendi non fuerūt vxoribus, quòd eorum mors dolenda non esset. Suspendiosorum appellatione omnes qui morte damnati sunt, nisi fallor cōtinentur: quando eadem ratio sit. Ait, Si qua. Hic locus arguit & fœminam ipsam, quæ nupsit, notari: licet suprà scriptis verbis edicti non contineatur. Ait, Non iuris, sed facti. Sed an mulierem ignorantia iuris hic excuset, quæritur: & puto non excusare in delicto contra morem maiorum commisso. m Ait, Venia dignus est. Non debuit quidem parere filius contrà morem maiorum, sed tamē in leuiore delicto excusatur ob iussum patris: & pater ipse punitur, qui magis deliquisse videtur. n

L. XII. PAVLVS Lib. 5. ad edictum.

Qui iussu patris duxit, quamuis liberatus potestate patria eam retinuit, nō notatur.

a. l. 1. sup. eo.

Verbis conuenit interpretatio, a quibus is notatur qui duxit, non iussu eius, in cuius potestate fuit: non etiàm is qui ductam retinuit.

L. XIII. VLPIANVS Lib. 6. ad edictum.

Quid ergo si non ducere passus est, sed postea quā duxit, ratum habuit: utputa in initio ignorauit talem esse: postea scit? Non notabitur. Prætor enim ad initium nuptiarū se retulit. Si quis alieno nomine bina sponsalia constituerit, non notatur, nisi eius nomine cōstituat, quem, quámue in potestate haberet. Certè qui filium uel filiam cōstituere patitur: quodammodo ipse uidetur constituisse. Quod ait Prætor, Eodem tempore non initia sponsaliorum eodem tempore factorum accipiendum est: sed & si in id tempus cōcurrant. Item si alterius sponsa, alteri nupta sit: ex sententia edicti punitur. Cùm autem factum notetur, etiam si cum ea quis nuptias faciat, uel sponsalia constituat, quā uxorem ducere non potest, uel fas non est: erit notatus. Ex compromisso arbiter infamiam non facit: quia non per omnia sententia est. Quantùm ad infamiam pertinet, multū interest in caussa quæ agebatur, caussa cognita aliquid pronūciatum sit: an quædam extrinsecus sint elocuta. nam èx his infamia non irrogatur. Pœna grauior ultra legem imposita, existimationem conseruat: ut & constitutum est, & responsum. utputa si eum qui parte bonorum multari debuit, Præses relegauerit: dicēdum erit duriori sententia cum eo transactum de existimatione eius: idcircóque non esse infamem. Sed si in caussa furti nec manifesti in quadruplum iudex condemnauerit, onerat quidem reū pœna aucta: nam ex furto nec manifestò in duplum conueniri debuit. uerùm hac re existimationem ei non conseruat: quamuis si in pœna non pecuniaria eum onerasset, transactū cum eo uideretur. Crimen stellionatus infamiam irrogat damnato, quamuis publicum non est iudicium.

a. d. l. 1. b. l. si quis ex. § prohibet. ff. de eden. c. d. l. 1. & d. l. 2. inf. de nox. d. arg. l. si quis id. supr de iurisd. l. 4. infr. de parricid.

Ait, Postea scit. Significat repetendum esse verbum sciens, hoc pacto: sciens vxorem ducere passus fuerit. a Deinde verbis nititur, quòd non passus sit sciens ducere, sed posteà habuerit ratum. Ait, Si quis alieno. Verba & hoc loco interpretatur, & à contrario colligit: quod genus ad verborum interpretationem videtur pertinere. b Ait, Patitur. Producit ad consequentiam cōiectura voluntatis. Non enim constituerit, edixit Prætor, sed cōstitutas habuerit: & in superiore clausula, qui patitur, notatur: c quod ita accipiendum est, si prohibere potuit. Ait, Eodem tempore. Verborum interpretatio est rursus. Ait, Ex sententia edicti. Ex voluntate, & mente, non ex verbis: quia neque bina sponsalia, neque binas nuptias constitutas habuit, sed vna sponsalia, & vnas nuptias. Sed eadem ratio est, atque adeò maior quàm si bina sponsalia constituerit: ex qua ratione, sententiam edicti colligit Vlpianus. d Ait, Factum notetur. Nuptias re, & facto constitutas, non solùm iure constitutas, id est iustas nuptias. Turpis enim voluntas notatur, licet iuris effectu caruerit. In rebus non adeò turpibus voluntas non coërcetur: vt in vocādo in ius patro-

num

num, & statuendo ius nouum, [e] &c. Ait, Non per omnia. Arbitrium enim dare magis quàm sententiam dicere arbitrij est: [f] nec actio, vel exceptio, ex ea sententia cōperit, nec appellari potest, &c. [g] nisi fortè iureiurando firmetur, vel litigantium consensu, quod homologare dicitur. [h] Ait, Extrinsecùs sint elocura. Si caussa cognita, Præses sentētiam dixit iudicio famoso, damnatus notatur: si verò ante caussæ cognitionem interlocutus sit, calumniatus es, vel impostor es, &c. non est quem obiurgauit infamis iure: quia non specialiter ob delictum damnauit (quod nisi caussa cognita non fit) sed obiurgauit. [i] Ait, Transactum de existimatione. Trāsactūm accipe ob similitudinem decisionis litis: pensatur enim seueritas condemnationis cum infamia, atque ita transigitur sententia iudicis, negocium, id est instar transactionis de re dubia, ad finem perducitur. [k] Ait, Nō pecuniaria. Oportet ergo genus pœnæ pecuniariæ grauiùs irrogari, non augeri solùm pœnam eiusdem generis pecuniariā. Illud quæsitum est, qui possit iudex legitimas pœnas augere, cùm pœnæ persecutio voluntati eius nō mandetur, sed legis authoritati reseruetur. [l] Et quidem iudex in pronunciando, nominatim potest vel grauiorem, vel leuiorem pœnā legitima imponere: modò in vtroque moderationem non excedat. [m] Sed etsi excesserit, valebit sentētia nisi appelletur. [n] Sanè si furti, vel calumniæ damner, nulla expressa pœna, pœna legitima coërcebitur damnatus. [o] Huc pertinent duo Seueri rescripta, quorum altero ex crimine quod damnato irrogat infamiam, decurionem biennio abstinere iussum, infamia eximit: [p] altero damnatum exilio quinquennali, pro annali, famosum non esse ex caussa quæ infamiam importat, ait. [q] Nam de iudicio quod famosum non est, rescribi nihil oportuit. Generaliter ergo dicendum est, quoties iudex seueriorem pœnam non pecuniariam imponit, transactum de infamia videri: [r] si clementiorem, non æquè: sed ita demum si ex verbis sentētiæ appareat eximere voluisse ignominia, vel certa id ratione fecerit, vtputa biennio abstinere ordine, vel aduocatione qui iubet, post biēnium permittere intelligitur: [s] qui relegat in biennium Decurionem, vel aduocatum, nō item: & ideo si caussa damnationis importat infamiam, ignominia laborabit, nisi grauior pœna vltra legem imposita sit. [t] Quò pertinet illa Marcelli, & Pauli sententia, Facti quidem quæstionem in potestate iudicantium esse, iuris authoritatem non esse. [u] Damnato enim ex caussa famosa, legis authoritate infamia irrogatur, nisi facto iudex suo, vel exemerit infamia, vel duriorem pœnam imposuerit. [x] Porrò qui ordine mouit Decurionem ad tempus ex crimine quod infamiam importat, leuiore pœna adfecit quidem, sed legis authoritas infamiam ei irrogat perpetuā, vt ad alios honores admitti non debeat. [y] Atque ita conciliare oportet Vlpianum, & Papinianum sub titulo de Decurionibus, [z] ex Pauli sententia: [a] Nisi malis à iudice appellationis in perpetuum mouēdum: [b] sed & quod Papinianus ait, de exilio reuersum postulare posse, ad eam sentētiam respicit, quæ nominatim finem silentio aduocati præstituit. [c] Nō dissimulabo verba Papiniani de irrogato exilio, & Decurione ordine moto ad tempus, & authori suo, & Vlpiano, atque Paulo repugnare. Primùm omnium ad tempus ordine motos ex crimine quod importat infamiā, in perpetuum moueri Papiniano placuit: [d] eidem non distinguendum ex quo crimine ad tempus aduocatione interdictum sit, vel exilium aduocato irrogatum visum est. [e] Deinde Paulus & Vlpianus diserrè aiunt, ordine motum, vel relegatum ad tempus clementiore sententia, inter infames haberi: [f] Papinianus postulare posse, nec distinguēdum ex quo crimine exilium irrogatum sit: [g] vnde constat infames non esse. [h] Vides quàm inextricabilibus labyrinthis, præceps iuris ciuilis compositio, nos implicet? Quid si igitur ordine motus, vel exulate iussus ad tempus, ita demum famam retineat, si certa ratione sententia clemētior lata sit? [i] Siue ratione leuioribus pœnis subiectus, inter infames habeatur? [k] Nam hac distinctione, suprà scripta omnia conciliantur. Ait, Crimen stellionatus. Vlpiani locus hic valde repugnare videtur eidem alibi. [l] Sed hic desiderari videntur paucula verba, quæ si aliunde adhibueris, contrarietatem submouebunt. Adde ergo, si modò ex ea caussa stellionatus arguatur, quæ in priuato iudicio infamiam damnato irrogaret. [m] Significat porrò Vlpianus hoc loco, damnatum publico iudicio notari, licet verbis edicti superioris apud Iulianum, hæc non contineatur: vt nec aliæ notæ, legibus, S.C. &c. introductæ. [n]

L. XIIII. PAVLVS *Lib. 5. ad edictum.*

Seruus cuius nomine noxale iudicium dominus acceperat, deinde eundem liberum & hæredem instituerat: ex eodem iudicio damnatus non est famosus, quia non suo nomine condemnatur: quippe cùm in initio lis in eum contestata non sit.

Seruus furtum admisit, cuius nomine dominus noxali iudicio conuentus, seruum manumisit, & hæredem suum fecit: eo iudicio in hæredem continuato, damnatus famosus non est: quia non suo nomine damnatus est. Licet enim de facto hæredis quæratur, iudicium tamen defunctus suo nomine suscepit, non tāquam is qui deliquit, sed velut dominus. Sanè si suo nomine manumissus conueniretur nouo iudicio, condemnatus notaretur, quia noxa caput sequitur. [a] Ancillæ quæ corpore suo quæstum fecit, ignoscitur manumissæ, quòd iussu domini prostituta sit: [b] seruus qui peculiares ancillas prostituerit, infamia non eximitur, quia sponte sua lenocinium fecit: [c] qua de re inferiùs. [d]

e. l. quamuis. sup. de in ius vo. l. j. §. quod quis q iur.
f. l. metū. inf. q. met. & l. itē si cum.
g. l. 2. infr. de arb. l. j. C. eo.
h. l. ne in. C. eo.
i. l. verbum. l. interlocutio. C. de infa.
k. l. si possid. C. eo.
l. l. j. §. ad Turpil.
m. l. hodie. §. de pœn.
n. infr. quæ sen. si appell. & C. quand. prouo.
o. l. j. ios. ad Turpi.
p. l. & si seuerior. C. eo.
q. l. seq. C. eo.
r. vt hic. & l. ordine. infr. ad municip.
s. d. l. & si se.
t. d. l. ordine.
u. d. l. j. ad Turpi. l. ordine. §. de decur.
x. d. l. & si. & hic. d. l. ordine.
y. l. ordine. ad municip. l. ad tēpus. de decur. infr.
z. l. gene. & l. ad tempus.
a. d. l. ordine.
b. d. l. ad tēp.
c. d. l. impera. tor sup. j. tit.
d. d. l. ad tēp.
e. d. l. imperator.
f. d. l. ordine. & d. l. gene.
g. d. l. imperator.
h. l. j. §. j. tit.
i. d. l. & si seuerior.
k. d. l. ordine. vbi not.
l. l. 2. infr. de cri. stel.
m. l. infamē. §. de pub. iudi.
n. l. palam. §. de ri. nupt. not. sup. l. j.
a. §. ōnis inst. de nox.
b. l. pen. inf.
c. l. 4. sup.
d. d. l. pen.

L. XV.

L. XV. VLPIANVS *Lib.8.ad edictum.*

Notatur quæ per calumniam uentris nomine in possessionem missa est, dum se asseuerat prægnantem.

L. XVI. PAVLVS *Lib.8.ad edictum.*

Cùm non prægnans esset, uel ex alio concepisset.

L. XVII. VLPIANVS *Lib.8.ad edictum.*

Debuit enim coërceri, quæ Prætorē decepit. Sed ea notatur, quæ cùm suæ potestatis esset, hoc fecit.

L. XVIII. CAIVS *Lib.3.ad edictum Prouinciale.*

Ea quæ falsa existimatione decepta est: non potest uideri per calumniam fuisse missa in possessionem.

L. XIX. PAVLVS *Lib.8.ad edictum.*

Non alia autem notatur, quàm ea de qua pronunciatum est, calumniæ caussa eã fuisse in possessionem missam. Idemque erit in patre seruandum, qui calumniæ caussa passus est filiam quam in potestate habebat, in possessionem uentris nomine mitti.

Hæc nota additur verbis edicti, quæ extant apud Iulianum, & banc notam Vlpianus lib. viii. ad edictum memorat, vt probabile sit in hac parte edicti perpetui non fuisse, quam lib. vi. ad edictum interpretatus est. Actio in mulierem, & parentem eius, ex hac caussa in edicto alibi proposita est, [a] qua parte edicti & infamia fortasse irrogabatur damnatis: sed Iustiniaous sub hunc titulum eam particulam coniecit, aut certè commeotarium Vlpiani, Pauli, & Caij, ad eam partem edicti.

a. j. tit. Si mulier. ven. no.

L. XX. PAPINIANVS *Lib.1.Responsorum.*

Ob hæc uerba sententiæ Præsidis prouinciæ, Callido commento uideris accusationis instigator fuisse: pudor potiùs oneratur, quàm ignominia uidetur irrogari. Nõ enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur.

Qui per alium accusat, & eum instruit ad accusandũ, S.C. Turpiliani sentẽtia punitur, authore Papiniano: [a] vt is eadem ratione notari videretur, qui instigator accusationis callido cõmento fuisse dicitur. Sed idem Papinianus non notari ait, quòd qui instiget, & exhortetur tantùm, mandator esse non videatur: nec ideo calumniæ caussa iudicio publico quid fecisse, quando nec probationes det, nec accusationes alleget, aut mandet, sed tantùm hortetur, & instiget. Verecũdia ergo eius tantùm oneratur, &c. [b]

a. l. j. §. incidit. j. ad Turpi.
b. l. ea quæ. l. verbũ. C. eo. l. a. j. de obse.

L. XXI. PAVLVS *Lib.2.Responsorum.*

Lucius Titius crimen intendit Caio Seio quasi iniuriam passus: atque in eam rem testationem apud præfectum prætorio recitauit. præfectus fide nõ habita testationi, nullam iniuriam Lucium Titium passum esse à Caio Seio pronunciauit. Quæro an testes quorum testimonium reprobatum est, quasi ex falso testimonio inter infames habeãtur? Paulus respon. nihil proponi cur ij de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant: cùm non oporteat ex sententia siue iusta siue iniusta, pro alio habita, alium prægrauari.

Ait, Iniuriam passus. Generaliter accipe iniuriam pro eo quod contra ius fit. [a] Ait, Testationem. Testimonium exceptum, & in scripturam redactum accipere oportet, oon testimonij dictionem, & viuam vocem testium. Recitatam enim dicit, vt alibi prolatam: cui sine alijs adminiculis fides habeoda non est: [b] & ideo hic meritò Præfectus fidem non habuit testationi. Testimonium idem est quod testatio: testibus enim nõ testimonijs credit iudex, quos ipse interrogauit. [c] Ait, Quasi ex falso. Potuit enim reijci testatio quasi falsa: sed & ob alias caussas reprobari, vel quòd iudex non interrogasset, aut priùs interrogatos non repetiuisset, vel quòd crimen non probarent, vero alioqui testimonio, &c. Ait, Paulus respondit. Ita respoodit Paulus vt fortissimam dubitandi rationem submoueat: qua sublata, cæteræ nihil vrgent. vt enim qui coierint in testimonia falsa dicenda, infames habeaotur, & dolo malo id probari factum, & iudicio publico falsi damnari oportet. [d] Et hoc in iudicio accusator prægrauatur, non testes: qui tamen ipse non priùs infamis fit, quàm cognita deinceps caussa calumniæ iudicio publico admissæ damnetur. [e] Quare nec testes infames esse possunt, ob id quòd testimonium eorum reprobatũ sit tacitè, vel etiam nominatim: nisi de falso in iudicio publico damnati sint, nõ extraordinario. [f] Quid enim si in iudicio criminali de iniurijs, aut alio extraordinario de crimioe, vel in ciuili iudicio testes delinquentes extra ordinem coerceantur? [g] Illud ex suprà scriptis constat, non omnes periuros, etiam

a. l. j. infr. de iniur.
b. l. solã. C. de testi.
c. l. 3. infr. de testib.
d. l. j. infr. de fal. d. l. infamem.
e. l. j. j. ad Turpil.
f. l. nullũ. C. de testi.
g. d. l. nullum.

etiam condemnatos, notari infamia: sed eos qui inuocato Dei nomine, &c. contra transactionẽ fecere.[h] Alij vel solum Deum vltorem habent, si fortè extra negocia, & iudicia peterent: [i] alij extra ordinem coereentur.[k]

L. XXII. MARTIANVS *Lib.2.publicorum.*

Ictus ° *fustium, infamiam non importat: sed caussa propter quam id pati meruit, si ea fuit quæ infamiam damnato irrogaret. In cæteris quoque generibus pœnarum eadem forma statuta est.*

Pœna quantalibet reo irrogata per sententiam, famosum eum non facit: nisi iudicium famosum sit, vt publicum iudicium furti, iniuriarum, &c.[a] Quare & is qui cognita caussa damnatus nõ est, sed vt veritas inquiratur, vel in carcerem coniectus, vel fuste coercitus, vel tormentis subiectus est, multò minus notabitur.[b] Ait, Sed caussa. Ex verbis edicti hoc accipiendum est, vt nunc ipso iure ex delicto quis notetur, nunc per sententiam, si caussa sit edicto, vel lege, &c. cõprehensa.[c] Quod de euidenti crimine hic alij tradunt (notoriũ vocant) mihi non probatur: licet in mores Galliarũ & hoc transcriptum sit ex commẽtarijs. Neq; enim manifestum, vel euidentissimũ, pro condemnatione vbique habendũ est: sed vbi sufficit de facto cõstare, sine iudicio.[d] vt sit verius iudicio, vel confessione opus esse, vt ex edicto infamis fiat: nisi cùm factũ edicto notatur, nõ sententia, vel pactione. Nam benigniùs edictum interpretari oportet, quod ignominiã irrogat.[e] Porrò qui ante litem agnoscit debitum, non notatur: sed qui in iure post cœptam litem confitetur ex caussa famosa.[f] Illud prætereundum silentio non est, confessionem, pactionémve, non nisi in speciebus in edicto expressis, sufficere ad ignominiam: præsertim cùm in criminum executione confessus pro damnato non habeatur.[g]

L. XXIII. VLPIANVS *Lib.8.ad edictum.*

Parentes & liberi utriusque sexus, nécnon & cæteri agnati uel cognati, secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque uoluerit, lugẽdi sunt. Qui autem eos non eluxerit, non notatur infamia.

Parentum, liberorum, cognatorum luctus, & quo vir vxorem eluget, ad edictum nihil pertinet.[a] Estque hoc loco exemplum honesti, quod ius præcipit:[b] licet nulla actio, nullaque pœna in eum qui non paret, constituta sit. Cuius generis alia exempla suprà ex Seneca adhibui.[c]

L. XXIIII. IDEM.

Imperator Seuerus rescripsit, non obfuisse mulieris famæ, quæstũ eius in seruitute factum.

Hoc caput, cum alio ex eodẽ Vlpiano transcripto, suprà conciliaui.[a] Nunc etiam illud addẽdum, ius ciuile seruos pro nullis habuisse:[b] & stupri in eis admissi absque alio delicto, nullam rationem habuisse:[c] cognationem inter eos nihil impediuisse coniunctionem, contuberniúmve, ante manumissionẽ.[d] Qui verò mancipia peculiaria prostituit seruus, meritò deliquisse intelligitur, ideoque noxa caput sequitur, & infamis manet iam manumissus.[e] Ius pontificium maiorẽ seruorum habet rationem.[f]

L. XXV. PAPINIANVS *Lib.2.Quæstionum.*

Exhæredatum quoque filium luctum habere patris memoriæ, placuit. Idemque & in matre iuris est cuius hæreditas ad filium ° non pertinet. Si quis in bello ceciderit, etsi corpus eius non compareat, lugebitur.

Non enim ob successionem liberi parentes elugere debent, quæ iure ciuili defertur naturali quadam ratione, non iure gentium:[a] sed id natura insitũ est pietatis officium, cùm in omnes sanguine coniunctos, tum præcipuè in parentes.[b] Lugendi autem sunt & mariti, & sanguine iũcti, etsi corpora non compareant, si honestè decesserint.[c]

IVS GALLICVM AD EVNDEM TITVLVM.

Est in more positũ apud quosdã, vt nemo infamia iuris notatus, testimonij dictionem habeat, nisi in ijs speciebus, quæ iure eodem exceptæ sunt.[a] Iuris verò ignominiam eam demum censent, quæ iure ciuili, non pontificio, irrogatur.[b] Eisdẽ moribus, famosus procurator forensis esse nõ potest, quod iure ciuili receptũ non est, sed pontificio.[c] Sed & periuriũ apud eosdẽ infamiã irrogat ipso iure, si modò probatũ sit, & magistratu, publicisque honoribus candidatum excludit.[d] Alijs moribus nullum crimen, aut infamia, testem à dicendo testimonio in totum excludit, nisi vel sententia de ea re lata ostendatur, vel transactio, vel vulgò manifesta sit, quod notorium appellant: in hoc tamen probari potest, vt testium authoritati, vel fidei, nẽ nihil detrahatur. Quod in ciuili iudicio statutum est: in criminum executione, iudicantis arbitrio, id omne mores permittunt.[e] Sunt mores qui criminalia iudicia, à ciuilibus nihil distingunt.[f] Lege Regia qui falsò testes refellit, in singulas reprobationis caussas viginti francicorum pœnam, partim fisco, par-

h. l. si qs ma. C. de trans.
i. l. 2. C. de reb. cred.
k. d. l. nullũ. l. si & l. 2. iotr. de stell.
° aliàs posteriorum.
a. l. j. supr. vbi. not.
b. l. j. l. nullũ. l. fustib. C. eo.
c. d. l. j. ĩ. l. infamem. de publ. iudi. &c.
d. d. l. emptorẽ. ĵ. de actio. empt. l. si verò. sup. qui satisd.
e. arg. l. furti. sup. eo.
f. l. si reus. ĵ. j. tut.
g. l. si confessus. ĵ. de confes. l. j. C. eo.
a. l. vxores. l. lib. ĩ. & hic.
b. l. iustitia. ĩ. de iusti.
c. ĩ. de pact.
a. l. 4 §. Põpo. sup. eo.
b. l. quod atti. ĵ. de reg. iur.
c. l. inter. de adult. l. 2. de ser. corrup.
d. §. illud. insti. de nupt. l. fin. ĵ. de grad. l. libertinus. de rit. nupt. & l. adoptiuus.
e. l. 4. ĩ §. om. inst. de noxa.
f. c. j de coniug. ser.
° aliàs deest negacio.
a. c. ius quiritum. dist. j. ĵ. de suis & leg.
b. l. 2. ĩ. de iusti. C. in R h.
c. vide Augu. de ci. Dei.
a. l. famosi. ĵ. ad l. Iul. ma. l. mulierem. ĵ. de accus.
b Britan. *des preuues* 45.
c. *des procur.*
d §. fi. inst. de except. 3. 9. 7. infames.
d. *de misler.* 38
e Pyct. cap. la 8. *marche.* art. 57.
f. Borbon. 43.

tim aduersario dependit: & interdum grauiorem pro qualitate calumniæ, quod in supremis Curijs locum habet: nam in cæteris, dimidia eius multæ parte coërcetur. [g] Nuptiæ intra annum luctus contractæ, apud Gallias non infamant, quòd in ea re decretalem pontificiam sequantur. [h] Verum tamen D. Paulus iuri ciuili abrogare voluerit, néene, Theologi disputabunt. Et quidem qui in vniuersum parendum magistratibus consuluit ius reddentibus ex legibus Romanis, [i] non videtur paucis verbis ius, quod probauit, abrogare. Cuius verba si sequaris, neglecta voluntate, vide ne & fratri, vel patri nubere possit mulier, soluta à lege viri. Cui, inquit, vult nubat in domino. [k] Quod si ita hæc verba accipienda putes, vt cui per leges liceat, nubat: cur non & secundum leges post tempus modicum luctus, permittere demum nuptias secundas dixeris? Nam & lex quæ statim, vel confestim dicit: [l] ex legibus alijs, & ratione recta, ita coangustatur, vt tempus modicum, pro loco illisce verbis nõ excludatur. ἀγαμίαν enim magis probare videtur, quàm mores maiorum improbare in luctu, & rationi consentanea temperantia. Quid enim si mulier intra bimestre iterum nubat, seque ex priore marito prægnantem ignoret: vtri partus attribuetur? vtri succedet? [m] Vt taceam turbationem sanguinis, quam Vlpianus caussatur, [n] & superfœtationem, quam accidere author est Aristoteles: prolis incertum, suspicionem maleficij admissi, &c. quę iustæ sunt caussæ tantillæ continentiæ. [o] Illud quæsitum est, an alias pœnas incurrat mulier infamia exempta. Nam lege Cæsarea lucris nuptialibus multatur, quæ intra tempus luctus vel nubit, vel parit. [p] Equidem non puto multari, si concedamus legem esse quæ matrimonium permittat intra annum luctus. Quòd enim permissum est lege, pœnam nullam commeruit: & ita Panormitanus censuit, [q] vtcumque plærique omnes refragentur leui ratione persuasi. [r] Qui binas nuptias eodem tempore constitutas habuit, moribus Francię mittellatus, infulatúsve per ora hominum traducitur, & catamidiatur: cuius ignominiæ rationem ex iure Põtificum mutuati sumus. [s] Elugere viros apud nos vxores solent, & contrà viri vxores: & tristiorem habitum, lugubriaque insignia, more maiorum, annum, aut suprà etiam, pro regionis consuetudine ferunt: liberi parẽtes elugent minori tempore ferè, secundum pietatis rationẽ, animi patientiã, & vt quisque vult. In quibusdam regionibus etiam agnatos ex latere elugeri, moris est: [t] qua in re Romanorũ mores sequuntur. [u] Iudicium acceptum in hæredem apud nos transcribitur, [x] qui vocari in ius solet, vt suscipiat, vel repudiet litẽ cœptam: si tamen lis iam conclusa fuerit, & calculus iudici porrectus, sententia in defunctũ ferri poterit ex lege Regia. [y] Falsi testes, & tabelliones, vltimo supplicio multantur. [z] Ancillarũ iusta seruitus apud Gallos non est, vt alibi diximus: ideóque eudẽs corporis quæstus, eas notat.

DE PROCVRATORIBVS ET DEFENSORIBVS.

Titulus. III.

Qui caussam suam, vel amici, exponere instituit, [a] is ante omnia iustitiam spectare debet: ad quam velut ad finem, omnis humana controuersia referri solet. Deinde ius, & partes eius, quibus caussa iustè muniri possit, in numerato habeat oportet. [b] Tum quis sit vel ipse, vel is qui eũ agere cupit, & quibus de rebus agendum. [c] Quarto loco ei despiciendum fuerit, apud quem caussa orãda sit, & quàm latè eius officium tam extra iudicium, quàm in iurisdictione pateat: siue Senatus sit, siue magistratus, siue cui ab his iurisdictio mandata, notióve data constiterit. [d] Hæc vbi cognita habuerit, ad eum qui iurisdictioni præest, vel iudicem ab eo datum, vocationem, & quæ circa eam obseruantur, meditari par est. [e] Sed quoniam feriæ remorantur actionem plærumq;, & dilationes ad veniendum in ius, & alioqui conceduntur litigaturis, ac deinde actiones, & instrumenta quibus vsuri sunt apud iudicem, edi debent in præparandis iudicijs: quintus locus his adscribendus est. [f] Quibus pacta gratuita, & transactiones inter moras nonnunquam accedunt, & lites vel præparatas, vel cœptas iam finiunt. [g] Id nisi fiat, postulare apud quemlibet ex suprà memoratis cum oportet, quæ nulla vitæ turpitudine, aut alia caussa ab agẽdis caussis remoueatur. [h] Quòd si quis ex aliqua caussa, vel nolit, vel non possit in iudicio esse, procuratorem, vel actorem cõstituat oportet, aut vltrò amicus caussam eius absentis defendat, siue priuatus sit, siue vniuersitas. [i] Et cũ defensor qui sine domini mãdato caussam tuetur, negociũ gerere dicatur: & procurator interdũ ad negociũ aduersario facessendũ, pecunia redimatur: edictũ Pretoris de negocijs gestis, & de calũniatoribus, perspectũ habere operæ pretiũ est. [k] Porrò autẽ nõ semel cõtingit, vt actio nulla instituatur, nisi litigator priùs in integrũ ex certis caussis restitutus à Prætore fuerit: & inter primordia litiũ, in arbitrum recipientem arbitrium compromittatur nonnunquã, ideò edicta Prætorum de in integrum restitutionibus, deque receptis, & qui arbitrium receperunt, inter τὰ πρῶτα iudiciorum explorata sint necesse est. Quibus ob adfinitatem nominis, edictum de nautis aliquid recipientibus, &c. eodem in loco cognoscere expedit. [l] Et hæc quidẽ ratio est methodi, quæ in prima parte τῶν πρώτων apud Iustinianum obseruatur: quam expositis iã titulorũ ferè argumentis, repetere memoria, & fideliter cõtinere debet iuuentus, quæ hisce studijs initiatur. Eandem ordinis rationẽ in cæteris partibus mecũ animaduertet, qui ex Iustiniani de ea re cõstitutione, viam quã secutus est, vbiq; demõstrabo iuris studiosis: nõ ex interpretũ cõmẽtarijs, qui

Edicti

g. Francis. de bre.liti. 41.
h. c. fin. de se. nup. et arg. art. j. de breui. lit. Francis.
i. ad. Ro. 13. 1. Pet. 2.
k. j. ad Cor.
l. §. j. instit. de verb. ob. l. & post. supr. de transf.
m. l. consensu. C. de repu.
n. l. liberorũ. sup. eo.
o. d. l. cõsensu. auten. de re. sti. in fi.
p. l. j & . 2. C. de se. nupt. d. autent. de resti.
q. d. c. fi.
r. Bart. d. l. liberorum.
s. 32. q. j. de benedicto. Panorm. c. 2. de spons. duo.
t. Biturig.
u. l. parentes. sup. eo.
x. l. seru. sup. eo.
y. Francis. 90. de breuia. lit.
z. Francis. sur le faict des notaires.
a. l. j. de orig. iur. & l. j. de postul. supr.
b. vsq; ad tit. de sta. ho. s.
c. vsq; ad tit. de Senato.
d. vsq; ad tit. de in ius vo.
e. vsq; ad tit. de fer.
f. vsq; ad tit. de pact.
g. vsq; ad tit. de postul.
h. vsq; ad tit. de procu.
i. vsq; ad tit. de neg. ge.
k. vsq; ad tit. de rest. in integr.
l. vsque ad tit. de iudi.

Edicti perpetui ordinẽ ob vitia Codicũ non obseruarunt in Vlpiano, & Paulo ad edictũ. Edictũ Prætoris de procuratoribus, & defensoribus, nunc mihi in hunc titulum restituendum, & componendum est, ex varijs locis Vlpiani, & Pauli maximè. Vnde rursus apparebit, quantùm intersit, qua ratione, atque via, ius ciuile tradatur discere volentibus. Quòd si verba Prætoris vbique assecutus non videbor, certè eius voluntatem ad singulos titulos pertinentem, & sententiam,
» meis verbis vtcunque blaterabo. Ait Prætor, Qui suo nomine agere, quíve conueniri potest,
» is (si videbitur) procuratorem constituet. Procuratorem ad litem suscipiendam datum, pro quo
» cõsentiente, dominus Iudicatum solui exposuit, caussa cognita iudicium accipere cogam. Ante
» cœptam litem procuratorem reuocare, mutare, liberum erit: post acceptum iudicium non nisi
» caussa apud me cognita, aut mutare procuratorem, aut litẽ in se transferre, domino licebit. Cu-
» ius nomine quis actionem sibi dari postulauerit, is cũ viri boni arbitratu defendat, & ei quo no-
» mine aget, id ratũ habere eum, ad quẽ ea res pertinet, viri boni arbitratu satisdet. Mutus, surdus,
» seruus, criminis reus, inuitus, &c. procuratores nõ erũt: vt nec minores annis viginti quinq;, vel
» fœminę, nisi caussa cognita. Miles nõ nisi in rẽ suã, vel pro suo numero, procuratorio nomine iu-
» diciũ accipiet, si modò ante iudiciũ hoc prętermissum nõ erit. Ad crimẽ persequẽdũ, defendẽ-
» dúmve, aut alioqui ad iudiciũ quod publicam caussam contingat, procurator ne accedat: ad ex-
» cusandam absentiã, innocentiámve eorum qui in ea caussa erunt vt dãnari possint, quilibet vltrò
» intercedat. Qui absentẽ defendet, actori, procuratoríve eius, Iudicatum solui boni viri arbitra-
» tu, omnimodò satisdet: & si ex ijs fiet, quib. sine mandatu experiri alieno nomine permissum est,
» quíve certum absentis mandatum proferãt. Præsens præsentem defensorem, solenni satisdatio-
» ne, vel in iudicio, vel extra iudicium, confirmet: séque tempore recitandæ sententiæ in ius vetu-
» rum, vel satisdet, vel pro sua qualitate repromittat. Hæc ferè sunt, in quibus consultorum interpretatio sub hoc titulo vertitur. Nam quæ de mandati iudicio inter dominum & procuratorem attinguntur, hoc loco πάρεργα sunt, & ad titulum Mandati, vel contrà, spectant. Cur autem singula capita huic edicto inserta sint, ex nostra interpretatione, ad consultorum commentarios, inferiùs suo loco apparebit.

L. I. VLPIANVS *Lib 9. ad edictum.*

PRocurator est, qui aliena negocia mandato domini administrat. Procurator autem uel omnium rerum, uel unius rei esse potest. Constituitur autem uel coràm, uel per nuncium, uel per epistolam, quãuis quidam (ut Pomponius lib. xxiiij scripsit) non putent unius rei mandatum suscipiẽtem procuratorem esse: sicuti nec is quidem qui rem perferendam, uel epistolã, uel nuncium perferendum suscepit, propriè procurator appelletur. Sed uerius est, eum quoque procuratorem esse, qui ad unam rem datus sit. Vsus autem procuratoris perquàm necessarius est, ut qui rebus suis ipsi superesse uel nolunt, uel non possunt: saltem per alios possint uel agere, uel conueniri. Dari autem procurator etiam absens potest.

Ait, Procurator est. Definit procuratorem generaliter, etsi de procuratore in actionibus, nõ de eo qui in administratione rerum est, [a] inter τὰ πρῶτα edixerit Prætor. Sic & edictum de pactis, pacta conuenta nuda propriè respicit inter τὰ πρῶτα: licet generaliter verba interpretetur Vlpianus, &c. Ait, Aliena negocia. Procurator in rem suã factus, ad ius summum, strictúmve quod attinet, alienum negocium gerit, ideóque procuratoris nomen retinet. [b] Sed quia benigniùs cum eo agitur, & vtilis ei actio datur, procuratorem quasi dominus ante litem contestatã & hic constituit. [c] Alius verò procurator, tutor, curator, &c. qui domini non sunt, post litem contestatam demum procuratorem ad litem peragendam dare possunt, domini iã effecti: [d] etsi alioqui si quid mandarint præter actiones, mandati eis actio competat. [e] Actor vniuersitatis à magistratu, & decurionibus constitutus, eadem ratione ad agẽdum non constituit procuratorem: [f] qui & ipse à decurionibus, qui domini non sunt, datur. Monachi procuratorem dare possunt ad defendendum, & serui ad gerendum negocium peculiare, quòd quodam modo domini sint, nimirũ natura. [g] Sed & syndicus qui à ciuitate cõstituitur, vel monasterio nõ sine ratione procurator appellatur: [h] cũ quodam modo domini sint qui cõstituant. Illud quæsitũ est, vtrúmne procurator ante litem incohatam, procuratorem mandato domini rectè constituat. Et ego puto constitutum domini, non procuratoris, procuratorem fore: [i] etsi Galli aliter loquantur, vti inferiùs dicemus ex iure Gallico. Ait, Mandatũ domini. Sed quid si gratuitum mandatũ non sit? Et veriùs est procuratorem nihilò minùs fore: licet locati, & conducti actio locum habeat, non mandati. [k] Nam actio mandati speciali significatione ea dicitur, quæ ex gratuito mandato, nõ ex alijs nominatis contractibus descendit: [l] etsi mandatum plærúque & hi habeant. Ait, Administrat. Latiùs vsurpat quàm infrà: [m] non tamẽ alienationem, vel profusionem, &c. sed diligentem negocij gestionem, hoc verbi significat. [n] Ait, Vel omnium rerum. Procurator alius est omnium rerum, toto-

a. l. seruũ. inf. eo.
b. l. procuratore. infr. eo.
c. l. illã. C. de donat.
d. l. neque. l. procuratoribus. C. eo.
e. l. si procuratoré. §. si quis. j. manda.
f. l. nec ciuitatis. inf. eo.
g. l. seruum. j. auten. de san. epi.
h. autent. de sanctiss. ep. §. si quando. coll. 9.
i. arg. l. item. j. j. tit.
k. l. j. inf. mãda.
l. d. l. j. infr. manda.
m. l. si quis cũ.
n. l. j. supr. de Off. proc. Cęsa. l. procu. to. infr.

rum, vel vniuersorum bonorum, cui libera administratio rerum permissa interdũ dicitur: [o] alius vnius rei, aut plurium. Item alius negociorum extraiudicialium (quæ negocia absolutè interdũ dicuntur) alius actionum, iudiciorúmve: qui ad litem vel caussam datus procurator etiam nuncupatur. [p] Qui in actionibus procurator est, nunc mandatu generali constituitur, nunc nominatim, specialive mandato: [q] quod & in administratione rerum, negociorúmve extraiudicialiũ similiter locum babet, vt in iurisdictione mandanda, &c. [r] Ait, Constitutus vel coram. Nullã solennitatem verborum, aut scripturæ proprietatem, Prætor in edicto præscripsit: ideò solũ consensum, vt in reliquis mandatis, Vlpianus exigit: [s] qui & verbis quibusuis inter præsentes, & per nuncium, & per epistolam inter absentes exprimi pòtest. Ait, Vel nunciũ perferendum. Veredarius, qui nunciũ, vel epistolam perfert domini mandato, in perferẽdo procurator non est: sed & in cõtrahendo cũ absente, dũtaxat ministerio eius vtimur ad exprimendũ consensum: [t] cũ alioqui procurator sibi obligationem acquirat, & nobis mandati teneatur. [u] Ait, Sed veriùs est. Licet nuncius propriè nõ dicatur procurator, qui tamen ad emendã vel vnã rem datus est, &c. procurator rectè appellatur. Nam in suprà scripta definitione, negociorũ appellatione, vnũ negocium etiam cõtinetur. [x] Ait, Vsus autem. Solet Vlpianus edicta commẽdare ab honestate, & vtilitate. [y] Sunt tamẽ quædam personæ quæ agere, vel defendere in pecuniarijs caussis, & iniuriarũ, ipsæ non possunt: in cæteris qui edicto cõtinentur, voluntaria est procuraroris datio. [z] Ait, Dari autem. Absens, & præsens, pro materia, qua de re agitur, accipi debẽt: in stipulatione, qui audire potest absens nõ est. [a] In hoc enim pręsentia exigitur, vt audire possit qui stipulatur. In pręscriptione longi temporis præsens habetur qui in eadem prouincia est: [b] cui imputatur si longo tempore passus sit, rem ab alio possideri. In vocatione ad iudicium, absens est qui in iure nõ est, cui domum denunciatur ex edicto de damno infecto. [c] In boc argumento procuratoris dandi, absens est, qui in vrbe, aut suburbijs non est: quòd qui procul extra vrbem sit, non euocetur ad satisdationem iudicatum solui exponendam, aut ad procuratorem probandum: sed procurator absentis tum satisdet iudicatum solui, & ratum haberi. [d]

L. II. PAVLVS *Lib. 8. ad edictum.*

Dummodo si certus sit qui datus intelligitur, & is ratum habuerit. Furiosus non est habendus absentis loco: quia in eo animus deest, ut ratum habere [*] *non poßit.*

Certus debet esse procurator: nec aliter constare potest an is ratum babeat. [a] Ratum autẽ habere intelligitur qui vel procurationis instrumẽtum sine protestatione accipit. [b] Ait, Furiosus. Furiosus consentire, & ratum habere non potest, [c] ideo absens procurator dari nõ potest, quãquam alioqui absentis & quiescentis loco sit: propterea quòd præsentiá in hoc exigatur, vt quis consentiat, & intelligat quod agitur. [d] Lege autem negatiuè, vt ratum habere non possit.

L. III. VLPIANVS *Lib. 9. ad edictum.*

Item & ad litem futuram, & in diẽ, & sub conditione, & usque ad diẽ, dari potest.

Decuriones decernere non solent ferè, vt quis controuersiam futuram in iudicium deducat: syndici tamen generaliter omnes incidentes controuersias pro cõsuetudine regionũ explicãr. [a] Quare priuatus non solet nominatim dare procuratorem ad controuersiá quæ nulla adhuc est, sed ad litem futuram ex cœpta iam controuersia. Et ita hunc locum explicamus, quòd cõtrouersia sit antè quàm lis incobetur. [b] Ait, Et in diem. Vt ex die incipiat esse procurator, cuius procuratio in diem collata rectè dicitur: licet interdum in diem, pro ad diem, vel vsq; ad diem vsurpetur. [c] Non est enim constitutio procuratoris ex ijs actionibus, qui cõditionem, vel diem non recipiunt. [d] Vsque ad diem, quod & ad diem, vel in diem dicitur, tam ab actore, quàm à reo, datur procurator, inuito aduersario: licet à pluribus hæredibus, plures procuratores, inuito aduersario, dari non possint: [e] ne incommodo aliquo afficiatur qui agit. Insolidum enim, nõ pro parte, defendere oportet, ne actor nõ consequatur quod stipulatus est, sed partim rem, partim quod interfit: [f] vtcumque Bartolus hunc locum ad illum traducat.

L. IIII. PAVLVS *Lib. 8. ad edictum.*

Et in perpetuum.

Non vsque ad diem, sed quamdiu viuat procurator mãdatu generali datus, vel vsque ad finem negocij, si ad vnam caussam datus sit. Perpetuum enim pro loco variè vsurpatur. [a] Ad mea perpetuum deducite tempora carmen, &c. id est sine interruptione carminis vsque ad mea tempora. Perpetua actio, dum certis modis perimatur: perpetua societas, dum viuat socius.

L. V. VLPIANVS *Lib. 7. ad edictum.*

Præsens habetur & qui in ortis est.

Absentem dari procuratorẽ, Vlpianus ad edictũ paulò antè scripserat: [a] ne quis tamẽ absentẽ putet qui in ortis sit, præsentẽ esse in boc argumento ait: & ideo procuratorem eius præsentem esse, vel præsentis esse, aut præsenti: quæ omnes lectiones eòdem recidunt. Præsentis enim domini,

a. Iusti. de perp. actio. l. j. inf. pro soc. a. l. j. sup.

o. l. procurator cui. l. procur. tot. infr. eo. l. creditor. inf. manda. l. iusiurandum quod. de iureiur. p. l. seruũ. inf. cap. qui genera. de procur. in 6. q. l. mandatu. inf. eo. l. nõ solùm. in fi. & l. seq. r. l. solet. ĩ. de iurisd. l. j. & 2. de offic. e. l. oblig. ge. inf. de pig. s. l. consensu. infr. de actio. l. 2. ĩ. de pact. t. l. qui autẽ. & seq. infr. de consti. pe. u. l. licet. inf. eo. l. eum. inf. de consti. x. arg. l. 3. inf. de neg. gest. y. l. j. supr. de pact. l. j. j. de restit. in integ. z. l. pen. C. eo. a. l. j. infr. de verb. ob. b. instit. de vsucap. in prin. c. l. 4. j. de dã. infe. d. §. sed hodie. & seq. de satisd. * aliàs de est negatio. a. arg. l. duo. infr. de testa. tutel. b. c. le. j. de procur. c. l. cum Prætor. j. de iudi. d. l. 2. j. de iur. codic. l. vbi nõ j. de reg. iur. a. l. itẽ. eorũ. inf. j. tit. b. l. diuus. inf. de peti. hær. c. §. 2. instit. de verb. ob. l. ob. fere. ff. de actio. l. in illa de verb. ob. d. l. actus. inf. de reg. iur. e. l. iã tamen. inf. iudi. sol. f. l. in exec. j. de verb. ob.

mini, præsens est procurator[a], tempore quo datur: & contrà præsentis procuratoris, dominus præsens. Nec quicquam repetit ociosè Vlpianus de absente procuratore, quem & coràm, & per nuntium dari, paulò antè scripserat.[b] Nõ enim semper absens est in hoc argumento, qui per epistolam datur. Quid enim si in hortis, vel suburbibus sit?

b. d.l.j.

L. VI. PAVLVS *Lib. 6. ad edictum.*

Et qui in foro, & qui in urbe, & qui in continentibus ædificijs.

Forum iudiciale hic accipe:[a] vrbis appellatione non continentur ædificia continentia, id est quæ sine interuallo coniuncta sunt vrbi, vt suburbia.[b]

a. l. 4. §. Prætor. j. de dã. inf.
b. l. 2. infr. de verb. sig.

L. VII. VLPIANVS *Lib. 7. ad edictum.*

Et ideò procurator ei, præsenti esse uidetur.

Procurator præsentis domini tempore quo datur, non cauet iudicatum solui, sed dominus: procurator præsentis non cauet ratum habere dominum, qui ipse in iudicio, vel apud acta, procuratorem probat.[a] Procurator præsentis post constitutionem, & satisdationẽ iudicatum solui, non compellitur accipere iudicium.[b]

a. l. si procuratorẽ. infr. eo. §. sed hodie. inst. de satisd.
b. l. vel hære. inf. eo.

L. VIII. IDEM *Lib. 8. ad edictum.*

Filiusfamiliâs & ad agendum dare procuratorem potest, si qua ei sit actio qua ipse experiri potest. Non solùm si castrense peculiũ habeat, sed & si uim filiusfamiliâs (ut puta) iniuriam passus sit, procuratorem dabit ad iniuriarum actionem, si fortè neq; pater præsens sit, neque patris procurator uelit experiri: & erit iure ab ipso filiofamiliâs procurator datus. Hoc ampliùs Iulianus scribit, & si filiofamiliâs patri, per filiũ eius in eadem potestate manentem fiat iniuria, neque auus præsens sit: posse patrem procuratorem dare ad ulciscendam iniuriam quam nepos absentis passus est. Ad defendendum quoque poterit filiusfamiliâs procuratorem dare. Sed & filiafamiliâs poterit dare procuratorem ad iniuriarum actionem. Nã quod ad dotis exactionem pertinet: cũ patre dare procuratorem, superuacuũ esse Valerius Seuerus scribit: cùm sufficiat patrem dare ex filiæ uoluntate. Sed puto, si fortè pater absens sit, uel suspectæ uitæ (quo casu solet filiæ competere de dote actio) posse eam procuratorem dare. Ipse quoq; filius procurator dari poterit & ad agendum, & ad defendẽdum. Inuitus procurator non solet dari. Inuitum accipere debemus non eum tantùm qui contradicit: uerùm eum quoque qui consensisse non probatur. Veterani, procuratores fieri possunt. Milites autem, nec si uelit aduersarius, procuratores dari possunt: nisi hoc tempore litis contestatæ quocunque casu prætermissum est: excepto eo qui in rem suam procurator datus est, uel qui communem caussam omnis sui numeri persequitur uel suscepit: quia talis procuratio concessa est. Procuratorem ad litem suscipiendam datum, pro quo consentiente dominus iudicatum solui exposuit. Prætor ait, Iudicium accipere cogam. Verùm ex caussa nõ debebit compelli: utputa si inimicitiæ capitales interuenerint inter ipsum procuratorem & dominum, & scribit Iulianus debere in procuratorem denegari actionẽ. item si dignitas accesserit procuratori, uel reipublicæ caussa absuturus sit.

a. l. 2. infr. ad maced. l. 3. §. nec. de coll. bon.
b. l. lis nulla. inf. de iudi.
c. inf. ea. l.
d. l. tam. infr. de iudi. l. si quis. & seq. de pec.

Filiusfamiliâs hoc iure in castrensi peculio, & quasi castrensi pro patrefamiliâs habetur:[a] & agere potest etiam aduersus patrem:[b] vt dubium non sit, quin & procuratorem constituat. Sed & paganus qui castrense peculium, vel quasi castrense non habet, interdum suo nomine agere potest: ideóque ad agendum procuratorem constituit ex eodem edicto. Nam ad defendendum omnimodo constituit,[c] quando conueniri possit:[d] nisi ex caussa aduẽtitia, ex qua pater suscipit actiones,[e] vt cũ de peculio, vel de in rem verso pater conuenitur. Illud cõtrouersum est, quæ sint actiones quas filiusfamiliâs extra caussam castrensis, vel quasi castrensis peculij suo nomine intẽdit: & vtrũne iure directo, an vtili.[f] Et ego puto filiũfamiliâs ex omni caussa, vtili actione experiri, ex qua absente patre quæsita sit:[g] idẽ est & si ob furorẽ, vel demẽtiã absentis loco sit pater, nec procuratorẽ habeat præsentẽ qui agere velit.[h] Nõ igitur solũ depositi, cõmodati, iniuriarũ, quod vi aut clã, & in factũ, sed mãdati, furti, lege Aquilia, cõdictione certi de mutuo, & generaliter ex omni caussa ex qua fraudẽ patiatur fili⁹, si expectetur pater, vtiliter agit.[i] Et ita cõciliãda esse ca-

e. l. fin. C. de bo. q. lib. & d. l. si quis.
f. glo. l. si lõ. inf. de iudi. l. filiusfa. de actio.
g. d. l. si lõgi⁹.
h. l. sed si vni⁹ infr. de iniur.
i. d. l. si lõ. d. l. filiusfa. & l. in factum. eo.

pita de hac re in Pandectas relata, argumento est, quòd Vlpianus, & Paulus, eundem Iulianum vtilem actionem dantem, laudant.[k] Sed cur vtili, non directa actione experitur filius? An non q. subtili ratione actiones, vt omnia, patri acquirat? vtilitatis tamen caussa, in his suprà dictis speciebus receptum est, vt agat. Aduentitia, vt dos, hæreditas, legatum, fideicommissum, adhuc hoc Vlpiani seculo patri quærebantur.[l] Constantinus primus bona materna (quæ antè omnimodò liberorum fuerunt) præter vsumfructum, liberis attribuit:[m] Theodosius deinde dotem, & alia nuptialia.[n] Ad extremum Iustinianus omnia, quæ ex patris substantia non proficiscuntur, liberis adscripsit, vsumfructum parentibus: tribus tamen speciebus exceptis autentico iure enumeratis.[o] Sed ex his caussis aduentitijs parēs intendit, & suscipit actiones: aut si acquirere vsumfructum nolit, filio consentit agenti, vel suscipienti iudicium.[p] Ait, Ad defendendum quoque. Sed quo pacto iudicium absque patris consensu procedit?[q] & si filius insolidum damnetur, an pater de peculio iudicati conuenιatur? Et quidem cum ex aduētitia caussa pulsatur filius, vel ipse agit, patris consensum Iustinianus requirit: quòd vsusfructus ei quæri soleat.[r] Filio verò familiarum insolidum damnato, pater de peculio rectè conuenitur.[f] Ait, Nam quod ad dotis. Dos profecta à patre, soluto matrimonio, communis est patris & filiæ, vt actio de dote: & pater adiuncta filiæ persona exigit, id est sciente, & non contradicente filia. Sed & propter absentiam, & turpitudinem patris, filiæ datur actio: & ideo procuratorē ex edicto dare potest.[s] Ait, Ipse quoque. Ex omni contractu, etiam absque patris consensu, filiusfamilias obligatur:[u] vt mirum non sit si mandatum suscipiat ad gerendum alienum negocium sine patris voluntate.[x] Ait, Inuitus procurator. Inuitus est quo nolente, & contradicente aliquid fit, & latiùs quo non consentiente. Posterior significatio huic loco congruit, quòd procuratorem habere ratum, & consentire oporteat, non solùm tacere, vel non contradicere. Sanè in quibusdam speciebus, qui tacet sciens quòd cum cōtingit, consentire videtur: vt de filiofamilias paulò antè dixit. Regulare enim est in omni negocio contrahendo, vel distrahendo, vt consensus probari debeat, vel verbis, vel re, vel scriptura, &c.[y] sed iure singulari in paucis scientiam, & silentium pro voluntate habemus:[z] quod locum habet, vbi non de consensu principaliter negocium gerentium, sed de voluntate aliorum quos contingit, quæritur.[a] Ait, Veterani. Qui viginti annorum stipendia meruerunt, veterani dicūtur: qui ampliùs milites non sunt, sacramento iam soluti, & honestè dimissi.[b] Nam antè nō desinunt milites esse quàm dimittantur, licet veterani sint, quòd viginti annorum fecerint stipendia.[c] Ait, Milites autem. Qui adhuc in aliquo numero militant, procuratores esse non possunt:[d] quod publicam caussam contingit, vt nec si velit aduersarius admittatur.[e] Ait, Excepto eo. Si nō præscribatur ante litem contestatam, valebit iudiciū: quod in exceptione falsi procuratoris cōtrà statutum est.[f] Ait, Procuratorem ad litem. ~~Secundum caput edicti est~~, ex quo constat dominum, non procuratorem cauere Iudicatum solui, quando procurator præsentis est.[g] Ait, Ad litem suscipiendam. Suscipere litem, & iudicium, ex parte ea vnde petitur, dici solet: accipere iudicium, & contestari litem, ex vtraque parte. Ait, Consentiente. Si non consenserit, inciuile est cogi: sed dominus ob rem non defensam tenebitur.[h] Ait, Dominus Iudicatum. Quod non potuit nisi præsens in iudicio, vel apud acta: quando stipulatio inter absentes nō contrahatur.[i] Ait, Cogam. Iure singulari ad faciendum districtè cogitur (quod præcisè dicunt) quòd quāti intersit aduersus procuratorem aduersarius agere non possit, cùm nihil promiserit. Cōtrà procurator absentis satisdat, ideò ad factum, & defensionem, compelli non solet: sed committitur clausula ob rem non defensam quanti intersit.[k] Ex conuentionali stipulatione ad faciendum districtè nemo cogitur, sed committitur æstimatio, id est ita debetur, vt iam in iudicio peti queat.[l] Factum in stipulationem deductum, in obligatione, præstatione, solutionéve est: sed pecunia in petitione post moram.[m] Neque enim id demum in obligatione est, quod peti in iudicio potest: sed quod extra iudicium interpellando ex aliquo contractu, vel quasi contractu, nobis dari, vel fieri oportere contendimus. Fit enim nouatio obligationis faciendi, & in aliam transfertur: vt obligatio legati transfunditur post moram in obligationem pecuniæ numeratæ:[n] quæ nouatio locum nō habet, vbi nulla obligatio præcessit. Ergo stipulatio committi dicitur, quando agi potest: licet obligatio de alia re quoque antè contracta sit, vt de faciendo, &c. Ait, Verum ex caussa. Interpretantur cōsulti vsque ad caput.16. verba illa, quæ huic capiti edicti adiecimus. Caussa cognita. Ait, Denegari actionem. Sed de qua actione sermo hic fit? Nam procurator nihil promisit. An nō tacita voluntate defensionem promittere videtur?[o] An non potiùs de mandati actione Vlpianus loquitur,[p] quæ propter inimicitias domino in procuratorem non defendentem dari nō debet?

L. IX. CAIVS *Lib.3.ad edictum Prouinciale.*

Aut si ualetudinem aut necessariam peregrinationem alleget.

Peregrinatio hic vulgarem significationem habet, qua peregrinari dicitur qui extra municipium suum, & patriam agit:[a] licet ciuitatē, id est ius ciuiū retineat. Alia significatione peregrini sunt, qui ciuitatem vel amiserunt, vel nunquam in numero ciuium Romanorum fuere.[b]

L. X. VLP-

k. l.si lōgius. j.de iudi.l.filiusfa.inf.de actio. l. l. qui in ali. & l.si quis mihi.j.de acq. hær.l.dotem. de ca.pecul. m. l.j. C. de bo.mat.l.sacra.j.ad Tertyll. n.l.j.C.de bo. q.lib. o. l. cū opor. & auten.seq. eo. p. l.si.eo. q. d.l.fin.de bo.q.lib. r. l.fin.C.de bo.q.lib. f. l.quoties.& seq.j.de nox. t.l.1.& l.si cū do.j.sol.ma. l.dotem.eo.l.j. C. de rei vxor. u. l.tam ex cōtract.j.de iudi.l.filiusfa.a.de actio. x. c.qui gen. eo.in.6. y. l.j.sup.de pact. z. c.qui tacet. de regu.iur. in.6.l.2.j.ad municip. a. l. in adopt. ī.de adopt.& d.l.2. b. l.2. C. de re milit.l.sed &.j.de excu.tu.l.3. C. de his qui non īple.li.10.C. c. d.l.2.l.j.C. de sen.pass.l.j.C.de vetera.lib.12. d. l.ita.C.eo. e.l.quos.ī.de postul.l.ius publicū.ī. de pact.l.iurisg. §.si pacis.eo. f.l.licet.C.eo. g.l.si defunctus.j.eo. h.l.si defunctus.inf.eo. i. l.j.de verb.ob.inf. k. l.non cogendū.j.eo. l. l.si quis ab.inf.de re iudi. m.l.j.inf.de pen.leg.arg.l.ita.de verb.ob.*la grand.* n. l.obligationum ferè.j.de actio.l.j.de noua.l.j.j.de pen.leg.l.si penum.q.di.leg.ced. o. arg.l.2.j.ad municip. p. l.licet.inf.eo. a. l.ciues.C.de incol.§.si.de hær.instit.l.om.C.com.de success. b.l.j.C.de hær.insti.

L. X. VLPIANVS *Lib.8.ad edictum.*

Vel hæreditas superueniens eum occupet, uel alia iusta caussa, hoc amplius: & si habeat præsentem dominum, non debere compelli procuratorem.

Ait, Alia iusta caussa. Iustitia caussæ à Prætore æstimatur. [a]

L. XI. PAVLVS *Lib.8.ad edictum.* a.l. sed hæc. §. eo.

Si tamen dominus cogi possit.

Quid enim si magistratus sit factus qui dedit procuratorem? [a]

L. XII. CAIVS. *Lib.3.ad edictum prouinciale.*

Sed etiam ex his caussis dicitur aliquando cogendum procuratorem iudicium accipere: ueluti si dominus præsens non sit, & actor affirmet tractu temporis futurum ut res pereat. a.l.1. §. de in ius vo.

Hæc verba Caij, ad caussas ab eo expressas respiciunt, non ad omnes præcedentes apud Vlpianum. [a] Ait, Res pereat. Actio temporalis fuit, quæ nisi contestetur lis, lapsu temporis perit: & dominus absens pulsari non potest. [b] a.l. aut si §. eo. b.l.1. §. ex q. cau. ma. l.1. §. de fer.

L. XIII. VLPIANVS *Lib.8.ad edictum.*

Sed hæc neque passim admittenda sunt, neque districtè deneganda, sed à Prætore caussa cognita temperanda.

Resumit ex Paulo legumlator quod ex Vlpiano dixerat: sed addit nouum iuris articulum, ne repetitio superfluat. [a] Ait, Quoniam noua. Ideo, inquit, non committitur stipulatio iudicatum solui, ob rem non defensam, aduersus dominum qui cautionem exposuit: quòd noua caussa superuenerit cur procurator non defendat: quod tacitè acceptum intelligitur in stipulatione. a.§. conſti. §.

L. XIIII. PAVLVS. *Lib.8.ad edictum.*

Si post datum procuratorem, capitales inimicitiæ intercesserint, non cogendum accipere iudicium: nec stipulationem ob rem non defensam committi, quoniã noua caussa sit.

Districtè dicit pro eo quod præcisè dicitant interpretes.

L. XV. VLPIANVS. *Lib.8.ad edictum.*

Si defunctus sit dominus ante litem contestatam, iudicatum solui stipulatione pro suo procuratore data, procurator compellendus est ad iudicium accipiendum: ita tamen si hoc dominus sciente procuratore & non contradicente fecit. Quod si aliter actum est, inscium quidem procuratorem teneri, satis inciuile est. Committitur autem ob rem non defensam, stipulationis clausula. Qui ad communi diuidundo iudicium datus est, ad agendum idem & ad defendendum uidebitur datus, duplici cautela interponenda.

Morte domini non finitur mandatum, quòd res iam integra non fit: quando dominus Iudicatum solui exposuit. Ait, Sciente. Sufficit ergo in hac specie non contradicere: licet mandatum nõ suscipiatur sine consensu verbis expresso, aut alioqui significato. [a] Et interpretatur verba illa edicti, consentiente, &c. Ait, Committitur autem. Nulla enim caussa superuenit quæ excuset dominum, cui imputandum, quòd promiserit defensum iri, non consentiente procuratore. Dicit autem clausula, quòd tres sint clausulæ sub stipulatione Iudicatum solui, comprehensæ. [b] a.l. filius. §. b.l. iudicatū. §. iudi. sol.

L. XVI. PAVLVS. *Lib.8.ad edictum.*

Ante litem contestatam libera potestas est uel mutandi procuratoris, uel ipsi domino iudicium accipiendi.

Tertium caput edicti, ex sequentibus confeci. Ante litem contestatam dominus quidem potest & mutare procuratorem, & litem ipse contestari, etiam si pro eo satisdationem exposuit: sed procurator non nisi re integra renunciare potest, vti in alijs mandatis obseruatur. [a] Sanè qui in rem suam procurator datus est, actionem vtilem habet, [b] etiam ante litem: sed post litem demum carere propria lite non debet, [c] licet Accursius variet. a.§. mandatū. insti. mãda. l. si defun. §. eo. arg.

L. XVII. VLPIANVS *Lib.9. ad edictum.*

Post litem autem contestatam reus qui procuratorem dedit, mutare quidem eum, uel in se litem transferre [a] à uiuo procuratore uel in ciuitate manente potest, caussa tamen priùs cognita. Non solùm autem ipsi qui dedit procuratorem, hoc permittitur: sed etiam heredi eius, & cæteris successoribus. In caussæ autem cognitione nõ solùm hæc uersantur b.l. procuratore. §. eo. c.l. quæ om. §. fi. §. eo. l. in rẽ. de compen. [a] Alias inuito.

tur quæ suprà diximus in procuratore non compellendo suscipere iudicium: uerùm & ætas.

a.l.pcurato. & seq.C.eo. b.l.quæ om.§. eo.in fi. c.l. stipu.ista. §.de ver. ob.l. hære.de verb. sig. d.l. filiusfa. §. eo.

Post litem contestatam res integra non est, vt meritò caussæ cognitione opus sit. Nam procurator factus est dominus litis per contestationem: [a] quod ad caussæ actionem, non ad æstimationem litis referri debet. Nam in rem suam procurator datus, aliter litem propriã habet quàm alius procurator. [b] Ait, Vel in ciuitate. Etiam, inquit, si viuat, & in ciuitate Romana maneat, idest ius ciuitatis non amiserit. Ait, Hæredi. Iure ciuili hæres fit, successor etiã prætorio, [c] &c. Ait, Suprà diximus, Ad edictum lib. 9. hoc scripsit: [d] quæ vero hîc scripsisse dicit de procuratore non compellendo, lib. 8. ad edictum extiterunt. Caussæ ergo quæ allegãtur à procuratore ne cogatur iudicium accipere, & hîc ab codẽ allegari possunt: sed dominus qui mutare vult, alias caussas allegat: vt si capularis iam senex sit procurator qui litem contestatus est, si suspectus, si latitet.

L. XVIII. MODESTINVS. Lib. 10. [illegible]

Et religionis beneficium.

a.consti.1.§.

Ex persona Iustiniani, religionem ad Christianorum cultum, & cæremonias, referri oportet: licet Vlpianus ethnicus aliò respexerit. [a]

L. XIX. VLPIANVS. Lib. 9. ad edictum.

Item si suspectus sit procurator, aut in uinculis, aut in hostium, prædonúmue potestate.

a.l.tutor.infr. de susp tuto. b.§. itẽ ea. de re.di.

Suspectus est procurator, vt tutor, si non ex fide administrat, & inimicus factus est, &c. [a] Qui in hostium potestate est, seruus est, [b] sed habet postliminium: attamen expectãdus non est. Et has quidem caussas dominus allegare potest.

L. XX. PAVLVS. Lib. 8. ad edictum.

Vel iudicio publico, priuatóue: uel ualetudine, uel maiore sua re distringatur.

a.l. ordo.§. de pub. iudi.l. 1. ad.l.Cor. de sic. b. pro Quintio.l. in pri.§. de iudi. c.§.de ext.cri.

Publica iudicia solenni more exercebantur per Prætores iudices quæstionis: [a] priuata per iudices priuatos, quibus caussæ priuatorum delegabantur: qualis C. Aquilius Næuio, & Quintio datus à Prætore seculo Ciceronis. [b] Est & iudicium de crimine extraordinarium, quod nec publicum, nec priuatum propriè appellatur. [c] Huius autem capitis caussas vterq; allegare potest.

L. XXI. CAIVS. Lib. 3. ad edictum prouinciale.

Vel exilio, uel si latitet, uel si inimicus postea fiat.

a.l. sed & .§. si quis cau.

Exilium quod salua ciuitate contingit, vt relegatio, [a] iuste à domino allegatur.

L. XXII. PAVLVS. Lib. 8. ad edictum.

Aut affinitate aliqua aduersario iungatur, uel hæres ei existat.

Hæ caussæ ab vtroque allegari poterunt, sed maximè à domino.

L. XXIII. VLPIANVS. Lib. 9. ad edictum.

Aut longa peregrinatio, & aliæ similes caussæ impedimento ei sint.

Et hæc ab vtroquẹ meritò allegabitur.

L. XXIIII. PAVLVS. Lib. 9. ad edictum.

Mutari debebit, uel ipso procuratore postulante, uel domino.

Hoc caput ita accipe, vt alias caussas alleget procurator plærumque, alias dominus, interdum easdem. Nam si latitet procurator, hoc solus dominus allegabit, vt si suspectus sit.

L. XXV. VLPIANVS. Lib. 9. ad edictum.

¶ In hanc sententiã Aristo. 2. polit. ca. 7.

Quæ omnia non solùm ex parte rei, sed etiam in persona actoris obseruabuntur. Sed & si aduersarius uel ipse procurator dicat dominum mentiri: apud Prætorem hoc finiri oportet. Nec ferendus est procurator qui sibi asserit procurationem: nam hoc ipso suspectus est, ¶ quòd operas suas ingerit inuito: nisi fortè purgare magis conuitium, quàm procurationem exequi maluerit. Et hactenus erit audiendus, si dicat se procuratione quidem carere uelle: sed ita, si id illæsa existimatione sui fiat. Cæterùm ferendus est pudorem suum purgans. Planè si dicat in rem suam se procuratorem datum, & hoc probauerit: non debet carere propria lite. Item si retentione aliqua procurator uti uelit: nõ facilè ab eo lis erit transferenda.

a.l.post. b.§. eo.l. in caussæ.

Suprà huius capitis author de reo: [a] hîc de actore, nimirum eodem lib. ad edictum. Ait, Mentiri. Si dominus vult procuratorẽ mutare, aduersarius potest dicere falsam caussam, quòd malit cum procuratore litigare quàm cũ domino, vel alio procuratore. Et hęc liticula apud Prętorem, non apud iudicem datum finitur: vt generaliter de caussis litis tranferendæ quæritur apud eum. [b] Sed & si dominus caussam alleget, quæ pudorem oneret procuratoris, poterit & hîc apud Prætorem

torem de ea re contendere: sed ita vt procurationem sibi asserat tantisper dum conuitium purget, &c. paratus tum carere procuratione. Nam suspectus est qui operas suas ingerit inuito.[c] Ait, Sanè si dicat. In rem suã procurator datus, vtilẽ actionem habet: & ideò post litem contestatam, non solùm gestione,[d] sed etiam proprietate, sua lis est, vt ea carere non debeat. An ante litem contestatam mutari possit, quæritur: & Accursius putat mutari.[e] Equidẽ in ea re subsisto, quòd consultus dicat indistinctè domino præferendum in mouenda actione. Nec moueor quòd alius consultus dixerit, post litem contestatam, si actione mutua conueniatur, cõpensatione vti. Nam mutua actio non est, nisi iã alter agere cœperit.[f] Sed veriùs est ante litem mutari posse,[g] nisi iam pars soluta sit procuratori, vel denunciauerit debitori ne domino soluat,[h] &c. Ait, Item si retẽtione. Sic ob sumptus factos in litem, procurator agit iudicati.[i]

c.L.vxori.§.de fal. d.d.l. procuratorib.C.eo. e.l. in rẽ.§.de compens. f.d.l.in rem. g.l.ante §. h.l.3.C.de nouat. i.l.actoris.§.eo.

L. XXVI. PAVLVS. *Lib.8.ad edictum.*

Nisi dominus ei soluere paratus sit.

Si dominus soluat expensam in litem pecuniam, non interest procuratoris agere.

L. XXVII. VLPIANVS. *Lib.9.ad edictum.*

In caussæ cognitione etiam hoc uersabitur, ut ita demum trãsferri à procuratore iudiciũ permittatur, si quis omnia iudicia, ab eo transferre paratus sit. Cæterùm si uelit quædam transferre, quædam relinquere: iustè procurator hanc inconstantiam recusabit. Sed hæc ita, si mandato domini procurator egerit. Cæterùm si mandatum non est, cùm neque in iudicium quicquam deduxerit, neq; tu ea comprobasti, quæ inuito te acta sunt, tibi non præiudicant: ideóque translatio earum litium non est tibi necessaria: ne alieno facto onereris. Hæc autẽ cognitio procuratoris mutãdi, Prætoris est. Si ex parte actoris litis trãslatio fiat, dicimus committi Iudicatum solui stipulationem à reo factã. idque & Neratius probat, & Iulianus: & hoc iure utimur, scilicet si dominus satis acceperit. Sed & si procurator satis acceperit, & trãsferatur iudicium in dominum: uerius est committi ex stipulatu actionem, & à procuratore in dominum transferri. Sed & si à domino uel à procuratore in procuratorem iudicium transferatur, non dubitat Marcellus quin committatur stipulatio, & hæc uera sunt. Et licet procuratori commissa sit stipulatio: tamen domino erit danda utilis ex stipulatu actio, directa penitus tollenda.

Ait, Inconstãtiam. Qui lites trãsferre cupit, caussas allegat: quæ si veræ sunt, non est ferendũ vt quibusdam litibus adhuc oneret procuratorem, & inconstantia sua ei molestus sit, quæ ratio in eo qui de alimentis sine vestiario transigit, &c. locum non habet[a] Ante litem contestatam, opinor, quædam iudicia reuocare licet,[b] vt procurator renunciare potest re integra.[c] Ait, Procurator agit. Falsus procurator, qui mandatum non accepit, & nomine procuratorio agit. Ait, Hæc autem cognitio. Cognitio Prætorum, vel Præsidum, identidem consultis dicitur de ea quæ ad iudices pedaneos non pertinet.[d] Mandare tamen eã possunt, nisi lege, S.C. &c. specialiter tributa sit,[e] non etiã si reseruata edicto Prætoris.[f] Maioris enim authoritatis leges sunt, &c. quàm ius honorarium. Ait, Si dominus satis accepit. Actor ergo ad agendum dare procuratorẽ potest, & Iudicatum solui satis accipere, vel id procuratori dato permittere: & si quidé procurator satis accipiat, stipulatio ei committetur, id est subtili ratione iuris ipse agere poterit directa actione.[g] Nam iure summo ei competit actio qui contrahit, non alij qui in potestate eum nõ habet:[h] sed tamen authore Prætore translato iudicio, vtilis actio competit domino, & directa agẽtem procuratorem, exceptione doli submouebit promissor.[i] Prætor enim non potest ipso iure tollere actiones ciuiles, sed vtiles dare potest ad emendandum ius strictum: vt Senatus contra rationem iuris non introduxit vsumfructum, sed quasi vsumfructum rerum quæ vsu consumuntur, &c.[k] D. quoque Marc. actiones directas, contra subtilem rationem iuris, non transtulit in emptorem hæreditatis, sed vtiles dandas voluit.[l]

a.l. cùm hi.§. de tran. b.l.ante §. c.§. mandatũ. inith.manda. d.not.§.de off. e. & .§. de asses. c.l.1.§ de offi. c. f.l 4.§. de dã. inf. g. l. Iulianus. §.qui satis. vbi not. h.l.stip ista.§. de verb. ob.l. cum.de cõsti. pe. i. arg.l.si cum emptore.§.de pact. k.§. de vsufr. ea.re. & insti. eo.§. cõstituitur. l.d.l.si cum.

L. XXVIII. IDEM. *Lib.1. Disputationum.*

Si procurator meus iudicatum solui satis acceperit, mihi ex stipulatu actio utilis est: sicuti iudicati actio mihi indulgetur. Sed & si agat procurator meus ex ea stipulatione me inuito: nihilòminus tamen mihi ex stipulatu actio tribuetur. Quæ res facit ut procurator meus ex stipulatu agendo exceptione debeat repelli: sicuti cùm agit iudicati, non in rem suam datus, nec ad eandem rem procurator factus. Per contrarium autem

tem

tem, si procurator meus Iudicatum solui satisdederit: in me ex stipulatu actio non datur. Sed & si defensor meus satisdederit, in me ex stipulatu actio non datur: quia nec iudicati mecum agi potest.

Addit superiori capiti, actionem iudicati quoque domino non procuratori indulgeri: & exceptione submouendum procuratorē agentem iudicati, licet directa ei cōpetat ex iudicio quod suum fuit. Quæ exceptio ei non nocet, qui in rem suam datus, litem propriam mouit, aut ad agēdum iudicati nominatim datus fuit. Ait, Per cōtrarium. D. Marcus actiones vtiles dedit emptoribus, non aduersus eos inuitos: [a] sic ex stipulatione Iudicatum solui, domino vtilis actio est, nō in eum. Igitur venditor conuenietur, qui ex vendito, vel ex stipulatione emptæ & venditę hæreditatis, recipiet ab emptore quod soluerit: [b] sic procurator qui promisit Iudicatū solui, pulsabitur, qui in dominum mandati deinde experietur. [c] Ait, Sed si defensor. Defensor cōuenitur actione iudicati, quia mandatum ei non est: procurator non conuenitur, sed dominus. [d]

a. d. l. si eū. l. 2. j. de hær. vēd.
b. l. 2. j. de hęr. vend.
c. l. licet. j. de procur.
d. j. eo. l. Plautius.

L. XXIX. IDEM *Lib. 9. ad edictum.*

Si actor malit dominum potiùs conuenire, quàm eum qui in rem suam procurator est: dicendum est ei licere.

Procurator datus in rem suam donandi caussa, si reus quem pulsat mutua actione agere velit, cogitur defendere ex quarto capite huius edicti. [a] Quod ita verū est si actor nolit potiùs dominum conuenire. [b] Et hoc in emptor hæreditatis locum habet, cui in fraudem vēdita est. [c] Quāquam creditor hæreditarius, qui ab eo pulsatus non est, in emptorem agere nō potest. [d] Nisi malis referre ad id quod inferiùs dicemus. [e]

a. l. seruū. § fi. j. eo.
b. vt hîc.
c. l. si quis in rem. j. eo.
d. d. l. 2. de hęr. vend. l. 2. C de pa.
e. l. licet j. eo. §. ea.

L. XXX. PAVLVS. *Lib. 1. Sententiarum.*

Actoris procurator non in rem suam datus, propter impensas quas in litem fecit, potest desiderare ut sibi ex iudicati actione [*] satisfiat: si dominus litis soluendo non sit.

Ecce tertiam speciem, in qua procurator agit iudicati, nec excluditur exceptione. [a]

* Aliàs iudicatione.
a. l. si procur. j. eo.

L. XXXI. VLPIANVS *Lib. 9. ad edictum.*

Si quis, cùm procuratorio nomine condemnatus esset, hæres extiterit domino litis, iudicati actionem non rectè recusabit. Hoc si ex asse. si autem ex parte hæres extiterit, & totum soluerit: si quidem ei mandatum est hoc quoque ut soluat, mandati actionē aduersus cohæredes habebit, si non sit mandatum: negociorum gestorū actio dabitur, quod est, & si hæres procurator non extiterit, & soluerit. Vnius autem litis plurium personarum, plures dari procuratores non est prohibitum. Iulianus ait eum, qui dedit diuersis temporibus procuratores duos: posteriorem dando, priorem prohibuisse uideri.

Sicut actio iudicati indulgetur domino, [a] ita & in eum datur cōdemnato procuratore, nisi in rem suā datus sit, &c. [b] Sed hoc velut exceptione corrigitur hoc loco, si procurator hæres existat domino litis. Nam tanquam hæres conuenitur actione iudicati, vt dominus litis cōueniretur. Et obserua vtrūque dominum litis dici, dominum quidem, quòd actio, & vtilitas litis, eius sit: [c] procuratorem verò, quòd exercitio, & gestio negocij, eius fiat per contestationem. [d] Porrò si hæres non sit procurator, vel ex asse non sit, & solidum soluerit: si ab hærede ei mandatū sit, agit in eum mandati: si non sit, aget negociorum gestorum. [e] Quæ omnia ex titulis mādati, & de negocijs gestis, manifesta erunt. Ait, Vnius autem litis. Defensio quidem pro parte non admittitur, si quando ab initio vnus obligetur: [f] sed plures personæ litem communē per plures procuratores rectè peragunt, cùm aduersarius nullo afficitur incommodo. Ait, Iulianus ait. Mutatur procurator nō solùm expressim: sed etiam posteriorem dando, tacitè priorem ad eandem rem datum, dominus reuocat.

a. l. si procurator. j. eo.
b. l. Plautius. j. eo.
c. vt hîc.
d. l. procuratorib. C. eo.
e. j. eo. l. licet. & j. de neg. g. l. 3.
f. l. iā ta. j. iud. sol. l. in ex & l. cū ex cau. j. de verb. ob.

L. XXXII. PAVLVS *Lib. 8. ad edictum.*

Pluribus procuratoribus insolidum simul datis, occupantis melior cōditio erit, ut posterior non sit in eo quod prior petit, procurator,

Bonifacius hoc caput ita interpretatur, vt locum habeat si insolidum dati sint, nec additum fuerit, ita vt conditio occupantis melior non fiat. [a] Nā si absolutè duo procuratores ad eandem rem dentur, alter sine altero, non occupabit.

a. c. si duo. eo. in 6.

L. XXXIII. VLPIANVS. *Lib. 9. ad edictum.*

Seruum quoque & filiumfamiliâs procuratorem posse habere aiunt. Et quantùm ad filiumfamiliâs uerum est: in seruo uerò subsistimus. Et negocia quidem peculiaria serui posse gerere aliquem, & hoc casu procuratorem eius esse admisimus (quod & Labeoni uidetur)

uidetur) actionem autem intendere uetamus. Eum uerò qui de statu suo litigat, procuratorem habere posse non dubitamus, non solùm in administratione rerum, sed etiam in actionibus quæ ei uel aduersus eum competũt: siue ex possessione seruitutis, siue libertatis de suo statu litiget. Ex contrario quoque eum procuratorem dari posse manifestũ est. Publicè utile est absentes à quibuscũque defendi. Nam & in capitalibus iudicijs defensio datur. V bicunque itaque absens quis damnari potest, ibi quemuis uerba pro eo facientem, & innocentiam excusantem, audiri æquum est, & ordinariũ admittere: quod ex rescripto Imperatoris nostri apparet. Ait Prætor, cuius nomine quis actionẽ dari sibi postulauerit, is eum uiri boni arbitratu defendat: & ei, quo nomine aget, id ratum habere eum ad quem ea res pertinet, uiri boni arbitratu satisdet. Aequum Prætori uisum est, eum qui alicuius nomine ut procurator experitur, eundem etiam defensionem suscipere. Si quis in rem suam procurator interueniat: adhuc erit dicẽdum debere eum defendere, nisi fortè ex necessitate fuerit factus.

De filiofamiliâs satis suprà dictum est: [a] seruus naturali iure dominus peculij, procuratorem in administratione habere potest, agere verò in iudicio non potest, nec ob id procuratorem ad iudicia dare. Nisi fortè de statu suo litiget, quo casu procuratorem dat, vt ipse agere, vel conueniri potest. Iustinianus tamen procuratorem constituere negat ea seruitute in libertatẽ proclamanti: sed is huic loco derogat. [b] Ait, Publicè vtile. Vt saluam esse dotem mulieribus publicè interest, quòd replere liberis ciuitatem possint: [c] ita insontes seruari in ciuitate publicè vtile est. Ait, Absentes. Præsens reus per procuratorem se defendere non potest: si absens sit, edictis, & denunciationibus euocatur, dum perfecta sit contumacia: quo casu & ad excusandam absentiã procurator admittitur vt differatur sententia, & ad excusandam innocentiam quilibet etiam vltrò interuenire potest, vt absoluatur. Licet enim ad metallum, vel vltimum supplicium, absens damnari non possit, relegari tamen, & pecunia multari, &c. potest. [d] Ait Prætor. Cuius nomine. Quartum caput edicti est, quo nos ordine restituimus: in quo singula verba expẽdunt cõsulti ferè. Illa verba arbitratu boni viri, in priori clausula, ita accipe, vt si dubitetur an idoneè satisdatũ sit, arbitri dentur, qui id æstiment: [e] & interdum de rato caueat defensor, &c. Illa verò verba, & ei quo nomine aget, reum, vel procuratorẽ eius demonstrant. Eo enim nomine procurator agit, id est in reum. Priorem clausulam huius capitis interpretantur consulti vsque ad §. Qui alieno, in capite, Non solùm. Ait, Si quis in rem suam. Hæc pertinent ad illa verba edicti, Cuius nomine. Qui enim in rem suam datus est procurator, alieno nomine actionem intendit. [f] Sed si nõ donationis caussa, sed ex necessitate datus sit, suo magis nomine quàm alieno experitur, & ideò dominum non cogitur defendere.

a. l. filiusfa.
b. l. 1. C. de asser. toll.
c. l. 1. ff. sol. ma.
d. l. absentẽ. l. pen. §. ad cri. ff. de pœn. l. 1. de req. re.
e. l. arbitro & seq. ff. qui satis. l. bonus vir. ff. iud. sol. ff. l sed & hæ. in fi.
f. l. 1. ff. eo.

L. XXXIIII. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum prouinciale.*

Si quis in rem suam procuratorio nomine agat, ueluti emptor hæreditatis: an debeat inuicem uenditorem defendere? Et placet, si bona fide, & non in fraudem eorum qui inuicem agere uellent, gestum sit negocium: non oportere inuicem eum defendere.

Emptor hæreditatis vtiles actiones habet ex rescripto D. Marci, [a] & in rem suam procurator factus à venditore, alias vtiles. [b] Et hoc secundo casu, si nomine venditoris actionẽ intendit, procuratorio nomine agit, nec defendit venditorem in actione mutua, nisi in fraudem creditorum emerit hæreditatem. Quid enim si vendita hæreditate fraudem nõ ignoráti, hæres abesse cœperit in multum temporis, vt conueniri non possit, vel soluendo non sit? [c]

a. d. l. si cum empt. ff. de pa.
b. l. procuratore. ff. eo.
c. l. 1. ff. quæ in frau. cred.

L. XXXV. VLPIANVS *Lib. 9. ad edictum.*

Sed & ex personæ procuratorum debebunt defendere, quibus sine mandato agere licet, utputa liberi, licet sint in potestate: item parentes, & fratres, & affines, & liberti.

Et patronus libertum per procuratorẽ ut ingratum accusare potest: & libertus per procuratorem respondere. Non solùm autem si actio postuletur à procuratore, sed etiam si præiudicium, uel interdictum, uel si stipulatione legatorum, uel damni infecti uelit caueri, debebit absentem defendere in competenti tribunali, & in eadem prouincia. Cæterùm cogi eum etiam in prouinciam de Roma abire, uel è cõtrario, uel à prouincia in aliam prouinciam, & defendere, durum est. Defendere autẽ est id facere, quod dominus

minus in litem faceret, & cauere idoneè. Nec debebit durior conditio procuratoris fieri, quàm est domini: præterquàm in satisdando. Præter satisdationem procurator ita defendere uidetur, si iudicium accipiet. Vnde quæsitum est apud Iulianum, an compellatur, an uerò sufficiat ob rem non defensam, stipulationem committi? Et Iulianus scribit libro tertio Digestorum, compellendum accipere iudicium: nisi & agendum caussa cognita recusauerit, uel ex iusta caussa remotus fuerit. Defendere uidetur procurator & si in possessionẽ uenire patiatur, cùm quis damni infecti satisdari, uel legatorũ desideret.

Si filius procurator interueniat, à quo mandatum etiam exigi non solet, mutuò agenti respõdere debebit: vt nepos, parens, libertus, &c. Vtrum ratum habiturum dominum cauere debeant, inferiùs dicemus.[a] Ait, Patronus. Locus hic ad verba illa edicti, Cuius nomine quis, spectat: sed & ad primum caput edicti pertinet. Igitur actio ingrati patrono in libertum data, per procuratorem intenditur, depelliturque: quę & accusatio dicitur exemplo querelę inofficiosi. Nec moueor quòd in seruitutem redigatur libertus: quia pecuniariè magis quàm criminaliter agitur. Vt enim seruus pœnæ quis fiat, per procuratorem nec accusari, nec defendi potest. Ait, Non solùm. Interpretatur verba illa edicti, Actionem sibi dari postulant: vbi actionis verbo vult contineri, quæ instar actionum apud magistratus, iudicésve duntaxat exponuntur, vt pręiudicia, interdicta, stipulationes Prætoriæ.[b] Ait, In competenti tribunali. Ad verba illa edicti, viri boni arbitratu, hæc pertinent: vti mandatum habentem, non debere cauere ratum dominum habiturum, &c.[c] Ait, Et in eadem prouincia. Sed num apud eundem iudicem defendere oportet?[d] quod locũ habet nisi quod mutuò petitur iurisdictione eius maius sit.[e] Ait, Defendere autem. Hæc interpretatio ad verbum defendat, respicit. Ait, Et cauere idoneè. Cauere idoneè est satisdare Iudicatum solui, fideiussoribus idoneis datis.[f] Nam rei procurator est qui mutua actione conuentus defendit. Ait, Nec debebit. Procurator ita defendere debet vt dominus si adesset, id est accipere iudiciũ, cauere de damno infecto, &c. Sed & in hoc durior eius conditio est quàm domini, quod satisdare debeat Iudicatũ solui. Nemo enim alienæ rei defensor idoneus est sine satisdatione.[g] Quãobrem argumentum oratorium est Alfeni apud Ciceronem in oratinne pro Quintio, aut adhuc controuersum ius fuit, vtrúmne procurator satisdare Iudicatum solui deberet, si dominus præsens satisdare non teneretur. Ait, Prætor satisdationem. Sicut procurator rei, pro quo dominus satisdationem exposuit, tenetur accipere iudicium caussa cognita,[h] ita & procurator actoris si mutuò in eum agatur, eadem ratione. Nam procurator rei absentis, non cogitur districtè ad accipiendum iudicium, sed committitur stipulatio Iudicatum solui, ob rem non defensam.[i] Ait, Defendere videtur. Dominus vt caueat de damno infecto pulsatus, vel legatorum, non semper cauet, & ideò mittitur aduersarius in possessionem bonorum eius. Quare & procurator, si hoc expedire videbitur, patietur venire in possessionem: quando id facere debeat quod dominus faceret si adesset.[k] Quid enim si domuncula vitium faciat, quæ damnum ad multa milia dabit?

a. l. Pompo. ff. eo. l. si autem. ff. de neg. ge.
b. l. actionis. ff. de actio. l. pecuniæ. de verb. sig.
c. arg. l. vir bonus. ff. iud. sol. l. i. C. eo.
d. l. cũ Pap. & autem. seq. C. de sen. & interlo.
e. l. si idẽ. ff. de iurisd.
f. l. i. ff. de Preto. stip. §. sed hod. insti. de satisd.
g. insti. de satisd §. pen.
h. l. filiusfa. ff. eo.
i. l. non cogẽ. ff. eo.
k. ff. eo. l. §. defend.

L. XXXVI. PAVLVS. *Lib. 8. ad edictum.*

Vel in operis noui nunciatione. Sed & si seruum ex caussa noxali patiatur duci, defendere uidetur: ita tamen, ut in omnibus his ratam rem dominum habiturum caueat.

Si quis vult post nouum opus nunciatum ædificare, satisdare debet de restituendo, quæ satisdatio committitur siue iudicatum erit non iure ædificatum, siue non defendatur qui ædificauit. Igitur si procuratori nouum opus nunciatum sit, nec is satisdet de destruendo, defendere videtur: quia nec dominus semper satisdat de restituendo opere, id est demoliẽdo, sed quod iam ædificatum est post nunciationem destruit.[a] Sed hoc casu, id est cum interdicto restitutorio conuenitur procurator, vt duobus præcedentibus, & qui mox subijcitur, cauere debet procurator ratum dominum habere: ne ille satisdare velit, & aliter defendere. Quanquam interdicto prohibitorio conuentus procurator, satisdare non debet dominum ratum habere, sed Iudicatum solui, quod in procuratore rei, regulare est.[b] Quod de ducendo seruo ait, alibi suprà expositum est.[c] Ad hunc locum quod attinet, è re domini est duci seruum, si certum sit noxam nocuisse, vt mitti in possessionem domunculæ, quæ magnum damnũ, in rebus pretiosis, vicino dare potest, si ruat.

a. l. pen. ff. de no. op. l. qui p ff. eo.
b. l. de pupil §. si. & l. seq. ff. de no. op.
c. l. 2. ff. si ex nox.

L. XXXVII. VLPIANVS. *Lib. 9. ad edictum.*

Omnium autem actionum nomine debet defendere, etiam earum quæ in hæredẽ non dantur. Vnde quæsitum est, si aduersarius plures intendat actiones, & in singulis singuli existãt defensionem suscipere parati: an absens defendi uideatur? Et uideri eũ rectè defendi, Iulianus ait. Quo iure nos uti Pomponius scribit.

Ad verbum defendere, hic commẽtarius Vlpiani refertur, vt intelligamus procuratorẽ actoris mutua actionẽ cõuentũ, defendere debere, etiã si ex delicto nascatur,[a] vt furti, vel iniuriarum actio.

a. §. 1. insti. de perpet. act.

actio. Illud quæsitum est, an si nondum mutua actio nata sit, conuētus ea quandoq; procurator, defendere debeat. Et non puto: quòd defendere Prætor iubeat agere volentem alieno nomine,[b] non cauere de defendendo, si quādoq; agatur. Cauere verò debet qui defendit, Iudicatum solui.[c] Ait, Vnde est quæsitum. Defendi actorem satis est à pluribus in singulas actiones defendentibus: non autem eadem actio in plures defensores scinditur.[d]

L. XXXVIII. IDEM. *Lib.4.ad edictum.*

Non tamen eò usque procedendum erit, ut si decem petantur, & existant duo defensores parati in quina defendere, audiantur.

Agebant duo procuratores, qui mutuò in decem conuenti, in quina volunt defendere, non audiuntur, ne incommodo adficiatur aduersarius.[a]

L. XXXIX. IDEM. *Lib.8.ad edictum.*

*Non solùm autē in actionibus & interdictis & * postulationibus debet dominū defendere, uerùm & in interrogationibus quoque, ut in iure interrogatus, ex omnibus caussis respondeat, ex quibus dominus. An igitur hæres sit absens, respondere debebit: & si responderit uel tacuerit, tenebitur. Qui alieno nomine agit quacunque actione, id ratum habiturum eum ad quem ea res pertinebit, cauere debet. Sed interdum licet suo nomine procurator experiatur, tamen de rato debebit cauere: ut Pomponius lib.24. scribit: utputa, iusiurandum procuratori retulit, iurauitque absenti dari oportere, agit hoc iudicio suo nomine propter suum iusiurandum (neque enim hæc actio domino competere potuit) sed debebit de rato cauere. Sed & si procuratori constitutum est, & ex ea caussa agat: dubitādū nō est quin locus sit de rato cautioni, idq; Pōponius scribit. Quæritur apud Iulianū, utrū dominū solū ratā rē habere, debet satisdare, an etiam cæteros creditores? Et ait duntaxat de domino cauēdum: neq; illis uerbis, ad quem ea res pertinet, creditores cōtineri. Nā nec ipsi domino hæc incūbebat cautio. Si de dote agat pater, cauere debet ratā rem filiā habiturā: sed & defendere eā debet, ut Marcellus scribit. Si pater filij nomine iniuriarū agat: cùm duæ sint actiones, una patris altera filij: cessat de rato cautio. Si status cōtrouersiā cui faciat procurator: siue ex seruitute in libertatē aduersus eum quis litiget, siue ipse ex libertate in seruitutē petat, debet cauere ratā rem dominū habiturū: & ita edicto scriptū est: ut ex utroque latere quasi actor habeatur. Est & alius casus, quo quis eiusdē actionis nomine & de rato caueat, & Iudicatū solui: utputa, postulata est cognitio de in integrū restitutione, cùm minor circūscriptus in uenditione diceretur, qui alterius procurator existit, debet cauere hic procurator ratam rem dominum habiturum: ne fortè dominus reuersus uelit quid petere. Item Iudicatum solui: ut si quid fortè propter hanc restitutionem in integrum, præstari adolescenti debeat, hoc præstetur: & hæc ita Pomponius lib.25. ad edictum scribit. Item ait, & si suspectus tutor postuletur, defensorem eius oportere etiam de rato cauere: ne reuersus ille uelit retractare quod actum est. Sed non facilè per procuratorem quis suspectus * excusabitur: quoniam famæ caussa est, nisi constet ei à tutore mādatum nominatim: aut si etiam absente tutore, quasi non defenderetur, Prætor erat cogniturus.*

Addit Iustinianus ex Vlpiani lib.8. ad edictū vnam speciem, ijs quę ex lib.9. desumpserat.[a] Qui enim in iure interrogatur de ijs quæ ad actionem institūtam pertinent, non suscipit actionē quidem, sed instar actionis contentio in iure, idest apud magistratū, vel iudicē, actionis appellatione continetur in edicto Prętoris. Quamobrē procurator actoris interrogatus in iure, respondere debet an, & quota ex parte dominus absens hæres sit, &c. Si tacuerit, plenè defendere quidē nō videtur,[b] sed quasi negarit, ex edicto de interrogationibus tenetur.[c] Differt autē confessio quę pro condemnatione habetur,[d] ab ea quæ interrogatoriā actionē parit:[e] quòd illa de eo sit quod iudicatur, hæc de eo quod ad probationem, & instructionem caussæ pertinet.[f] Neq; solùm cōfitendo in iure, sed etiam negando, vel tacendo, se onerat ex edicto de interrogationibus, qui interrogatur:

b. l. seruum. §. ait. supr.
c. l. & ideo. §. re. amo. instit. de satisd & C. eo. sup. l. sed & hæ. §. defendere.
d. arg. l. oe in plu. inf. de exerci. l. iam ta. iudi. solui.
a. l. iam tamē. inf. iudi. sol. l. cum ex cau. §. de verb. ob.
* aliàs stipulationibus.
* Aliàs accubitur.
a. l. Sed & hæ. §. non solùm. sup eo.
b. l. si defensor. inf. de interr.
c. l. de ætate. eo.
d. d. l. j. inf. de confess.
e. l. fi. de inter. in iur. fa.
f. l. j. eo.

terrogatur: [g] sub titulo de confeßis, solus is pro condemnato habetur qui cõfitetur: [h] &, vt Rhetores dicunt, interrogationes & responsiones in iure ad caussam quidem pertinent, sed confessio quæ pro condemnatione habetur, ex caussa est. Sed hæc commodiùs suo loco. Ait, Qui nomine. Interpretatur alteram partem quarti capitis, huiusce edicti. Qui nomine alieno agit quacunq; actione, qua dominus suo nomine agere potuit, [i] de rato cauere debet. Verbũ aget, latiùs in edicto vsurpatum significat, vt verbum actionẽ, in priore clausula. Ait, Sed interdum. Subtili ratione iuris actio directa procuratori qui stipulatus est Iudicatum solui, qui iurauit, cuíve constitutum est, competit: [k] ex hoc edicto tamen cauere debet de rato, quòd id quod ex lite datum erit, ad dominum pertineat: vt quodam modo procurator alieno nomine agat. Vti è diuerso qui in rem suam agit, nõ omninò alieno nomine agit, vt in præcedentem clausulã edicti adnotauimus. [l] Ait, Cæteros creditores. Propriè diuersitatis relatiuũ vsurpat Vlpianus. Qui enim dat procuratorem ad agendum, creditor dicitur debitoris quẽ conuenire vult: qui si alijs quoque debeat, cæteros creditores eiusdem appellat. Accursius perperàm creditores domini procuratorem cõstituentis intellexit. Interesse autem cæterorum creditorum conuenti videbatur, vt nisi ratum haberent, procurator concreditoris non ageret, ne debitor omnibus soluẽdo non esset. Sed ius ciuile vigilantibus scriptum est. [m] Ait, Si de dote. Hic locus arguit, parẽtes quoque cauere debere, si liberorum nomine agant. Id enim priuilegij habent coniunctę personæ, vt sine mandato agãt: ab alijs procuratoribus mandatum quidem exigitur, & si certum sit mandatũ nõ esse, exceptione procuratoria repelluntur: si incertum, cauẽt de rato. [n] Necessariæ personæ solam cautionem de rato præstant, mandatum nõ esse rectè profitentur. [o] Iniquum enim erit, vel aduersario cautum nõ esse de rato, vel dominum litis ratum habere oportere quod à necessaria persona gestum est. Nec hoc edicto alijs verbis excipi posse, quàm his boni viri arbitratu, cõstat. Ait, Si status. Suprà quasdam species retulerunt consulti, in quibus procurator qui defendit, etiã de rato cauet. [p] Vlpianus quatuor subijcit eiusdem rei exempla: vnde regulam cõficiemus, vt quoties dominus qui ratum non habet, aliquid petere posit, toties procurator rei de rato caueat. Igitur vbi solui aliquid duntaxat oportet ex parte rei, nec quicquam dominus petere potest si ratum non habeat, Iudicatum solui satisdabit procurator: [q] quod in iudicijs in personam locum habet. Sed in quæstione status, restitutione in integrum, accusatione suspecti tutoris, iudicio in rem, stipulationibus prætorijs, & noxali iudicio, reus petere aliquid potest si ratum non habeat: [r] ideoque de rato cautio à procuratore exigitur. Quare & illa verba edicti, Et ei quo nomine aget, actorem interdum respiciunt, si id bonus vir arbitretur. [s] Ait, Mandatum nominatim. Certę sunt species in quibus speciali mãdato opus est, quod generali mandatu, res tanti momenti alienæ fidei creditæ non videantur. [t] Ait, Quasi non defenderetur. Vbi ob contumaciam reus damnari potest, defensor quilibet ad excusandam eius innocentiam admitti debet. [u]

g.l. voluit. & d.l. de æta. eo. h.d.l.1. i.l. Pompo. 10 prin. ff. eo. k.l. si procur. ff. l. nã postea. ff. de iureiu. & hic .l. cũ qui. de consti. pe. l.l. seruũ. & l. sed ff. eo. m.l. pupill. ff. quæ in fraud. cred. n.l.1. C. eo. o.l. sed & hæ. ff. & l. Pomp. ff. l. si autẽ ff. de neg. ge. p.l. sed & hæ. & l. seq. ff. q l. qui propr. inf. r. vt hic .l. seq. & l. sed & hæ. cũ l. seq. s. eo. s.l. seruum. eo. t. vt hic .l. seq. l. mandatu ff. procurator to torũ ff. l. usufu. ff. de iureiur. not. ea. qui ad. eo. in 6. u.l. seruũ. ff. §. publicè.

L. XI. IDEM. *Lib. 9. ad edictum.*

Pomponius scribit non omnes actiones per procuratorem posse quem instituere, denique ut liberi qui in potestate absentis dicuntur, ducantur: interdictum non posse desiderare ait: nisi (ut Iulianus ait) caussa cognita, id est si nominatim ei mãdatum sit, & pater ualetudine uel alia iusta caussa impediatur. Si stipuletur procurator damni infecti, uel legatorum, debebit de rato cauere. Sed & is qui quasi defensor in rem actione conuenitur, præter solitam satisdationem Iudicatum solui, etiam de rato debet cauere. Quid enim si in hoc iudicio rem meam esse pronuncietur, & reuersus ille cuius defensor extiterat, uelit fundum uendicare: nomne ratũ nõ uidebitur habere quod iudicatum est? Denique si uerus procurator extitisset, uel ipse præsens caussam suam egisset, & uictus esset: si à me uendicaret, exceptione rei iudicatæ summoueretur, & ita Iulianus lib. 1. Digestorum scribit. Nam cùm iudicatur rem meam esse: simul iudicatur illius non esse.

Ratihabitionis autem satisdatio ante litis contestationem à procuratore exigitur. Cæterùm semel lite contestata, non compelletur ad cautionem. In ijs autẽ personis in quibus mãdatũ non exigimus, dicendũ est, si fortè sit euidẽs cõtra uoluntatẽ eos experiri eorũ pro quibus interueniũt, debere eos repelli. Ergo non exigimus ut habeãt uolũtatẽ uel mandatum: sed ne cõtraria uoluntas probetur, quãuis de rato offerãt * *actionem.*

* Aliàs cautionem.

Ait, Nõ omnes actiones. Ex primo capite edicti apparet, actiones quas nomine suo quis instituere potest, per procuratorẽ quoq; instituere posse: quales non sunt actiones populares, quę suũ ius populi tuentur. [a] Ait, Si nominatim. Maioris momenti hoc interdictũ est, quàm vt verbis generalibus

a.l. licet. ff. l.1. de popul. act.

neralibus mandatũ videatur. Ait, Damni infecti. Agere generaliter dicitur, qui stipulatur stipulatione prætoria: [b] ideò ex hac parte edicti cauere debet de rato, ne dominus ad promittendum etiam cogat. [c] Ait, Rem meam esse. Obserua rationem concludẽdi, & iudicandi, cùm in rem agitur: nimirum vt pronuncietur res alterius. Cùm in personam agitur, vt cõdemnetur litigator ad dandum, vel faciẽdum, postulatur. [d] Ait, Ratihabitionis autem. Hæc exceptio procuratoria si nõ de rato non caueas, ante litem cõtestatam opponi debet, vt præscriptio militiæ. [e] Ait, In his autem personis. Vide ad legem non solùm. §. Si de dote, sup. sub eodem titulo. [f]

b.l. actionis. §. de actio.
c. arg. l. qui absen. §.
d. insti. de act. §. 1. l. 2. & 3. §. de pet. hær.
e. l. filiusfa. §. l. ita demum. C. eo. l. 1. C. de satis.
f. l. si autem. §. de neg. ge.

L. XLI. PAVLVS. *Lib. 9. ad edictum.*

Fœminis pro parentibus agere interdum permittetur caussa cognita, si fortè parentes morbus aut ætas impediat, nec quenquam qui agat habeant.

Fœminæ non nisi caussa cognita, & pro parẽtibus, procuratorio nomine interueniũt. Et hãc speciem cum alijs plærisque, sub quintum caput edicti suprà retulimus.

L. XLII. IDEM. *Lib. 8. ad edictum.*

Licet in popularibus actionibus procurator dari non poßit: tamen dicendũ est meritò eum, qui de uia publica agit, & priuato damno ex prohibitione afficitur: quasi priuatæ actionis dare posse procuratorẽ. Multò magis dabit ad sepulchri uiolati actionem is, ad quẽ ea res pertinet. Ad actionem iniuriarũ ex lege Cornelia procurator dari potest. Nã etsi pro publica utilitate exercetur, priuata tamen est. Ea obligatio quæ inter dominũ & procuratorẽ consistere solet, mandati actionẽ parit. Aliquãdo tamen non contrahitur obligatio mãdati: sicut euenit cùm in rem suã procuratorẽ præstamus: eoq; nomine Iudicatũ solui promittimus. Nã si ex ea promißione aliquid præstiterimus, nõ mãdati, sed ex uendito, si hæreditatẽ uendidimus, uel ex pristina caussa mandati agere debemus: ut fit cũ fideiussor reũ procuratorẽ dedit. Is cui hæreditas ex Trebelliano senatusconsulto restituta est, hæredem iure dabit procuratorem. Sed & dominũ pignoris creditor rectè dabit procuratorem ad Seruianã. Porrò si uni ex reis credendi cõstitutũ sit: isq; aliũ procuratorem in constitutam pecuniam det: non negabimus posse dare. Sed & ex duobus reis promittendi alter alterũ ad defendendũ procuratorem dabit.

Si plures hæredes sint, & familiæ erciscundæ, aut cõmuni diuidundo iudicio agatur: pluribus eundem procuratorem non est permittendũ dare: quoniam explicari res nõ potest citra adiudicationes & condemnationes. Planè dare permittendũ est, si uni cohæredi plures hæredes existant. Reo latitante post litem contestatam ita demum fideiussores eum defendere uidebuntur, si uel unus ex his eum pro solido defendat, uel omnes: uel quidam ex his unum procuratorem dederint, in quem iudicium transferatur.

Populares actiones, tam ad alios ciues, quàm ad nos pertinent: [a] ideò ad agendum procuratorem non damus, nisi priuatim etiam nostra intersit. Sepulchri verò violati actio, quæ ei datur ad quem ea res pertinet, & actio iniuriarum, priuatæ sunt: licet non de re familiari, sed ad vindictam agatur: [b] & ideò per procuratorẽ instituuntur. Ait, Ea obligatio. Obligatio & contractus est, [c] & vinculũ quod ex ea nascitur: [d] quæ obligatio ex contractu nasci dicitur. Et hæc obligatio quæ consistit inter contrahentes, actionẽ parit, id est efficit vt agere liceat. Diu autẽ consistit obligatio interdum antequàm pariat, formétve actionem: vt cùm in diem stipulamur, vel tutor ex administratione obligatur. [e] Nam tum demum actio nata dicitur cùm agi potest, & dies venit obligationis. Igitur inter dominum, & procuratorem, obligatio ex mandato nata, mandati directam actionem, & contrariam format: illa domino, hæc procuratori competit. [f] Ait, Cùm in rem suam. Emptor hæreditatis defendere non cogitur, nisi procurator ad defendẽdum detur, & eo consentiente, dominus Iudicatum solui satisdationem exponat. [g] Obserua ergo procuratorem dari in rem suam etiam ad defendendum: & hoc casu accipi posse quod Vlpianus scribit de eligendo, [h] &c. vt iudicati in procuratorem, vel ex stipulatione Iudicatum solui, &c. in dominum actor experiatur. [i] Ait, Aliquando tamen. Emptor hæreditatis ex vendito tenetur venditori, si quid nomine hæreditatis præstiterit: [k] & ideò si mandauerit defensionem, & promiserit Iudicatum solui, quod præstiterit ex ea promisione, ex vendito petere potest: vt superuacaneum sit ex mandato emptoris fideiubere mandantis, teneri. Qua ratione si fideiussor à reo datus eum in rem suam rursus procuratorem dederit, & mandato rei fideiusserit, ex pri-

a. l. 5. & pen. §. de pop. actio.
b. l. 2. §. de sepul. viol. l. Prætor. §. de iniu.
c. l. Labeo. §. de verb. sig.
d. l. 2. §. de act. insti. de obli. in prin.
e. §. 1. insti. de verb. ob. l. interdũ. eo. l. nesi finita. §. de tutel.
f. l. si verò. §. manda. l. qui prop. § eo.
g. l. filiusfa. §. eo.
h. l. si actor. §. eo.
i. l. Plautius. §. eo. vbi not.
k. d. l. 2. l. 1. C. de pact.

mo mandato agetur: nec opus est ex secundo actionem nasci. Ait, Is qui. Procurator est qui domini mandato aliena negocia administrat. [l] Quàobrē nec hæres directarū actionū quasi dominus, nec debitor dominus pignoris, nec denique correus debēdi, vel credendi, qui suo nomine litigat potiùs procurator fieri posse videbatur. Sed receptum est posse, quòd vtiles actiones instituat, vel correi nomine iudicium accipiat, cùm propria sit in vtroque obligatio. [m] Ait, Si plures. Ratio iuris non patitur vt idem cōdemnet, & condemnetur: & ideò plurium cohæredum, vel alioqui communem rem habentium, idem procurator esse non potest, cùm is condēnetur, nō dominus. [n] Ait, Planè. Quia inter hos condēnationes nō fiunt, sed omnes loco vnius sunt. Ait, Reo latitante. Fideiussores defendere non tenentur: si tamen defendere velint, insolidum id præstare debent, vel singuli, vel procuratore vno constituto, ne actor aliquo incommodo adficiatur. [o] Estque hæc defensio indiuidua, non natura rei, sed ea quam lex ei tribuit. [p]

l l. 1. §. m l. cādē §. de duob. re. n l. Plautius. §. eo. o l. iā ta. §. iud. sol. p l. cū ex cau. §. de verb. ob. l. in exe. eo. l. quod si no. §. plures. de ædil. edi.

L. XLIII. IDEM *Lib. 9. ad edictum.*

Mutus & surdus per eum modum qui procedere potest, procuratorem dare nō prohibentur, forsitan & ipsi dantur, non quidem ad agēdum, sed ad administrandū. Cùm quæritur an alicui procuratorem habere liceat, inspiciendum erit an non prohibeatur procuratorem dare: quia hoc edictum prohibitorium est. In popularibus actionibus, ubi quis quasi unus ex populo agit, defensionē ut procurator præstare cogendus non est.

Is qui curatorē alicui præsenti petit: non aliter audietur nisi adulto cōsentiēte. Quòd si absenti, ratam rem eum habiturum necesse habebit satisdare. Pœna non defendentis procuratoris hæc est, ut denegetur ei actio. Si procurator agat & præsens sit absentis seruus: Atilicinus ait, seruo cauendū, nō procuratori. Et qui nō cogitur defendere absentem, tamen si Iudicatum solui satisdederit defendendi absentis gratia: cogēdus procurator iudiciū accipere, ne decipiatur is qui satis accepit. Nā & eos qui nō cogūtur reum defendere, post satisdationē cogi Labeo caussa cognita, tēperandū esse ait. [*] Et si captio actoris sit propter tēporis tractum, iudicium eū accipere cogendum. Quòd si aut affinitas dirempta sit, aut inimicitiæ intercesserint, aut bona absentis poßideri cœperint.

* Aliàs, neu cautio.

Dignitatis suæ tuendæ caussa, procurationem ad agendum vel denfendendū in iudicio suscipere, Prætor has personas vetuit. Si ad administrandū extra iudicium constituti idonei nō sint, imputet sibi dominus: nam publicè nihil interest. Mandare procuratori vt agat, vel scripto, vel alioqui possunt: cùm solo consensu mandatum contrahatur. [a] Ait, Cùm quęritur. Verbum Eum, redundare videtur apud Holoandrum: in exemplari quodam Biturigum illa ratio hîc interseritur. Nam hoc ipso quòd non prohibetur, permittitur ei procuratorē dare. Nos caput edicti prohibitorium suprà restituimus. Ait, In popularibus. Qui agit actione populari nō est populi procurator: [b] & ideò non cogitur mutuò agenti quasi in populum, respondere. [c] Ait, Is qui curatorem. Petere curatorem, instar actionis est: vt meritò caueri de rato ex edicto superiore oporteat. Ait, Pœna non defendētis. Hic locus manifestò arguit, quod superiùs dixi: nimirum procuratorem actoris non teneri ad satisdandum fore vt defendat, si mutuò agatur: sed tātùm in hoc coërcetur, quòd denegetur actio alieno nomine. [d] Ait, Et præsens absentis seruus. Per seruum domino actio directa quæri solet: [e] vt consultiùs sit per eum stipulari quàm per procuratorem, qui directam sibi quærit. [f] Idem alibi consilium extat apud consultos. [g] Ait, Et qui nō cogitur. Labeo, & Sabinus, hæresiarchæ fuerunt in iure ciuili: [h] quorum opiniones in Iustiniani legislatione plerumque inter se pugnant. Nam Labeo hic apud Paulum idem obseruandum putauit in procuratore absentis, quod Prætor edixit de procuratore eius, qui præsens satisdationem exposuit: [i] nimirum vt caussa cognita, iudicium accipere cogatur. Sabinus contrà, non cogendum defendere districtè, sed satis esse committi stipulationem Iudicatum solui ob rem nō defensam, scribit. [k] Ille enim deciperet dominum, qui ad defendendum constituit: procurator absentis non decipit dominum, & aduersario satis est committi stipulationem ob rem non defensam. Illo nō defendēte, dominus committit satisdationem ob rē non defensam: hoc non defendente ipse cōmittit. Sanè si iusta caussa probetur cur non defendat procurator, cōmune est vtriusq;, vt impunè cesset, nec fideiussores teneātur. [m] Ait, Aut affinitas. Affinis fuit procurator domino, quæ affinitas nuntio remisso dirempta est: iusta est caussa cur non deffendat procurator. Ait, Vel bona absentis. Cùm abesset bona possessa sunt, vt suo negocio iam procurator distringatur. [n]

a l. 1. §. māda. b §. de po. act. c l. seruum §. d. l. & ideo. §. re. amo. l. 1. C. de satisd. e l. stip. ista. de verb. ob. f l. si procur §. eo. & l. nō solum. g l. 4. §. rē pup. h l. 2. §. de ori. i l. adeò. §. de acq. do. k l. filiusfa. §. ex §. l. seq. l l. si defun §. m l. si post. §. eo. & hic. l. nō cogen. n arg. §. l. vel iudicio.

L. XLIIII. VLPIANVS. *Lib. 7. Disputationum.*

Vel si longinquo sit absuturus, uel alia iusta caussa interuenerit.

Adde similes caussas suprà expositas, cùm de procuratore præsentis ageretur. [a]

a l filiusfa. §. & ll. seq.

L. XLV.

L. XLV. PAVLVS *Lib. 9. ad edictum.*

Non cogendum. Sabinus ait nullas partes Prætoris esse ad compellendum defendere: sed ex stipulatu ob rem nõ defensam agere posse. At si iustam caussam habeat cur iudicium accipere nolit, fideiussores non teneri: quia uir bonus arbitraturus nõ fuit, ut qui iustam excusationẽ afferret, defendere cogeretur. Sed & si satis non dederit, sed repromittenti ei creditum est: idem statuendum est. Qui ita de publico agunt, ut & priuatum commodum defendant, caussa cognita permittuntur procuratorem dare: & postea alius agens, exceptione repellitur. Si procuratori opus nouum nunciatum sit: is que interdicto utatur, Ne uis ei fiat ædificãti: defensoris partes eum sustinere, nec compelli cauere ratam rem dominum habiturum Iulianus ait: & si satisdederit, non animaduerto (inquit Iulianus) quo casu stipulatio committatur.

Verba sunt Pauli continuò scripta post superius 43. caput. Ait, Defendere. Accipere iudiciũ, & alia facere quæ dominus, si adesset, faceret. [a] Ait, Quia vir bonus. In hoc quoq; edicto de procuratore absentis, scriptum fuit, Viri boni arbitratu Iudicatum solui satisdandum. Ait, Repromittenti. Stipulatio Iudicatũ solui, satisdationẽ habet si velit stipulator: sed nudã repromissionẽ potest admittere, authore Prætore. [b] Ait, Qui ita de publico. Sepulchri violati actio imprimis ei datur ad quẽ pertinet: quo cessante, qui volet agere populari actione, admittetur. [c] Nec is ad quẽ res pertinet, poterit ex integro agere: quia hæc actio nõ tã ad rẽ familiarẽ, quã ad vindictã pertinet. [d] E cõtrario, si is ad quẽ res pertinet, egerit, exceptione rei iudicatæ quilibet repellitur alius: [e] licet priuatũ cõmodũ defendat, qui populari actiõe agit. Sed & caussa cognita procuratorẽ dat, qui publicã actionẽ instituere vult, id est si ad priuatũ cõmodũ spectare etiã probet. [f] Ait, Si procuratori. Superiùs ostẽdi, si procurator cõueniatur interdicto prohibitorio ex noui operis nunciatione, nõ debere satisdare de rato: [g] hic ait Paulus, cũ ipse interdicit quoq; postquã ei nũciatũ est, & satisdedit de restituẽdo, nõ satisdare dominũ ratũ habiturũ: quia si ratũ nõ habeat, nihil ex hac caussa petere ab aduersario potest: nec bonus vir arbitratur, vt cautio nihil profutura exigatur.

a. l. sed &. §. eo. b. l. 1. §. de Præto. stip. c. l. 6. §. sepul. viol. d. d. l. e. vt hic. f. l. licet. §. eo. & hic. g. l. vel. §.

L. XLVI. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum prouinciale.*

Qui proprio nomine iudicium accepit, si uelit procuratorem dare, in quẽ actor transferat iudicium, audiri debet, solenniterque pro eo Iudicatum solui satisdatione cauere. Ei qui defendit, eum cuius nomine ipse non agit, liberum est [*] uel in unam rem defendere. Qui alium defendit, satisdare cogitur. Nemo enim alienæ litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur. Item quæritur, si iudicium acceperit defensor, & actor in integrum restitutus sit: an cogendus sit restitutorium iudicium accipere. Et magis placet cogẽdum procuratorem. Procurator, ut in cæteris quoque negocijs gerendis, ita & in litibus ex bona fide rationem reddere debet. Itaque quod ex lite consecutus erit, siue principaliter ipsius rei nomine, siue extrinsecus ob eam rem, debet mandati iudicio restituere: usq; adeò ut si per errorẽ, aut per iniuriã iudicis, nõ debitũ consecutus fuerit, id quoque reddere debeat. Item contrà, quod ob rem iudicatã procurator soluerit: contrario mandati iudicio recuperare debet. Pœnã autẽ quã ex suo delicto præstitit, recuperare nõ debet. Litis impẽdia bona fide facta uel ab actoris procuratore, uel rei, debere ei restitui, æquitas suadet. Si duobus mãdata sit administratio negociorũ, quorum alter debitor sit mandatoris: an alter cùm eo rectè acturus sit? Et utiq; rectè. Non enim ob id minùs procurator intelligitur, quod is quoq; cum quo agitur, procurator sit.

[*] Aliàs, vel vnam rem.

Ait, Qui propriò. Ad primum caput edicti à nobis restitutum, hoc pertinet, & ad caput tertium de transferendo iudicio post litem contestatam. [a] Reus igitur qui suo nomine iudicium suscepit, potest dare procuratorem in quem actor transferat iudicium: vt procurator iam condemnetur, non reus, perinde atque si litem ipse contestatus esset. [b] Accursius Iustiniani locum huic opponit, velut repugnantem, vbi procuratorem præsentis cauere putat. [c] Sed ego dominum eam cautionem quoque exponere, suprà alibi ostendere conatus sum. [d] Ait. Ei qui. Procurator datus ad agendum, omniũ actionũ nomine defendere debet, nisi malit denegari sibi actionẽ. [e] Sed qui defendit tantùm, in vnam rem potest defendere, si modò insolidum defendat. [f] Ait,

a. l. in caussæ. §. eo. b. l. Plautius §. eo. c. §. sed hoc. vers. alia. de satisd. d. l. si defunctus. §. e. §. eo. om. & l. mutus. f. l. tutori. C. de neg. ge. ar.

Qui alium defendit. Duriorē conditionē procuratoris ex parte rei, quàm domini esse, suprà obseruauimus: [g] quòd procurator satisdet Iudicatum solui, dominus nō satisdet, sed pro sua tantùm persona: quòd in iudicio permaneat ad finem litis. Procurator ergo præsentis, dominum dat fideiussorē, [h] qui & pro sua persona aliam cautionem exponit: procurator absentis, alios dat fideiussores Iudicatum solui. [i] Ait, Item queritur. Minor annis viginti quinq; postulat restitui in integrum: emptor per procuratorem defenditur qui minorē circumscripsit: quærit an minore restituto, cognitione prætoria, procurator iudicium restitutorium apud iudicem à Prætore datum, debeat suscipere. Est autem actio restitutoria, quę restituto iam eo qui deceptus erat, intenditur restituta, &c. quæ & rescissoria appellatur, [k] & semper sequitur cognitionem prætoriā, qua rescindit, & restituit: officium rescindens vulgò dicunt. Ait, Procurator vt in cæteris. Iudicium quod procurator agit, negocium quidem est, licet extraiudiciale negocium interdum specialiter sic appelletur: [l] debet autem ex bona fide (nam bona fides in iudiciū mandati additur) [m] reddere rationem domino directa actione mandati experienti. Ait, Itaque quod ex lite. Si procurator actoris exigat iudicatum, siue ex stipulatione agat ob rem non defensam, [n] id reddet directa mandati actione cōuētus. Sed & si ex iudicatione iniqua aliquid consecutus sit summo iure, reddet: licet possessor hæreditatis nullo iure exactum restituere non compellatur. [o] Ait, Itē contrà. Si procurator, qui satisdet Iúdicatum solui, cōuentus ab actore, vel fideiussore suo, soluerit iudicatum, contrariam actionem mandati habet aduersus dominum. [p] Ait, Pœnam autē. Qui mandat negocium gerendum, delictum non mandat: ideò quod ob delictum suum præstitit mandatarius, contrario iudicio mandati experiendo non consequetur: vt nec tutor tutelæ agendo. [q] Ait, Litis impendia. Procurator sumptus quos in litem fecit bona fide, id est absque dolo, iure repetit: hoc enim ei mandatum intelligitur. Si defensor sit absque mandato, impendia litis victus minimè petet, quia non fecit vtiliter: quod ob rem iudicatam præstitit, repetet, quòd vtiliter gesserit negociū. [r] Ait, Si duobus. Caium lege separatim, & nullo negocio intelliges declarationis gratia, verba Iuliani interserta esse: quæ tamen nihil necessaria videbantur, quando Caius ipse quod hic ait, mox declaret, & ita accipiēda significet, vt Iulianus expresit. Atque ita Bartolus ratiocinatur. Sanè duo tutores exigunt, alter ab altero rationem voluntate legis, quòd dominus sibi consulere non posit: [f] qui procuratores insolidum dedit, non intelligitur mandasse vt alter peteret ab altero, nisi nominatim id mandarit. [t]

g. l. sed &. h. l. licet. §. ea. sup. i. inst. de satis. §. sed ho. & seq. k. l. 2. ʒ. si ex nox. l. fi. ʒ. de eo. p. q. ta. §. rursus. inst. de actio. l. nec nō. j. ex quib. cau. ma. l. c. qui gener. de proc. in. 6. m. instu. de actio. §. actionum. n l. si procur. ʒ eo. o l. si posses. j. de pet. hær. p. l. ex mādato. l. si verò. j. manda. q. l. 3. ʒ. quod quisq. iur. l. r. j. de tute. & ra. l. 1. ʒ. si quis ius di. r. l. sā tamē. §. in hac. j. iudi. sol. l. 2. j. de neg. gest. s. l. si plures. j. de admi. tuto. 1. t. j. ll. seq.

L. XLVII. IVLIANVS. *Lib. 4. ad Vrseium ferocem.*

Qui duos procuratores omnium rerum suarum reliquit, nisi nominatim præceperit ut alter ab altero pecuniam petat: non uidetur mandatum utrilibet eorum dedisse.

Eodem tempore, & insolidum datos accipiendum est. [a]

a. l. si quis cū. & l. se. ʒ. eo.

L. XLVIII. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum prouinciale.*

Itaque si hoc specialiter mandatum est, tunc excipiēte eo cum quo agitur, si non mihi mandatum sit, ut à creditoribus peterem: actorem ita debere replicare placet, at si mihi mandatum est ut à te peterem.

Lege, à debitoribus, vt in vulgatis codicibus, & in exemplari Biturigū manu scripto. Holoandet impressit, à creditoribus Porrò hæc exceptio procederet, si replicatio eā non elideret: quarum vtraque in facto consistit, licet actionem iure competentem, exceptio hæc oppugnet. [a]

a. l. si vnus. §. pact⁹. ʒ. de pa. l. 2. j. de exce.

L. XLIX. PAVLVS. *Lib. 4. ad edictum.*

Ignorantis domini conditio, deterior per procuratorem fieri non debet.

Id Paulus sentire videtur quod Vlpianus suprà: procuratorem cui mandatū non sit conditionem domini non facere deteriorem, nec domino præiudicare, quæ ignorante eo gesta sint. [a]

a. l. in caussæ. ʒ. eo.

L. L. CAIVS. *Lib. 23. ad edictum prouinciale.*

Quacunque ratione procurator tuus à me liberatus est, id tibi prodesse debet.

Siue pacto de non petendo, siue acceptilatione, siue solutione, &c. [a] Liberatio sanè per liberā personam etiam ipso iure acquiritur, licet obligatio non quæratur ferè. [b]

a. l. rescriptū. ʒ. de pa. & ll. seq. b. l. fol. j. de neg. gest. l. 1. C. per. q pers.

L. LI. VLPIANVS. *Lib. 60. ad edictum.*

Minor uiginti quinque annis, si defensor existat in quibus caussis in integrum restitui posit, defensor idoneus nō est: quia & ipsi & fideiussoribus eius per in integrum restitutionē succurritur. Quoniam autem defendere, est eandem uicem, quam reus, subire: defensor mariti ampliùs quàm maritus facere posit, non est condemnandus. Is qui suscepit defensionem, etsi locupletissimus sit.

Minores viginti quinque annis in integrum restitui solent à Prętore, siue contrahēdo aliquid de bonis minutum sit, siue intersit eorum litibus, & sumptibus non vexari. [a] Et nō solum ei subuenitur,

a. l. minorib. j. de mino.

uenitur, sed etiam fideiussoribus eorum, nisi scientes prudentes interuenerint: quo casu aduersus eos restituitur quoque minor, & mandati actio denegatur fideiussoribus.[b] Sed & tunc fideiussoribus subueniri non solet per restitutionem, cùm mandati actio nulla est:[c] vt nec aduersus eos minori succurritur. Veluti cũ pro pupillo sine tutoris authoritate naturaliter obligato, interueniunt fideiussores:[d] quoniam his mandati actio non competit. Quod & in eo fideiussore locum habet, qui pro furioso, & prodigo interuenit, qui nec natura quidem obligantur cum effectu.[e] Si tamen priùs obligati fuerint, & in furore mandarint fideiuberi, fideiussores tenebuntur, vt qui pro pupillo interuenerint: si modò prudentes, scientesque intercesserint:[f] quoniam fideiussoribus in has personas, quæ consensu non obligantur ciuiliter, mandati actio non competit, vt nihil eis opus sit restitutione fideiussorum, vel aduersus fideiussores:[g] quãdo id fieri soleat in hoc, vt non agatur mandati actione in minores, &c.[h] Nam negociorum gestorum non agitur, nisi vtiliter geratur. Sed de hac legum contrarietate, alio quoque loco suprà disputatum est.[i] Ait, Quoniam autem. Non debet conditio defensoris durior esse, nisi in satisdãdo:[k] & ideò priuilegio personæ vtitur: hæres verò, & qui in rem suam procurator fit, non vtitur, quia personæ, non caussæ datum est priuilegium.[l] Ait, Ampliùs quàm. Non totum marito extorquendum his verbis intelligitur, sed eius habenda est ratio, ne egeat.[m] Ait, Is qui suscepit. Hæc satisdatio, prætoria est, cui non nisi authore Prætore quicquam addi, vel detrahi potest:[n] tutores & curatores non cauent, quia loco dominorum sunt.[o]

b. l. in caussæ. eo. l. 2. C. de fid. minor.
c. l. quod di. §. de pa.
d. l. marcel. §. de fideiuss.
e. l. is cui bo. §. de verb. ob.
f. d. l. in caussæ.
g. d. l. marcel. l. si pupillus. inf. de arb.
h. d. l. quod dictum. d. l. in caussæ. l. 3. C. de fide. min.
i. d. l. quod.
k. l. sed & hę. sup. eo.
l. l. ex plu. de ad. tut. l. in omnib. l. priuilegia. infr. de reg. iur.
m. l. in cōdẽ. §. de reg. iur.
n. l. 3. §. de pręt.
o. l. si. C. admi. tut. §. fin autẽ. inst. de satisd.

L. LII. PAVLVS *Lib. 6. ad edictum.*

Etsi consularis sit.

Consulares sunt hoc loco qui consulatu defuncti sunt, & eorum vxores consulares fœminæ.[a] sub Cæsaribus nostro seculo propioribus, consulatitas nomen fuit dignitatis, de qua dixi suprà alibi.[b]

a. l. 2. § de infa. l. 3. supr. de sen.
b. l. fi. supr. de senat.

L. LIII. VLPIANVS *Lib. 60. ad edictum.*

Non uidetur defendere, nisi satisdare fuerit paratus.

Hoc caput & ad eum qui agit, & ad eũ qui defendit tantùm spectat.[a] Debet enim vterque non auere de defendendo (vt suprà dixi) sed satisdare Iudicatum solui, &c.[b]

a. l. qui proprio § eo.
b. l. 4. C. de satis. inst. eo. & d. l. qui prop.

L. LIIII. PAVLVS *Lib. 1. ad edictum.*

Neque fœmina, neque miles, neque qui reipublicæ caussa absuturus est, aut qui morbo perpetuo tenetur, aut qui magistratum initurus est, aut qui inuitus iudicium pati nõ potest, idoneus defensor intelligitur. Tutores qui in aliquo loco administrauerũt, eodem loco & defendi debent.

Has personas cum alijs quibusdam ad caput prohibitorium huius edicti pertinentibus,[a] complexus sum illo capite, Mutus, surdus, &c. Verum autem exceptio procuraroria, ante iudiciũ acceptum, his omnibus opponi debeat, vt militi:[b] an quandoque, vt falso procurarori, cõtrouersum est. Et receptum est, ante litem opponi debere:[c] qua in re ego subsisto, quòd contestata lite absuturus, & magistratum initurus, &c. deciperẽt actorem, nisi & post litem contestatam repelli possent. Nam miles defendere quidem potest, si per iudicem, vel aduersarium nõ excludatur ante litem cœptam: qui necessariò absuturus est, non potest. Fœminæ verò non conuenit prodire in publicum, & fungi virili officio.[d] Et hanc sentẽtiam in restitutione edicti, secutus sum, quòd nusquam consulti, id quod in milite responderunt: nec eadem sit ratio: vt verbis seruite meliùs sit, quibus idonei defensores negantur. De milite singulariter edictum fuisse, ratio suprà dicta suadet.[e] Ait, Tutores. Bonus vir ita arbitratur, vt in eadem prouincia defendantur, & quo in loco ipsi defendere deberent: cùm vicem eandem subeant quam reus.[f]

a. l. fœminis. l. mutus. l. filiusfa. sup. & l. minor.
b. l. ita demũ. C. eo. l. licet. eo. d. l. filiusfa. sup eo.
c. Bar d. l. ita.
d. l. 3. § de postul.
e. l. filiusfa. §. & d. l. ita. C. eo.
f. l. sed & hæ. §. eo. & l. minor. l. hæres. inf. de iud.

L. LV. VLPIANVS *Lib. 65. ad edictum.*

Procuratore in rem suam dato: præferendus non est dominus procuratori in litem mouendam, uel pecuniam suscipiendam. Qui enim suo nomine utiles actiones habet, ritè eas intendit.

Si dominus subtili ratione iuris, & qui iure benigniore quasi dominus habetur, ad agendum concurrant, ille directa actione, hic vtili: vtili actione agentem præferri oportet. Hoc enim Prętor, vel Princeps voluit, qui ad iuris strictioris emendationem, vtilem dandã putauit: & hoc casu aduersus directa agentem exceprio competit.[a] Si anteuertat qui directã habet, ignorante debitore, actio quidem, & pactum, & transactio valebit: sed vtilem habens in dominum aget.[b] Sanè interdum directa actio, & vtilis dantur diuersis, non vt quasi dominus domino potior sit, sed vt alios quoslibet iure suo pulset:[c] quales sunt rei vẽdicatio, & publiciana. Aliquãdo ad diuersa cõpetunt, vt in emphyteuticis, & vectigalibus prædijs obseruatur.[d] Nam dominus in rem agit, vt pronuncietur dominus, & vt consequatur reditus: emphyteutes verò, vt declaretur quasi dominus, & restituatur res ab alio possessa, cuius quasi dominus est. Porrò autem procurator in rem

a. l. in caussæ. & l. si proc. §. eo. vbi not.
b. l. si cũ. supr. de pact. l. si. §. de tran. l. 2. §. de hær. vend.
c. l. si. §. de public.
d. l. si finita. §. de dãn. inf. & §. si ag. vecti.

suam datus, & procuratorio nomine directam actionem intẽdere potest, & suo nomine vtilem. [e]

L. LVI. IDEM *Lib.66.ad edictum.*

Ad rem mobilem petendam datus procurator, ad exhibendum rectè aget.

Actio ad exhibendum præparatoria est directi iudicij in rem: vt mandata in rem actione, sine qua plærumque institui non potest. [a]

L. LVII. IDEM *Lib.24.ad edictum.*

Qui procuratorem dat ut confestim agat, is intelligendus est permittere procuratori & postea litem peragere. Si quis remiserit exceptionem procuratoriam, non poterit ex pœnitentia eam opponere.

Qui dat procuratorem ad agendum statim, intelligitur dare ad peragendum iudicium: nam & qui vltrò defendit postulata cognitione de in integrum restitutione, iudicium restitutorium accipere cogitur, non etiam appellationis litem suscipere. [a] Ait, Si quis remisit. Accursius legit, omiserit, vti vulgò excusum est: quæ lectio defendi non potest. Lege ergo, remisit, quam lectionẽ & codex Biturigum probat. Qui igitur remisit exceptionem procuratoriam, vel quòd quis procurator non sit, vel quòd esse non possit, ex pœnitentia non poterit eam opponere, etiam ante litem contestatam. Semel enim renunciauit suo iuri. [b] Sanè si publicam caussam exceptio cõtingat, iudex poterit repellere procuratorem, vt militem, [c] &c. Est autem procuratoria exceptio, quæcunque procuratoribus obijcitur, vt procuratione excludantur. [d]

L. LVIII. PAVLVS *Lib.80.ad edictum.*

*Procurator cui generaliter libera administratio rerum commissa est, potest exigere, *nouare, aliud pro alio permutare.*

Procurator vniuersorum bonorum, defert iusiurandum: [a] procurator cui plena administratio rerum commissa est, vel totorum bonorum, fraudulenter res alienare nõ potest, sed ex fide, & animo administrandi eas duntaxat quæ facilè corrumpuntur. [b] Idem de eo dicendum est, cui libera administratio concessa est rerum, vt plenè quidem administret: sed neque alienare, neque donare possit. [c] permutare, nouare, exigere, soluere, trãsigere, pacisci ex fide potest, ita vt tantũ, vel plùs paciscendo consequatur, quàm remittat. [d] Neque apparet interesse, vtrum libera administratio rerum omnium commissa dicatur, an procurator omnium rerum, vel bonorũ detur: [e] licet interpretes hos separent.

L. LIX. IDEM *Lib.10.ad Plautium.*

Sed & id quoque ei mandari uidetur, ut soluat creditoribus.

Soluere creditoribus ad administrationem pertinet, nõ ad ambitiosam profusionẽ, vel fraudulentam dilapidationem rerum. [a]

L. LX. IDEM *Lib.4.Responsorum.*

Mandato generali non contineri etiam transactionem decidendi caussa interpositam. Et ideò si posteà is, qui mandauit, transactionem ratam non habuerit, non posse eum repelli ab exercendis actionibus.

Mandatum generale ad agendum accipe: [a] quo non permittitur trãsigere, sed rem in iudicio persequi. Nam nec solui ei potest. [b] Si quis contendat pertinaciùs, de mandato generali ad agẽdum simul & administrandum, Paulum sensisse: de transactione quæ manifestò noceat domino, sequentia accipiat oportet: [c] quando omnium rerum procuratorem iusiurandum deferre posse constet, & paciscendo nocere domino: [d] sed tamen (vt dixi) ex fide, & administrandi animo, non fraudulenter, & ambitiosè. [e] Non ignoro Romanum pontificem interpretũ iuris ciuilis opinationem probasse, [f] aduersus veterum consultorum sententiam. Nam vniuersorum bonorũ procurator iusiurandum defert, licet administratio libera ei concessa non dicatur: & paciscendo nocet, &c. [g]

L. LXI. IDEM. *Lib.1..ad Plautium.*

Plautius ait, procuratorem damnatum nõ debere conueniri, nisi aut in rem suam datus esset, aut obtulisset se cùm sciret cautum non esse: omnibus placuit. Idem erit obseruandum & si defensoris loco cum satisdatione se liti obtulerit.

Actio iudicati, non solùm domino, & in dominum, sed etiam hæredi, & in hæredem datur: vt primo lib. Recept. sen. tit. 2. idem Paulus ait. Procurator iudicati non agit, nisi aut in rem suam datus, aut in hoc constitutus sit vt iudicati experiatur. [a] Sed nec conueniri debet, nisi in rem suã datus sit, vel se obtulerit iudicio cùm sciat cautum non esse, id est dominum non mãdasse, vt defenderet, [b] & cauisse Iudicatũ solui. Ideò enim dominus conuenitur iudicati, quòd mandet procuratori primum iudicium, non secundum. Qui tamen secundo iudicio tanquam dominus etiã

se obtulit

e. l. si quis in rem. §. eo. & hic.
a. l. 3. de libe. exh. l. 3. j. ad exhib. l. 1. sup. de iurisd.
a. l. qui prop. sup. l. inuitus. C. eo.
b. l. pen. C. de pact. l. cũ mota. C. de trãsa.
not. l. si institt. inf. de institt.
c. l. filiusfam. sup. eo.
d. l. ad legatum. j. eo. l. fideiussor. inf. manda. l. in excep. inf. de procur.
* aliàs deest nouare.
a. l. iusiurandum. & l. seq. j. de iureiur.
b. l. creditor. j. manda. l. procu. toto. j. eo.
c. l. filius j. de do. l. contra. sup. de pact. arg. l. nam & nocere. eo.
d. vt hic. & d. ll. & l. vel. de pig. actio.
e. d. l. nã. & d. l. iusiurandũ.
a. l. quodlibet inf. de solu. l. præses. C. de transact.
a. c. qui ad. eo. in 6. lib.
b. l. sed si tantum. supr. de pact. l. hoc. j. de sol.
c. d. l. contra. & d. l. præses. l. vel vniuersorum inf. de pig. act.
d. l. 2. & d. l. iusiuran. & d. l. nam & nocere.
e. d. l. creditor
f. c. q ad. & c. seq. eo. in 6.
g. d. l. iurisiur. d. l. nã. d. l. vel vniuersorũ.
a. l. si procur. sup. eo.
b. l. si is qui se ob. inf. de rei. vend. l. 4. inf. de re iudi. l. eum qui. de minor.

se obtulit procurator, conuenietur iudicati. Idem seruandum est in eo qui sine mandato defendit vltrò, & satisdat Iudicatum solui. Semper autem ex promissione sua tenetur, tam procurator absentis, quàm defensor. [c] Obseruandum est autem procuratoré in rem suam datum ad defendendum conueniri iudicati: sed liberum est actori actionem intendere iudicati, opinor, in reum si is magis idoneus sit. [d] Quod hic ait, liti se obtulisset, de lite priore accipiendum non de iudicio rei iudicatæ.

c. l. si procu. ŝ. eo.
d. l. si actor. sup. eo.

L. LXII. POMPONIVS. *Lib. 2. ad Plautium.*

Ad legatum petendum procurator datus, si interdicto utatur aduersus hæredé De tabulis exhibédis: procuratoria exceptio, quasi non & hoc esset ei mandatú, non obstat.

Eadem ratio huius capitis, quæ & 56. suprà.

L. LXIII. MODESTINVS *Lib. 2. differentiarum.*

Procurator totorum bonorum, cui res administrandæ mandatæ sunt: res domini neque mobiles neque immobiles, uel seruos sine speciali domini mandato alienare potest, nisi fructus, aut alias res quæ facilè corrumpi possunt.

Procurator vniuersorum negociorum, cui libera administratio permissa est à domino, alienare quidem potest, [a] sed animo administrandi, & conseruandi rem, non donandi, védendi, quæ seruari vtilius sit, transigendi, paciscendive donationis caussa: quod hoc loco Modestinus probat. [b] Alij tamen putarunt eum cui libera data est administratio, res soli quoque alienare posse, vt suprà diximus. [c]

a. l. qua ratio. ĵ. de acq. do. instit de re. di. §. veoditæ.
b. l. filius. ĵ. de doo. l. j. supr. de offic. pro. Cæs.
c. d. l. procur. cui.

L. LXIIII. IDEM *Lib. 3. Regularum.*

Is, cuius nomine defensor existit, si ante litis contestationé in præsentia fuerit, & postulet suo nomine litem suscipere: caussa cognita audiendus est.

In caussę cognitione versabitur, an in rem suam defendere velit, vt emptor hæreditatis: quem creditores repellere possunt, & dominum eligere, vt suprà dictum est. [a] Ité an dominus cogi possit ad defendendum suscepto iudicio. [b] Sed & constitutionibus, quædam personæ in iudicio esse non possunt, pro quibus defensor cùm satisdatione admittitur: [c] & leges priores ad posteriores trahuntur. [d] Procurator qui in rem suam datus non est, ante litem contestatam liberè vel mutatur, vel lis à domino suscipitur absque caussæ cognitione: [e] licet vt dominus suscipiat litem cognitione caussæ opus sit. [f]

a. l. Plautius. sup.
b. l. si tamen. sup. e. arg.
c. autét. vt ab. illustr.
d. l. nó est no. sup. de ll.
e. l. ante. supr. eo.
f. vt hîc.

L. LXV. IDEM *Lib. singulari περὶ ἐπιτροπικῶν.*

Si procuratoré absentem dominus satisdatione releuare uelit, literas suas ad aduersarium dirigere debebit, quibus significet quem aduersus eum procuratorem, & in qua caussa fecerit, ratumque se habiturum quod cum eo actú sit. Hoc enim casu, literis eius approbatis, uelut præsentis procuratorem interuenire intelligendum est. Itaque & si pòst ea mutata uoluntate procuratorem esse noluerit: tamen iudicium quo casu procurator expertus est, ratum esse debet.

Hoc caput ad illa verba pertinet, Boni viri arbitratu satisdet, in quarto capite edicti. Bonus vir enim non arbitratur, vt caueat procurator dominum ratum habiturum, quem ratum habere constat aduersario ex literis approbatis. Nam si præsens dominus in iudicio procuratoré confirmauerit, vel apud acta mandatum infirmarit, procurator non cogitur satisdare de rato: cùm ita constet de volútate domini, vt negare iure non possit. [a] Literæ priuatæ enim in eú qui scripsit fidem faciunt, non in alios. [b] Sed & si posteà procuratorem esse noluerit, ratum nihilominus erit iudicium, si vel ante contestatam litem nó significauerit aduersario reuocationem, vel post iudicium acceptum, caussa cognita, non transtulerit litem in se, vel alium. [c] Quòd ait Bartolus dominum hic satisdare pro suo procuratore, ad mores Italiæ respicit. Nam inter absentes literis priuatis non concipitur stipulatio, sine qua satisdatio non est. [d] Sed interpretes instrumentum à persona publica confectum, & sigillo munitum, stipulationem continere putant: quòd persona publica pro absente stipulari possit. Ego singulari iure id constitutum scio: [e] sed Prætorias stipulationes apud magistratum, iudicem, acta, vel officium, concipi quidem solitas: stipulante tamen eo ad quem pertineret, [f] licet moribus quoque Galliæ receptum sit quod manibus traditú est à professoribus: sed hac de re inferiùs suo loco.

a. §. si auté. de satisd.
b. l. cú de in deb. ĵ. de pb. l. exemplo. C. de prob. l. Publia. depo. l. ea quę. de do. inter vir.
c. l. ante. & l. post. supr. e. mandato. eo. & c. ex insinuatione.
d. l. j. inf. de verb. obl. l. j. ĵ. de Præto.
e. l. his verb. sup. de adopt. l. 4. ĵ. rem pupill.
f. l. eum. supr. de in ius voc. ĵ. de Præt. instit. de satisd. vbi Theoph.

L. LXVI. IDEM *Lib. 10. πανδεκτῶν. & Papi. lib. 9. Responsorum.*

Si is qui Stichum uel Damam, utrum eorum ipse uellet, stipulatus est, ratum habeat quòd alterum procuratorio nomine Titius petit: facit ut res in iudicium deducta uideatur: & stipulationem consumat.

Electio

Electio ſtipulationi inſerta vtrum velit ſtipulator, perſonalis eſt: & perſonæ ſtipulantis cohę-ret ſerui, vel filij. a Sed tamen per procuratorem eligere poteſt, qui procuratorem poteſt dare: quia procurator vicem domini ſubit, nec alia perſona videtur. b Procurator igitur Stichũ petendo facit, vt conſumatur tota ſtipulatio, id eſt vt Damas peti ampliùs non poſſit: ſi modò dominus ratum habeat, cùm de mandato non conſter.

a. l ſi ſtipula. fuerim illud. infr. de verb. obl. & l ſi. eo. in prio. b. l. minor. ĩ. eo.

L. LXVII. PAPINIANVS Lib 1. Reſponſorum.

Procurator qui pro euictione prædiorum quæ uendidit, fidem ſuam adſtrinxit: etſi negocia gerere deſierit, obligationis tamen onere Prætoris auxilio nõ leuabitur. Nam procurator qui pro domino uinculum obligationis ſuſcepit, onus eius fruſtrà recuſat.

Tutor, vel curator, vt iudicati non tenetur, ita nec ex cautione quam expoſuit nomine tutorio, &c. finito iam officio conueniri vllo modo poteſt. a Quare nec procurator ex promiſſione ſua pulſari poſſe videbatur, ſi iam alienum negocium gerere deſierit: ſed tamẽ hoc intereſt quòd finita tutela, aut curatione, ad rationem reddendã adminiſtrator teneatur, nec contraria actione experiri poſſit, ſi quid poſtea ſoluerit. Procuratori mandatum intelligitur, vt caueat Iudicatũ ſolui, de euictione, &c. & ideò contraria mandati recuperabit ſi quid ſoluat hoc nomine. b Quãobrem inſtitor, cui mandatum non intelligitur vt obliget ſe, ex cautione ſua non conuenitur finito officio. c Eadem ratione procurator actione iudicati non tenetur: d nimirum quòd hoc ei mandatum non ſit, ſed vt defendat, &c. quod facere non poteſt niſi caueat. e Porrò autem dominus qui mandauit rem vendi, vtiliter de euictione cõuenitur: vt è cõtrario vtilem actionem habet ex vendito: f quod poſterius ad caput proximum ſpectat. Ait, Nam procurator. Ratio à comparatione ducta videtur, non eiuſdem rei ſuperuacanea repetitio. Si procurator, inquit, pro domino, id eſt tanquam ſi dominus ipſe eſſet, g ſe obligauit, non poteſt actionem effugere: igitur nec qui tanquam procurator de euictione cauit: quando hæc obligatio ſimiliter in perſona ſpõdentis conſiſtat. h Niſi malis hac ratione, iudicati obligationem excludi.

a. l. ſi. ſupr. ſi quis cau. l. poſt mortem. ĵ. q. ex fa. tut. b. l. ſeruũ Titij. ĵ. manda. c. l. ſi. ĵ. de inſtito. d. l. Plautius. ſup. eo. e. l. qui prop. ſup. f. l. Iulianus. ĵ. de act. emp. g. l. 4. ĵ. de re iud. l. Plauti*. ſup eo. h. l. ſi. proc. ĩ. eo.

L. LXVIII. IDEM. Lib. 2. Reſponſorum.

Quod procurator ex re domini mandato non refragante ſtipulatur, inuito procuratore dominus petere poteſt.

Procurator ſtipulari poteſt ſibi quod rem domini nihil contingit: quo nomine domino non competit actio. Sed eũm ex re domini, id eſt ex eo quod ad dominum pertinet, vel quod ei accedit, ſtipulatur: dominus vtilem actionẽ, inuito procuratore (cui directa cõpetit) rectè inſtituet: ſi modò contra voluntatem domini non ſtipuletur. Neque ſatis eſt ad dominum quocunq; modo pertinere quod procurator gerit (qualis eſt pignoris obligatio) ſed ex re eius eſſe oportet vt de commodata re, vel depoſita reſtituenda domino. a Iuſtinianus tamen hanc ſpeciem ſuis emẽdationibus ita correxit, vt hypothecaria actio domino pecuniæ per procuratorem quæratur, b non ſtricto iure, ſed vtilitatis cauſſa & ęquitatis habita ratione. Euictionis actio inuito procuratore qui emit, domino non datur: ſed procurator mandati iudicio eam cedere domino cogitur, authore Paulo. c Papinianus ex vendito actionem vtilem dat venditori, & aduerſus eum, ſi rem vendendam mandauit. d Equidem ſcio conſultos variè in hoc argumento vtiliũ actionum, & directarum, reſpondiſſe: alijs rationem iuris ſequentibus, alijs æquitatem ſtricto iuri anteponentibus. Quod ſuperiùs in actione quæ ex procuratoris iureiurãdo datur, obſeruaui: quæ (quod magis mireris) apud eũdem Vlpianum domino negatur, & competit: vt veriùs ſit directam non cõpetere abſque ceſſione, vtilem dandam, quaſi ex re domini iureiurando dato. e Id quod & in ſuperiore ſpecie de euictione reſpondendum videtur: nimirum directam non competere domino, niſi à procuratore cedatur: vtilem dandã, vtilitatis magis quàm ſtricti iuris habita ratione. Illud obſeruandum eſt, Papinianum hoc caput reſpondiſſe: qui & dominum ex vendito agere reſpondit. f Cui Paulus velut aduerſus, actionem de euictione domino negat dari inuito procuratore. g Non me fugit Bartolum ita hæc conciliaſſe quaſi ex vendito, & ex empto actio domino competat, non de euictione: quæ ſtipulatio ex re domini non eſt. Sed veriùs eſt Paulum ad Papinianum traduci oportere: cùm præſertim ex empto de euictione agatur, h nec apud Paulum ſtipulationis mentio vlla ſit. Porrò autem actiones vtiles non ſemper cum directis in eandem rem cõcurrere ſolent. Nam ſub eodem genere, eademq́ue appellatione, actio directa alij competit, alij vtilis ad diuerſum quiddam petendum, cõdicendúmve: i vt actio in rem directa domino competit, vtilis vectigali, vel emphyteutæ, etiam aduerſus dominũ: k actio directa, ſi quadrupes, ei datur cui quadrupes noxam nocuit, vtilis ei cui bipes. l Eſt cùm actio directa in rem domino detur in quemuis poſſeſſorẽ, vtilis in rem in quemlibet præter dominum, vt publiciana: m illa dominium, hæc quaſi dominium vendicamus. Interdum actio directa perimitur, cuius loco vtilis datur, quam reſtitutoriam reſciſſoriámve identidem conſulti vocant: n & ad idem competit, atque eidem perſonę, Nonnunquam directa actio alij datur, alij vtilis ad eandem rem: quo caſu ſi concurrant qui agere poſſunt, vtilis directæ anteponitur. o In hoc enim danda eſt vtilis, ne ceſſione directæ neceſſa-

rið

a. l. ſolutum. infr. de pig. actio. l. pen. C. ad exhib. b. l. 2. C. p. q. per. c. l. poſſeſſio. ĵof. de acq. poſſ. d. d. l. Iulian*. de actio emp. §. ſi procur. e. l. non ſolũ. ſup. eo. l. nam poſtea. inf. de iureiur. f. d. l. Iulian. g. l poſſeſſio. h. l. emptorẽ. aliàs ex empto. inf. de actio empt. i. l pen. ĵof. ſi quadr. k l. ſi finita. §. ſi de vecti. ĵ. de dam. inf. ĵ. ſi ag. vecti. l. d. l. pen. m. l. ſi. infr. de publici. n. l. nec non. § reſciſſ. infr. de maiorib. l. 2. ſupr. ſi ex nox. l. 3. ĩ. de eo per. q. fa. o. l. in cauſſæ. & l. ſeq. ſup. l. procuratore. eo. & hic.

riò opus sit, veque is cui competit, suo nomine experiri possit: p quarum actionum exempla sub hoc titulo extant. Est autem vtilior, expeditiorque directa actio, quàm vtilis: quòd is cui directa competit, anteuertere possit, nisi iam sciat debitor vtilem alij datam. q Quamobrem si procurator agat, seruo potiùs cauendum est quàm procuratori, vt directa ex stipulatione serui, domino competat: r quamuis alioqui actio directa, & vtilis, quæ diuersis personis sub eodẽ genere actionis competunt, eiusdem potestatis sint ferè, eundemque effectum habeant. s Est enim cùm meliùs sit directa agere, quàm vtili, vt tutelæ: quòd diuersitatem effectuum, diuersitas personarũ faciat, in quibus dispar sit ratio. t Ad hæc actiones vtiles ex eo dictæ sunt, quòd cũ ex lege, vel quòd vim legis obtinet, non darentur directò: vtilitatis tamen caussa à Prætoribus dari cœperint, vel rescribente Principe, u vel decernente senatu, x vel consulentibus iurisconsultis. y Quas edictis propositis actiones, ipsi Prætores supplentes ius ciuile, pollicebantur, in factum Prætoriæ magis appellantur: z vt in factum ciuiles dictæ sunt, quæ ex contractu incerti nominis propositæ sunt: a de quibus suo loco opportuniùs dicemus. Illud hic non omittam, actiones vtiles ob id datiuas vocari non ineptè, quòd dandæ à Prætore dicantur apud consultos: licet ex legibus non dentur directò, sed argumento à comparatione ducatur dandas esse. Quòd datiuas appellent, quasi ex contractu, delicto, vel varijs figuris caussarum non descendant, equidem non probo. b

p. l. si cũ. supr. de pa. l. si. sup. de transact. q. l. 3. C. de nouat. l. si. supr. de tran. r. l. mutus. §. eo. 4. si pro. s. l. actio. infr. de neg. gest. t. l. j. & 4. j. de fid. tuto. u. l. si cũ. supr. de pa. x. l. restituta. j. ad Trebel. y. l. iurisg. in fi. prin. sup. de pact. z. l. quia. infr. de præs. verb. a. l. j. j. de æstu. l. j. de præs. verb. l. item si nb. infr. ad. l. Aquil. §. fi. infti. eo. b. l. j. inf. de actin.

L. LXIX. PAVLVS *Lib. 3. Responsorum.*

Paulus respondit etiam eum qui ad litem suscipiendam procuratorem dedit, caussæ suæ adesse non prohiberi.

Non solùm ante litem contestatam, sed etiam post, absque caussæ cognitione dominus cum procuratore, suæ caussæ adesse potest: a transferre in se litem non potest, ne procuratoris lædatur existimatio. b Qui enim procuratorem dat, non ita ei mandat negocium, quasi ipse quoque adfuturus non sit iudicio.

L. LXX. SCAEVOLA. *Lib. 1. Responsorum.*

Pater filio suo pupillo tutorem dedit Sempronium creditorem suum. Is administrata tutela reliquit fratrem suum hæredem: qui & ipse decessit, & per fideicommissum nomen debitoris Titio reliquit: eique mandatæ sunt actiones ab hæredibus. Quæro, cùm tam tutelæ actio, quàm pecuniæ creditæ, ex hæreditate Sẽpronij descendant: an nõ aliter mandata actio ei detur, quàm si defendat hæredes à quibus ei actiones mandatæ sunt? Respondi, debere defendere.

a. arg. l. si suspecta. inf. de inoff. test. b. l. quæ om. §. eo.

Primum illud hoc loco obseruandum, creditores pupilli ad tutelam accedere potuisse: quod iure autentico vetitum esse omnimodò, veriùs est. a Nec enim consequens est, testamentarios tutores lege autentica non contineri, quòd hi satisdare non teneantur. b Deinde ex hoc capite colligitur, procuratorem in rem suam datum, & procuratorio nomine agentem in minores, debere defendere, si mutuò cõueniatur, tutelæ à minoribus. Nõ enim ex necessitate, & caussa onerosa, factus est procurator: c sed vltrò per fideicommissum nomen debitorum ei relictum est, & mandatæ actiones.

a. aut. vt hi q. ob. b. insti. de satisd. tut. c. l. seruum. & l. seq. sup. eo.

L. LXXI. PAVLVS. *Lib. 1. Sententiarum.*

Absens reus caussas absentiæ per procuratorem reddere potest.

Absentium excusatio procuratori permissa est, atque adeò defensori sine mandato: non item defensio criminis, nisi post contumaciam perfectam, si absens damnari possit. Sed huius capitis argumentum suprà explicamus. a

a. d. l. seruum. §. publicè. a. l. si procurator. infr. de acq. do. l. poss. infr. de acq. poss. l. j. C. per q. pers. & §. pen. insti. eo.

L. LXXII. IDEM. *Lib. 1. Manualium.*

Per procuratorem non semper acquirimus actiones, sed retinemus: ueluti si reum conueniat intra legitimum tempus: uel si prohibeat opus nouum fieri, ut interdictum nobis utile sit Quod ui aut clam. Nam & hic pristinum ius nobis conseruat.

Possessio quidem, & per hanc dominium, per liberam personam quæ nostro iuri subiecta non est, acquiritur nobis: a sed actio, obligatióve non semper acquiritur. b Nam subtili rationi iuris non conuenit vt alius acquirat actionem, quàm qui contrahit: etsi quibusdam casibus, benigniore iuris interpretatione, vel suppletione, vtilis actio danda sit ex contractu extranei. c Igitur ex Prætoria stipulatione, vt Iudicatũ solui, damni infecti, &c. vtilis actio domino quæritur per procuratorem: sed ex illa omnimodò, ex hac cognita demum caussa. d Publicè enim vtile visum est, vt procuratori absentis caueatur in iudicio, vel apud acta: & propter iudicatũ, magistratuúmve authoritatem, & præsentiam, domino acquiratur actio. Interdum iure singulari per tabularium stipulantem, alijs quæritur actio, cùm ipsi sibi stipulari non possunt: e an per executorem, viatorémve magistratuum, controuersum est: & ego puto priuatis nõ acquiri, licet in cõtrariam sen-

b. l. solutum. j. de pig. act. c. l. stip. ista. j. de verb. obl. vbi not. d. l. in caussæ. & l. seq. supr. eo. l. damni. §. fi. j. de d. i. inf. e. l. 4. inf. rem pupill. sal. for. l. his supr. de adopt.

tentiam

tentiam pedibus frequenter eant. [f] Secundo loco alij dandum, vel faciendum rectè cõtrahimus, cùm nostra interest. Non enim alij, sed nobis hoc casu acquirimus: & contractus inuenti in hoc sunt, vt quisque sibi acquirat quod sua intersit. Quid enim si tutor à contutore stipuletur rẽ pupilli saluam fore? quid si quis stipuletur ab alio fieri, darive, quod ipse promisit? quid si procuratori suo dari, vel creditori stipuletur? sibi enim non alij hoc modo acquirit. [g] Item si procuratori præsentis cautum sit, ex stipulatu actionem vtilem domino competere nemo ambigit. [h] Sed & cùm ex re domini procurator stipulatur, dominus inuito eo vtilem actionem instituit. [i] Actori quoque municipũ, tutori, curatori, constitui potest municipibus solui, pupillo, furioso, vel adolescenti: & vtilis actio de constituta, his competit. [k] Et qui institorem præposuit, si aliter rẽ suam seruare non potest, aduersus eum rectè agit, qui cum institore cõtraxit. [l] Ad hæc, ex pacto creditoris pignus vendentis, actio in factum, id est præscriptis verbis vtilis, in emptorem datur. [m] Fauore dotis, & nuptiarum, illud etiam responsum est, vt ex stipulatione aui materni, neptis agat vtiliter de dote reddenda. [n] Ad extremum pater stipulando filiæ post mortem suam dari, vtilem ei actionẽ acquirit. [o] Et hos casus Accursius vno loco exposuit: quibus addidit procuratoris vẽditionem, depositum, commodatum, donationem. [p] Sed ex re domini, ei actionem quæri generaliter dixi: etiam vbi res desinit sua esse, mutuo, vel donatione. [q] Serui & filijfamiliarum in hoc argumento, liberæ personæ non habentur, quòd illi dominis, hi parentibus subiecti sint: & ideò quæ ciuili modo acquiruntur, veluti per contractum, nobis acquirunt: nam quæ naturali acquisitionis modo quæruntur, vt per appræhensionem rerum, per quoslibet nobis acquiruntur. [r] Et suprà scripta ad actiones acquirendas, vel res, pertinent. In exceptionibus pro regula traditum est, doli exceptionem subsidium esse pacti exceptionis: [s] quam & vtilem pacti exceptionem dici putant Sed de his suo loco. [t] Ait, Sed retinemus. Actio redhibitoria intra sex menses institui debet: [u] actio de dolo, intra biennium. [x] Si tamen procurator qui actionem non acquirit, conuenerit reum intra præscriptum tempus, retinebit actor perituram alioqui actionem. [y] Sed & interdictum, Quod vi aut clàm intra annum redditur: [z] si tamen procurator intra annum prohibuerit opus fieri, vi posteà factum intelligitur, & dominus per procuratorẽ interdictum retinebit, etiam post annum ex quo competere cœperit interdictum. [a] Neque enim qui prohibet procurator, interdictum prohibẽdo acquirit, sed dominus ex facto delinquentis: quem vim fecisse, antecedens prohibitio demonstrat. Conseruat ergo nobis interdictum procurator clandestino opere facto, antè nobis quæsitum: si intra annum prohibeat, vt dixi. Nam ante prohibitionem interdictum quæsitum domino non intelligitur: quando vi nihil factum sit.

L. LXXIII. IDEM *Lib. singul. de Offic. adsessorum.*

Si reus paratus sit ante litem contestatam pecuniam soluere, procuratore agẽte quid fieri oportet? Nam iniquum est, cogi eum iudicium accipere propter quod suspectus uideri potest, qui præsente domino non obtulerit pecuniam. Quid enim si tunc facultatem pecuniæ non habuit, nũquid cogi debeat iudicium accipere? Quid si & famosa sit actio? Sed hoc cõstat, ut ante litem contestatã præses iubeat in æde sacra pecuniam deponi: hoc enim fit & in pupillaribus pecunijs. Quòd si lis contestata est, hoc omne iudicis officio dirimendum est.

Ante litem contestatam reus agnoscendo debitum, & offerendo, condemnationem effugit: post litem contestatam, an idẽ liceat, ex iudicis officio pendet, qui potest absoluere, vel condemnare. Omnia iudicia dici consueuerunt absolutoria, nõ quod debeat iudex semper absoluere reum: sed quòd id ei permissum sit, si vel debitum soluatur actori, [a] vel in æde sacra deponatur, si absit, vel accipere nolit. [b] Sed an sumptus in litem factos, & alioqui quod intersit actoris, reus cum re principali reddere debeat, quæsitum est. Et puto si iustam caussam litigandi habuerit, reddere nõ oportere, cùm moram non faciat actori. [c] Et hoc nimirum esse quod dicitur, hoc omne iudicis officio dirimi: [d] & si reus satisfaciat actori ante rem iudicatam, iudicis officio conuenire vt eum absoluat. [e] Si non iusta de caussa iudicium subierit, satisfacere non videtur, nisi & sumptus litis rependat, &c. quod & ipsum iudicis òfficio continetur. [f]

L. LXXIIII. VLPIANVS *Lib. 6. Opinionum.*

Nec ciuitatis actor negocium publicum per procuratorem agere potest.

Procurator ante litem contestatam procuratorem dare non potest ad agendum: quòd adhuc dominus non sit litis, vt suprà adnotaui. [a] Actor vniuersitatis, & qui à tutore datur, minùs iuris habet quàm procurator qui à domino constituitur: [b] & ideò nec post litem cõtestatam quidem procuratorem dare potest. [c] Qua in re tamen ego subsisto. [d]

L. LXXV. IVLIANVS. *Lib. 3. Digestorum.*

Qui absentem emptorem eundemque possessorem fundi defendebat, & iudicium nomine

f. l. autẽ. de exc. & autẽ. de litig. l. eũ. ff. de in ius voc. vb. not.
g. l. stip. ista. §. alteri. & seq. inf. de verb. ob.
h. l. si procur. eo.
i. sup. e. l. quod proc.
k. l. eum. infr. de consti. pe.
l. l. j. & 2. ff. de inst. act.
m. l. si cũ vẽd. ff. de pig. act.
n. l. Caius. ff. sol. ma.
o. l. quodcunque. ff. de ver. ob.
p. §. si qs alij. inst. de inuti. stip.
q. l. pen. C. ad exhiben. d. l. quod pro. ff. eo, l. certi. §. si numos. inf. si cer. pe. l. quoties. C. de do. q. sub mo.
r. l. ea quæ. ff. de acq. do.
s. l. rescriptũ. supr. de pa. & ll. seq.
t. l. quoties. ff. de præ. verb. inf. ad l. Aqu.
u. l. ædiles. ff. de ædil. edi.
x. l. fin. C. de dolo.
y. l. fin. C. de præs 30. an.
z. l. j. ff. de interdi.
a. l. prohibere. infr. quod vi aut clam.
a. §. si. de perpe. act.
b. l. acceptam. C. de vsur.
c. l. si quis. ff. de vsur. l. nemo. de verb. ob.
d. vt hic.
e. d. §. si.
f. not. d. §.
a. l. in caussæ. supr. l. neque. C. eo. & l. procuratorib.
b. l. j. ff. eo.
c. vt hic arg. l. item in fin. infr. j. tit.
d. arg. l. si. co.

mine eius accipiebat, postulabat à uenditore fundi ut ab eo defenderetur; uenditor desiderabat caueri sibi ratam rem emptorem habiturum. Puto eum uenditori de rato satisdare debere: quia si fundum agenti restituerit, nihil prohibet dominum repetere, & cogi uenditorem rursus defendere.

Venditor tenetur de euictione, si ei denuncietur vt defendat.[a] Ideò cõuentus in hoc à defensore emptoris absentis, cautionem rectè exigit de rato: quòd emptor si ratã non habeat, rẽ euictam repetere possit, & postulare vt venditor iterum defendat, & si nõ defenderit, vt quanti interfit præstetur.[a] Quod putat Bartolus, ob rem non defensam teneri venditorem, quamuis res non euincatur, mihi probabile non est: licet ad rem defendendam ante euictionem cõueniatur.[c] Nam defendere, vel sumptus reddere emptori non tenetur, si res non euincatur: nisi specialiter se astrinxerit.[d] Sed & ex stipulatione habere licere, ita demum tenetur, si res euincatur.[e]

a. l. emptor. & l. seq. C. de euict.
b. oot. §. l. nõ solùm.
c. l. si plus. ĵ. de euict.
d. l. venditores ĵ. de verb. ob.
e. l. habere. ĵ. de euict.

L. LXXVI. IDEM *Lib. 5. ad Minitium.*

Titius cùm absentem defenderet, satisdedit: & priusquàm iudicium acciperet, desijt reus soluendo esse: quam ob caussam defensor recusauit iudicium in se reddi oportere. Quæro, an id ei concedi oporteat? Iulianus respondit: Defensor cũ satisdedit, domini loco habendus est: nec multùm ei præstiturus est Prætor, si eum non coëgerit iudicium accipere, cùm ad fideiussores eius actor ire possit: & hi quicquid præstiterint, à defensore consecuturi sint.

Suprà differentiam obseruauimus, inter procuratorem præsentis, & absentis: quòd hic ad iudicium accipiendum districtè non cogatur, cùm satis sit ob rem nõ defensam committi stipulationem, si nullam excusationem iustam habeat cur nõ defendat.[a] Iusta verò excusatio videri nõ debet, quòd reus factus sit non soluendo: quãdò in hoc satisdatio exigatur, vt si reus soluendo nõ sit, fideiussores eius teneantur.[b] Sanè si bona defensoris possideri cœperint, aut alioqui propria re distringatur, iustè se excusabit:[c] vtcumque varient hic interpretes.

a. l. oẽ cog. §. eo. l. filiusfa. in fi.
b. §. sed hodie inst. de satisd.
c. l. mutus. §. & l. vel.

L. LXXVII. PAVLVS. *Lib. 8. ad edictum.*

Omnis qui defenditur, boni uiri arbitratu defendendus est.

Arguit Paulus, penultimo capite edicti suprà à nobis restituti, inserẽdã clausulam, Boni viri arbitratu.

L. LXXVIII. APHRICANVS. *Lib. 6. Quæstionum.*

Et ideò non potest uideri boni uiri arbitratu litem defendere is, qui actorem frustrãdo efficiat, ne ad exitum controuersia deducatur. Ad duas res petendas procurator datus, si unam rem petat, exceptione non excluditur: & rem in iudicium deducit.

Exemplum subijcit defensionis, quæ boni viri arbitratu non fit. Qui enim frustrando, id est, decipiendo actorem qualibet tergiuersatione, vel solertia, efficit ne iudicium peragatur,[a] is boni viri arbitratu non defendit: & ideò cõmittit stipulationem Iudicatum solui, ob rem boni viri arbitratu non defensam. Ait, Ad duas. Qui duas res separatim commodauit, separatim de singulis agit commodati:[b] & qui ad duas res separatas petendas datus est procurator, singulas separatim in iudicium deducit.[c] E diuerso defendere videntur qui singulas caussas defendunt: vnam diuidere non possunt.[d]

a. l. sed & eos ĵ. ex q. cau. ma.
b l. io cõmodato. §. peo. ĵ. commod.
c. vt hic.
d. l. omnium. & seq. sup. eo.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Quid differat procurator Principis apud Frãcos à Cæsaris procuratore, suo loco dixi.[a] Procurator, vel curator reip. quid distet ab actore ciuitatis, sub titulo inferiore dicendum. Procuratores exemplo Principum, domini iurisdictionum per Gallias sibi faciũt, Duces, Comites, Subcomites, Barones, Castellani, &c. quos fiscales, & dominicos procuratores appellamus.[b] Qui res priuatorum procurant extra iudicium, receptores, & institores magis habẽtur, *receueurs & facteurs.* Ad iudicia procuratores tam generaliter, quàm specialiter Frãci dare solẽt: sed tantũ procuratores certos, à magistratibus creatos, per singulas iurisdictiones.[c] Ex hoc nostra ætate Regis edicto passim ferè per Regias iurisdictiones constitutum est, dignitatis forensis caussa: ne rerum imperiti, forense negocium apud magistratum agant.[d] Præter hos tamen procuratores forenses, alios habere solent (quos *solliciteurs* vocamus) vel ipsi caussis suis adesse.[e] Ante suprà dicta Regis (sub quo agimus) edicta, arbitrarium fuit in iudicijs ciuilibus procuratorẽ constituere, vt iure Romano, nisi aliter iudex statuisset.[f] Quod ex Arcadij rescripto in mores transcriptũ est.[g] Constituitur autem procurator, tã absens, quàm præsens: ita tamẽ vt si apud acta, vel tabularios generaliter datus sit, sed vel epistola priuata, vel viua voce, mandata procuratio specialis, iudex pronunciet vt dominũ ratum habere curet, vel pręsentem in iudicio, vel mãdato speciali à tabularijs cõscripto: id nisi dominus fecerit, dãnatus erit procurator multa, ob litẽ retardatã.[h] Quin

a. sup de offi. proc. Cæsa.
b. Francis. de bre. lit. apud Brit. 9.
c. Lud. 12. 71. io 1.
d. arg. l. j. sup. de postul.
e. l. Paulus. §. eo. Pycto.
f. Aruer. ca. 4. *la marche.* 27.
g. l. fin. C. de proc.
h. Pycto. Biturig.

etsi nullum mandatum generale proferatur, vel apud acta exhibeatur, admitti solet quasi procurator, ita tamen vt intra certum tempus iubeatur mandatum, aut ratihabitionem proferre: [i] id nisi factum erit, decernitur ex eo die dominum litis defuisse. Sed hoc iure non apud omnia inferiora tribunalia vtuntur, [k] quòd variè acceptum sit Antonini Pij rescriptum. [l] Sunt qui sine mandato solenniter confecto, & sigillo munito, &c. non admittunt procuratorem: quasi nõ incertum sit, sed nullũ mandatum absq; sigillo. [m] Filiusfamiliarum ferè constituere procuratorem non potest ad lites, sine consensu parentis, moribus quibusdam: [n] quod errore introductum est aduersus veram Ottonis interpretationem: [o] quasi ad iudicia omnia filiofamiliâs consensu patris opus sit, non solùm vbi vsusfructus acquiri solet patri, &c. Qui pro patribus familiarum habẽtur, ex Caroli lege, in iudicio stare possunt absque patris cõsensu. [p] Qui litem testatus est nomine procuratorio, nisi peragat iudicium, more quodam multatur. [q] Decreto Parisiorũ Senatus reuocare procuratorem dominus nõ aliter potest, quàm si alium dederit, cuius nomẽ aduersario denunciari oportet: [r] alioqui cũ renocato gestum negocium, ratũ habebitur. Nam, vt dixi, ex necessitate apud Gallias forensis procurator datur, nec iam lis contestata à procuratore, trãsfertur in dominum, sed vltrò mutare procuratorem licet. [s] Moribus quibusdam procuratorio mandaro inseritur Iudicatum solui repromissio domini, & omnium bonorũ in hoc obligatio, & hypotheca: [t] alijs inseritur repromissio de rato, cũ simili bonorum obligatione: [u] nec distinguitur ex edicto Prætoris, actor à reo. Procurator rei, vel defensor, cauere non solet Iudicatum solui, quod (vt diximus) vel absq; mãdato non admittatur, [x] vel ratũ dominum habiturũ cauere iubeatur, qui mandatũ non profert. [y] Procuratorẽ dãnari solere apud Galliã, vulgò scitur: quod & ex suprà memorato Senatus decreto constat. [z] Reus in iudicio criminali, per aliũ defendi nullo casu potest, vtpote qui ob cõtumaciam capite damnari, vel imaginaria pœna solet: sed excusari potest absentia, etiam sine mandato: in ciuili iudicio sublata est eiusmodi absentiæ excusatio, *exoine*. [a] Ad accusandum per procuratorẽ admittuntur priuati: quia rẽ familiarem persequuntur, vel priuatim illatã cõtumeliam, [b] vt Principis procurator publicam. [c] Sed & procurator ad iudicium ciuile ritè datus, si crimẽ inciderit, dominũ defendit apud quosdã, sed duntaxat vno die, *pour ung terme seulement*: cui dari solet dilatio vt dominum appellet. [d] Qui conuenitur, cauere non debet litem peragendam, aut tẽpore sententiæ ferendæ in ius se venturum, sed vterque litigatorum postulare potest, vt alter domiciliũ in fori territorio constituat, vbi requiri possit quoties ipse in ius vocandus erit. [e] Est autẽ dominus in ius vocãdus, quando testes ab aduersario producuntur, vel ex originalibus exempla desumuntur ad litem pertinentia. Ad reuocãdum procuratorem non est satis, diuersis temporibus duos constitui ad eandem rem, nisi specialiter prior reuocetur: [f] sed nec ob hoc procurator vocari videtur, quòd dominus caussæ suæ adsit, eisdẽ moribus. [g] Neq; maritus pro vxore, neq; alia necessaria persona admittitur absq; mãdato, vt legibus quorundam municipiorũ statutum extat. [h] Apud Andegauos maritũ pro vxore iudicium agere posse absq; mãdato scimus, vbi procuratores forenses à magistratibus nondũ cõstituuntur. Speciale mãdatũ à procuratore generaliter ad lites constituto, exigitur multis de caussis: si securitas apud magistratum repromittatur, libellus in quo caussas litigator digessit, iureiurando à calumnia asseratur: si intentioni aduersarij vel pro parte assentiatur: si transigatur, iuretur decidendi caussa, vendatur, aut alioqui contrahatur, exigatur debitum. Sed & procurator procuratorem dare potest, etiam ante litem, si nominatim hoc mandatum generali procurationi ad lites de more inseratur. [i] Substituere etiam alium potest forensis procurator, [k] qui substitutus, actor dici potest iure Romano. [l] Excusationes procuratoriæ eiusmodi receptæ sunt moribus: [m] si minor annis decem & octo quis dicatur, si infamis, si clericus in foro laico pro alijs quàm pro sui ordinis hominibus interueniat, execrationibúsve pontificijs subiectus sit procurator: si denique vel procurationis instrumentum nullum proferatur, vel ei sigillum autentico annulo impressum non sit, vt est statutum. [n] Modestini consilium, [o] apud Gallos ferè locum nõ habet, si priuatæ literæ sint: absente quoque aduersario, & Iudicatum solui satisdationem, & de rato apud tabularium exponit dominus: à quo ex ea caussa condemnari solet. [p] Frustrando efficere ne ad exitum perducatur controuersia, procurator non debet: quod solenni iureiurando cùm designatur repromittit. [q] Capita verò iurisiurandi quod procuratores forenses in Senatu Parisiorũ dare solent, inter constitutiones Regias extant: ad quod à magistratibus Regijs similiter adiguntur in prouincijs. Inter ea capita, hæc referuntur, Ne egrediatur fines mandati, Ne paciscatur de parte eius quod ex lite datum erit, se bona fide gesturum negocia litigatorum, &c. quæ apud Caium suprà exponũtur. [r] Nam & moribus quibusdam nominatim continetur, [s] *que le procureur ne peult faire aultre chose que ce qui est cõtenu en sa puissance, & pouoir: & s'il mect en auant aucun crime ou iniure à lencontre de partie aduerse, sera tenu de reparer l'honneur, & desdõmager, s'il ne se faict aduouer à son constituant*. Porrò autem de officio procuratorum forensium, qui priuatorum negocia suscipiunt gerenda in Senatu, permulta à Regibus Francis constituta extant: [t] quæ ad procuratores nostra ætate in prouincijs factos, iure producuntur: quando hoc inesse legibus credere par est, vt ad eas personas, & res, quæ quandoque similes erunt, pertineant. [u]

QVOD

i. Andega. k. Biturig. l. l.j. C. de procur. m. Britan. *des procu.* Bar. l. si procuratorẽ. supr. n. Britan. *des procu.* o. l. fin. C. de bo. q. lib. vbi Bar. p. art. 90. con siti. Britan. ad si. consue. q. *la marche*. 29 r. arti. 25. s. Pyct. o. t. Britan. *des procu.* u. Pyct. o. x. Britan. y. Pycto. z. d. art. 25. a. Francis. de bre. lit. 18. & const. Bri. 18. b. arg. l. licet. sup. c. Francis. de bre. lit. l. post. j. de his quib. vt indig. d. Britan. *des procu.* e. Francis. de bre. lit. 23. f. Pycto. cõtr. l. 31. sup. g. d. l. Paulus. sup. h. Aruer. *la marche*. i. Pycto. Britan. k. d. art. 25. S. C. Paris. l. l. neq;. C. de proc. m. Britan. *des procu.* n. Pycto. Britan. c. j. & 2. ne cler. vel. c. ex cep. de excep. o. l. si procu. s. eo. p. Pycto. Britan. q. l. si. sup. r. l. qui prop. sup. s. Britan. *des procu.* t. Carol. 7. 45. 47. 58. 61. Ludo. 12. 41. 72. Carol. 8. 36. Frãci. de bre. lit. 45. u. l. non est. s. de ll. & l. seq. arg. l. fin. C. de edi. pri.

QVOD CVIVSCVNQVE VNIVERSITATIS NOmine, uel contra eam agetur. Titulus IIII.

Edictum Prætoris, vel Proconsulis, circa quod hæc Caij, Vlpiani, Paulique commẽtaria versantur, ad hunc modum restitui potest. Quibus per leges. S.C. constitutiones Principum corpus habere, collegij, societatis, siue cuiuscunque alterius nomine, licet: ijs actoris, syndicíve constituẽdi potestas erit, qui procuratoris partibus fungetur: per quem quod communiter agi fieri oporteat, agetur fiet. Vniuersitatem defendere etiam extraneo permittam, & si nemo defendet, quod cõmune erit possideri, & caussa cognita, venire iubebo. Quæ prætereà hic dicuntur apud consultos, aliunde adhibentur ad interpretandum edictum. [a]

L. I. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum Prouinciale.*



Eque societatem, neque collegium, neq; huiusmodi corpus, passim omnibus habere conceditur. Nam & legibus & senatusconsultis & principalibus constitutionibus ea res coërcetur. Paucis admodũ in caussis concessa sunt huiusmodi corpora: ut ecce, uectigalium publicorũ socijs permissum est corpus habere, uel aurifodinarum, uel argentifodinarum, & salinarum. Itẽ collegia Romæ certa sunt, quorum corpus senatusconsultis atque constitutionibus principalibus confirmatum est, ueluti pistorum, & quorundam aliorum, & nauiculariorum qui & in prouincijs sunt. Quibus autẽ permissum est corpus habere collegij siue societatis, siue cuiuscunque alterius nomine: eorum proprium est (ad exemplum reipublicæ) habere res communes, arcam communem, & actorem siue syndicum: per quem, tanquã in republica, quod communiter agi fierique oporteat, agatur & fiat. Quòd si nemo eos defendat, quod eorum commune erit, possideri: & si admoniti non excitentur ad sui defensionem, uenire se iussurum Proconsul ait. Et quidem non esse actorem uel syndicum tunc quoque intelligimus, cùm is absit, aut ualetudine impediatur, aut inhabilis sit ad agendum. Et si extraneus defendere uelit uniuersitatẽ, permittit Proconsul: sicut in priuatorũ quoque defensionibus obseruatur: quia eo modo melior cõditio uniuersitatis fit.

Ait, Neque societatem. Sodalitium accipe, non contractum societatis, qui certis modis finitur. [a] Societas namque, de qua hic quæritur, per mortem vnius ex collegis, sodalibúsve, nõ extinguitur, sed vel in vnum recidere potest. [b] Lege autem Licinia de sodalitijs, eam rem coërcitam fuisse, ex M. Cicerone pro Planco cõstat: ex qua lege, & S.C. dẽ eadem re factis, accusator edebat tribus reo quas corrupisse largitione diceretur, ex quibus tribus edititij iudices reo dabantur: cùm alioqui de ambitu, & reiectione iudicum, alternorũ iudicium vt esset, decreuerit Senatus, id est partim iudicum editorum ab accusatore, partim aliorum, penes quos ex lege Aurelia iudicia fuerant. [c] Mandata verò Principum, & constitutiones de honestis sodalitatibus, & collegijs illicitis, infrà suo loco memorantur: & crimen sodalitij coërcetur, vt vis armata: [d] cui aquæ & ignis interdictio irrogatur. [e] Cicero sodalitium in malam, sodalitatem in bonam partẽ vsurpat. Ait, Vectigalium publicorum. Conductores vectigalium publicorum, publicani dicti sunt, quibus societas permissa fuit, arca communis, [f] &c. Ait, Aurifodinarum. Socijs aurifodinarum, argentifodinarum, & salinarum, qui necessariam operam publicis vtilitatibus exhibent, [g] corpus habere, & communem arcam &c. permissum est. Ait, Pistorum. Fabros, & nauicularios coire societatem posse, Callistratus alibi scribit. [h] Ait, Ad exemplum reip. Quæ reip. sunt, singulorum, nec pro parte quidem sunt, sed nullius in bonis esse intelliguntur: [i] quare & quæ corporum quorumlibet communia sunt, societatis, collegij, vniuersitatis, sodalitatis, ordinis, esse dicuntur, non singulorum. [k] Nam nec communi diuidundo iudicio, partes consequi possunt socij, nisi illicitum collegium dissoluatur: [l] nec pro socio actio inter eos locum habet. Accursius, & plærique omnes, hæc miserè confundũt: & illicitas omnes coitiones, sodalitia vocant, vt monopolarum, & vim publicam facientium turbatim. [m] Collegia enim & societates hic dicuntur quę communia habent, quæ nec pro parte quidem singulorum sunt. [n] Et horum quædam sunt quę in commercio non sunt, sed in cõmuni vsu, vt cãpus Martius: quædã in pecunia quidem vniuersitatis sunt, sed communiter tantũ vtuntur, nec inter se partiri possunt, sed quæ supersunt vniuersitatis semper manent, quæ quandoq; futura est. [o] Ideò nec Bartoli distinctionem probo de testimonio vnius ex vniuersitate: [p] cũ ea quæ vniuersitatis sunt, nunquã ad singulos pertineant, nec vestes quidem singulorũ vsui accõmodatas: quia vẽdere nõ possunt, &c. Ait, Et actorẽ. Actor ad agendũ negociũ vnũ, vel certa datur: syndicus cõmunis defensor generaliter datur, & ad futuras

a. inf. de coll. & corp. infr. de decre. ab. ord.

a. §. manet. inst. de socie.
b. l. sicut. j. eo.
c. Asco.
d. j. de coll. & corp. l. j. & pe. l. quisquis. eo.
e. l. qui dolo. inf. de vi. ar.
f. infr. de vecti. & public.
g. l. pen. infr. de iur. immu.
h. d. l. pen.
i. l. j. supr. de re. di. & l. in tantum. l. sed Celsus. j. de cõtrah. empt.
k. vt hic. & d. l. in tantum.
l. l. sicut. j. eo. l. pen. infr. de coll. & corp.
m. C. de mono. l. 2. l. j. inf. de vi. ar.
n. l. 2. j. e. & d. l. in tantum.
o. l. Sed Celsus. j. de contrah. d. l. sicut. infr.
p. Bar. d. l. in tantum.

ordinis adesse hoc casu oportet, vt actoris constitutio valeat: quamuis tutor dari possit à maiore parte ordinis, &c. [q] quod & ad hunc locum trahi satiùs est: vt semper duas partes adesse oporteat, sed maioris partis præsentium cõsensus sufficiat, vel omniũ, si adsint: quod & collegijs clericorum decretalibus pontificum epistolis concessum est simili modo. [r]

q. d. l. vbi.
r. de his. q. à ma. par. cap.

L. IIII. PAVLVS *Lib. 9. ad edictum.*

Planè ubi duæ partes decurionum affuerint: is quoque quem decernunt, annumerari potest.

Ex triginta curialibus, viginti adfuerunt, qui vnum ex se elegerunt actorem: valet decretum, modò maior pars, vt vndecim, eum elegerint.

L. V. VLPIANVS. *Lib. 9. ad edictum.*

Illud notãdum Pomponius ait, quòd & patris suffragiũ filio proderit, & filij patri.

Domesticum testimonium in caussis priuatorum suspectum habetur: [a] sed in decretis quæ ab ordine fiunt, suffragium domesticum non reprobatur, quòd quasi decurio, nõ quasi pater, filius, vel frater, quis decernat. Ea enim de persona publica opinio est, vt nõ præsumatur domestica affectione contra remp. suffragari. Huc accedit quòd in tanto numero decurionum consentientiũ in vnum, domesticę personæ suspectũ esse non debeat suffragium: vt nec legatarij testimoniũ testamentarium. [b] An seipsum eligere possit decurio, quæsitum est. Et à contrario exclusus hic videtur, cùm specialiter patris, filij, & fratris suffragium admittitur. Contrà reputanti secũ rationem consulti, nõ quasi ipse, sed quasi decurio, seipsum eligere videbitur. Nec enim tam sua caussa est, quàm publica. Atque ita responsum est, [c] & Pauli sententiæ conuenit. [d] Sed an expendi debeant magis quàm numerari suffragia, quæritur: [e] & puto numeranda, quòd omnes decuriones similem dignitatem adepti sint: [f] licet alioqui in priuatis testibus, &c. existimationis, & dignitatis rationem habeamus, cùm de maiore parte ambigitur. [g] Sanè si minor pars iusta de caussa intercesserit, meritò decretum rescindetur per Præsidem. [h]

a. §. in testib. insti. de testa.
b. §. legatarij. insti. de lega.
c. glo. & Bar. hic.
d. l. vbi. de tut. da. ab. inf.
e. glo. d. l. vbi.
f. vt hic. & l. 3. inf. de dec. ab. ord.
g. l. maiorẽ. §. de pact. l. 3. §. de testib.
h. §. de decr. ab. or. c. j. de his. q. à ma. par.

L. VI. PAVLVS. *Lib. 9. ad edictum.*

Item eorum qui in eiusdem patris potestate sunt: quasi decurio enim hoc dedit, non quasi domestica persona. Quod & in honorum petitione erit seruandum: nisi lex municipij uel perpetua consuetudo prohibeat. Si decuriones decreuerint actionem per eum mouendam, quem Duumuiri elegerunt, is uidetur ab ordine electus: & ideò experiri potest. Parui enim refert an ipse ordo eligat, an is cui ordo negocium dedit. Sed si ita decreuerint, ut quæ cunque incidisset controuersia, eius petendæ negocium Titius haberet: ipso iure id decretum nullius momenti esse uidetur: quia non possit uideri, de ea re quæ adhuc in controuersia non sit, decreto datam persecutionem. Sed hodie hæc omnia per syndicos solent secundum locorum consuetudinem explicari. Quòd si actor datus, postea decreto decurionum prohibitus sit, an exceptio ei noceat? Et puto sic hoc accipiẽdum, ut ei permissa uideantur, quæ & permissa durãt. Actor uniuersitatis si agat, cõpellitur etiam defendere. Non autem compellitur de rato cauere: sed interdum, si de decreto dubitetur, puto interponendam & de rato cautionem. Actor itaque iste procuratoris partibus fungitur: & iudicati actio ei ex edicto non datur, nisi in rem suã datus sit, & constitui ei potest. Ex eisdẽ caussis mutandi actoris potestas erit, ex quibus etiam procuratoris. Actor etiam filiusfamiliâs dari potest.

Ait, Quod & in honorum. In municipijs munera sunt sine honore. Munus in administranda repub. est sine titulo dignitatis: honos municipalis contrà, administratio est reipub. cum aliquo dignitatis gradu. [a] Et ideò magis suspectum debet esse domesticum suffragium in petitione honorum, quàm munerum. Sed tamen nec in honore quidem reprobari ait Vlpianus, nisi lex scripta municipij, vel consuetudo longa sine scripto constans, id vetet. Accursius legẽ pro cõsuetudine perperàm vsurpat. [b] Ait, si decuriones. Nihil refert decuriones suis suffragijs actorẽ elegerint, an electionẽ Duũuiris permiserint. Ait, Sed si ita decreuerint. Decuriones decreuisse accipimus, qui ad lites futuras actorẽ quidẽ dare possunt, [c] modò iam res extra iudiciũ controuersæ sint: ad controuersias futuras dare actorẽ non possunt. Syndici tamẽ pro more regionũ, solẽt litẽ instituere de ijs quæ adhuc in cõtrouersia nõ erãt, quo tẽpore creabãtur. Ait, Quòd si actor. Ante litẽ cõtestatã liberũ est ordini prohibere: post litẽ verò nõ nisi caussa cognita mutabũt decuriones. [d] Ait, Si de decreto dubitetur. Sic procurator priuati boni viri arbitratu nõ cauet de rato, nisi du

a. l. honor. §. de mu. & ho.
b. l. nulli. sup.
c. l. 3. sup. de procur.
d. §. ea. l. vers. ex ijsdem.

bitetur de mandato. [e] Ait, Procuratoris partibus. Hæc verba inserui edicto, quæ latissimè patet, & ex titulo superiore petendam esse huius interpretationem demonstrant. Ait, Non datur. Vt nec procuratori datur, nisi & in hoc datus sit, vel in rem suam. [f] Ait, Constitui. Vt procuratori constituitur. [g] Ait, Ex iisdem. Eas repete ex commentariis consultorum ad edictum præcedens. [h] Ait, Filiusfamiliàs. vti procurator datur & ad agendum & ad defendendum. [i]

e. l. j. C. de procur. l. seruum. sup. de procu. f. l. si pro. sup. de procu. g. l. non solù. eo. h. l. ãte. l. post. & ll. seq. supr. de proc. i. l. filiusfa. eo.

L. VII. VLPIANVS *Lib. 9. ad edictum.*

*Sicut municipum nomine actionem Prætor dedit, ita & aduersus eos iustissimè edicendum putauit. Sed & legato qui in negocio publico sumptum fecit, puto dandam actionem in municipes. Si quid uniuersitati debetur, singulis non debetur: nec quod debet uniuersitas, singuli debent. In decurionibus uel aliis uniuersitatibus nihil refert, utrum omnes iidem maneant, an pars maneat, uel omnes immutati sint. Sed si uniuersitas ad unum recidit, magis admittitur posse eum conuenire, & conueniri: cùm ius omnium in unum reciderit, & * extet nomen uniuersitatis.*

* aliàs stet.

Ait, Prætor. Edictum Prætoris Vlpianus interpretatur, vt Caius Procõsulis. Ait, Sed & legato. Orator municipalis, si non gratuitam legationem susceperit, legatitium ex forma data, ei restituitur, & sumptus à Rep. repetit. a Ait, Singulis non debetur. Nec pro parte quidem. b Ait, vel aliis vniuersitatibus. Modò species eadem semper consistat, commutatis partibus. [c] Ait, ad vnũ recidit. Non tamen in vno consistit vniuersitas, sed ius vniuersitatis ad eum pertinet, si extet nomen, & memoria vniuersitatis. [d]

a. l. 2. infr. de lega. vt hic. b. l. in tantũ. sup. de re. di. c. l. propo. j. de iudi. d. l. si. j. quib. mod. vsufruc. amitt.

L. VIII. IABOLENVS *Lib. 15. ex Cassio.*

Ciuitates si per eos qui res earum administrant, non deffenduntur, nec quicquã est corporale reipublicæ quod possideatur: per actiones debitorum ciuitatis agentibus satisfieri oportet.

Sic in executione iudicati, mobilia primùm, deinde res soli, tum nomina debitorum pignori capiuntur. a

a. l. à diuo. j. de re iudi.

L. IX. POMPONIVS *Lib. 12. ad Sabinum.*

Si tibi cum municipibus hæreditas communis erit, familiæ erciscundæ iudicium inter uos redditur. Idémque dicendum est & in finium regundorum, & aquæ pluuiæ arcendæ iudicio.

Actiones tam in rem, quàm in personam, & mistæ ex contractu, vel quasi contractu, in municipes competunt: ex maleficio non possunt conueniri actione in personam. [a] Aquæ pluuiæ actio in dominum competit, cuius nomine opus factum est, vt aqua noceat vicino: si neque fecit, neq; eius nomine factum est, tenetur præstare patientiam, vt opus tollatur. [b] Sed de his actionibus suo loco opportuniùs.

a. l. metum. §. animad. infr. quod met. l. sed &. de dol. b. l. quanquã. j. de aq. plu.

L. X. PAVLVS. *Lib. 1. Manualium.*

Constitui potest actor & ad operis noui nunciationẽ, & ad stipulationes interponẽdas: ueluti legatorum, damni infecti, Iudicatũ solui: quãuis seruo potiùs ciuitatis caueri debeat. Sed & si actori cautũ fuerit, utilis actio administratori rerũ ciuitatis dabitur.

Sicut procurator à priuato datus, nouum opus nunciat, & stipulationes Prætorias interponit, [a] ita & actor vniuersitatis: seruo tamen potiùs cauendũ est damni infecti, &c. vt directa actio administratori detur, & actor ex stipulatu nõ possit agere. [b] Igitur per omnia actor vniuersitatis, procuratoris partibus fungitur, & Iudicatũ solui satisdat, licet tutor ex lege noua ad hoc nõ adigatur: [c] & sine speciali mandato iusiurandum dare nõ potest, vel deferre, [d] &c. etsi Accursius contrà sentiat, & in his à procuratore differre credat. Vtrúmne post litem cõtestatam dominus litis fiat actor vniuersitatis, & ita procuratorẽ dare possit, suprà adnotaui: [e] vtilem actionẽ quærere administratori rerum ad ciuitatem pertinentium, ex hoc loco constat. Per administratorem verò, vel magistrum societatis, vt publicanorum, directáne actio, an vtilis acquiratur vniuersitati, non sine caussa addubites. Nã directa actio per aliũ acquiri non solet, sed eam vnusquisque sibi parat suo contractu. [f] Et ad regulam iuris ciuilis quod attinet, hanc actionem vtilem puto: etsi ex edictis Prætorũ directò administrator interdum detur: quod & in pactis similiter omnibus dicendum est. [g]

a. l. si pro. sup. de pro. b. l. mutus. j. de procur. c. l. fin. C. de admi. tut. d. l. municip. infr. de cond. l. iusiurandũ. j. de iureiur. e. j. de pcu. l. Pompo. e. l. nec si. sup. de proc. f. not. supr. de procu. l. quod pro. & l. per pro. g. l. item. magi. j. de pact.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TITVLVM.

Ciuitates apud Galliam, permissu Regum corpus habent, & ad exemplum reip. Romanæ, res communes, arcam communem, & syndicum apud quosdam, quem procuratorem magis vocant, *le procureur de la ville*. Ad lites non alius actor dari potest, quàm vnus quilibet ex procuratoribus forensibus,

forensibus, per magistratum in iurisdictione designatis: [a] nimirum apud eos qui eiusmodi procuratores habent. Sũt enim regiones, in quibus nulli sunt procuratores, quorum munus caussidici obeunt. [b] vniuersitates quoque ciuitatibus minores, apud nos corpus habent, Regum priuilegijs olim eis concessum: arcam etiam & procuratorem, ad agendum & defendendum apud Rectorem eius corporis, & in vniuersum ad omnia procuranda quæ ad vniuersitatem pertineăt, vti lege eius vniuersitatis & priuilegijs continetur. [c] Eiusmodi sunt vniuersitates professorum, & scholasticorum: quæ & ipsæ minora corpora habent, vt collegia professorũ singularum disciplinarum, Theologiæ, iuris pontificum & ciuilis, [d] Medicinæ, & reliquarum artium liberalium, quas artes absolutè vocamus, coangustato genere ad speciem, quæ nomine earebat. Scholastici quoque qui eiusdem prouinciæ sunt, & sub eadem metropoli, corpus suum habẽt, & procuratorem: in quibusdam academijs etiam arcam communem. [e] Negociatorum, pistorum, laniorum, textorum, & omnium artificum, corpora nuper erant, arcam communem etiam sibi vendicantia: sed eæ phratriæ, lege Regia antiquatæ sunt, quasi sodalitia cõtra leges, & S.C. coeuntes. [f] Decuriones apud alios perpetui sunt, [g] apud alios annui: [h] magistratus verò municipales vbique ferè temporalem honorem gerunt, quos maiores vocant, vt Decuriones, scabinos, *le Maire & Eschevins*. Et hi, vt Romani Decuriones, maiore parte in vnam sententiam decurrente, decreta faciunt, in curiam per magistrarum viatoris ministerio cõnuocati: curiam, *la maison de ville* appellant. In gymnasijs licitis, eadem ratio in decretis faciendis, & honoribus decernẽdis obseruatur: qua de re leges proprias constituere possunt, à Principe confirmandas: *les statuz des universitez*:

a. not. supr. de proc.
b. Andega.
c. Lud. 12. *des priui des escho.*
d. Biturig.
e. Andega.
f. Francis. de bre. lit. 185.
g. Andeg.
h. Biturig.

NEGOCIORVM GESTORVM. *Titulus* V.

» Edictum Prætoris de negocijs gestis, extat inferiùs capite tertio: Si quis negocia alterius, si-
» ue quis negocia, quæ cuius, cùm is moriretur fuerint, gesserit: iudicium dabo. In quo edicto, negocium alterius gerere, propria quadam specialive significatione ex certa mente Prętoris est alienum negocium nomine eius cuius est, spõte & sine necessitate, vel necessitatis suspicione administrare: [a] quibus verbis tutelæ, protutelæ, mandati actio excluditur, &c. Sed tamen per interpretationem producentem edictum ad consequentiam, vtilis actio curatori, ei qui mandatũ sibi putauit, & qui quasi tutor nomine posthumi, qui natus nõ est, bona administrauit, datur. [b] Nam his & aduersus hos, nulla alia competit actio, vt meritò, vel verbis cessantibus, edictũ producendum sit. Ponitur autem hoc loco inter τὰ πρῶτα hoc edictum quòd defensori, qui sine mandato interuenit, & aduersus eum, ex hoc edicto actio detur: quãquam latiùs de negocijs extra iudicium gestis disputetur, vt de procuratoribus, de pactis, de satisdationibus, &c.

a. l. si remu. §. si passus. infr. manda. l. 3. §. eo.
b. l. curatoris. C. de neg. ge. l. 2. de hær. tuto. l. 4. §. de eo q. pro tuto. l. posthu. inf. de tut. & ratio. l. cum pater. §. eo.

L. I. VLPIANVS *Lib. 10. ad edictum.*



Oc edictum necessarium est, quoniam magna utilitas absentium uersatur: ne indefensi, rerum possessionem, aut uenditionem patiantur: uel pignoris distractionem, uel pœnæ committendæ actionem, uel iniuria rem suam amittant.

Ait, Absentium. Significat hoc edictum ad absentes spectare, quorum negocia sponte geruntur, & sine necessitate defungendi mandato, tutela, &c. [a] vt paulo antè dixi. Ait, Indefensi. In ius vocati, nisi vel eant, vel ab alijs defendantur, patiuntur aduersarium mitti in possessionem honorum: [b] & si fraudationis caussa latirent, possideri vendiq́ue bona permittit Prætor pro modo eius quod deberi constabit, [c] negocio, altera parte absente, examinato. Debet autem statui tempus ad veniẽdum in ius post missionem, quo præterito demum venditio bonorum permittitur: id quod suo loco pleniùs tractabimus. [d] Ait, Vel pignoris. Finge conuenisse vt nisi intra certum tempus, creditori debita pecunia solueretur, pignus vendi posset: [e] vel nisi Iudicatum soluatur, fore vt pignus prætorium capiatur, [f] & distrahatur. Gestor qui vtiliter interuenit, meritò actionem habet. [g] Ait, Vel pœnæ. Absens promisit pœnam cùm præsens esset, nisi quid fieret, vel pecunia solueretur: qui eius negocium ita gerit, vt impediat ne pœna committatur, iure Negociorũ gestorum agit. [h] Ait, Vel iniuria rem suam. Ecce pignoris dominium impetrari solet, [i] quod si effugiat dominus soluto per gestorem negocij debito, rectè conuenitur dominus hac actione. [k] Nã pignora capta non solùm vendi, sed & addici creditori, hoc seculo potuerunt. [l]

a. l. j. §. de eo. qui pro tut. l. § j. eo. & l. 3.
b. l. satisque. §. de in ius voc.
c. l. fulci. infr. quib. ex caus.
d. l. cum prop. & autent. seq. C. de bo. autẽ. iudi. poss.
e. l. si conue. §. de pig. act.
f. C. de præto. pig. & C. si in caus. iudi.
g. inf. l. 4.
h. d. l. 2. §.
i. C. de iur. do. impetr.
k. d. l. 2.
l. l. à diuo. §. de re iudi.

L. II. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum Prouinciale.*

Si quis absentis negocia gesserit, licet ignorantis: tamen quicquid utiliter in rem eius impenderit, uel etiam si se in rem absentis alicui obligauerit, habet eo nomine actionem. Itaque eo casu ultrò citroq́ue nascitur actio, quæ appellatur Negociorum gestorum. *Et sanè sicut æquum est ipsum actus sui rationem reddere, & eo nomine condemnari quic-*

quid uel non ut oportuit gessit, uel ex his negocijs retinet: ita ex diuerso iustum est si utiliter gessit, præstari ei quicquid eo nomine uel abest ei, uel absuturum est.

Ex contractu quidem, nemo tenetur, nisi sciens contraxerit: sed ex hoc quasi cõtractu tenetur etiam qui ignorauit. Non enim ob id obligatur quòd consenserit, sed quòd æquum sit non fieri locupletiorem cum aliena iactura: [a] & publicè etiam interfuit dari actionem, ne absentium negocia pereant. [b] Vt è contrario æquum est, gestorem dolum, & culpam præstare, & si quid ex negocio retinet: ne hinc occasio sumatur perdendi impunè, vel deprędādi res alienas. Et breuiter quidem ac dilucidè Caius complectitur, quæ tam in contrariam, quàm directam actionem, ex hoc edicto veniant. Est enim directa quæ domino datur: contraria quæ gestori: vt mandati, depositi, commodati actio directa domino, contraria ex aduerso, & contrà datur. [c] Interdum quasi contractus, absolutè contractus vocatur: [d] quod fieri solet, vbi nihil ad rem pertinet, accuratiùs hæc distingui. Ait, Obligauerit. Veluti si fideiusserit gestori negocij, [e] vel alioqui promiserit pecuniā, ne res absentis venderetur, [f] &c.

a. j. de reg. iur. hoc natu. b. j. l. 1. c. §. 1. insti. de ob. ex quas. contr. d. j. eo. l. sed & l. ex cõtractu. j. de actio. e. j. l. 3. & seq. f. j. l. 1.

L. III. VLPIANVS. *Lib. 10. ad edictum.*

Ait Prætor, si quis negocia alterius, siue quis negocia quæ cuiusque, cùm is moriretur, fuerint, gesserit: iudicium eo nomine dabo. Hæc uerba, si quis, sic sunt accipienda: siue quæ. Nam & mulieres negociorum gestorum agere posse & conueniri non dubitatur. Negocia sic accipe, siue unum, siue plura. Alterius, inquit, & hoc ad utrumque sexum refertur. Pupillus sanè si negocia gesserit, post rescriptum diui Pij*, etiam conueniri potest in id in quo factus est locupletior. Agendo autem, compensationem eius quod gesserit, patitur. Et si furiosi negocia gesserim, cõpetit mihi aduersus eũ negociorũ gestorũ actio. Curatori autẽ furiosi uel furiosæ, aduersus eum eádem dandā negociorũ gestorum actionem* Labeo *ait. Hæc uerba, siue quis negocia quæ cuiusque, cùm is moriretur, fuerint, gesserit: significant illud tempus quo quis post mortem alicuius negocia gessit, de quo fuit necessarium edicere: quoniam neque testatoris iā defuncti, neque hæredis qui nondum adijt hæreditatẽ, negocium gessisse uidetur. Sed si quid accesserit post mortem, utputa partus & fœtus & fructus, uel si quid serui acquisierint: & si his uerbis non contineatur, pro adiecto tamen debet accipi. Hæc autem actio cùm ex negocio gesto oriatur: & hæredi, & in hæredem competit. Si executor à Prætore in negocio gerendo datus, dolum mihi fecerit: dabitur mihi aduersus eum actio. Interdum in negociorum gestorum actione* Labeo *scribit dolum solummodo uersari. Nam si affectione coactus, ne bona mea distrahantur, negocijs te meis obtuleris: æquissimũ esse dolum duntaxat te præstare, quæ sententia habet æquitatem. Hac actione tenetur non solùm is, qui sponte & nulla necessitate cogente immiscuit se negocijs alienis, & ea gessit: uerùm & is qui aliqua necessitate urgente, uel necessitatis suspicione gessit. Apud* Marcellum *libro. 2. Digest. quæritur, si cùm proposuissem negocia* Titij *gerere, tu mihi mandaueris ut geram: an utraque uti actione possim? Et ego puto utramque locum habere: quemadmodum ipse* Marcellus *scribit, si fideiussorem accepero negocia gesturus: nam & hic dicit aduersus utrumque actionem esse.*

Refert Vlpianus verba edicti, & mox subijcit interpretationem verborum, & considerata eius ratione, producit ad similia, quæ ad verba quod attinebat omissa videri poterant. [a] Et hanc coniecturam voluntatis, mentis, vel sententiæ, interpretationem extensiuam vulgò appellant: vt contrà cùm coangustantur verba ex voluntate scriptoris, restrictiuam interpretationem dicitant. Iureconsulti veteres cessare verba, sententiam tamen porrigendam esse, [b] omissum esse ad verba quod attinet, verba nõ pati, [c] & interpretatione, vel iurisdictione produci ad consequentiam, [d] &c, dicere solent, quoties ex scripto, & sententia, quæstio esse potest. Qua de re ad ius ciuile pertinentia à Rhetoribus petēda sunt. [e] Ait, Hæc verba, si quis. Interpretatio verborum est, non ex naturali significatione ducta, sed ex vsurpata loquendi figura: etsi antiqui etiam quis in fœminino genere protulerunt. Propria autem, nõ abusiua est figurata verborũ, & sententiarum significatio: [f] quod in ijs magni momenti erit discernere, in quibus à propria verborum significatione

a. l. non poss. & ll. seq. j. de ll. b. l. si quis. j. de iurisd. c. l. quàuis. j. de in ius vo. d. l. 4. j. de sũd. do. l. 4. j. ad. l. Pomp. d. l. nõ poss. & ll. seq. e. not. j. de ll. non possunt. f. Fab.

catione recedi non oportere constitutum est. [g] Ait, Negocia sic accipe. In vsu iuris, singulari appellatione, plura eiusdem generis significamus, vt piscem vilem esse, [h] quod & Galli similiter dicunt, *le poisson est à bon marché.* Contrà plurali numero, singulas etiam res demonstramus, cùm eadem ratio est. [i] Et his quidē casibus actio directa ex lege datur, vel edicto, quòd verba figuratè & hæc significent, [k] & mens certa sit. Cùm nullo modo verba id, de quo quæritur, demonstrāt, nec mens sit certa, sed ad similia, & consequentia lex producitur, vtilis tantùm actio competit. [l] Negocium vnum, pro vno contractu de pluribus negocijs, id est rebus, aliquādo dicitur. [m] Ait, Alterius. Hæc interpretatio verborum est omnimodò, quādo Alterius, verbum etiam fœmininum sit. Ait, Pupillus sanè. Exceptione quadam edictū coarctat. Licet enim pupillus aliquis sit, & verbis edicti contineatur, tamen si gesserit negocium alterius, in id demum tenebitur, quo locupletior factus sit: quod & in contractu pupilli obseruatur. [n] Si non fiat locupletior, consensu quidem naturaliter obligatur, si modò is sit qui iudiciū aliquod habeat: sed ea naturalis obligatio in ius gentium non transit, nec ob id indebiti conditionem impedit: [o] fideiussor tamen ei accedit, & ad nouationē & constitutam pecuniam sufficit. [p] Ait, Agendo autem Compensatio datur aduersus pupillum, licet non detur actio ex obligatione naturali. Nam si culpa decem amiserit in gerēdo alieno negocio, & viginti vtiliter impenderit, compensationem patietur: licet indebitū omnimodò repetat. Valet ergo obligatio pupilli & ad compensationem. [q] Ait, Et si furiosi. Ad contrahendam hanc obligationem, domini consensu nihil opus est: & ideò furiosus, vel ignorās, vtiliter gesto eius negocio, tenetur directa actione: [r] & si ex contractu, vel ex sua gestione, quæ animum requirunt, non obligetur. [s] Ait, Curatori autem. Curator furiosi, vel adulti, negocium eius propriè non gerit, sed suū, ne teneatur: sed tamen cùm nulla alia actio hoc casu detur, benigniore interpretatione ad similia edictum producente, vtilis actio curatori & in eum datur. [t] Ait, Hæc verba siue. Qui negocia hæreditaria gerit, his verbis directò agit, & conuenitur. Si quod accessit post mortem gesserit, quamuis propriè his verbis non significetur, pro directo tamen & hic accipiendus est. Et quoniam quod cuique accedit, quodam modo eius appellatione demonstratur, [u] directa magis, quàm vtilis actio, hoc casu competere videtur. Qui negociū quasi capti ab hostibus gessit, vel posthumi qui natus non est, nullo modo in hæredem, vel substitutum ex verbis edicti agere potest: ideò vtilis tantùm actio hoc nomine dabitur, producto edicto ad consequentiam. [x] Si quis tamen hos casus confundat, non magnoperè repugnabo, quando nihil interſit. [y] Ait, Hæc actio autē. Regula est actiones ex contractu vel quasi cōtractu descendētes, in hæredē & hæredi cōpetere. [z] Actiones ex maleficijs si vtrinq; pœnales sint, neque hæredibus dantur, neque cōtra hæredes: [a] si actori absit, hæredibus quidē dātur, sed nō in hæredes, nisi aliquid ad eos peruenerit, vt pœnā pendere ex delicto defuncti non videantur. [b] Actio ex edicto quod quisque iuris, ideò ad hæredem non transit, quòd pœna circa actionem versetur: [c] quæ exempta decessori, non potest ad hæredem peruenire. [c] Ait, Si exsecutor. Hic gerit negocium necessitate, & ideò vtilis actio in eum datur, vt in curatorem. Reo, cuius negocium non gessit, de dolo, in apparitorem datur actio. [d] Sed cur cùm re ipsa eius negocium gestum sit, culpa quoque ei non præstetur? An quia sponte negocium gestum esse oporteat, vt re ipsa negocium gestū esse videatur? [e] aut certè contemplatione eius gestum necessitate, aut necessitatis suspitione? quorum neutrum in proposita specie locum habet. Ait, Interdum negociorū. Singulare est ius de dolo & culpa in hoc cōtractu. Nam interdum dolum dūtaxat præstat gestor, si nemo alius erat gesturus: [f] interdum dolum & culpam, id est dolum & latam culpam: [g] quando etiam diligentiam, hoc est exactiorem quàm in suis rebus: [h] quod & præstare leuem culpam dicitur: quandoque etiam exactissimā diligentiam, si diligentissimus paterfamilias gesturus erat nisi ipse anteuertisset: nam ex alterius diligentia, non gestoris, res dijudicatur. [i] Et quoniam ita demum agit, si vtiliter gesserit, casum fortuitum etiam præstabit, si seruos quos absens emere solitus non erat, emerit. [k] Sed vt obiter de dolo & culpa, generaliter hic dicamus, verba sunt quæ iuris studioso imponent plærumque, nisi pro loco, eorum vim & potestatem expendat. Nam dubium non est, quin dolus culpæ appellatione cōtineatur, si simpliciter culpa dicatur, vt ad legem Aquiliam: [l] cùm verò dolus & culpa dicitur, culpa est quæ dolus non est. [m] Ea velut in gradus quosdam distinguitur, latam, leuem, leuissimā: [n] nec hoc vno modo. Etenim ad communem hominum naturam respiciunt, vt in commodato, venditione, pignore, &c. & ad naturam eius qui obligatus dicitur, vt in deposito, societate, soluto matrimonio, restitutione hæreditatis. [o] In his enim leuis culpa est, consueta in rebus suis negligentia: in illis si diligentia ea adhibita non sit, quam frugi, & diligens paterfamiliâs adhibere solet: vt leuissima culpa, si non adhibuerit quam diligentissimus adhibere potuisset, qualis à cōmodatario ferè exigitur, quòd gratuitò res ea vtenda detur. [p] Latæ culpæ, quæ ad communē hominum naturā refertur, finis est non intelligere quod omnes intelligunt: [q] quæ tunc admissa est, cùm nec mediocriter quidem diligens paterfamiliâs rem seruare potuerit, qua de agitur. Sed & casus fortuitus alius est verè fatalis, vt naturalis interitus rei: alius qui verè fortuitus est, nec opinató

g. l. nō aliter. j. de leg. 3.
h. l. in vsu. j. de verb. sig.
i. l. 2. j. vi bo. rap. l. falsa. j. de condi.
k. arg. l. pen. j. si quadr. §. fi. insti. de, leg. Aquil.
l. d. l. pen. j. si quadrup.
m. l. sed &. j. e.
n. l. §. j. de aut. tu. l. pe. de act.
o. l. quod pup. j. de cōd. ind.
p. l. si pupil j. de verb. ob. l. 1. de no. l. 1. de const. l. Stich. §. nat. de solu.
q. l. etiā. j. de comp. & hic.
r. l. si à furiosa. j. de reb. cre.
s. l. in cōtrah. j. de reg. iur.
t. l. 2. C. de hęred. l. curato-ns. C. de ne. ge.
u. §. si peculiū. insti. de lega.
x. l. succes. j. eo. l. posth. j. de tutel. & ra.
y. l. pen. j. eu.
z. l. ex cōtractib. j. de acti.
a. §. 1 insti. de perp. l. pen. j. de in ius vo.
b. l. 1. j. si quis ius di. l. in hęredē. j. de cal. l. pe. §. ne quis eum. q. in ius vo. l. 1. §. de eo. p. q. fa.
c. §. quod quis. iur.
d. l. si pignora. j. de eu. ctio.
e. j. l. §.
f. vt hic.
g. l. contra. j. de reg. iur. l. socius socio. j. pro. so.
h. l. hoc ita. & seq. j. de peri. rei l. si cū vēd. de pig. act. l. tutori. C. de neg. ge l. §. j. eo. & l. si neg. i. §. 1. insti. de ob quæ ex q. cōt. vb. Theo.

k. l. si neg. j. eo. l. mulier. ad Treb. l. si constan. sol. matr.
l. l. 1. j. ad. l. Aquil.
m. d. l. contra.
p. l. si vt. j. cōmod.
n. d. l. tutori. l. in lege j. ad. l. Aquil.
q. l. latæ. j. de verb. sig.
o. l. quod ver. j. depo.

natò eueniens, vt si chasmate fundus pereat,[r] &c. Et hunc quidem præstant, qui illũ non præstãt: quod vulgò non animaduertunt. Sed de his & alibi diximus,[s] & suo loco singula obseruabimus. Ait, Hac actione Qui sponte se negocijs alienis immiscet, ea gerere, & administrare ex mente Prætoris, propriè dicitur,[t] vt suprà adnotaui: nam qui necessitate vrgẽte, vel necessitatis suspicione gerit, suum negocium magis quàm alienum gerere cupit.[u] Nec satis est negocia re vera alienius esse, nisi eius contemplatione gesta sint, vt propriè alterius negocium, vel hæreditarium gestum dicatur.[x] Sed tamen ad consequentiam producendum edictum fuit, & suadente pari ratione, vtilis actio danda curatoribus, & aduersus eos, vel eorum hæredes, &c.[y] Et hæc communis est huius loci interpretatio, quam & veram puto. Ait, Apud Marcellum. Aduersus diuersos de eadem re actiones cõcurrunt ex diuersa caussa: quod exemplo rei principalis, & fideiussoris Vlpianus hic probat: & ideò vna solutione contẽtus esse debet qui agit.[z] Cùm enim æquitatis ratione gestori actio detur in id quod impenderit vtiliter, non debet ex mandato quoque idẽ consequi, ne bis contra bonam fidem exigat.[a] Eadem enim æquitatis ratio actionem dat mandatario, quæ gestori, licet diuersæ actiones sint. De concurrentibus alioqui actionibus, suo loco dicemus.[b]

L. IIII. IDEM. *Lib. 45. ad Sabinum.*

Sed uideamus an fideiussor hic habere aliquam actionem possit. Et uerum est negociorum gestorum eum agere posse, nisi donandi animo fideiusserit.

Fideiussor si mandato interueniente, vel præsente, & non contradicente aliquo, fideiussit, mandati habet actionem:[a] si pro absente fideiussit, negociorum gestorum aget, si vtiliter fideiussit. Nam si pro pupillo sine tutore promittente quis fideiusserit, non intelligitur vtiliter fideiubere, cùm pupillus ciuiliter non teneatur, nisi locupletior factus sit:[b] & ideò mandati, nõ negociorum gestorum, Marcellus mentionem fecit: Quoniam his, inquit, id est fideiubẽtibus pro pupillo, &c. mandati actio non competit:[c] qua de re alibi dixi plenius.[d]

L. V. IDEM *Lib. 10. ad edictum.*

Item si cùm putaui à te mihi mandatum, tua negocia gessi, & hic nascitur negociorum gestorum actio, cessante mandati actione. Idem est etiam si pro te fideiussero, dum puto mihi à te mandatum esse. Sed & si putaui Titij negocia esse, cùm essent Sẽpronij, eaque gessi: solus Sẽpronius mihi actione negociorũ gestorũ tenetur: ut scribit Iulia. li. 3. *Digest. Si pupilli tui negocia gessero, non mandato tuo, sed ne tutelæ iudicio tenearis negociorum gestorum te habebo obligatum: sed & pupillum, si modò locupletior fuerit factus. Item si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, ut creditorem tuum uel pignus tuum liberet: aduersus te negociorum gestorum habeo actionem: aduersus eum cum quo contraxi, nullam. Quid tamen si à procuratore tuo stipulatus fuero? Potest dici superesse mihi aduersus te negociorum gestorum actionem: quia ex abundanti hanc stipulationem interposui. Si quis pecuniam uel aliã quandam rem ad me perferendam acceperit: quia meum negocium gessit, negociorum gestorum mihi actio aduersus eum competit. Sed & si quis negocia mea gesserit, non mei contẽplatione, sed sui lucri caussa:* Labeo *scribit suum eum potiùs quàm meum negocium gessisse. Qui enim deprædandi caussa accedit, suo lucro, nõ meo commodo studet: sed nihilominùs, imò magis & is tenebitur negociorum gestorum actione. Ipse tamen si circa res meas aliquid impenderit, nõ etiam in id quod ei abest, quia improbè ad negocia mea accessit, sed in quo ego locupletior factus sum, habet contra me actionem. Sed si quis ita simpliciter uersatus est, ut suum negocium in suis bonis quasi meum gesserit: nulla ex utroque latere nascitur actio: quia nec fides bona hoc patitur. Quòd si & suũ negocium & meum quasi meum gesserit: in meum tenebitur. Nam & si cui mandauero ut meum negocium gerat, quod mihi tecum erat commune: dicendum esse* Labeo *ait, si & tuum gesserit sciens negociorum gestorum eum tibi teneri. Si quis quasi seruus meus negocium meum gesserit, cùm esset uel libertus, uel ingenuus, dabitur negociorum gestorum actio. Sed si ego filij tui negocia gessero, uel serui: uideamus an tecum negociorum gestorum*

r. l. quę for. C. de pig. act. insti. quib mod. re contra. l. si plu. §. de po. l. cũ res. de leg.
s. l. item si. de rei vendi.
t. insti. quib. mo. re. §. §. de soci.
u. d. l. si re. §. qui paf. §. mã.
x. arg. §. l. 5.
z. l. posth. §. de tu. & ra.
y. l. 2. C. de hę. tut. l. curatoris. C. de ne. ge. d. l. posth. & l. cum. pat. §. eo.
z. l. 3. §. de duob. re. arg.
a. l. bona. §. de reg. iur.
b. l. quod in hær. §. elig. §. de trib.
a. l. quod dictũ. §. de pa. l. ex mãdato. §. mand. & d. §. qui passur.
b. l. 5. §. eo.
c. l. Marcel. §. de fide.
d. d. l. quod dictum.

stetorum

*ſtorum habeam actionem. Et mihi uidetur uerũ (quod Labeo diſtinguit, & Pomponius lib. 26. probat) ut ſi quidem contemplatione tui negocia geſsi peculiaria, tu mihi tenearis. Quòd ſi amicitia filij tui uel ſerui, uel eorum contemplatione: aduerſus patrem uel dominũ de peculio dũtaxat dãdam actionem. Idemq́ue eſt & ſi ſui iuris eos eſſe putaui. Nam & ſi ſeruum non neceſſarium emero filio tuo, & tu ratum habueris: nihil agitur ratihabitione. Eodem loco Pomponius ſcribit: hoc adiecto, quod putat, & ſi nihil ſit in peculio (quoniam plùs patri dominóue debetur) & in patrem dãdam actionem, in quãtũ locupletior ex mea adminiſtratione factus ſit. Sed & ſi hominis liberi qui tibi bona fide ſeruiebat, negocia geſſero: ſi quidẽ putans tuum eſſe ſeruum geſsi: Põponius ſcribit, earum rerum * peculiarium cauſſa quæ te ſequi debent, tecũ mihi fore negociorum geſtorum actionem: earum uerò rerum quæ ipſum ſequuntur, non tecum, ſed cum ipſo. Sed & ſi liberum ſciuerim, earum quidem rerum quæ eum conſequuntur, habebo aduerſus eum actionem: earum uerò rerum quæ te ſequuntur, aduerſus te. Si Titij ſeruum putans, qui erat Sempronij, dedero pecuniam ne occideretur: ut Pomponius ait, habebo negociorum geſtorum aduerſus Sempronium actionem. Item quæritur apud Pedium lib. 7 ſi Titium quaſi debitorem tuum extra iudicium admonuero, & is mihi ſoluerit, cùm debitor tuus nõ eſſet: tuq́ue poſtea cognoueris, & ratum habueris: an negociorum geſtorum actione ne poſsis conuenire? Et ait dubitari poſſe: quia nullũ negocium tuum geſtum ſit, cùm debitor tuus non fuerit. Sed ratihabitio (inquit) fecit tuum negocium. Et ſicut ei à quo exactum eſt, aduerſus eum datur repetitio, qui ratum habuerit: ita & ipſi debebit poſt ratihabitionem aduerſus me competere actio: & ſic ratihabitio conſtituit negocium tuum, quod ab initio tuum non erat, ſed tui contemplatione geſtum. Item ait, ſi Titij debitorem cui te hæredem putabam, cùm eſſet Seius hæres, cõuenero, ſimiliter & exegero: mox tu ratum habueris, eſſe mihi aduerſus te, & tibi mutuam negociorum geſtorum actionem. Atqui alienum negocium geſtum eſt, ſed ratihabitio hoc conciliat: quæ res efficit ut tuum negocium geſtum eſſe uideatur, & à te hæreditas peti poſsit. Quid ergo (inquit Pedius) ſi cùm te hæredem putarem, inſulam fulciero hæreditariã, tuq́ue ratum habueris: an ſit mihi aduerſus te actio? Sed non fore ait: cùm hoc facto meo alter ſit locupletatus, & alterius re ipſa geſtum negociũ ſit: nec poſsit quod alij acquiſitum eſt ipſo geſtu, hoc tuũ negocium uideri. Videamus in perſona eius qui negocia adminiſtrat, ſi quædam geſsit, quædam non, contẽplatione tamen eius alius ad hæc non acceſsit, & uir diligens (quod ab eo exigimus) etiam ea geſturus fuerit: an dici debeat negociorum geſtorum actione eum teneri, & propter ea quæ non geſsit, quod puto uerius. Certè ſi quid à ſe exigere debuit, proculdubiò hoc ei imputabitur. Quanquam enim hoc ei imputari non poſsit, cur alios debitores non conuenerit (quoniam conueniendi eos in iudicio facultatem non habuerit, qui nullam actionem intendere potuit) tamen à ſemetipſo cur non exegerit, hoc ei imputabitur. Et ſi fortè non fuerat debitum uſurarium, incipiet eſſe uſurarium: ut diuus Pius Flauio Longino reſcripſit: niſi fortè (inquit) uſuras ei remiſerit.*

* Aliàs, deeſt peculiarium.

Ait, Ceſſante mandati. Plùs valet hoc loco quod eſt in veritate, quàm quod in opinione: quòd ex ſola voluntate errantis mandati actio non naſcatur, ſed ex mandato. Sed nec error impedit, quo minùs actio negociorum geſtorum in dominum detur vtilis, non directa: quia tam re, quàm voluntate geritur negocium, vt error non omninò infirmet quod geritur vtiliter:[a] cùm alioqui quod ex ſolo animo pendeat, falſa opinione vitietur.[b] Ait, Si pupilli. Cùm alterius negocium geſtum

a. 4.§. ſi rem. de leg.

b. l. is qui putat. ſ. de acq. hær.

gestum est re ipsa, & contemplatione eius, directa actio negociorum gestorum competit: quando re ipsa tantùm, non etiam contemplatione eius, vtilis actio datur. [c] Hoc loco negocium est duorum re ipsa, vt tutoris, & pupilli: & ideò is cuius nomine gestum est, directa actione, alter vtili tenetur Sed pupillus, vt in cæteris, ita demũ tenetur, si locupletior factus sit. [d] Tutoris negocium esse cura, non re ipsa, Accursius dicit, sed nihil refert. Ait, Item si procuratori. Sed cur & hoc casu in procuratorem actio non detur, vt in tutorem, ne mandati actione teneatur? quia procurator non tenetur, si fortè pignus liberatũ non sit. Nam si procurator mandati teneatur, nisi id factum sit, procul dubio eius negocium gestum erit, & vtili tenebitur actione. [e] Ait, Quid tamen Suprà duæ actiones hoc modo concurrunt, negociorũ gestorum, & mandati. [f] Ait, Si quis pecuniam. Et si quidem contemplatione mei, directa mihi actio datur: si nomine eius qui dedit perferendã, & eius interfit, illi directa, mihi vtilis dabitur. [g] Ait, Sed si quis negocia. Ex hac caussa, vtilis quoque actio datur. Sed cur non amittit quod mala fide impẽdit? quia id naturali ratione in eo duntaxat locũ habet, qui in solo alieno ædificat, [h] non in eo qui defendit in iudicio, &c. Non me fugit quid alij dicant hoc loco: nimirum nomine domini negocium hic gestum, alibi non item. Sed ea conciliatio legum defendi non potest, cùm deprædãdi caussa qui gerit, mala fide gerere dubiũ non sit. Ait, Quia improbè. Singulari ratione ius singulare constituitur, vt non in id quod vtiliter ab initio impensum est, sed in quo locupletior factus sit dominus, teneatur, vt pupillus. Ait, Sed si quis ita. Bona fides, id est æquitas, quæ in iudicio negociorũ gestorũ cõsideratur, [i] non patitur, vt cùm negociũ alterius nullo modo gestũ sit, actio hinc inde videtur. Ait, Quod si & suũ. Vtilis actio ex hac gestione datur, ex suprà scripta ratione. Ait, Nam etsi. Si tuum gessit sciens, tibi tenetur. Quid si ignorans gessit, quasi totum meum esset? Et forsan fieret mandati, cũ directa actio negociorum gestorum competere non possit: nec sine caussa edictum producendum sit ad hanc speciem. [k] Ait, Si quis quasi seruus. Hic non animo gerendi vltrò negocij interuenit, sed seruili voluntate: [l] tamen vtilis actio dabitur, cùm re ipsa gestum sit à libero homine negociũ, & exitum habere possit iudiciũ. Ait, Sed si ego. Suprà idem negociũ duorum fuit, alterius cura, alterius dominio: hoc loco, alterius est ciuiliter, alterius naturaliter. Igitur hoc casu distinguendum est vtrius contemplatione gestum sit, vt dominus, vel parẽs, si eius nomine sit gestum, insolidum teneatur: si nomine serui, vel filijfamiliâs, de peculio, ex edicto Prætoris de peculio. [m] Ait, Idemque. Idest de peculio danda est actio, quia non contemplatione domini, vel parentis. Ait, Nam & si seruum. Ratihabitio hic nihil operatur, quòd ipso gestu nihil ad parentẽ veniat. [n] Ait, Eodem loco. Si nihil est in peculio, de peculio dominus, parẽsve non tenetur: in quo æstimando deducitur quod natura domino, parentive debetur. [o] Sed si locupletior factus sit, suo nomine vtili actione tenetur. Sed quid est quod ait, si locupletior, cùm satis sit ab initio vtiliter gessisse? [p] Sed puto hunc locum ad illum trahi oportere: cùm præsertim eiusdẽ potestatis sint directa, & vtilis negociorum gestorum. [q] Ait, Sed & si hominis. Bona fide seruiens, ex re quasi domini, & opera sua, domino quærit: ex alijs caussis, sibi. [r] Igitur si nomine eius gestum sit negocium, dominum earum rerum nomine teneri, quæ ex re, & opera venerunt: cæterarum nomine, ipsum teneri vtili actione. Si liberum putauit gestor, in eum directa quarundam rerum nomine, in dominum vtilis aliarum rerum nomine dabitur. [s] Ait, Si Titij. Actio vtilis & hoc nomine datur, quòd alterius contemplatione gestum sit negocium. Nam & si contemplatione serui, de peculio duntaxat dominus tenebitur. [t] Quid si iniuria occidendus erat, nisi gestor pecuniam dedisset? Vter conditionem ob turpem caussam habebit? [u] Et puto eum qui dedit, condicere posse, & negociorum gestorum in dominum agere. [x] Et quidem vtile est aduersus duos agere posse, si alter soluẽdo non sit, vel facilè conueniri non possit. Ait. Item quæritur. Eccè negocium alienum meo nomine gestum, ratihabitione, & ipso gestu, meum fit, quãdo aliquid ipsa gestione ad me peruenit: [y] si nihil peruenit, etiam si nomine meo gestum sit, ratihabitio non facit meum: quia ipso gestu meum fieri etiam oportet. [z] Ait, Alter sit locupletatus. Hoc accipe vt superiùs dixi: ab initio vtiliter gestum, quamuis locupletior non sit quando agitur. [a] Quod ait Accursius, aliud esse negocium re ipsa meum, aliud ipso gestu, nõ placet. Nam quod ipso gestu meum fit, re ipsa meum dicitur propter ratihabitionẽ. Sed aliud est ab initio re ipsa meum, aliud ipso gestu, & ratihabitione fit meum. Ait, Videamus. Vir diligens alius est frugi quidem, & mediocriter diligens, alius diligẽtissimus, ex cuius diligentia, gestoris diligentiã æstimamus, vt suprà dixi. [b] Ait, Quanquam. Negligens non videtur gestor qui in debitores absentis non egit: quando agere non potuit non mandatis actionibus. Sed vt sibi solueret, quod ipse absenti debuit, actione nihil fuit opus: & ideò in rem domini impẽdere, vel sub fœnore dare debet: alioqui si fortè mutuum debuit sine vsuris, incipiet debitum esse vsurarium ex quo tempore morã fecit à seipso exigendi: [c] quia vtiliter non gerit, qui pecuniam ociosam non dat sub fœnore. [d] Sanè à mora in hoc iudicium vsuræ veniunt, vt in cætera bonæ fidei. [e]

c ar. d. l. posth. de tutel.
d. d. l. 5. j. de auth. tu.
e. vt hic.
f. l. 3. §. in fi.
g. ar. d. l. posth.
h. l. domũ. C. de rei vendi.
i. l. 1. & 2. §.
k. arg. l. 3. in fi. §. eo.
l. arg. l. & qui. j. eo.
m j. de pecul.
n. j. ea. l.
o. l. 1. de pecul.
p. l. sed an vltrò. j.
q. l. actio. j.
r. insti. per. q. per.
s. vt hic.
t. § ea. l.
u. l. 1. j. de cõ. ob turp. cau.
x. arg. l. 3. in fi. sup.
y. j. l. si hac.
z. §. ea. l. 5. sed si egn. ver. nã. eesi.
a. §. ea. l. ver. eodem loco.
b. l. 3. 5. interdũ.
c. arg. l. quamuis. j. de pig. actio. 5. fi.
d. l. qui semisses. j. de vsur.
e. l. mora. j. de vsur.

L. VI. PAVLVS. *Lib. 6 ad edictum.*

Quia tantundem in bonæ fidei iudicijs officium iudicis ualet, quantùm in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio.

Iudicia

Iudicia alia bonæ fidei sunt, vt negociorum gestorum, &c. alia stricti iuris, vt ex stipulatu, vel certi conditione: [a] quia illis Prætor addebat clausulam, Ex bona fide: [b] his non item, quãdo cõcipiebat formulas iudiciorum, & dabat perferendas ad iudices datos, qui ex præscripto iudicio cognoscebant, & iudicabant. [c] Igitur in hoc iudicio, ait Paulus, tantùm potest iudex pedaneus suo officio in condemnatione vsurarũ, quantũ stipulatio de vsuris mutuæ pecunię, si interposita fuisset. Nam cùm Ex bona fide, additum est iudicio, ex ęquo & bono plenius æstimare ei permittitur, queadmodũ actori satisfieri oporteat: [d] cùm non additur, præscriptã formulã à Prætore, in iudicãdo egredi non potest. Vsuræ enim nõ tã ex obligatione proficiscũtur, quã ex officio iudicis applicantur. [e] Ex stipulatione pecunia debetur, si factũ nõ præstetur, [f] & ex mutuo res eiusdẽ bonitatis, licet id expressum nõ sit. [g]

a. §. actionũ. de actio.
b. Cic. in Topi. Senec.
c. Senec. de benef.
d. §. io bonæ. de actio.
e. l. quæro. ff. loc. l. 4. C. de po.
f. l. stip. nõ di. ff. de verb. ob.
g. l. id quod. si cert. pe.

L. VII. VLPIANVS. *Lib. 10. ad edictum.*

*Si autem is fuit, qui negocia administrauit, à quo mandatum nõ exigebatur: posse ei imputari cur oblata de rato cautione eum non cõuenerit, si modò facile ei fuerit satisdare. Certè in sua persona nõ dubitatum est. Et ideò si ex ea caussa fuit obligatus, quæ certo tempore finiebatur, & tempore liberatus est: nihilominùs negociorum gestorũ actione erit obligatus. Idem erit dicendum & in ea caussa, ex qua hæres non teneretur: ut Marcellus scribit. Item si fundum tuum uel ciuitatis per * obreptionem petiero, negocium tuum uel ciuitatis gerens, & ampliores quàm oportuit fructus fuero consecutus: debebo hoc ipsum tibi uel reipublicæ præstare, licet petere non potuerim. Si quocunq; modo ratio compensationis habita non est à iudice, potest contrario iudicio agi. Quòd si post examinationem reprobatæ fuerint compensationes, uerius est quasi re iudicata amplius agi contrario iudicio nõ posse: quia exceptio rei iudicatæ opponẽda est. Iulianus libro tertio tractat: Si ex duobus socijs alter me prohibuerit administrare, alter nõ: an aduersus eũ qui nõ prohibuit, habeã negociorum gestorum actionẽ, mouetur: eò quòd si data fuerit aduersus eũ actio, necessè erit & eũ perstringi qui uetuit. Sed & illud esse iniquũ, eũ qui nõ prohibuit, alieno facto liberari: cùm & si mutuã pecuniã alteri ex socijs prohibente socio dedissem, utiq; eũ obligarem. Et puto secundum Iulianũ debere dici superesse contra eum qui non prohibuit, negociorum gestorum actionem: ita tamen, ut is qui prohibuit, ex nulla parte neq; per socium neque per seipsum aliquid dãni sentiat.*

* Aliàs erratioem.

Ait, Cur oblata cautione. Hic locus apertè edocet, quod alibi cõtrouersum est: [a] parẽtes, liberos, &c. cautionẽ de rato offerre oportere. Ait, Certè in sua persona. A seipso exigere debuit gestor: & ideò si vel tẽpore, vel morte liberatus sit, quòd actio tẽporalis fuit, vel ad hæredẽ nõ trãseat, negociorũ gestorũ vel ipse tenebitur, vel hæres. [b] Ait, Itẽ si fundũ. Per obreptionẽ sine actione experimur, si obrepamus iudici, quasi actionẽ mandatã habeamus etiam in ampliores fructus. Et quoniã ex negocio fructus ampliores veniũt, domino negocij restitui debent: quod & in mãdato obseruatur, [c] nõ in petitione hæreditatis. [d] Sine actione negocij gestor etiã agit, volẽte aduersario qui actorẽ subijcit. [e] Ait, Si quocũq;. Cõpensatio ipso iure minuit actiones, si modò liqueat, nisi depositi agatur: [f] & ideò si planè de cõpensatione allegata cognouerit iudex, & reprobauerit, exceptio rei iudicatæ, cõtrario iudicio pòst agẽti nocebit. Si reiecerit cõpensationẽ in aliud tẽpus, aut alioqui rationẽ eius nõ habuerit ante examinationẽ, iudicatũ de ea non videbitur. Nõ enim omnis vox iudicis authoritatẽ rei iudicatæ continet. [g] Ait, Iulianus libro. Qui prohibet gerere negocium, hac actione contraria non tenetur: [h] quare si negocium commune geram, altero ex socijs prohibente, aduersus alterum habebo actionem: qui pro socio agendo quod mihi dederit, à socio non consequetur: & hoc est nimirum quod ait, nulla ex parte, &c.

a. l. sed & hæ. & l. Pomp. ff. de proc.
b. l. & qui. ff. & hic.
c. l. qui prop. §. de proc.
d. l. si pos. ff. de peti. hær.
e. ff. l. & qui oa tura.
f. §. in bonæ. & §. cõpensationes. de actio. l. fi. C. de cõpens. l. debitor. ff.
g. l. ex stip. C. de sen. & inter.
h. l. ex mãd. ff. mand.

L. VIII. SCAEVOLA. *Lib. 1. Quæstionum.*

Pomponius scribit: Si negocium à te quamuis malè gestum probauero, negociorum tamen gestorum te mihi non teneri. Videndum ergo ne in dubio hoc an ratum habeam, actio negociorum gestorum pendeat. Nam quomodo cùm semel cœperit, nuda uoluntate tolletur? Sed superiùs ita uerum se putare, si dolus malus à te absit. Imò puto & si comprobem, adhuc negociorum gestorum actionem esse. Sed eo dicto te mihi non teneri, quòd reprobare non possim semel probatum. Et quemadmodum quod utiliter gestum est, necesse est apud iudicem pro rato haberi: ita omne quod ab ipso probatum est. Cæte-

A rum

rūm si ubi probaui, non est negociorum gestorū actio: quid fiet si à debitore meo exegerit, & probauerim, quemadmodum recipiam? Item si uendiderit ipse, deniq; si quid impenderit, quemadmodum recipiet? nam utique mādatum non est. Erit igitur & post ratihabitionem negociorum gestorum actio.

Serbidius Scæuola, qui Marci Philosophi magister fuit, Pōponium adducit, qui lōgo post tēpore in consilio Alexandri fuit: [a] vt necesse sit, annosum Scæuolā admodū, hunc adolescentem laudasse. Pomponij igitur sententia his verbis expressa est: Si negocium à te, quāuis malè gestū « probauero, negociorum tamen gestotum te mihi non teneri: si dolus malus à te absit. Sceuola « Pomponiū iuuat interpretatione, quòd verba eius in sententiā ab eius voluntate alienam trahi potuerint. Putat enim Scæuola, si cōprobē, adhuc actionem negociorum gestorū vltrò, citroq; manere: sed Pomponiū ita dixisse, quòd quatenus probauerim, eatenùs reprobare non possim: quando ratihabitio retrò trahatur, & vim mandati habeat. [b] Eccè mandaui vt domū reficeres, non possum tecum agere ob id quòd refeceris, quia mandaui: [c] sed si quid ex ea re habeas, rectè tecum mandati experiar. Qua ratione si postquā resciui te sponte refecisse, ratum habuero quòd refeceris, quāuis damnosa sit refectio, frustrà eo nomine tecum agam: nō aliter quàm si vtiliter refecisses, quod apud iudicem reprobo frustrà: cùm ex edicto non competat mihi ex hac caussa actio. [d] Cæterùm, id est, præter quàm in superiore casu, si vbi probaui, non est negociorum gestotum actio, quæ sequuntur absurda erunt. Cludit igitur Sceuola, modestissimè Pōponiū interpretatus: Erit igitur, &c. Verū autē cœpta actio negociorū gestorum, per ratihabitionē tollatur in eo quod probatum est, ex Scæuolæ verbis non constat: quod verum est, cùm tantùm possit fictione iuris atq; mandatu, [e] quo actionē impediri certū est. Nā & ex ratihabitione actionem demū nasci, quasi ex negocio priùs nata esset, superiùs ostendimus. [f] Greg. Haloāder malè excudit maiusculis literis verba Scæuolę quasi ea Pomponij essent, in vers. Sed superiùs. Et rursus in vers. Sed eo dicto. Scæuola enim Pomponij voluntatē coniectās, sed eo dicto, inquit, &c. id est. Sed id dixit: Te mihi non teneri, quæ verba quatuor, rectè maiusculis typis impressa sunt ab eodem Haloandro. Similis locutio est apud Vlpianū, Hoc adiecto, pro hoc adijciens. [g] Et ita defungar interpretis officio ad hunc locum Scæuolæ, in quem verbosissima extant aliorum commentaria.

a. Lamprid.
b. e. ratiha. de reg. iur.
c. l. diligēter. j. manda.
d l. 2. § eo.
e. d. c. ratihabitio. l. sēper qui. j. de reg. iur.
f. l. 5. §.
g. §. l. 5. vers. Eodē loco.

L. IX. VLPIANVS. *Lib. 10. ad edictum.*

Sed an ultrò mihi tribuatur actio sumptuum, quos feci? Et puto competere, nisi specialiter id actum est, ut neuter aduersus alterum habeat actionem. *Is autem qui negociorum gestorum agit, non solùm si effectum habuit negocium quod gessit, actione ista utetur: sed sufficit si utiliter cœpit, & iam si effectum non habuit negocium. Et ideò si insulam fulsit, uel seruum ægrum curauit: etiam si insula exusta est, uel seruus obijt, aget negociorum gestorum actione: idque etiam Labeo probat, sed (ut Celsus refert) Proculus apud eum notat non semper debere dari. Quid enim si eam insulam fulsit, quam dominus quasi impar sumptui dereliquerit, uel quam sibi necessariam non putarit? Onerauit (inquit) dominum, secundum Labeonis sentētiam: cùm unicuique liceat & damni infecti nomine rem derelinquere. Sed istam sententiam Celsus eleganter deridet. Is enim negociorum gestorum (inquit) habet actionem, qui utiliter negocia gessit. Non autē utiliter negocia gerit, qui non necessariam rem, uel quæ oneratura est patrēfamiliâs, aggreditur. Iuxta hoc est, & quod Iulianus scribit, eum qui insulam fulsit, uel seruum ægrum curauit, habere negociorum gestorum actionem, si utiliter hoc faceret, licet euentus non sit secutus. Ego quæro, quid si putauit se utiliter facere: sed patrifamiliâs nō expediebat? Dico hunc non habiturum negociorum gestorum actionem. Vt enim euentum non spectemus, debet utiliter esse cœptum.*

Vlpiani verba sunt, capiti septimo superiori subiecta apud cū ad edictum Prætoris. Nec magis ad quæstionem Scæuolæ spectant, quàm generaliter ad actionem contrariam negociorum gestorum: in quam sumptus veniunt, non solùm quod impēsum est principaliter nisi specialiter, id est nominatim, actum sit ne veniant, &c. Ait, Is autē. Satis est regulariter vtilem esse ab initio gestionem: quod in pupillo, & eo cuius improbè gestum est negocium, locum non habet. [a] Ait, Ego quæro. Plùs valet quod est in veritate, quàm quod in opinione, ad hanc quoq; caussam quod attinet. [b] Bona fides enim nō finit vt actio detur negociorum gestori, nisi vtiliter ab initio gesserit, cui euentus imputari non debet. [c]

a. l. 5. §.
b. §. si rē suam. de lega.
c. l. quę for. C. de pig. actio.

L. X.

L. X. POMPONIVS. *Lib. 7. ad Q. Mutium.*

Si negocia absentis & ignorantis geras, & culpam & dolum præstare debes. Sed Proculus ait, interdum etiam casum præstari debere, ueluti si nouum negociũ, quod non sit solitus absens facere, tu nomine eius geras: ueluti uænales nouitios coëmendo, uel aliquam negociationem ineundo. Nam si quod damnum ex ea re secutum fuerit, te sequetur: lucrum uerò, absentem. Quòd si in quibusdam lucrum factum fuerit; & in quibusdam damnum: absens compensare lucrum cum damno debet.

Culpæ appellatione, omnem culpam complectitur, id est, omnem desidiam & negligẽtiã, quã gestor præstare debet: quæ ad diligentiã eius dirigenda est, qui gesturus erat, nisi hic gessisset: vt superius diximus. [a] Casum autem ideò præstat, quòd nec ab initio quidem vtiliter gesserit, quod æquitas edicti huius postulat. [b] Sed & si diuersa negocia gesta sint, lucrum in alijs factũ, cũ damno in alijs dato pensabitur. Nam satis est vtiliter gessisse, & si non in singulis rebus: [c] vt si dãnum dedit in vna re ad centum, in alia ad ducenta lucrum attulit absenti, centum consequatur.

a. l. 3. §. b. l. 9. §. c. d. l. 2. §.

L. XI. VLPIANVS. *Lib. 10. ad edictum.*

Successori eius cuius fuerunt negocia, si apud hostes decessit, hæc actio danda erit. Sed & si filiusfamiliâs militis defuncti testamento facto negocia gessit: similiter erit dãda actio. Sicut autem in negocijs uiuorum gestis, sufficit negociũ utiliter cœptum, ita & in bonis mortuorum, licet diuersus exitus sit secutus.

Qui apud hostes est, cùm sit seruus re vera, rem quæ sua fuit, in dominio non habet. Nec hęredem habere potest priusquã moriatur: nec deniq; quo tempore moritur apud hostes quicquam in bonis habuit: vt ad verba edicti quod attinet, qui hæc negocia gesserit, in hæredem experiri negociorum gestorum non posit. Sed tamen interpretatione edictum producit Vlpianus, quòd & hoc casu eadem æquitas actionem dandam suadeat. Quæ cùm directa dici nõ posit, vtilẽ eam appellabimus. [a] Fictione enim legis Corneliæ testamẽtariæ, [b] perinde est atq; mortuus esset quo tempore captus est, vt ad secundam clausulam edicti, hæc species pertinere videatur, siue negotia, quæ cuius, &c. Ait, Sed & si filijfa. Filiusfamiliâs miles testari potest: [c] & ideò hæres ab eo scriptus, rectè negociorũ gestorũ cõuenitur. Ait, Sicut autẽ. Sententia Vlpiani in vtraq; parte edicti locũ habet: [d] vt quo cõsilio Tribonianus interseruerit caput pręcedẽs verbis Vlpiani, valdè mirer: quando continuò subiecta superioribus eiusdem, magis intelligãtur hæc inferiora.

a. ar. d. l. post. j. de tute. & ratio. b. d. lege. Cor. j. de testa. c. j. de don. l. filius. insti. quib. non est per. fa. te. d. §. e. l. 9.

L. XII. PAVLVS. *Lib. 9. ad edictum.*

*Debitor meus, qui mihi quinquaginta debebat, decessit, eius hæreditatis curationẽ suscepi, & impendi decem: demum redacta ex uenditione rei hæreditariæ centum in arca reposui, hæc sine culpa * mea perierunt. Quæsitum est, an ab hærede qui quandoque extitisset, uel credita pecunia quinquaginta petere possim, & decem quæ impendi? Iulianus scribit in eo uerti quæstionem, ut animaduertamus, an iustam caussam habuerim seponendorum centum. Nam si debuerim & mihi & cæteris hæreditarijs creditoribus soluere, periculum non solùm. 60. sed etiam reliquorum. 40. me præstaturum: decem tamen quæ impenderim, retenturum: id est, sola nonaginta restituẽda. si uerò iusta caussa fuerit, propter quam integra centum custodirentur, ueluti si periculum erat ne prædia in publicum committerentur, ne pœna traiectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromisso committeretur: non solùm decem quæ in hæreditaria negocia impenderim, sed etiam quinquaginta quæ mihi debita sunt, ab hærede me consequi posse.*

* Aliàs in ea.

Compensatio, vt dixi, in hoc negocio minuit ipso iure actionem, vt in cæteris ferè. [a] Et ideò qui negocia hæreditaria gessit, & vtiliter ab initio decem impendit, si agatur aduersus eum ex culpa de pretio rerum hæreditariarum, decem meritò retinebit. Debita sibi quinquaginta amittet, & quadraginta reliqua pretij, hæredi reddet, quòd sua culpa perierint, aut certè culpa præcesserit casum. [b] Sed cur ait me in proposita specie, periculum præstaturum decem, cùm ea retinere posim? quia verùm est centum mihi perijsse, quòd mihi debuerim soluere, & cæteris: & ideò decem petere non possum, sed ex quinquaginta, quæ à me petuntur, retinere, ne scilicet bis mihi pereant. Quinquaginta quæ mihi debebantur, opposita doli exceptione retinere potui, ex D. Marci rescripto, [c] nisi in culpa sim: Iustiniani noua lege, etiam ipso iure minuũt hęredis in me actionem. [d]

a. §. in bonæ. de actio. b. l. siue hęr. §. eo. c. §. in bonæ. de actio. d. l. fi. C. de cõpen.

L. XIII. VLPIANVS. Lib. 10. ad edictum.

Si filiusfamiliâs negocia gessisse proponatur, æquissimũ erit in patrẽ quoq; actionem dari: siue peculium habeat, siue in rem patris sui uerterit, & si ancilla: simili modo.

a. j. de pec. b. l. 1. §. j. de iu. c. j. de in rem ver. d. j. quod iuss. e. l. eũ. & ll. se. f. l. 2. j. de dot. releg. l. 2. C. ã. ser.

Parens ex contractu, vel quasi contractu filijfamiliâs, de peculio tenetur: [a] ipse insolidũ tenetur. [b] Sed & si in rem patris verterit, actione De in rem verso pater conuenitur: [c] vel si iusserit, Quod iussu. [d] Si seruus vel ancilla contraxerit, vel quasi contraxerit, dominus simili modo, id est de peculio, vel de in rem verso tenebitur: seruus, vel ancilla non tenebitur, etiam si manumittatur, nisi vt inferiùs dicetur. [e] Neque solùm quandiu in dominio seruus est, dominus tenetur de peculio, sed etiam si adempto ei peculio, manumiserit. [f]

L. XIIII. PAVLVS. Lib. 9. ad edictum.

Põponius libro uicesimosexto in negocijs gestis initio cuiusq; tẽporis conditionẽ spectãdã ait. Quid enim (inquit) si pupilli tui negocia cœperim gerere, & inter moras pubes factus sit: uel serui aut filijfamiliâs, & interea liber, aut paterfamiliâs effectus sit? Et hoc uerius esse didici: ni si si ab initio quasi unũ negociũ gesturus accessero, deinde alio animo ad aliud: ac eo tẽpore quo iam pubes uel liber, uel paterfamiliâs effectus est. Hic enim quasi plura negocia gesta sint: pro qualitate personarum & actio formatur, & condemnatio moderatur.

a. l. 5. sup. b. vt hîc. c. §. quinimo. l. iurisg. 5. de pa.

Seruorũ, filiorũfamiliâs, & pupillorũ cõditionẽ in hac actione à cæterorũ cõditione differre, superiùs ostẽsum est: [a] in quib⁹ tẽporis gesti negocij initiũ spectatur, [b] nisi vt diuersa negocia gerãtur. Formare verò actionẽ Paulus hîc dicit, pro eo quod vulgus Formare libellũ: alibi est parere actionem. [c]

L. XV. IDEM. Lib. 7. ad Plautium.

Sed & cùm aliquis negocia mea gerit: non multa negocia sunt, sed unus contractus: nisi si ab initio ad unum negocium accessit, ut finito eo discederet. Hoc enim casu si noua uoluntate aliud quoque aggredi cœperit, alius contractus erit.

a. l. ex cõtract. j. de actio. b. l. ex malefi. eo.

Negocij gestionem contractũ appellat, vt alibi: [a] & si propriè quasi contractus dicatur, quòd inter duos gestum non sit. [b]

L. XVI. VLPIANVS. Lib. 25. ad edictum.

Eũ actũ quẽ quis in seruitute egit, manumissus nõ cogitur reddere. Planè si quid cõnexũ fuerit, ut separari ratio eius ꝙ in seruitute gestũ est, ab eo quod in libertate gessit, nõ possit: cõstat uenire in iudiciũ uel mãdati uel negociorũ gestorũ, & ꝙ in seruitute gestũ est. Deniq; si tẽpore seruitutis areã emerit, & in eã insulã ædificauerit, eaq; corruerit, deinde manumissus fundũ locauerit: sola locatio fundi in iudiciũ negociorum gestorũ deducitur: quia ex superioris tẽporis administratiõe nihil ampliùs in iudiciũ deduci potest, quàm id sine quo ratio libertatis tempore administratorũ negociorũ expediri non potest.

a. j. l. & qui. b. d. l. & qui. c. d. l. 2. C. an ser. d. l. 2. j. de dot. releg. d. j. l. & qui. e. j. de pec. f. l. 1. j. si q. testa. l. & eleg. j. de dol. l. promissæ. C. an. ser. l. fi. de pe. hær. g. §. omnes. de noxal. h. l. natur. j. de cond. indeb. i. hîc. k. d. l. eum.

Seruus cœpit gerere negociũ, & in eo gerendo perseuerauit iã manumissus, vt in reficiẽdo domum alterius. Is quod ex negocio reliquũ habet quo tempore liber fit, reddere quidem cogitur: [a] & si quid natura debuit absenti, id sibi soluere debet manumissus, etiam de eo quod acquisiuit liber: [b] quod dolo, vel culpa seruili commissum est, nõ venit in iudiciũ. Et hæc ex Vlpiano, & Paulo, hîc colliguntur. Sanè dominus si ademit peculium, de peculio tenebitur, etiam doli, & culpæ seruilis nomine: [c] si legauit, vel alioqui donauit manumisso, ex eo quod reliquum est ex negocio per eũ gesto, reddet: quod dolo, vel culpa amiserit, non reddet ex Scæuolæ distinctione. [d] Sibi enim imputabit qui cùm seruo contraxit: cùm nec dominus, nisi de peculio, cõueniatur. [e] Ex dolo suo, factóve, tempore libertatis interdũ in subsidiũ alterius actionis, tenetur manumissus, [f] & noxa eũ sequitur quam seruus nocuit, [g] & denique ex cõtractu naturaliter obligatur, vt solutum repetere non possit. [h] Illud quæri potest, an cùm negocia seruitutis, & libertatis tempore gesta separari possint, in ijs quæ in seruitute gesta sunt, Scæuolæ distinctio locum habeat. Et puto habere multò magis quàm vbi non possunt separari. Eius nomine quod in libertate gessit, & dolũ, & culpam præstabit: [i] quò Vlpiani distinctio respicit. [k]

L. XVII. PAVLVS. Lib. 9. ad edictum.

Proculus & Pegasus bonam fidem eum qui in seruitute gerere cœpit, præstare debere aiunt. Ideóque quantùm si alius negocia eius gessisset, seruari potuisset: tantũ eum qui à semetipso nõ exegerit, negociorum gestorum actione præstaturũ, si aliquid habuerit in peculio, ex cuius retentione id seruari potest.

Seruus centum debuit abſénti, cuius negocia geſsit: & peculium ad ducenta habuit, manumiſſus in centum & vſuras tenebitur, quantũ alio geſtore ſeruari potuiſſet: [a] cùm præſertim in peculio habuit ducenta: vnde retinere potuerit quod natura abſenti debebat. His addit Paulus ad Neratium, vt ſi in eodem actu manumiſſus perſeueret, etiam ſi peculiũ nõ habeat de ſuo poſt manumiſsionem quæſito, ſibi ſoluat quod natura debuit. [b] Nec ſibi contrarius eſt Paulus, ſed diuerſas ſpecies diſtinguit.

a l. 5. §. eo.
b l. ſeq. ʃ. in prin.

L. XVIII. IDEM. *Lib. 2. ad Neratium.*

Et qui natura debitor fuit (etiam ſi in peculio nihil habuit) ſibi poſtea ſoluere debet in eodem actu perſeuerans: ſicut is qui temporali actione tenebatur, etiam poſt tempus exactum negociorum geſtorum actione id præſtare cogitur. Scæuola noſter ait putare ſe (quod Sabinus ſcribit) debere à capite rationem reddendam ſic intelligi, ut appareat quid reliquum fuerit tunc cumprimùm liber eſſe cœperit, non ut dolum aut culpam in ſeruitute admiſſam in obligationem reuocet: itaque ſi inueniatur uel malo more pecunia in ſeruitute erogata, liberabitur. Si libero homini qui bona fide mihi ſeruiebat, mandem ut aliquid agat: non fore cum eo mandati actionem Labeo ait: quia non libera uoluntate exequatur rem ſibi mandatam, ſed quaſi ex neceſsitate ſeruili. Erit igitur negociorum geſtorum actio: quia & gerendi negocij mei habuit affectum: & is fuit, quem obligare poſſem. Si cùm me abſente negocia mea gereres, imprudẽs rem meam emiſti, & ignorans uſucœpiſti. Mihi negociorum geſtorum iudicio ut reſtituas, obligatus non es. Sed ſi antè quàm uſucapias, cognoſcas rem meã eſſe: ſubijcere debes aliquem qui à te petat meo nomine: ut & mihi rem, & tibi ſtipulationem euictionis committat, nec uideris dolũ malum facere in hac ſubiectione, ideò enim hoc facere debes, ne actione negociorum geſtorum tenearis. Non tantùm ſortem, uerumetiã uſuras ex pecunia aliena perceptas, negociorum geſtorum iudicio præſtabimus, uel etiam quas percipere potuimus. Contra quoque uſuras quas præſtitimus, uel quas ex noſtra pecunia percipere potuimus, quam in aliena negocia impendimus, ſeruabimus negociorum geſtorum iudicio. Dum apum hoſtes eſſet Titius, negocia eius adminiſtraui: poſtea reuerſus eſt. Negociorum geſtorum mihi competit actio: & ſi eo tempore quo gerebantur, dominum non habuerunt.

Ait, Sicut is qui temporali. Similitudo in hoc cõſiſtit, quod licet manumiſſus iam liberatus videatur, tamen quia in negocio perſeuerat, quod debuit pręſtare debet: vt is qui temporali actione liberatus eſt, quòd à ſeipſo non exegerit. [a] Tẽporalis actio fuit hoc tempore, vt redhibitoria: [b] lege Imperatoria omnibus actionibus ferè triginta, vel quadraginta annis præſcribitur. [c] Ait, Scæuola noſter. A capite rationem reddendam Sabinus in hoc argumento ſeruorum manumiſſorum, alicubi ſcripſit: cuius ſententiam interpretatus eſt Scæuola, authore Paulo, vt quod reliquum ſit quo tempore manumittitur ſeruus, id quidem reddat ei cuius negocium geſsit, nõ autẽ quod dolo, aut culpa in ſeruitute amiſſum ſit. Et hæc Scæuolæ ſententia apud Paulum, lumẽ dat Vlpiani diſtinctioni: [d] vnde colligimus cùm ſeparata ſunt negocia, nihil opus eſſe à capite rationem ducere: ſed ſeparatim vtriuſq; temporis adminiſtrationem æſtimandã: [e] vt quod reliquũ ſit ex geſto in ſeruitute negocio, manumiſſus præſtet, [f] dolum, & culpam non pręſtet. [g] Si verò cõnexum ſit negocium à capite ducatur ratio, & quod reliquũ fuerit, dolus & culpa ſimiliter æſtimetur. Eius quod in libertate geſsit nomine, indiſtinctè dolum pręſtabit & culpã, vt alius quilibet geſtor. Ait, Si libero. Mãdati actio nõ cõpetit, niſi libera volũtate mãdatũ ſuſcipiatur: [h] negociorũ geſtorũ actio datur, vbi ſuſpicione neceſsitatis geritur. [i] Ait, Si cũ me abſente. Bona fides negociorũ geſtorẽ culpa eximit: [y] ſed ſingulare in eo eſt, vt ad vſucapiendũ nõ ſufficiat ab initio bona fides, niſi perſeueret dũ cõpleatur lõga poſſeſsio: [k] quia vtiliter gerere nõ videtur, qui vſucapionẽ nõ impedit, vt qui à ſeipſo nõ exigit. [l] Cautio tamen erit, vt ſubijciat qui petat rẽ, quo actionẽ de euictiõe in vẽditorẽ habeat: [m] nec culpa videbitur nõ vſucœpiſſe, eũ in hoc deſinat poſſidere, ne negociorũ geſtorũ teneatur. [n] Ait, Nõ tãtũ. Debitum nõ vſurariũ fieri vſurariũ Vlpianus ſuprà dixit: [o] quod ita accipi debet, ſi fœnerare cõſueuerit. [p] Ait, Dũ apud. Suprà de fictione legis Corneliæ, [q] hoc loco de fictione poſtliminij: quarum vtraque efficit, vt alterius negocium, vel hæreditarium negocium, geſtũ videatur, vtroque ergo caſu vtilis actio cõpetit, nõ directa. [r]

a l. ſiue autẽ. §. e.
b ʃ. de ædil. edict. l. cũ ſer.
c C. de præſ. trigin. an.
d §. l. eum.
e d. l. eum.
f arg. d. l. fi. C. de peti hær.
g vt hic.
h d. l. 1. ʃ. mãda.
i l. 3. §. eo.
k l. 1. C. de vſuca. tranſ.
l l. 5. §.
m l. vtiq;. ʃ. de rei vendi.
n l. dictũ. ʃ. de euict. & hic.
o l. 5. §.
p l. qui ſemiſs. ʃ. de vſur.
q l. ſucceſs. §.
r ar. d. l. poſth. de tutel. & ra.

L. XIX. VLPIANVS. *Lib.10.ad edictum.*

Si autem apud hostes constitutus decesserit: & successori, & aduersus successorem eius, negociorum gestorum actio directa & contraria competit.

a.§.e.l. succes.

Expositiùs aliquanto quàm suprà,[a] idem dicitur ex Vlpiano: quia & de contraria actione hoc loco nominatim scribit

L. XX. PAVLVS. *Lib.9.ad edictum.*

Nam & Seruius respondit (ut est relatum apud Alphenum lib. 37. Digest.) cùm à Lusitanis tres capti essent, & unus ea conditione missus, ut is pecuniam pro tribus afferret: & nisi redijsset, ut duo pro eo quoque pecuniam darent: isque reuerti noluisset, & ob hanc caussam illi pro tertio quoque pecuniã soluissent: æquum esse Prætorẽ in eum reddere iudicium. Qui negocia hæreditaria gerit, quodammodo sibi hæreditatem, seque ei obligat. Ideoque nil refert an etiam pupillus hæres existat: quia id æs alienum cum cæteris hæreditarijs oneribus ad eum transit. Si uiuo Titio negocia eius administrare cœpi, intermittere mortuo eo non debeo: noua tamen inchoare necesse mihi non est, licet uetera explicare ac conseruare necessarium sit, ut accidit cùm alter ex socijs mortuus est. Nam quæcunque prioris negocij explicandi caussa geruntur, nihil refert quo tempore consumuntur, sed quo tempore inchoantur. Mandatu tuo negocia mea Lucius Titius gessit, quòd si non rectè gessit, tu mihi actione negociorum gestorum teneris: non in hoc tãtùm, ut actiones tuas præstes, sed etiam, quòd imprudenter eum elegeris, quicquid detrimenti negligentia eius fecit, ut mihi præstes.

a.j. de excep. dol.
b.l.postli.j.de capti.& l. hostes.
c. Cicer. pro Muren.
d. l.si patre.j. de capti.c.ius mili.di.1.
e. §. itẽ ea. de re. di. c. ius gẽtiũ di.1.
f.§. seruus. de her. insti.
g.l.5 §.
h.d.l 5.
i.l.hæres socij j.pro so.
k.c. qui per. de reg. iur.l.1.
§.doiecis.j.de vi.ar.
l.l. si quis mãda.j.eo.
m.l 3.§. eo.ar. & l.5. in prin.
n.l. & qui.§. si libero.§. & d. l.5.in prin.
o.l. si quis. §. de iurisdi.d.l. 1.de vi.ar.

Ad fictionem postliminũ & hoc exemplũ pertinet. Est autẽ negocium eius qui redire noluit, vtiliter gestũ: quòd nisi alij duo pro eo pacti essent pecuniã, nõ dimitteretur. Nec moueor quòd inter ciues exceptio Quod metus caussa, locũ habeat.[a] Nã ab hostibus mage ferro rẽ repetunt,[b] vt Ennius ait: Silent enim leges inter arma,[c] vt omittã redeptionem hanc iure belli debitã, quãuis à captiuo promissa sit:[d] quando & occidere captum iure gentiũ liceat, nõ solùm vi illata, cũ eo pacisci, &c.[e] Ait, Qui negocia. Hereditas fictione iuris, personam defuncti sustinet:[f] ideò qui negocia hereditaria gessit, nõ pupilli gessisse negocia videtur, quãuis hæres extiterit: nec eo priuilegio vtetur, de quo superiùs dictum est.[g] Ait, Si viuo. Negligentia gestori imputatur:[h] ideò si quædã negocia gerere cœpit, mortuo domino cõsummare debet, non noua inchoare: quod & in societate obseruatur.[i] Ait, Mãdato tuo. Qui mandat vt negocia mea gerãtur, ipse gerere videtur:[k] & negociorum gestorum actione mihi tenetur.[l] Verũ & is qui gessit, mihi teneatur, quæri potest: & puto non teneri, quòd non animo gerendi negocij, sed defungendi mandato, interuenit:[m] cùm præsertim mandati actio mihi cõpetat, vt non magnopere opus sit edicti productione. Nam si mandati actio non competeret edictum produceretur.[n] Sanè in delictis non solùm qui mandauit, sed & qui dolo fecit, tenetur.[o]

L. XXI. CAIVS. *Lib.3.ad edictum prouinciale.*

Siue hæreditaria negocia, siue ea quæ alicuius essent, gerens aliquis necessariò rem emerit: licet ea interierit, poterit quod impenderit, iudicio negociorum gestorum consequi: uelutí si frumentum aut uinum familiæ parauerit, idque casu quodam interierit, incendio fortè uel ruina. Sed ita scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina uel incendium sine uitio eius acciderit. Nam cùm propter ipsam ruinam aut incẽdium damnandus sit, absurdum est eum istarum rerum nomine, quæ ita consumptæ sunt, quicquam consequi.

a.l.sed an.§.
b.l.5.§. si ego. sup.
c.l. ex duob. j.e.
d.l debitor.§. l.si seruũ.j.de ver.ob.

Vtramque partem edicti complectitur Caius, & idem ait quod suprà Vlpianus:[a] nimirum satis esse vtiliter ab initio gestum esse negocium. Ait, Necessariò. Si non esset necessarium, haud vtiliter gestum negocium intelligeretur:[b] ità tamen vt quod vtile sit, necessarium nunc intelligamus.[c] Ait, Sed ita. Casum nemo præstat, nisi culpa præcesserit vel mora.[d]

L. XXII. PAVLVS. *Lib.20.ad edictum.*

Si quis negocia aliena gerens, indebitum exegerit: restituere cogitur. De eo autem quod indebitum soluit, magis est ut sibi imputare debeat.

a.l.si autẽ.
b.l.si quis ali.

Prior pars superiùs exposita est:[a] posterior inferiùs repetitur.[b]

L. XXIII.

L. XXIII. IDEM *Lib.24.ad edictum.*

Si ergo hac mente pecuniam procuratori dem, ut ea ipsa creditoris fieret: proprietas quidem per procuratorem non acquiritur: potest tamen creditor etiam inuito me ratum habendo pecuniam suam facere: quia procurator in accipiendo creditoris duntaxat negocium gessit: & ideò creditoris ratihabitione liberor.

Procuratori creditoris non rectè soluitur, nisi vel omnium rerum sit, vel specialiter ei mādetur.[a] Si igitur procuratori ad agēdum dato, siue specialiter, siue generaliter, data sit pecunia, nō efficitur creditoris eiusdemque domini: quia solui ei non potest. Sed tamē ratihabitione domini, cuius ipso gestu negociū fit,[b] acquiritur proprietas, & liberatur debitor. Nec moueor quòd mandatum, re integra reuocetur:[c] quia procuratori, de quo agitur, mandatum non est vt pecuniam exigat, vel à debitore vt soluat. Sed & inuito debitore, id est non consentiente,[d] ratum habere potest creditor: licet si mandauerit debitor, reuocare mandatum possit, re adhuc integra.

a. l.sed si tantum. supr. de pact.
b. l.5.§.1. soluendo.inf.
c. §.rectè.mādati.
d. l.filiusfa.§. de proc.

L. XXIIII. IDEM *Lib.27.ad edictum.*

Si quis negocia aliena gerens, plùs quàm oportet impenderit: recuperaturum eum id quod præstari debuerit.

Vt mandatarius, nō debet excedere fines mādati,[a] ita negocij alieni gestor vtiliter gerere debet, & eo nomine duntaxat habet actionem.[b] Nam si pro quinquaginta quæ absens debuit, centum soluerit, non in centum, sed quinquaginta aget. Quod & in impensis in ædium refectionem supra modum, &c. similiter locum habet.

a. l. qui prop. §. de proc. l. diligenter. §. mand.
b. l. quæ vtiliter. §. eo. l. si quis neg. sup. eo.

L. XXV. MODESTINVS *Lib.1.Responsorum.*

Cùm aliquando ciuitati per fideicommissum restitui iussa hæreditas esset, magistratus actores horum bonorū Titium *&* Seium *&* Caium *idoneos tunc creauerunt. postmodum hi actores inter se diuiserunt administrationem bonorum: idque egerūt sine authoritate & sine consensu magistratuum. post aliquod tempus testamētum quoque per quod restitui ciuitati hæreditas fideicommissa est, irritum probatum est pro tribunali: atque ita ab intestato* Sempronius *legitimus hæres defuncti extitit. sed & ex his actoribus unus non soluendo decessit: & nemo eius hæres extitit. Quæro si* Sempronius *cōueniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet?* Herennius Modestinus *respondit, quòd ab uno ex actoribus ob ea quæ solus gessit, negociorum gestorum actione seruari nō potest, ad damnum eius cui legitima hæreditas quæsita est, pertinere.*

Qui gessit negocia hæreditaria, eatenus hæredi tenetur, quatenus gessit: licet contemplatione reip. gesserit. Neque magistratus qui nomine reip. geri decreuit, hoc nomine tenebitur negociorum gestorum: cùm præsertim iustam caussam habuerit decernēdi, & idoneos actores dederit. Contrà si curatores bonis dedit magistratus, pupillo ad quem pertinebunt bona, tenebitur negociorū gestorum.[a] Id quod exemplo actionis tutelæ subsidiariæ, responsum est.[b] Quòd verò Paulus ait, aliam esse caussam tutorum, aliam eorum qui reip. negocia administrant, ad eam speciem respicit quam tractat. Tutores enim pupillo tenentur insolidum, licet reip. teneantur.[c] Nec ad rem pertinet quòd curator bonis datus non sit magistratus, cùm vterque insolidum pulsetur.[d]

a. l. Lucius.§. de adm.tuto.
b. inf.de magistr.
c. l.2.& 3.inf. de adm.re.ci.
d. l.j.§. de cura.bo.dā.

L. XXVI. IDEM *Lib.5.Responsorum.*

Ex *duobus fratribus, uno quidem suæ ætatis, alio uerò minore annis, cùm haberent cōmunia rustica prædia, maior frater in saltu communi habēte habitationes paternas, ampla ædificia ædificauerat. cúmque eūdem saltum cum fratre diuideret, sumptus sibi, quasi re meliore ab eo facta, desiderabat fratre minore iam legitimæ ætatis constituto.* Herēnius Modestinus *respon. ob sumptus nulla re urgēte sed uoluptatis caussa factos, eū de quo quæritur, actionem non habere.* Idem Titium, *si pietatis respectu sororis aluit filiam, actionem hoc nomine contra eam non habere respondit.*

Ex natura huius actionis eæ demum impensæ debentur gestori, quæ vtiliter fiunt:[a] ideò quæ voluptariæ sunt, non veniunt in iudicium. vtiles impensæ à contrario venire intelliguntur, & ex natura actionis. Agitur autem hoc iudicio ob modicas impēsas, quæ in iudicio de dote non dāt

a. l.2.§.1. quæ. inf.

exactionem.[b] Ait, Idem Titium. Quæ pietatis respectu dantur, donata intelligũtur:[c] nec in hoc iudicium veniunt. Est autem pietas, per quam sanguine coniunctis, & patriæ beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus, authore Cicer.[d] Vnde constat legem, quam Accursius velut cótrariam huic opponit, nihil huc pertinere.[e]

b. l. omninò. inf. de impé. in reb.
c. l. Nesen. §. eo.
d. lib. 2. Rhe.
e. l. patré. C. de nupt.

L. XXVII. IABOLENVS *Lib. 8. ex Caßio.*

Si quis mandatu Titij negocia Seij gesserit, Titio mandati tenetur. Lis quoque tanti æstimari debet, quanti Seij & Titij interest. Titij autem tanti interest, quantùm is Seio præstare debet, cui vel mandati vel negociorum gestorum nomine obligatus est. Titio autem actio competit cum eo cui mandauit aliena negocia gerenda, & antè quàm ipse quicquam domino præstet: quia id ei abesse videtur, in quo obligatus est.

Titius mandauit Sempronio, vt negocia Seij gereret: is malè gessit, in centumque Seio damnum dedit. Titius qui ob mandatum gessisse videtur, tanti Seio tenetur negociorum gestorum, vel si Seius mandauit Titio vt Sempronio mandaret, actione mandati. Et ideò Titius aduersus Sempronium mandati in centum aget, etiam antè quàm soluerit.[a] Fideiussor qui accessoriè obligatur, non priùs agit, quàm vel condemnatus sit, vel soluerit:[b] qui mandauit principaliter tenetur negociorum gestorum.[c] Illud quæri potest, num & Seius aduersus Sempronium gestoré, de negocijs gestis aget? Nam negocium Seij re ipsa gestum est, licet Titij contéplatione qui mãdauit.[d] Sed quoniam non animo gerendi negocij alieni, sed mandato defungendi gestũ est, non nisi in mandatorem Seius experietur, vel negociorum gestorum, vel in factum:[e] contrà cũ animo sponte gerẽdi negocium alterius, gestor interuenit: vtilis actio negociorum gestorum ei, & in eum datur: etsi alij, & in eum, directa competat.[f]

a. l. 2. §. eo.
b. l. Lucius. §. manda.
c. vt hic.
d. arg. l. 5. sup. l. liberto. §. inter. inf. eo.
e. l. si mandauero. §. si curator. §. man.
f. d. l. 5. & d. l. liberto.

L. XXVIII. CALLISTRATVS *Lib. 3. edicti monitorij.*

Cùm pater testamẽto posthumo tutorem dederit, isque tutelam interim administrauerit, nec posthumus natus fuerit: cum eo non tutelæ, sed negociorum gestorum agẽdum erit. Quòd si natus fuerit posthumus, tutelæ erit actio: & in ea utrumque tempus ueniet, & quo antè quàm nasceretur infans gessit, & quo posteaquàm natus sit.

Posthumus si nascatur, pro nato habetur, vbi de vtilitate eius quæritur:[a] & tutor ei datus, vtriusque temporis rationem reddet tutelæ iudicio. Si natus non erit perfectus partus, pro nullo erit:[b] & ideò ex negocijs gestis eius contemplatione, tutelæ actio cõpetere non potest, vel pro tutelæ: quia hæ actiones requirunt pupillum. Neque directa negociorum gestorum, in substitutum posthumo, vel hæredẽ ab intestato datur: quia non animo gerendi negocia hæreditaria gestor interuenit.[c] Sed cùm nulla alia detur ex hac caussa actio, & re ipsa negocia quæ cuius, cùm is moriretur, fuerunt, gesta sint, vtilis negociorum gestorum, productione edicti ad consequentiã, vltrò, citróque competit.[d]

a. l. qui in vtero. §. de sta. hom.
b. l. non sunt. sup. de ll. vbi. not. l. cum quær. infr. de verb. sig.
c. l. posth. inf. de tutel. & ratio. di.
d. vt hic. & d. l. posth.

L. XXIX. IVLIANVS. *Lib. 3. Digestorum.*

Ex facto ferebatur, quendam ad siliginem emendam curatorem decreto ordinis cõstitutum, eidémque alium subcuratorem constitutum siliginem miscendo corrupisse: atque ita precium siliginis quæ in publicum empta erat, curatori inflictum esse. quærebatúrque qua actione curator cũ subcuratore experiri posset, & consequi id ut ei saluum esset quod caussa eius damnum accepisset? & Valerius Seuerus respondit aduersus cõtutorem negociorum gestorum actionem tutori dandam. Item respondit ut magistratui aduersus magistratum eadem actio detur: ita tamen, si non sit conscius fraudis. Secundũ quæ & in subcuratore idem dicendum est.

Tutori in contutorem, magistratui in collegam, curatori à rep. dato in alium curátorem, atque adeò in subcuratorem ab eadem rep. datum, actio negociorũ gestorum competit, si eorum administratione damnum detur collegæ, &c. qui fraudis cõscius non sit.[a] Fideiussori in fideiussorem actio non competit, quamuis solidum pro reo soluerit, & confideiussorem liberauit: quia principaliter eius negocium gestum non est.[b]

a. vt hic. & l. 2. §. de admi. re. ad ci.
b. l. vt fideiussor. §. de fideiuss. l. fideius. supr. de pa. & l. seq.

L. XXX. PAPINIANVS *Lib. 2. Responsorum.*

Liberto uel amico mandauit ut pecuniam acciperet mutuam: cuius literas creditor secutus cõtraxit: & fideiussor interuenit. Etiam si pecunia in rem eius non sit uersa, tamen dabitur in eum negociorum gestorum actio creditori uel fideiussori: scilicet ad exẽ-

plum institoriæ actionis. Inter negocia Sempronij quæ gerebat, ignorans Titij negocium gessit. Ob eam quoque speciem Sempronio tenebitur: sed ei cautionẽ indemnitatis officio iudicis præberi necesse est aduersus Titium cui datur actio. Idem in tutore iuris est. Litem in iudiciũ deductam, & à reo desertã, frustratoris amicus ultrò egit, caussas absentiæ eius allegans iudici. Culpam contraxisse non uidebitur, quòd ab sententia contra absentẽ dictã ipse non prouocauit. Vlpianus notat, & hoc uerum est, cùm frustrator condemnatus est. Cæterùm si amicus cùm absentem defenderet, condemnatus, negociorum gestorum aget: poterit ei imputari, si cùm posset non appellarit. Papinianus: Qui aliena negocia gerit, usuras præstare cogitur, eius scilicet pecuniæ quæ putatis necessarijs sumptibus superest. Libertos certam pecuniã accipere testator ad sumptum monumẽti uoluit. Si quid ampliùs fuerit erogatum, iudicio negociorum gestorum, nec ab hærede rectè petetur, nec de iure fideicommissi: cùm uoluntas finem erogationi fecerit. Tutoris hæres impubes filius ob ea quæ tutor eius in rebus pupillæ paternæ gessit, non tenetur: sed tutor proprio nomine iudicio negociorum gestorum conuenitur.

Quanquam mater filij negocia secundum patris uoluntatem pietatis fiducia gerat, tamen ius actoris periculo suo litium caussa constituendi non habebit: quia nec ipsa filij nomine rectè agit, aut res bonorum eius alienat, uel debitorem impuberis accipiẽdo pecuniam liberat. Vno defendente caussam communis aquæ, sentẽtia prædio datur. Sed qui sumptus necessarios ac probabiles in communi lite fecerit: negociorum gestorum actionem habet.

Papinianus idem alibi vtilem actionem institoriã in eum dedit, qui pecunijs mutuis accipiẽdis præpositus est: [a] vt verius sit institoriam competere directã, vel vtilem, cùm generaliter negociationi quis præponitur, vel quasi negociationi: cùm specialiter vni negocio, magis negociorum actionem competere ad exemplũ institoriæ [b] Ait, Inter negocia. Qui accessit ad negocia Sempronij gerenda, inter ea ignorans Titij negocium vnum gessit: Sempronius eo quòque nomine rectè agit, vt cùm plus quàm Sempronio deberetur, gestor eius nomine exegit. [c] Hoc enim negocium ad Sempronium ipso gestu, & ratihabitione spectat, cùm sit inter negocia, & ratum habeat. [d] Sed iuridicialis cautio ideò necessaria est gestori, quòd Titij negocium re vera gesserit: cui actio negociorum gestorum in eum competit vtilis Nam & gestori in Titium actio vtilis datur, quando animo gerendi interuenerit, licet Titij negocium esse ignorauerit. Si mandato Sempronij gestum esset negocium, neque gestori ignoranti, neque in eum actio negociorũ gestorum Titio daretur, cùm su[...]ciat ei actio in mandatorem. [e] Et hæc interpretationem aliorum ad hunc locum, nõ satis defendi posse ostendunt: vt omittam diuinationẽ esse, cùm verba, sub hoc titulo præsertim, aliud significent. Ait, Litem in iudiciũ. Procurator rei, & defensor absque mandato, appellare debet: [f] id nisi fecerit, ob negligentiam tenetur. Qui ad allegãdas caussas absentiæ interuenit, defensor non est, sed excusator: [g] & ideò nec damnari solet, nec imputatur ei si non prouocarit: quia finito negocio allegationis discessit. [h] Ait, Qui aliena. Quod alibi suprà extat de vsuris, hic locus determinat: [i] vt vsuræ demum ociosæ pecuniæ veniant in hoc iudiciũ, putatis necessarijs sumptibus. [k] Ait, Libertos. Qui plùs soluit, vel impendit quàm oporteat, hoc iudicio recipere nõ potest: [l] quia vtiliter gestum negocium non intelligitur. Ait, Tutoris. Hæres cœpta negocia debet, vt contrà hæredis inchoata negocia consummari debent. [m] Sed tamen pupillus hæres excipitur: cuius tutor, si gesserit inchoata à patre negocia, suo nomine negociorum gestorum tenebitur. Ait, Quanquam mater. Fœminę ab omnibus officijs ciuilibus remotæ sunt: [n] nec liberorum quidem suorum tutelam rectè gerunt. vnde fit vt nec actorem periculo suo constituere possint, quod tutoribus licet, [o] vt agere, defendere, alienare, &c. Iure autentico fœminæ liberorum suorum tutelam suscipiunt, & actores constituunt, [p] &c. Ait, Vno defendente. Ex fonte aqua deducebatur per prædiũ Titij, ad meum, & Seij: prohibente Titio quominùs deducerem aquam communem mihi cum Seio, ad prædium commune, egi actione cõfessoria in rem, de aquæductu cum Titio, & seruitutem deberi prædio pronunciatum est. Sumptus litis pro parte à Seio, actione Negociorum gestorum rectè petam. Seruitus enim aquæductus (vt aliæ rerum seruitutes) prędio, non personæ debetur, [q] id est, ius personale nõ est, sed rei cohæret: vt meritò Seij negotium vtiliter à me gestum contendam, ex qua caussa hæc actio competit. [r] Accursius negatoria actũ intelligit: sed idẽ non obseruauit, aquæ appellatione, aquęductũ significari. [s]

a. l. in eum. ff. de instit.
b. vt hic. & l. si mutuã. C. de insti. act.
c. l. si quis. sup. eo. l. si autem. eo.
d. l. 5. supr. eo.
e. d. l. 5. sup & l. si quis mandã.
f. l. Lannitus. C. de procur. & hic.
g. l. absentem. ff. de pœn. l. Plautius. sup. de proc.
h. vt hic.
i. l. 5. & l. & qui nat.
k. l. qui sem. ff. de vsur.
l. l. si quis 22. & 14. supr. eo.
m. l. nam & ff. eo.
n. l. 2. infr. de reg. iur.
o. l. neque. C. de proc.
p. autẽt. vt li. matr. & auiæ.
q. l. vnus. inf. de ser. rusti.
r. arg. l. 1. C. si vnus ex plu. appel. l. 2. sup. eo.
s. l. si communem. ff. quemad. ser.

L. XXXI. IDEM Lib.3.Responsorum.

Fideiussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus qui personam eius non contingebat, pignora uel hypothecas suscepit, & utramque pecuniam creditori soluit, existimans indemnitati suæ confusis prædijs consuli posse. Ob eas res iudicio mandati frustra conuenietur, & ipse debitorem frustra conueniet. Negociorum autem gestorum actio utrique necessaria erit. in qua lite culpam æstimari satis est, non etiam casum: quia prædo fideiussor non uidetur. Creditor ob id factum, ad restituendum iudicio quod de pignore dato redditur, cùm uideatur ius suum uendidisse, non tenebitur. Ignorante uirgine mater à sponso filiæ res donatas suscepit. Quia mandati uel depositi cessat actio, negociorum gestorum agetur.

a. Cic. in Pręt. vrb. Ascon. — b. l. ex mãda. inf. manda. — c. l. j §. rectissime. j. de vi ar. — d. l. si mandato. J. manda. — e. l. iurisg. de pact. sup. — f. Inst. de obl. q. ex q. con. in prin.

Ait, Fideiussor. Fideiussor in cētum aureos intercessit, & pignora in ducentos creditori obligata ab eo suscepit, ducētosque ei soluit. Existimabat enim confusis prædijs, id est pignoribus [a] vtriusque obligationis, suæ indemnitati consuli posse: sed mandati actio inter eum & debitorē, nomine centum aureorum qui obligationem eius nō contingebant, locum non habet: cū mandatum non interuenerit. [b] Negociorum gestorum tamen rectè agetur: in quo iudicio dolum & culpam præstabit gestor qui pignus suscepit, non etiam casum, cùm prædo non fuerit. Prædo enim præstat casum fortuitum, quòd semper in mora sit. [c] In Pauli responso, fideiussor in omnem caussam fuit obligatus, licet pignus à creditore emerit: [d] & ideò Mandati actionem debitor in eum habet, & contrà: quæ cùm sit bonæ fidei, ad pignoris restitutionem etiam pertinet. Nã creditor qui ius suum vendidit, Pignoratitia actione non tenetur, sed fideiussor Mãdati, vt hic Negociorum gestorum. Ait, Ignorante virgine. Depositi actio, & Mandati ex contractu, & conuentione descendunt: [e] vt meritò in hac specie neutra earum competat. Quare Negociorū gestorum filia in matrem aget, quæ actio scientiam non requirit, cùm sit ex quasi contractu. [f]

L. XXXII. IDEM. Lib.10.Responsorum.

Hæres uiri defuncti uxorem quæ res uiri tempore nuptiarum in sua potestate habuit, expilatæ hæreditatis crimine postulare non debet. Prudentius itaque fecerit, si ad exhibēdum & Negociorum gestorū, si negocia quoque uiri gessit, cū ea fuerit expertus.

a. l. pen. J. de cri. exp. hær.

Ait, Hęres viri. Vxor neque furti tenetur, neque ob crimen expilatæ hęreditatis coërcetur extra ordinem. [a] Sed ad exhibendum hæres mariti defuncti, cùm ea experiri potest, & si negocium viri gessit, Negociorum gestorum.

L. XXXIII. PAVLVS Lib.1.Quæstionum.

Nesennius apollinaris Iulio Paulo Salutem. Auia, nepotis sui negocia gessit. defunctis utrisque, auiæ hæredes conueniebantur à nepotis hæredibus negociorum gestorū actione. Reputabant hæredes auiæ alimenta præstita nepoti. Respōdebatur auiam iure pietatis de suo præstitisse, nec enim aut desyderasse ut decernerentur alimenta, aut decreta esse. Præterea constitutum esse dicebatur ut si mater aluisset, non posset alimenta quæ pietate cogente de suo præstitisset, repetere. E contrario dicebatur hoc rectè dici, cùm de suo aluisse mater probaretur: at in proposito auiam quæ negocia administrasset, uerisimile esse de re ipsius nepotis eum aluisse. Tractatum est nunquid de utroque patrimonio erogata uiderentur. Quæro quid tibi iustius uideatur. Respondi. Hæc disceptatio in factum constitit. Nam & illud quod in matre constitutum est, non puto ita perpetuò obseruandum. Quid enim si etiam protestata est se filium ideò alere, ut aut ipsum aut tutores eius conueniret? Pone peregrè patrem eius obijsse, & matrem: dum in patriam reuerteretur, tam filium quàm filiam eius exhibuisse. in qua specie & in ipsum pupillum negociorum gestorum dandam actionem diuus Pius Antoninus cōstituit. Igitur in re facti faciliùs putabo auiam uel hæredes eius audiendos, si reputari uelint alimenta: maximè si etiam in rationes impensam eam retulisse auiam apparebit. Illud nequaquam admittendum puto, ut de utroque patrimonio erogata uideantur.

Mater,

Mater, & auia, alimenta quæ pietate cogente præstiterunt, non possunt repetere actione Negociorum gestorum. Sed si vel protestatione earum, vel rationibus in quas eam impensam retulerunt, contraria voluntas appareat, deducere alimēta conuentæ, & repetere actione Negociorum gestorum non prohibentur: quòd pietatis coniectura hisce casibus cesset.[a] Idem de paterno affectu constitutum est, etiam erga priuignos.[b] In rebus gerendis alia coniectura est: nimirum repetendi animo sumptus factos, nisi paterna, vel materna liberalitas probetur.[c]

a. l.alimenta. C.eo.
b. l.si paterno. C.eo.
c. d.l alimenta.

L. XXXIIII. SCAEVOLA *Lib.1.Quæstionum.*

Diuortio facto, negocia uxoris gessit maritus. Dos non solùm dotis actione, uerum etiam negociorum gestorum seruari potest. Hoc ita, si in negocijs gestis maritus dū gessit, facere potuit, aliàs enim imputari non potest quòd à se non exegerit. Sed & postea quàm patrimonium amiserit, plena erit negociorum gestorum actio: quamuis si dotis actione maritus conueniatur, absoluendus sit. Sed hic quidam modus seruandus est, ut ita querelæ locus sit: Inquantùm facere potuit, postea quàm is amiserit, si illo tempore quo gessit, ei soluere potuit. Non enim euestigiò in officio deliquit si nō protinus res suas distraxit ad pecuniam *redigēdam: præterire denique aliquid temporis debebit quo cessasse uideatur. Quòd si interea priusquàm officium impleat, res amissa est: perinde negociorum gestorum non tenetur, ac si nunquam facere potuisset. Sed si facere possit maritus, actio negociorum gestorum inducitur: quia fortè periculū est ne facere posse desinat. Illum autem non credimus teneri qui gerit negocia debitoris, ad reddēdum pignus, cùm pecunia ei debeatur, nec fuerit quod sibi possit exoluere. Sed nec redhibitoriæ speciem uenire in negociorum gestorum actionem: & per hoc sex mensibus exactis perire, siue mancipium in rebus nō inuenit, uel eo inuento, quod accessionis nomine additum est: uel quòd deterior homo factus esset: uel quod per eum esset acquisitum non ex re emptoris, nec inuenit, nec recepit: nec esset in ipsius emptoris negocijs quæ gerebat, unde sibi in præsenti redderet. Cæterùm si ex alia caussa perpetuæ obligationis, cùm sit locuples, debeat, non est imputandum quòd non soluerit: utique si neque usurarum ratio querelam mouet. Diuersúmque est in tutore debitore, quia ibi interfuit, ex priore obligatione solui, ut deberetur ex tutelæ actione.*

* aliàs redhibendā præstare denique.

Ait, Diuortio facto. Diuortio matrimonium dirimi, alio loco traditur:[a] quo dirempto, actio rei vxoriæ olim, hodie ex stipulatu, mulieri, hæredive eius, &c. competit in maritum, herédémve eius.[b] Et hæc quidem actio non in solidum semper, sed quatenus maritus facere potest, datur:[c] vt consequens sit, amisso mariti patrimonio, omninò eū absolui debere. Sed & si maritus diuortio facto, negocia vxoris gesserit, & dotem à se exigere potuerit, actione Negociorum gestorū rectè conuenietur, quòd gestor negociorū alienorum à se exigere debeat.[d] Et hæc actio plenior est quàm de dote, quòd etiam amisso mariti patrimonio, insolidum competat. Sed in hac Negociorum gestorum actione, postea quàm maritus patrimonium amisit, modus seruandus erit, vt ita demum quæri possit mulier quòd maritus à se non exegerit, si illo tempore quo gessit, soluere dotem potuit. Nec satis est in principio eius temporis quo gessit, facere potuisse maritum, sed tempus aliquantùm præterire oportet, intra quod cessasse in pecunia à se exigenda non videbitur. Porro autem actio Negociorum gestorum, non solùm tunc melior est quàm actio de dote, cùm maritus amisit patrimonium, sed etiam tunc cùm facere potest: quia ante cōdemnationem facere posse vt desinat, contingit. Ait. Illud etiam. Titius creditor Sempronij, pignus ab eo accepit, & negocia eius pòst gessit, non tenebitur reddere pignus Sempronio, nisi pecunia fuerit, quā sibi, cùm gereret, potuit exoluere. Ait, Sed nec redhibitoriæ. Eadē ratione vēditor qui emptoris negocia gessit, nō debet in iudicio Negociorū gestorū ei præstare, quod mancipium sibi nō reddiderit: si modò emptoris in rebus mācipium non inuenerit, &c. Et ideò actio redhibitoria, emptori peribit statuto sex mēsium tempore.[e] Ait, Cæterùm si ex alia. Reddere quidem sibi mācipium, gestor debet intra sex menses, &c. Sed ex alia obligatione perpetua, nō debet sibi soluere, si modò locuples sit: nisi fortè debitum post moram fiat vsurarium.[f] Nam vsurarum nomine quæri poterit dominus, si gestor non exegerit à seipso. Ait, Diuersúmque. Alij quidem debitores non tenentur sibi soluere, vt dictum est, quia nihil interest solutum esse, nisi vsuræ currāt, &c. Sed tutor debitor à se exigere debet, vt ex Tutelæ actione debeat quod ex priore obligatione debuit. Habet enim priuilegium hypothecæ actio Tutelæ, non etiam Negociorum gestorū actio.[g]

a. l.j.infr. de diuor.
b. l.j.C.de rei vxo.
c. l.maritum. infr sol.matr. §.ité si de. in sti de actio.l. exceptiones. de excep.l.in condem.de reg.iur.
d. l.5.supr.eo
e. l.sciendū. inf. de ædil.
f. l.5.in fi ṽ
g. l.pro off.C. de admi.tu.

L. XXXV.

L. XXXV. PAVLVS *Lib. 4. Quæstionum.*

Si liber homo bona fide mihi seruiens, mutuam pecuniam sumpserit, eámque in rem meam uerterit: qua actione id quod in rem meam uertit, reddere debeam, uidēdum est. Non enim quasi amici, sed quasi domini negocium gessit. Sed negociorum gestorum actio danda est: quæ desinit competere si creditoribus eius soluta sit.

Ait, Si liber. Ex superioribus apparet, Negociorum gestorum actionem inter liberum hominem bona fide seruientem, & eum cui seruit, locum habere. [a] Si tamē debitor ex negocio gesto, negocium creditoris gesserit soluendo eam pecuniam creditoribus, actio desinit competere: quia qui soluat creditori creditoris, ei soluere intelligatur, eùm eum vel inuitum liberet. [b]

a. l. 5. supe. l. si quis quasi. l. & qui natura. b. l. soluendo. inf. eo. l. solutū. inf. de pig. act.

L. XXXVI. IDEM *Lib. 1. Sententiarum.*

Litis contestatæ tēpore quæri solet, an pupillus cuius sine tutoris authoritate negocia gesta sunt, locupletior sit ex ea re factus, cùm is patitur actionem. Si pecuniæ quis negocium gerat, usuras quoq; præstare cogitur, & periculum eorum nominū quæ ipse contraxit: ni fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserint, ut tempore litis ex ea actione contestatæ soluendo non essent. Pater si emancipati filij res à se donatas administrauerit: filio actione negociorum gestorum tenebitur.

Pupillum non teneri Negociorum gestorum, nisi locupletior factus sit, ex alio capite suprà constitit: [a] sed vtrúmne locupletior factus sit ex ea re cuius patitur actionem, litis contestatæ tēpore in iudicio Negociorum gestorum quærēdum est. [b] Alij codices habēt cùm is patitur actionem, id est, litis cōtestatæ tempore cum pupillo: sed vetus lectio satis placet. Ait, Si pecuniæ quis. Hic locus extat apud Paulum in fragmentis sententiarum, quæ per Theodosium annexæ vidētur codici Theodosiano. Sed paulò fusiùs hic refertur Pauli sententia quàm in illis fragmentis, vt manifestum sit Theodosium detraxisse multa breuitati studentē, & interdum immutasse quędam fortasse: quod Iustinianus compilatoribus suis permisit. [c] Si quis ergo pecuniā absentis sub fœnore mutuarit, dolum & culpam in nominibus faciendis præstabit domino pecuniæ: casum fortuitum non præstabit. Sed quid præstatur in hoc iudicio, suprà alibi dictum est. [d] Ait, Pater. Hæc sentētia apud Paulum Theodosij legitur, additis hisce verbis, Sine exceptione. Sicut mater ergo filiæ, [e] ita pater filio emancipato tenetur hoc iudicio, nihil impediente actionem hāc, personarum coniunctione.

a. l. 5. sup. b. vt hic. c. ī. cōstit. 3. d. l. 10. ī. & l. 3. eo. e. l. fideiussor. ī. in fi.

L. XXXVII. TRIPHONINVS *Lib. 2. Disputationum.*

Qui sine usuris pecuniam debebat, creditoris sui gessit negocia. Quæsitum est, an negociorum gestorū actione summæ illius usuras præstare debeat? Dixi, si à semetipso exigere eum oportuit: debiturū usuras. Quòd si dies soluendæ pecuniæ tempore quo negocia gerebat, nondum uenerat: usuras non debiturum. Sed die præterito, si non intulit rationibus creditoris cuius negocia gereret, eā pecuniam à se debitam: meritò usuras bonæ fidei iudicio præstaturū. Sed quas usuras debebit, uideamus: utrū eas quibus alijs idem creditor fœnerasset? an & maximas usuras? quoniam & ubi quis eius pecuniam, cuius tutelam negociáue administrauit, aut magistratus municipij publicā, in usus suos conuertit, maximas usuras præstat: ut est constitutum à diuis Principibus. Sed istius diuersa caussa est: quia nō sibi sumpsit ex administratione nummos, sed ab amico accepit & ante negociorum gestorum administrationem. Nam in illis de quibus constitutū est, cùm gratuitam certè integram & abstinentem omni lucro præstare fidem debeant: licentia qua uidentur abuti, maximis usuris uice cuiusdam pœnæ subijcitur. hic bona ratione accepit ab alio mutuum: & usuris, quia non soluit, non quia ex negocijs quæ gerebat, ad se pecuniam transtulit, condemnandus est. Multùm autem refert, incipiat nunc debitum, an antè nomen fuerit debitoris: quod satis sit ex non usurario facere usurarium.

Ait, Qui sine. Principium huius capitis superiùs expositum est. [a] Ait, Sed quas vsuras. Disertè exprimit differentiam inter administratores rerum alienarum, qui in vsus suos cōuertunt, & debitorem pecuniæ ante gestionem, qui sibi non soluit. Maximas vsuras accipe centesimas, id est, in centenos nummos, singulos per singulos menses. Ita enim Theophilus accepit, [b] aliter quàm inueteratus

a. l. diuortio. & l. 5. in fi. b. instit. de actio. §. plus.

ueteratus error diutiùs obtinuit. Nomen verò debitoris obligationẽ vocat, quòd in instrumẽtis nomina debitorum inscribantur. [c] Hinc bona nomina dicta Ciceroni, & consultis, quando debitores exigi possunt, & soluendo sunt.

c. l. j. ĵ. ad Maced.

L. XXXVIII. CAIVS *Lib. 3. de Verborum obligationibus.*

Soluendo quisque pro alio licet inuito & ignorante, liberat eum. Quod autem alicui debetur, alius sine uoluntate eius non potest iure exigere. Naturalis enim simul & ciuilis ratio suadet alienam conditionem meliorem quidem, etiam ignorantis & inuiti nos facere posse, deteriorem non posse.

Ait, Soluendo. Beneficium aduersus rationem iuris communis, non confertur inuito: [a] sed ius commune permittit pro alio soluere, & eum vel inuitum liberare. Contrà obligatio non tollitur, si alij pro alio soluatur, sine creditoris voluntate. Meliorem enim conditionem inuiti facere leges permittunt, non deteriorem. [b] Sunt tamen certi casus in quibus alius pro alio agit absque expressa eius voluntate, vt tutor, actor vniuersitatis ab ordine constitutus, coniuncta persona, &c. [c] Sed hæc singulari iure constituta sunt contra rationem iuris communis, quam hic Caius refert.

a. l. inuito. ĵ. de reg. iur.
b. l. iure. ĵ. de reg. iur. l. inuito. C. de solut.
c. insti. per. q. p. ag. poss. l. sed hæ sup. de procur.

L. XXXIX. PAVLVS *Lib. 10. ad Sabinum.*

Si communes ædes tecum habeam, & pro tua parte damni infecti uicino cauero: dicendum est quod præstitero, negociorum gestorum actione potiùs quàm communi diuidundo iudicio posse me petere: quia potui partem meam ita defendere, ut socij partẽ defendere non cogerer.

Discrimen est nobile actionis communi diuidundo & Negociorum gestorum, quãdo in rem communem geritur negocium. Hæc enim datur, cùm sponte totum negocium gessit: illa verò, cùm non potuit pro parte tantùm gerere. Exemplum est damni infecti cautio, quam pro parte indiuisa domum præstare licet: [a] etsi mittatur in possessionem pro parte, qui damnum infectum timet, nisi insolidum caueatur. [b] Contrà seruum communem qui noxiam nocuit, pro parte defendere non licet: & ideo qui insolidum defendit, actione Familiæ ereiscundæ, aut communi diuidundo, partem sumptuum recipiet. [c] Cautio quoque legatorum pro parte expediri nõ potest, quòd in vniuersa bona defuncti missio fiat. [d]

a. l. si quis putans. ĵ. de dã. infe.
b. l. in stip. ĵ. de dam. inf.
c. l. hæredes. fa ercis. inf. l. si socius. com. di.
d. d. l ex q. caus. in pos. & d. l. hæredes

L. XL. IDEM *Lib. 30. ad edictum.*

Qui seruum meum me ignorante uel absente in noxali caussa defenderit, negociorũ gestorum insolidum mecum, non de peculio aget.

Ait, Qui seruum Actio de peculio, aduersus dominum datur ex contractu serui: [a] qui seruum defendit in noxali iudicio, negocium cum eo non gerit, sed quasi contrahit cũ domino: & ideò Negociorum gestorum actione dominus pulsabitur, si modò vtiliter defensus sit, [b] &c.

a. l. j. ĵ. de pecul.
b. l. 2. ĵ. & hic.

L. XLI. IDEM *Lib. 32. ad edictum.*

Si serui mei rogatu negocia mea susceperis, si duntaxat admonitus à seruo meo id feceris, erit inter nos negociorum gestorum actio. Si uerò quasi mandato serui, etiam de peculio, & de in rem uerso actione agere te posse, responsum est.

Ex mandato serui, actio de peculio, & de in rem verso, competit: quòd negocium cum seruo gestum sit, vt dixi. [a] Quòd si admonitus tantùm à seruo, negocia domini quis gesserit, non nisi Negociorum gestorum actio competere potest. [b]

a. ĩ. l. qui seruum.
b. vt hic.

L. XLII. LABEO. *Lib. 6. posteriorum epitomatorum.*

Cùm pecuniam eius nomine solueris, qui tibi nihil mandauerat, negociorum gestorũ actio tibi competit: cùm ea solutione debitor à creditore liberatus sit: nisi si quid debitoris interfuit eam pecuniam non solui.

Soluentem pro alio, eum liberare vel inuitum suprà dictum est: [a] actionem Negociorum gestorum soluenti competere Labeo hic ait, si vtiliter soluerit: [b] quod in hac actione semper exigitur. Multis modis autem accidit vt pro alio vtiliter non soluatur. Quid enim si exceptionẽ retẽtionémve, aut compensandi ius habuit debitor? quid si dies soluendi nondum venit? [c] &c.

a. l. soluendo. sup. e.
b. l. 2. sup.
c. l. qui ex l. si in area. ĵ. de condi. indeb. l. ex quib. ca. l. etiam. de cõ pen. l. nã si. de cond. indeb.

L. XLIII. VLPIANVS *Lib. 6. disputationum.*

Is qui amicitia ductus paterna, pupillis tutorẽ petierit, uel suspectos tutores postulauerit, nullam aduersus eos habet actionem, secundum quod diui Seueri constitutione declaratur.

a. arg. l. Nesen sup.
b. l. 5. supr. eo.

Ait, Is qui. Qui amicitia ductus patris, pupillis tutores petijt, vel suspectos postulauit, repetere sumptus non potest, quos donasse intelligitur. [a] Sanè amicitia filij negocium gerens peculiare, eum patre aget de peculio, cui nihil dare voluit. [b]

L. XLIIII. IDEM Lib. 3. Opinionum.

Quæ utiliter negocia alicuius erogantur, in quibus est etiam sumptus honestè ad honores per gradus obtingentes factus: actione negociorum gestorum peti possunt. Qui purè testamento libertatem acceperunt, actus quem uiuentibus dominis administrauerunt, rationem reddere non compelluntur. Titius pecuniam creditoribus hæreditarijs soluit, existimãs sororem suam defuncto hæredem testamento extitisse. Quãuis animo gerendi sororis negocia id fecit, in ueritate tamen filiorum defuncti qui sui hæredes patri sublato testamento erant, gessit: sed quia æquum est in damno eum non uersari, actione negociorum gestorum id eum petere placuit.

a. l. vt grad. j. de mu. & ho.
b. l. 2. sup.
c. l. 5. sup.

Ait, Quæ vtiliter. Sumptus in petitione Consulatus, Præturæ, & aliorum honorum gradatim obtingentium [a] factus, inter negocia vtiliter gesta habetur, & ideò Negociorum gestorum actione repetitur. [b] Ait, Qui purè. Vide commentarium ad caput Eum actum, suprà. Ait, Titius. Similem speciem alibi suprà ostendimus. [c]

L. XLV. APHRICANVS Lib. 7. Quæstionum.

Mandasti filio meo ut tibi fundum emeret: quod cùm cognouissem, ipse eum tibi emi. Puto referre qua mente emerim. Nam si propterea, quòd tibi necessarium esse scirẽ, & te eius uoluntatis esse ut emptum habere uelles: agemus inter nos negociorum gestorum, sicut ageremus si aut nullum omnino mandatum intercessisset: aut Titio mãdasses, sed ego (quia per me commodius possem negocium cõficere) emissem. Si uerò propterea emerim, ne filius meus mandati iudicio teneretur: magis est ut ex persona eius & ego tecum mandati agere possim, & tu mecum habeas actionem de peculio: quia & si Titius id mandatum suscepisset: & ne eo nomine teneretur, ego emissem: agerem cum Titio negociorum gestorum, & ille tecum, & tu cum illo mãdati. Idem est & si filio meo mãdaueris ut pro te fideiuberet: & ego pro te fideiusserim. Si proponatur te Titio mãdasse ut pro te fideiuberet: méque, quòd is aliqua de caussa impediretur quominùs fideiuberet, liberandæ fidei eius caussa fideiussisse: negociorũ gestorum mihi actio cõpetit.

a. l. 5. sup.

Ait, Mandasti. Pater ex contractu filij agit, si ideò gessit ne filius teneretur: ex suo quasi cõtractu, Negociorum gestorum agit, si contemplatione domini gessit. Qua ratione si cum extraneo contractum sit, & ego contemplatione eius geram negocium ne Mandati teneatur, Negociorum gestorum cum eo agam, & is cum domino negocij, Mandati experietur. Si contemplatione domini gessi, cum eo Negociorum gestorum agam. Idem est & in fideiussione quod in alijs mãdatis, vt sequitur. Similem speciem suprà demonstrauimus, [a] in eo qui pupilli negocia gessit, ne tutor tutelæ teneretur.

a. l. cũ pater. § l. posth. inf. de tute. & ratio.
b. l. 3. §. arg. l. pen. j. si quadru.
c. Theoph. insti. de success. sub. l. 2. §. de orig.
d. l. quæ relig. j. de rei vẽdi. l. cũ filiusfa. j. si cer. pet. §. fin. de leg. Aquil. l. quoties de præs. ver. j. l. creditor. de actio. empti.

L. XLVI. PAVLVS Lib. 1. Sententiarum.

Actio negociorum gestorum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri. Nec refert, directa quis an utili actione agat uel cõueniatur: planè in extraordinarijs iudicijs, ubi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est, maximè cùm utraque actio eiusdem potestatis sit, eundémque habeat effectum.

Actio Negociorum gestorum directa est, quæ ex verbis, & mente certa edicti datur: vtilis tãtùm quæ inducitur interpretatione voluntatis: & vtraque ei competit cuius interest experiri. Eccè qui posthumi negocia gessit, qui natus non est, nullius negocia gessit: vtilis tamen Negociorum gestorum actio dabitur ex interpretatione prudentum. [a] Si alterius negocium gestum sit, vel negocium quod alicuius fuerit cùm is moriretur, directa erit actio, non vtilis tantùm. [b] Sed vtraque extraordinaria fuit etiam Pauli sæculo, vt hæ differẽtiæ subtilis obseruatio superuacua fuerit. Ordinariæ enim actiones hoc tẽpore fuerunt, quæ certam & solennẽ formulam habuerunt. [c] Extraordinariæ verò actiones in factum propositæ, & prætoriæ, inter quas est Negociorum gestorum actio, siue directa sit, siue vtilis. In eadem caussa fuerunt vtiles omnes actiones interpretatione prudentum ex legibus inductæ, [d] quæ solennem formulam non habuerunt,

vt directæ

vt directæ ex verbis & volũtate legum,[e] & ideò in his referebat Pauli seculo, vtrum actio directa, an vtilis esset: quòd in illa conceptio formulæ obseruaretur à Prætore in dando iudicio, in hac non item. Sanè post Pauli tempora, Theodosius Augustus formularum solennem conceptionem antiquauit, & omnia iudicia extraordinaria esse voluit.[f] Accursius Paulum ad Theodosium trahit, ex Iustiniani voluntate: sed ita, vt dixi, Paulus accipiẽdus est primùm, deinde trahendus ad Theodosianam constitutionem. Iuris ordinarij actio latiùs paret apud consultos quàm ordinaria,[g] & ad cognitiones magistratuum extra ordinem refertur, id quod ad Institutiones dixi:[h] vbi de veteri ordine iudiciorum abundanter,[i] quem in Pandectis exponendis spectare vbique oportet, & ad Theodosium ex legum latoris voluntate trahere.[k]

e. vt hic.
f. l. 2. C. de for. §. fi. inst. de interd.
g. l. fi ij. de pri. deli.
h. §. fi. de interdi.
i. §. j. & §. actionum. de actio. & d. §. fi.
k. l. non est. & ll. seq. ĩ. de ll.

L. XLVII. PAPINIANVS *Lib. 3. Quæstionum.*

Ignorante quoque sorore si frater negocium eius gerens dotem à uiro stipulatus sit: iudicio negociorum gestorum ut uirum liberet, iure conuenietur.

Frater stipulatus dotem sororis sibi reddi, sibi actionem ex stipulatione, non sorori acquisiuit: vt procuraror non domino, sed sibi actionem quærit ferè.[a] Quapropter si soror velit maritum liberatum iri ea obligatione, Negociorum gestorum cum fratre gestore aget.

a. l. per pro. ĩ. de proc.

L. XLVIII. APHRICANVS *Lib. 8. Quæstionum.*

Si rem quam seruus uenditus surripuisset à me uenditore, emptor uendiderit, eáque in rerum natura esse desierit, de precio, negociorum gestorum actio mihi danda est: ut dari deberet si negocium quod tuum esse existimares cùm esset meum, gessisses: sicut ex contrario in me tibi daretur si cùm hæreditatem quæ ad me pertinebat, tuam putares, res tuas proprias legatarijs soluisses: quandoquidem ea solutione liberaret.

Qui negocium alienum quasi suum gerit, aut quasi prædo sui cõtemplatione, actione Negociorum gestorum agit, & conuenitur.[a] vt prædo gerit emptor serui, qui rem à seruo surreptam vendit. Qui ex negocij gestione aliquid habet, conuenitur: qui res suas soluit suo nomine, ad alterius vtilitatem agit.[b]

a. l. 5. supr.
b. vt hic.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Apud Gallos actio Negociorum gestorum raro in iudicium venit: quòd nemo ferè inueniatur qui in foro & iudicijs, alieno negocio gerendo se offerat. Sunt tamen qui absque mãdato negocium in foro gerunt, modò intra præfinitum à iudice tempus, dominum ratum habiturũ euerent,[a] ve suprà de procuratoribus dixi. Porrò si quis vel in iudicio, vel extra iudicium, alienum negocium gesserit, nulla lex apud nos Negociorum gestorum actionem negat.

a. Pyctо. Andega. Biturig.

DE CALVMNIATORIBVS.
Titulus. VI.

L. I. VLPIANVS *Lib. 10. ad edictum.*

*N eum qui ut calumniæ caussa negocium faceret uel non faceret, pecuniam accepisse dicetur: intra annum in quadruplum eius pecuniæ quam accepisse dicetur, post annum simpli in factum actio competit. Hoc autem iudicium non solùm in pecuniarijs caußis, sed etiam ad publica crimina pertinere Pomponius scribit: maximè cùm & lege Iulia repetũdarum teneatur, qui ob negocium faciendum uel non faciendum per calumniam, pecuniam acceperit. Qui autem accepit pecuniam, siue ante iudicium, siue post iudicium acceptum, tenetur. Sed & constitutio Imperatoris nostri quæ scripta est ad Caßium Sabinum, prohibuit iudici uel aduersario in publicis uel in priuatis uel in fiscalibus caußis pecuniam dare: & ex hac caussa litem perire iußit. ¶ Nam & tractari potest, si aduersarius non per calumniam, sed transigendi animo pecuniam accepit: an constitutio cesset. Et puto cessare, sicuti hoc quoque iudicium: neque enim transactionibus licitis est interdictũ, sed sordidis concußionibus. Pecuniam autem accepisse dicemus etiam si aliquid pro pecunia accepit.*

¶ Cicero Verri obijcit, quòd qui pecunias dabant, ij caussam obtinebant. act. 4.

Ait, In eum. Edictum Prætoris ex verbis Vlpiani, nullo negocio restitues. In eum qui vt calũ-
" niæ caussa negocium faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse depectùsve esse dicetur: ei ad

 quem

quem ea res pertinebit, intra annum, quo primùm experiundi potestas erit, in quadruplum eius « pecuniæ, quam accepisse, depeċtúve esse dicetur, post annum in factum simpli iudicium dabo. [a] « Ait, Hoc autem iudicium. Generaliter Prætor edixit: ideò in quocunque iudicio, siue priuato, siue pubheo, negocium fieri, vel nō fieri debeat, hæc actio competit. Pecuniarias caussas Vlpianus ciuiles vocat: [b] & publicorum criminum appellatione, complectitur non solùm ea quæ publicis iudicijs coërcentur, sed etiam extraordinaria crimina, quæ ad vindictā publicam spectāt: [c] licet non cuiuis de populo delatio eorum permissa sit. [d] Sed & præter actionem ex hoc edicto, extra ordinem lege Rhemmia calumniatores puniuntur, & in priuatis, & in publicis iudicijs. [e] Ita enim lego apud Paulum lib. 1. Receptarum sententiarum, sub tit. De calumniatoribus: & si in Pandectis ex eo loco tralatitium extet, Et in priuatis, & in extraordinarijs criminibus: [f] fortasse vt ex Iustiniani voluntate, ad crimina Pauli sentētia coarctetur: qui vetuit ex libris veterum, leges recitare, & suæ voluntati, si quid immutatum sit, adscribere. [g] Est autem calumniosus, qui sciens prudensque per fraudem negocium alicui comparat, vt idem Paulus ait: [h] negocium verò hoc loco molestia est, & iudicium. Ait, Maximè. Lege repetundarum tenetur qui ob iudiciū pecuniæ, vel capitis faciendum, vel non faciendum, pecuniam accepit: [i] vnde à pari colligit, & hoc iudicium ad crimina publica pertinere, cùm præsertim Prætor generaliter locutus sit. Ait, Qui accepit. Interpretatur verbū Accepit, vt siue ante factum iudicium, siue pòst acceperit, teneatur. Ex constitutione, qui iudici dat, vel ab aduersario pecuniā accipit, cadit caussa: [k] quod accipiendum est, si per calumniam detur, vel accipiatur, vt in hoc edicto exprimitur. Ait, Pecuniam. Interpretatur verbum Pecuniam, in edicto. Pecuniæ enim appellatione, quicquid in patrimonio est, continetur. [l]

a. l. j. & l. 3.
b. l. 6. C. de procur.
c. l. locatio. §. de publica.
d. instit. de pub. iud. in prin.
e. l. j. §. ad Turpil. l. & in pri. eo.
f. d. l. & in eo.
g. l. j. C. de cōfir. C.
h. lib 1. Recep. sen.
i. l. 7. inf. repe.
k. l. j. C. de pœn. iudi. & hic. l. 2. inf. de cōd. ob turp. cauf.
l. l. rei. inf. de ver. fig.

L. II. PAVLVS *Lib. 10. ad edictum.*

Quinetiam si quis obligatione liberatus sit, potest uideri accepisse. Idemq́; est si gratuita pecunia utenda data sit, aut minoris locata uendita úe res sit. Nec refert an ipse pecuniam acceperit, an alij dari iusserit, uel acceptum suo nomine ratum habuerit.

Paulus alias species adhibet, quibus pecuniam accipere quis videtur: quas generaliter Vlpianus complexus est, si quid omnino compendij senserit, [a] &c.

a. inf. l. seq.

L. III. VLPIANVS *Lib. 10. ad edictum.*

*Et generaliter idem erit si quid omnino compendij senserit propter hoc, siue ab aduersario, siue ab alio quocunque. Si igitur accepit ut negocium faceret: siue fecerit, siue non fecerit, tenetur. Et qui accepit ne faceret, si fecerit, tenetur. Hoc edicto tenetur etiam is, qui * depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Illud erit notandum, quòd qui dedit pecuniam ut negocium quis pateretur, non habebit ipse repetitionem: (turpiter enim fecit) sed ei dabitur repetitio propter quem datum est ut calumnia ei fiat. Quare si quis & à te pecuniam acceperit ut mihi negocium faceret, & à me ne mihi faceret: mihi duobus iudicijs tenebitur.*

* Aliàs, vtrinque dispectus

Ait, Siue ab aduersario. Ab aduersario quis accipit pecuniam, ne ei iudicium comparet, & interdum ab amico aduersarij, &c. Ab alio verò, vt negocium faciat alij. [a] Accursius aliter accipit verbum Aduersario, quem nō sequor. Ait, Si igitur. Vt negocium faceret, vel non faceret, in edicto accipiuntur, non cum effectu. Satis enim est calumniosum esse accipientem: licet alioqui factum quod omnino effectu caruit, non puniatur. [b] Qui corrūpere iudicem voluit, lege Cornelia De falsis etiam tenetur: [c] sed iure autentico parcitur ei qui se detulit. [d] Ait, Hoc pacto. Verbum Depectus, interpretatur, & honestam transactionem excipit, si quando transigere lex permittat. [e] Ait, Illud erit. Qui turpiter dat, condicere non potest: [f] sed ex hoc edicto ei dabitur hęc actio, propter quem datum est, vt sequitur: alioqui ob turpem caussam, citra calumniandi voluntatem, actio non datur. [g]

a. §. l. j. d. l. j. C. de pœn. iudi.
b. sup. quod quisq. iur. l. j.
c. l. j §. de fal.
d. autent. nouo. C. de pœn. iudi.
e. l. j. supr. & l. transig. C. de transf.
f. l. 3. infr. de cōd. ob. turp.
g. d. l. 3.

L. IIII. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum Prouinciale.*

Hæc actio hæredi quidem non competit: quia sufficere ei debet, quòd eam pecuniam quam defunctus dedit, repetere potest.

Pauculæ sunt actiones ex delicto, quæ hæredi non dantur: quia rem familiarem defuncti, maleficium non minuit, & ideò nec hæredis: [a] condictio tamen ob turpem caussam, hæredi eius datur qui pecuniam dedit ne fieret sibi negocium, quæ pœnalis non est, sed rei persecutionem continet: vt meritò hæredi competat. [b]

a. §. j. insti. de perp. actio. l. pen. sup. de in iis voc. & hic.
b. d. §. j.

L. V.

L. V. VLPIANVS *Lib.10.ad edictum.*

In hæredem autem competit in id quod ad eum peruenit. Nam est constitutum, turpia lucra ab hæredibus ¶ quoque extorqueri, licet crimina extinguãtur: utputa ob falsum testimonium, uel iudici ob gratiosam sententiam datum, & hæredi extorquebitur: & si quid aliud scelere quæsitum est. Sed etiam præter hanc actionem condictio competit, si sola turpitudo accipientis uersetur. Nam si & dantis: melior caussa erit possidẽtis. Quæritur, si fuerit condictum, utrum tollatur hæc actio: an uerò in triplum danda sit: an exemplo furis & in quadruplum actionem damus, & cõdictionem? Sed puto sufficere alterutram actionem. Vbi autem condictio competit, ibi non est necesse post annum dare in factum actionem.

¶ Iuxta illud: Nec male q̃sitis gaudebit tertius hæres.

Hæredi actoris, ex hoc edicto actio non competit. Contrà verò in hæredem rei nulla pœnalis actio datur, nisi aliquid ad eum peruenerit: ne ex dolo defuncti lucretur. [a] Quapropter & publica iudicia quædam in hæredes exercentur in hoc, vt bona adimantur, licet qui deliquit condemnatus non sit: [b] & ex alijs maleficijs, quæ publica non sunt, licet hæres defuncti ante motam litẽ, in solidam pœnam non conueniatur: quod turpiter tamen, & scelere quæsitum est, ad compendium hęredis non debet pertinere: & si crimina, id est, accusationes extra ordinem, morte extinguantur. [c] Ergo ob falsum testimonium datum, &c. is propter quem datum est, hæredi eius qui accepit, ex hoc edicto agens extorquebit. Sed qui dedit ne sibi negocium fieret, aut alioqui citra turpitudinem, condicere ob turpem caussam poterit: [d] cum qua condictione & actio in factum ex hoc edicto concurrit, siue in eum agatur qui turpiter accepit quadrupli, siue in hæredem in id quod peruenit: nec alia aliam consumit ipso iure, sed electione alterius finiri alterã putat Vlpianus: vt in actione in rẽ, & in personam [e] Quod metus caussa: quãquam vbi duę pœnales actiones concurrũt, altera expertus, altera agat in id quod amplius est: [f] & actio furti meram pœnam cõplectatur, nec condictionẽ furtiuã vllo modo tollat. [g] Quapropter cũ repetitio dati ob turpem caussam cõpetit (ei enim datur qui nihil dedit) [h] actio ex hoc edicto in simplum post annũ necessaria non est, quòd condictio perpetua sit. [i] Exceptione ergo alia aliam consumit, nõ ipso iure: [k] quod humanius est generaliter in re dubia, vbi rei persecutio cum pœnali actione concurrit, vel cùm vtraque persecutoria est. [l]

a. l. j. ĩ. de eo p. q. fa. l. q̃d diximus. & l. q̃d autẽ. j. quod met.
b. l. fi. j. pecu. la. l. 2. j. repe. l. ex publ. infr. de accu.
c. C. si reus mor. d. l. ex publi. §. j. de perpe. act.
d. d. l. 3. inf. de cond. ob. tur. caus. & hic.
e. l. metum. j. quod met.
f. l. j j. vi. bo. l. j. j. arb. fur.
g. l. si pro. inf. de cond. fur.
h. d. l. 3.
i. d. §. j.
k. l. qui ser. de actio. inf. arg. l. fi. j. nau. cau.
l. l. quod in hæredem. inf. de trib. not §. fin. insti. si quadr.

L. VI. CAIVS *Lib.3.ad edictum Prouinciale.*

Annus autem in persona quidem eius qui dedit pecuniam ne secum ageretur, ex eo tempore cedit ex quo dedit: si modò potestas ei fuerit experiundi. In illius uerò persona cum quo ut agatur, alius pecuniam dedit: dubitari potest utrum ex die datæ pecuniæ numerari debeat, an potiùs ex quo cognouit datã esse: quia qui nescit, is uidetur experiundi potestatem non habere. Et uerius est ex eo annum numerari, ex quo cognouit.

Ait, Annus autem. Addidimus in edictum quo primùm experiundi potestas erit, [a] quem annum vtilem iureconsulti, & Augusti vocant: [b] & ideò inter eum qui dedit ne sibi negocium fieret, & eum cum quo vt agatur alius pecuniam dedit, hoc interest, quòd ille confestim agere possit cùm sciat, si modò nihil aliud litem remoretur: hic experiundi potestatem non habeat, cùm ignoret datam esse. Nec illa differentia est inter annum vtilem huius edicti, & aliorum: licet sint qui leui de caussa ex hoc loco id colligant. [c]

a. l. j. infr. ex quib. cau. ma. & hic.
b. l. intra. j. de mi. l. fi. C. de temp. rest.
c. not. hic.

L. VII. PAVLVS *Lib.10.ad edictum.*

Si quis ab alio acceperit pecuniam ne mihi negocium faceret: si quidem mandatu meo ei datum est, uel à procuratore meo omnium rerum, uel ab eo qui negocium meum gerere uolebat, & ratum habui: ego dedisse intelligor. Si autem non mandatu meo alius ei (licet misericordiæ caussa) dederit ne fieret, neque ratum habui: tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse. Si ut filiofamiliâs negocium fieret, acceptum est: etiam patri actio danda est. Item si filiusfamiliâs pecuniam acceperit, ut faceret negocium uel non faceret, in ipsum iudicium dabitur: & si alius non meo mandatu ei dederit ne fiat, tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse. Cùm publicanus mancipia retinet, datáque ei pecunia est quæ non debetur: & ipse ex hac parte edicti in factum actione tenetur.

Ait, Si quis ab. Qui dedit pecuniam non turpiter, cōdicere potest, vt dixi. [a] Dedisse autem intelligitur, si procurator, aut negocij gestor dederit, &c. Si alius dedit, condictio quidem ei propter quem data est, non competit, sed actio ex hoc edicto. [b] Ei verò qui dedit, condictio ob turpem caussam datur, quarum altera alteram non consumit vllo modo, quòd diuersis dentur. [c] Qua ratione, nec quadruplum vlla ex his actio excedit. [d] Ait, Si vt filiofa. Filiusfamiliàs in factū actiones exercere potest, & alias quasdam: [e] quod humaniùs receptum est, ne absente patre iniuriam, vel famem patiantur. Patrem tamen actiones omnes exercere posse, dubium non est, etiam ex caussa aduentitia. [f] Contrà si filius deliquit, in ipsum dabitur actio: [g] pater tamen actionē iudicati quatenus in peculio est, excipiet: [h] qui ex contractu filij, eatenus etiam conueniri potest. [i] Ait, Etsi alius. Idem de patre hic dicit, quod de eo propter quem datum fuit, suprà eodem capite. Ait, Cùm publicanus. Concussiones hoc edictum coërcet generaliter, [k] cùm quid accipitur ne molestiam faciat alteri qui accipit. Et ideò publicanus qui negocium vt non faciat, pecuniā accipit, nō solùm ex illa parte edicti perpetui de publicanis, sed etiam ex hac parte de calumniatoribus, tenetur: & extra ordinem coërceri potest, & interdū pœnis publicorū iudiciorū ex S.C. [l]

a. l. 5. supr. eo. b. l. 3 sup. c. l. 5. sup. & hic. d. §. omnes. de actio. e. l. filiusfa. & l. in fa. j. de actio. l. si longiùs. de iudi. f. instit. p. q. p. nob. ob. l. fi. C. de bo. q. lib. g. §. fin. instit. quod cum eo q. in ali. h. l. & fi. j. de nox. i. l. si quis. inf. de pecul. k. l. j. sup eo. l. l. 2. j. de cōcuss.

L. VIII. VLPIANVS *Lib. 4. Opinionum.*

Si ab eo qui innocens fuit, sub specie criminis alicuius quod in eo probatum non est, pecuniam acceptam is, cuius de ea re notio est, edoctus fuerit: id quod illicitè extortum est, secundum edicti formam quod de ijs est qui pecuniam ut negocium facerēt aut non facerent, accepisse dicentur, restitui iubeat: & ei qui id commisit, pro modo delicti pœnam irroget.

Ait, Si ab eo. Hoc capite Vlpianus non solùm hoc edicto calumniosum quadrupli ciuiliter teneri ait, sed etiam extra ordinē criminaliter posse coërceri pro modo delicti: [a] vt si publico iudicio calumniatus sit, similem pœnam luat ei, quam sustinuisset reus, si crimen probaretur. [b]

a. l. & in pri. & l. j. inf. ad Turpil. b. l. fi. C. de accu.

L. IX. PAPINIANVS *Lib. 2. de Adulterijs.*

De seruo qui accusatur, si postuletur, quæstio habetur: quo absoluto, in duplum precij domino accusator damnatur. Sed & citra precij æstimationem quæritur de calumnia eius. Separatum etenim est calumniæ crimen à damno quod in seruo propter quæstionē domino datum est.

Ait, De seruo. Cùm seruus criminis reus sit, postulante delatore, tormentis subijcitur: [x] & si accusator calumniatus pateat, tam pecuniariè, in duplum, quàm extra ordinem coërcetur: quod aliunde quàm ex edicto superiore Papinianus adhibet. Nimirum ex lege Iulia De adulterijs, & lege Rhemmia, [b] &c.

a. inf. de quæstio. l. si quis seruos. C. de accu. b. l. si post hu. infr. de adult. l. j. ad Turpi.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Pœna calumniæ apud Gallos, in ciuilibus iudicijs per iudicem irrogatur victo, & quidem eadem sententia ad certam summam redigitur. [a] Nam quadrupli pœna, & aliæ legales, apud hos exoleuerunt ob iuris pontificij authoritatem. [b] Qui crimen falsò denūciat, extra ordinem multatur, & quanti eius intersit, reo absoluto damnatur. [c] Procuratori Regio, vel alioqui Dominico, qui apud nos publicus delator est, parcitur: nisi manifesta eius calumnia deprænhendatur. [d] Sed de ordine criminalium iudiciorum alibi, [e] quæ extraordinaria nobis sunt omnia: vt omnia priuata, ordinarij iuris [f].

a. Frā. de bre. lit. 88. b. c. fraternitas 12. q. 2. c. suam. de pœn. c. Aruer. 29. d. l. diuus. inf. de custo. re. e. not. inst. de pub. iudi. f. arg. l. fi. iof. de pri. de.

Bipartiti commentarij ad lib. tertium Digestorum seu Pandectarum Iustiniani Cæsaris.

FINIS.

D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS *perpetuò Augusti, iuris enucleati, ex omni ueteri iure collecti, Digestorum seu Pandectarum.*

Liber IIII.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS.

Titulus I.

L. I. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*

VTilitas huius tituli non eget commendatione. Ipse enim se ostendit. Nam sub hoc titulo plurifariàm Prætor hominibus uel lapsis uel circumscriptis subuenit: siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderunt in captionem.

Ait, Vtilitas huius tituli. Ex hoc loco constat, in edicto perpetuo, quod Vlpianus interpretatus est, titulum hunc generalem prænotatum quoque fuisse sequẽtibus, qui singulas caussas restitutionis continerẽt: vt infrà De iudicijs, & de rebus, tituli generales sequentes omnes complectuntur. Ait, Plurifariàm. Edicta restitutionum variè, & ex pluribus caussis, proposita fuerũt à Prætoribus, Proconsulibusque.[a] Nam quibusdam propriam actionem pollicebantur, vt Quod metus caussa, & De dolo:[b] alijs cognitionem suam promittebãt absque actione propria eius negocij.[c] Sed actionẽ amissam se restituturos etiam edicebant:[d] quæ actio restitutoria, rescissoriaque interdum, generaliter nominatur.[e] Cognitio Prętoris, vel aliorum magistratuum dicitur, cùm ipsi caussam cognoscunt, & facti probationem præsente aduersario exigunt: non actionem, vel si exceptionem dant apud se, vel priuatum iudicem examinandam.[f] Sed de cognitionibus magistratuum suprà alibi dixi.[g] Illud hic obseruandum est, ordinem impetrandorum iudiciorum, & à Prætore reddendorum, Vlpiani, & Pauli sæculo, adhuc in vsu iuris fuisse: ad quẽ referre oportet quæ in Pandectis extant, vt faciliùs percipiantur. Quibus tamen Theodosij constitutio derogauit,[h] quam & hic sequimur.[i] Quod verò quidam existimãt, actionẽ Quod metus, & De dolo malo, & rescissoriam actionem dari solitam absq; rescissione, ex ignoratione veteris ordinis restitutionum proficiscitur.[k] Non enim priùs actionem dabat Prætor, quàm caussa cognita rescidisset quod gestum erat,[l] quod & restituere, & releuare interdum dicunt consulti: actio verò alioqui dari solebat absque caussę cognitione, si paret Titium centum ex illa caussa dare Sempronio oportere condemnato.[m] Ait, Vel lapsis. Lapsi sunt hoc loco, qui absque alterius facto capti sunt suo errore, facilitatéve: circũscripti per alios decepti. Estque insignis eius differentiæ effectus, in circũscriptione minorum.[n] Ait, Siue metu. Ordine caussas restitutionũ in integrum complectitur, quæ singulæ singulis edictis infrà continentur.

L. II. PAVLVS. *Lib.1.Sententiarum.*

Siue per status mutationem, aut iustum errorem.

Hæ duæ caussæ restitutionis apud Iulium Paulum extant lib.1. Receptarum sententiarum. Ex quo loco & alias caussas Tribonianus huc transcripsisset, nisi Vlpiani præfationem ad edictum, principio huius tituli conuenire putaret. Eodẽ loci Paulus integri restitutionẽ definit, redintegrandæ rei, vel caussæ actionem: vbi actionem pro actione legis accipe,[a] non pro ea quæ à Prætore dabatur apud pedaneum iudicem intentanda. De status permutatione edictum restituã suo loco.[b] De iusto errore, clausula extat generalis in edicto, Ex quibus caussis maiores.[c] Edictum de alienatione, verbo calliditatis apud Vlpianum cõtinetur.[d] Illud quæret aliquis, cùm ex iusto errore actiones, & exceptiones competant, quid restitutione opus sit?[e] Nam condictio indebiti datur, & in factum exceptio ei qui nondum dedit.[f] Sed condictio indebiti non ex omni errore facti datur, nisi indebitum solutũ sit:[g] nec exceptio competit, nisi ei qui pulsatur: vt meritò multis de caussis, restitutionem integri necessariam Prætor existimauerit.[h]

L. III. MODESTINVS. *Lib.8. πανδεκτῶν.*

Omnes in integrum restitutiones, caussa cognita à Prætore permittuntur: scilicet ut iustitiam earum caussarum examinet an ueræ sint, quarum nomine singulis subuenitur.

a.l.1.j. quod met.l.atè si. & l.metũ.eo.l.r. j. de ali.iudi. b.d.l.nẽ. & l. 1.j.de dol. c.l.1 j. de minor. d.l.in caussæ. eo.l.1.j. ex quib.cau.ma. e.§.rursus.de actio.l.nec nõ.j.ex quib. cau.ma.l.fi.j. de eo.p.q.l.2. j.§i ex nox. f.§.item si q. in frau.de actio. f.l.nã.§.si mi. j.de iureiur.l. in caussæ.& l. quod si in fi. j.de mi. g.l.1.de assef. h.l.2.C. de for. i.l.fi.C.vb.& apud. k.not.§.rursus. l.l.in caussę.s. j.de minor.l. metũ.§.volẽti.quod met. d.§.rursus.l. etiã.de mino. m.§.sic itaq. de actio.ubi not. n.l.exceptiones.de excep. j.l.in caussæ. j.de minor. a.l.quęsitũ.j. de adop. b.j.de cap.di. c.l.2.j.ex q. cau.ma. d.j.de ali.iud. e.l.nã j.de iureiur. f.j.de cond. indeb.§.1.insti.de excep. g.l.1.j.de cõd. indeb.d.§.1. h.d.l.1.& l.diuus.j.eo.l.pe. j.de confess.

a.l. verũ.j. de minor. b.d.l.nã.de iureiur .l. quod si.de minor. c.j.de dol.l.1. d.l.fi.C.vbi & ap.q.& hic. e.l. in caussæ. j.de mi. f.d.l.fi. C. vb. & ap.q. g.l. ea quę.ad municip. h.l.1.§.de off. eius.vbi.not. i.d.l.ea. k .l. imperiũ. & l. iubere.§. de iurisd.

Ex hoc loco constat, nullam actionem ei competere qui implorat restitutionem integri, dum apud Prætorem caussa cognita decernatur. Caussæ verò cognitio duplex est: altera fit ne iusta caussa restituendi in integrum, quæ proponitur: altera fit ne vera. Iusta est (exempli gratia) si minor circumscriptus sit, non etiam si minor proponatur qui contraxit, nec dicatur captus.[a] Vera est, si apud Prætorem, euocatis aduersarijs, ita gestum esse negocium probetur.[b] Quod autẽ ait, Examinet, ad potestatem Prætoris respicit, qui & de iustitia caussæ semper,[c] & de veritate interdum cognoscit.[d] Nam & cognitione Prætoria, totam restitutionis actionem expediri contingit: & rescissa alienatione, &c. actio datur à Prætore apud se, vel iudicem pedaneum intentanda.[e] Certè quod hic dicit Modestinus dubitatum fuisse apud veteres, Iustinianus in noua cõstitutione suo Codici addita, testatur:[f] & specialiter quidem restitutionis caussam examinandã mãdari potuisse, idem scribit: sed an mandata generali iurisdictione, transiret hæc cognitio, fuisse controuersum: quòd ipse probat. Nec ad rem pertinet quòd magistratibus municipalibus hæc examinatio permissa nõ fuerit, authore Paulo:[g] quia ij quibus mandabatur iurisdictio, in alia caussa semper fuerunt quàm magistratus municipales. & omnem iurisdictionẽ exercuerũt, præter eã quæ specialiter lege, &c. deferebatur magistratibus maioribus,[h] vt Prætoribus, & Præsidibus. Magistratus municipales, quæ magis imperij quàm iurisdictionis sunt, nunquam potuerunt:[i] vt iubere cauere prætoria stipulatione, dare bonorum possesionẽ,[k] &c. Quæ omnia suo loco adnotaui.

L. IIII. CALLISTRATVS. *Lib. 1. edicti monitorij.*

Scio illud à quibusdam obseruatum, ne propter minimam sanè rem, uel summam, si maiori rei uel summæ præiudicetur: audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

a.l. per mi.j. de iudi. b .l. fundum. de excep. c.l.etiam.j.de minor.

Per minorem caussam, maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet.[a] Quod maximè in restitutionis integri beneficio obseruandum est, quòd contra ius commune indulgeatur extra ordinem. Quapropter si de vili seruitute pronunciauerit iudex non deberi, vel à litis æstimatione rerum absoluerit: aduersus eam sententiam non temerè actor restituetur: ne præiudiciũ fundo fiat.[b] Sed & alio modo hunc locum exemplo illustrant. Gregem emit, aut vendidit minor, in vno capite duntaxat circumscriptus, non erit propterea in integrum restituendus, ne in totum rescindatur venditio rectè alioqui facta, & vtrique vtilis, ob minimam rem, vel summã. Sanè vbi capita non cohærent, in vno restitui potest, venditione in reliquis rata manente: quod in diuersis sententiæ capitibus responsum est.[c]

L. V. PAVLVS. *Lib. 7. ad edictum.*

a.l. emptor. C.de pręf 10. an.l.pręscrip. de excep.C. b l. in caussæ. j.de mi.l.&.a

Nemo uidetur re exclusus, quem Prætor in integrum se restituturum pollicetur.

Qui exceptionem peremptoriam initio contestatus non est, & ante sententiam non opposuit probandam, mero iure exclusus est ea allegatione.[a] Sed tamen quod Prætor edicto suo minoribus lapsis, vel circumscriptis, restitutionem polliceatur, non videtur allegatione exclusus. Qua ratione si rem vẽdidit minor, licet communi auxilio careat, & ipso iure dominus factus sit, qui ab emptore eam ex iusta caussa accepit: tamen non videtur minor re sua exclusus cui Prætor pollicetur extraordinarium auxilium, & rescissa alienatione, in rẽ iudicium.[b] Permittitur enim ei dicere rem adhuc suam esse, vt ei, cuius res ab eo vsucapta est, qui abfuit.

L. VI. VLPIANVS. *Lib. 18. ad edictum.*

Non solùm minoris, uerùm eorum quoque qui Reipu. caussa abfuerunt: item omnium qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrum restitui possunt, ut sæpissimè est constitutum. Siue igitur hæres sit, siue is cui hæreditas restituta est, siue filijfamiliâs militis successor, in integrum restitui potest. Proinde & si minor in seruitutem redigatur uel ancilla fiat, dominis eorum dabitur (non tamen ultra tempus statutũ) in integrum restitutio: sed & si fortè hic minor erat captus in hæreditate quam adierat. Iulianus lib. 17. Digestorum scribit abstinendi facultatem dominum posse habere nõ solum ætatis beneficio, uerùm etiam si ætas non patrocinetur: quia non adipiscendæ hæreditatis gratia legum beneficio usi sunt, sed uindictæ gratia.

a.l. minor. §. fi. & l.seq.j.de mi. l.3. C. de tẽp. in integ. re. b.l.priuilegia. j.de reg.iu. c.§.quos.inst. de bo. poss.§. rest.de fi.hær. d.l.2.j. de castr.pe.

Beneficium restitutionis in integrum ad hæredes transit.[a] Caussæ enim, non personæ priuilegium est.[b] Neque solùm hæredi iure ciuili competit auxilium, sed etiam bonorum possessori, fideicommissario cui restituta est hæreditas, qui hæredes non sunt, sed quasi hæredes iure Prętorio, & S.C. Trebelliano fiunt:[c] & successorum in vniuersitatem, communi appellatione continentur. Pater quoque qui iure peculij castrense peculium filij militis capit, licet hæres non sit, successor tamen est in vniuersum:[d] & ideò restitui potest. Pater pagani filijfamiliâs, si conueniatur de peculio, non restituitur, quia successor non est, sed ex sua persona conuenitur: post mortem

tem tamen filij, quasi hæres restituetur. [e] Dominus verò restituitur ex persona liberti, quem reuocauit in seruitutem: [f] quia in vniuersum succedit. Cui etiam ex clausula generali, Et si qua alia iusta caussa mihi videbitur, succurri potest: [g] licet libertus qui circumscriptus est, minor nõ fuerit. Non enim vt acquirat per libertum hæreditatem, in specie hic proposita, patronus redigit in seruitutem, sed vlciscendæ ingratitudinis gratia: vt meritò ei obijci non possit, quòd sponte sua maior acquisierit hæreditatem, nec ob id restitui possit. Tempus statutum ad implorandum auxilium restitutionis integri, annus vtilis fuit ex edictis Prætorum ferè: [h] Iustinianus Pandectis derogans lege noua, quadriennium continuum in hoc indulsit, [i] vt Franci Reges decennium, ex quo cessarit impedimentum, vt in altero commentario inferiùs dicemus. Et ex his constat, si quadriennium iam decessori datum ad petendam restitutionem finitum sit, hæredẽ frustrà implorare, licet decessor potuerit restitui.

e.l.3.ĵ. de mi. f.C. de liber. & eo.lib. g.l.1.ĵ.ex qui. caus ma. h.l.intra. & l. minor.ĵ. de mi.l.item si.ĵ. quod met. i.l.fi.C.de tẽp. resti.

L. VII. MARCELLVS. *Lib.3.Digestorum.*

Diuus Antoninus Martio Auito Prætori de succurrẽdo ei qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit. Et si nihil facilè mutandum est ex solẽnibus: tamen ubi æquitas euidens poscit, subueniendum est. Itaque si citatus non respondit, & ob hoc more solito pronunciatum est, cõfestim autem pro tribunali te sedentem adyt: existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita uoce præconis defuisse: ideóque restitui potest. Nec intra has solummodò species consistet huius generis auxilium: etenim & deceptis sine culpa sua, maximè si fraus ab aduersario interuenerit, succurri oportebit quamuis etiam de dolo malo actio competere soleat. Et boni Prætoris est potiùs restituere litem, ut ratio & æquitas postulabit, quàm actionem famosam constituere: ad quam tunc demum descendendum est, cùm remedio locus esse non potest.

Aduersus sententiam restituitur, qui præsumitur non fuisse contumax, sed parùm audita voce præconis citantis, id est, inclamantis iam edictis solenni more euocatum, defuisse. Sic enim citari & alijs locis vsurpatur, nõ pro edicto, vel denunciatione, in ius vocari. [a] Pertinet autem hoc rescriptum ad clausulam generalem edicti, Ex quibus caussis maiores. [b] Si iam lata sententia, qui rẽ amiserat, non adijt confestim iudicem pro tribunali sedentem, in iudicio rei iudicatæ, quærela de dolo aduersarij admitti poterit. Sed & si morbo impeditus, vel reip. caussa absens fuisse probetur, deneganda erit actio Rei iudicatæ, vel exequi non debebit Prætor sententiam, de qua cõstat ex actis. [c] Addidit Marcellus non solùm in superiori specie, & simili, succurrendum esse aduersus sentẽtiam, sed generaliter quoties sine culpa sua quis deceptus est, siue errore, siue fraude aduersarij. Et licet caussa cognita ita restitui possit, vt De dolo actio detur, [d] tamen humaniùs actiurum Prætorem si litem potiùs restituat, vt in eadem caussa sit atque si sententia adhuc lata nõ esset. Nam De dolo actio famosa non est danda, nisi cùm nulla actio, nullúmve remedium aliud, quod famosum non sit, competit. [e] Et ex hoc loco constat, Antonini rescriptũ ad restitutionem litis pertinere, non ad eam quæ hactenus fit vt appellare liceat: quod Ioannes apud Accursium putauit. Eò dem pertinet, quòd subuenire, succurrere, restituere, in hoc argumẽto, cùm absolutè dicuntur, plenam restitutionem rei, vel caussæ, demonstrent.

a.l. & post.ĵ. de iud.l.inter. ins. se pu. iu. b.l.1.ĵ.ex qui. cau.ma. c.l. si Prætor. ĵ.de iudi. d.l.1.ĵ.de dol. e.l.1.ĵ. de dol.

L. VIII. MACER. *Lib.2.de Appellationibus.*

Inter minores.25.annis, & eos qui Reipublicæ caussa absunt, hoc interest, quòd minores.25. annis etiam si per tutores curatorésue suos defensi sunt, nihilominùs in integrum contra Rempublicam restituuntur, cognita scilicet caussa. Eis uerò qui Reipublicæ caussa absunt, cæteris quoque qui in eadem caussa habẽtur, si per procuratores suos defensi sunt, hactenus per in integrum restitutionem subueniri solet, ut appellare his permittatur.

Minores viginti quinque annis, si indefensi dãnentur, nulla sententia erit: si defensi sint, valebit quidem sententia mero iure, sed in integrum restituentur: caussa tamen cognita. [a] Nam cõtra sententiam pro libertate datam, pro parente, vel patrono, non restituuntur. [b] Maiores verò indefensi, reip. caussa, aut simili absentes, restituuntur: [c] defensi non omninò releuãtur lata sententia, sed tantùm in hoc vt appellare liceat, etiam post tempus præstitutum hoc iure ad appellandum: id est, post tempus quo resciuerunt latam sententiam. [d] Si enim ex alia caussa abessent superiori ab simili, ægrè restituerentur defensi. [e] Nam si procurator non prouocauit, vix auditur dominus appellans. Iure nouissimo, decem dies ad prouocandum statuti sunt, à recitatione sententiæ computandi, siue per se, siue per alium, quis egerit. [f] Quo iure, hic casus indefensi, vel defensi reip. caussa absentis, non exprimitur: vt probabile sit indefensum, ex quo sciat, decem dies habere

a.l.cũ &. C. si aduer.rẽ iud. b.C. si aduer. lib.l.fi.C. qui & aduer.q.l fi. c.l.1.C.ex qui. cau. ma.l.1.ĵ. eo. d.l.s. quando appell. ĵ.l. ab eo.C. quo. & qu. e.d.l.1. f.aut de app. & int.quæ.

g.vi hic.2.l. fi. C.de tēp.re. h.d.aut. i.§.ad cand.l. k.l.nec nō.& l.sed & si.j.ex quib.cau. ma. l.l.de vnoquo. j.de re iudi. m.l. diuus. §. eo.l.& post.j. de iudi. n.d.l.&post.j. de iudi. o.l. contumacia.j.de re iudi.

habere ad appellandum: defensum reip. caussa absentem, intra tempus ad implorandam restitutionem statutum, eam petere posse: [g] alioqui restitutionis beneficium nullius momēti erit, cùm & qui ex alia caussa abiit defensus per procuratorem intra decē dies à sententia appellet, [h] Porrò absentia multiplex obseruatur: necessaria & honesta vt reip. caussa: probabilis absentia, vt studiorum gratia necessaria, vt relegati: voluntaria absque contumacia, vt ciuis peregrinantis: voluntaria per contumaciam, vt eius, qui edicto peremptorio vocatus, &c. venire contempsit. Primæ absentiæ vt subueniatur, dixi. [i] Secundæ, & tertiæ succurritur demum per restitutionem, si procuratorem dare non potuerint, vel si datus decesserit. [k] Quarta absentia cōmuni iure vtitur, si omninò quis in ius vocatus non sit, qui lædi sententia non potest. [l] Si verò appellatus sit, nec tamen contumax intelligatur, restitui potest, & appellare, vt dixi: [m] quem fictè cōtumacem dicunt. Qui abest per contumaciam, nec ad prouocandum quidem restitutionem rectè implorabit. [n] Per contumaciam defuisse videtur, qui ex peremptorio damnatus est: nisi vel valetudo, vel maior iudex excuset, &c. [o]

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

a.Frā. de brelit.134.& des iuges Ludo.12 46 Britā. des appro.vlti. Biturig des presc rip.2. b.Fran.des iuges. c.l.2. C. de fur. d.Franc. des iuges.Biturig. des præscri.2. e.Ludo.12.46 f.Frāc.deBrelit.134. g.d.c.46. h.d.c.134. i.l. in caussæ. j.de mi. k.d.c 46. l.l.2.C. de resc vend. m.l.in caussæ. j.de mi. n.d.c.46. o.d.l.2. p.Frā.de Brelit.127. q.l.diuus.§. r.Frā. de Brelit.28. & seq.

Franci Reges id sibi iam olim in restitutionibus integri arrogatunt: [a] quod olim Prætores Romani qui dabant iudicia apud iudices pedaneos exercenda. Nam & hi de iustitia caussæ restitutionis ferè, non de veritate facti cognoscunt, & ad magistratus præsidales, vel inferiores iudices dimittunt releuatos, [b] dato restitutionis integri rescripto, cui inserta sit clausula, Si paret, ad exemplum iudiciorum quæ à Prætoribus dabantur, ante Theodosianam constitutionē. [c] Quod genus rescripti, *letres royaulx, & benefice de restitution en entier*, vocant. [d] Pro anno vtili veteris iuris, & quadriennio continuo Iustinianeæ constitutionis, decēnium constituerunt maioribus ad impetrandam restitutionem, [e] & tantundem temporis minoribus post completam legitimam ætatem. [f] Maioribus autem vi, dolo, metu circumscriptis, tempus statutum labi incipit à contractu inito, & caussa petendæ restitutionis cessante, putà vi, dolo, & metu. [g] Neque solùm à circūuentione in contractibus iure solenni initis, sed à circumscriptione contractuum nullius momenti, intra constitutum tempus, Regum beneficio releuari oportet: [h] quod iuri communi non conuenit. [i] Deceptum supra partem dimidiam iusti pretij, extra ordinem etiam releuant, contractusque rescissionem iudici in hoc dato permittunt: [k] quam & ipsam restitutionem integri appellare possis ex Diocletiani lege: [l] licet seculo iureconsultorum hæc caussa non fuerit iusta petendæ restitutionis. [m] Sed & intra decennium implorare beneficium hoc oportet, [n] cui tempus non statuit constitutio Romana. [o] Solent & ex alijs caussis lapsis subuenire, vt aduersus sententias, decretáve præfecturæ prætorianæ: [p] nec absimilia sunt rescripta quibus permittunt eiusmodi restitutionem, Antonini rescripto ad Marcium Auitum. [q] Per contumaciam absens, nec ad appellandū quidem apud nos admittitur: qui iustam caussam absentiæ probat, verè contumax non est, & prouocare potest. [r] De releuatione eorum qui illicò non prouocant, &c. opportuniùs alijs locis lectorem commonefaciam.

DE EO QVOD METVS CAVSSA GESTVM *erit.* *Titulus* II.

Edictum Quod metus caussa, integrum non extat, sed ex commētarijs ad edictum, sic restitui potest: Quod metus caussa gestum erit, ratum non habebo. [a] Si res metu tradita, cautióve aut “ acceptilatio extorta, aut alioqui quid cui ablatum esse dicetur: neque ea res arbitrio iudicis “ restituatur, quāti ea res erit in quadtuplum intra annum, quo primùm experiundi potestas erit, “ post annum in simplum caussa cognita iudicium dabo. [b] In hæredem quatenus ad eum peruenisse dicetur, actionem dabo. [c] Si seruus metum intulerit, eius nomine in dominum noxale iudicium “ erit. [d]

a.j.l.1. b.l.item si.j. c.l.quod autē. inf. d.l.quod.j.

L. I. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*



It Prætor, Quod metus caussa gestum erit, ratum non habebo. Olim ita dicebatur: Quod ui metúsue caussa. Vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam contrariam uoluntati. Metus autem propter instātis uel futuri periculi caussa mentis trepidationem. ¶ *Sed postea detracta est uis mentio: quia quodcunque ui atroci fit, id metu quoque fieri uidetur.*

*In hanc definitionem Cic.li.4.Tuscu.quæsti. a.vt hic.& l.3. 4.7.j. b.l.metú.j eo. c.l.1. como. j.

Ait, Quod metus caussa. Verbum metus, primùm interpretatus est Vlpianus lib. ad edictum 11. [a] Deinde cætera. [b] Olim autem in edicto vis quoque mentionem fieri solitum ait: vt alibi edictum commodati, variè à diuersis Prætoribus conceptum fuisse, idem author est. [c]

L. II. PAVLVS. *Lib.1.Sententiarum.*

Vis autem est maioris rei impetus, qui repelli non potest.

Ait, Ma-

Ait, Maioris rei. Maior rei impetus, rectiùs legitur apud Paulum lib. 1. Receeptarum sententiarum:[a] vnde hæc definitio translata est in hunc locum.

a. de resti. integ.

L. III. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

*Continet igitur hæc clausula & uim & metum. Et si quis ui compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur. Sed uim accipimus atrocem, & eam quæ aduersus bonos mores fiat: non eam quam magistratus rectè intulit, scilicet iure licito, & iure honoris * quem sustinet. Cæterùm si per iniuriã quid fecit populi Romani magistratus, uel prouinciæ præses: Pomponius scribit hoc edictum locum habere. Si fortè, inquit, mortis aut uerborum terrore pecuniam alicui extorserit.*

* Aliàs, quod.

Ait, Cõtinet. Interpretatur Vlpianus verbũ vis, quod in edicto veteri fuit, & appellatione metus, in edicto sui temporis continetur. Est enim ea vis accipienda, quæ atrox est, & contra bonos mores: siue priuatus, siue magistratus vim fecit. Quod iure licito magistratus facit, iniuriam non habet.[a]

a. l. iniuriarũ. ĵ. de iniur.

L. IIII. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Ego puto etiam seruitutis timorem, similiumq́ue esse admittendum. ¶

Ait: Ego puto. Vlpianus magistratum hoc edicto teneri dixit, qui mortis aut verborum timore, pecuniam extorsit: addit Iustinianus ex Paulo, seruitutis, & similium timorem.

L. V. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Metum accipiendum Labeo ait, non quemlibet timorem, sed maioris mali.

Metus definitio est in hoc edicto, ex Labeone petita, nimirum timor maioris mali.

¶ In hęc & sequẽtia respõsa. Arist. lib. 3. Ethi. cap. 6. 7. & 8. vbi copiosè differit quarũ rerum metus admittẽdus, vel nõ.

L. VI. CAIVS. *Lib. 4. ad edictum prouinciale.*

Metum autem non uani hominis, sed qui meritò etiam in hominem constantissimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus.

Idem Caius ad edictum Proconsulis in prouincia propositi, quod Vlpianus ad edictum Prætoris, dicit. Non enim leuis hominis, & nimiùm meticulosi, sed constantissimi hominis trepidatio, instantis, vel futuri periculi caussa, [a] in hoc edicto metus dicitur.

a. l. 1. s̃.

L. VII. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Nec timorem infamiæ hoc edicto contineri Pedius dicit lib. 8. neque alicuius uexationis timorem per hoc edictum restitui. Proinde si quis meticulosus rem nullam frustrà metuerit, per hoc edictum non restituitur: quoniam neque ui, neq; metus caussa factum est. Proinde si quis in furto uel in adulterio depræhẽsus, uel in alio flagitio, uel dedit aliquid, uel se obligauit, rectè scribit Pomponius lib. 28. posse eum ad edictũ hoc pertinere. Timuit enim, uel mortem, uel uincula. Quanquam non omnem adulterum liceat occidere uel furem, nisi se telo defendat. Sed potuerant uel non iure occidi: & ideo iustus fuit metus. Sed & si ne prodatur ab eo qui depræhendit, alienauerit: succurri ei per hoc edictum uidetur: quoniam si proditus esset, potuisset ea pati quæ diximus.

Vlpianus eodem libro ad edictum, quo superiora scripsit, exempla metus qui cadat in constantissimum virum, & contrà, subijcit. Suspitio ergo infamiæ inurendæ, vel alicuius vexationis, nõ restituitur: sed metus illatus depręhenso in adulterio (licet nõ omnis adulter impunè occidatur) [a] & illatus furi, iustus est, qui tamen iustè occidi non potest ab eo qui depręhendit, nisi telo se defendat, [b] &c. Quod de eo qui ne prodatur ab eo qui depræhendit, rem suam alienauit, ait Vlpianus. Accursius malè accepit. Hoc enim turpitudinem non habet ex parte dãtis, qui mortem non iure inferẽdam à priuato, refugit. [c] Nam si proderetur ijs ad quos ea res pertinet, posset vel non iure ab eisdem occidi.[d]

a. l. marito. ĵ. de adul.
b. l. itaq. ĵ. ad. l. Aquil.
c. l. 3. ĵ. de cõd. ob turp.
d. vt hic.

L. VIII. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Isti quidem & in legem Iuliam incidunt, qui quid pro comperto stupro acceperunt. Prætor tamen etiam ut restituant, interuenire debet. Nam & gestum est malo more, & Prætor non respicit an adulter sit qui dedit: sed hoc solum, quòd hic accepit metu mortis illato. Si is accipiat pecuniam, qui instrumenta status mei interuersurus est nisi dẽ, non dubitatur quin maximo metu compellat: utique si iam in seruitutem petor, & illis instrumentis perditis liber pronunciari non possim. Quòd si dederit ne stuprum patiatur uir seu

uir seu mulier, hoc edictum locum habet: cùm uiris bonis iste metus maior quàm mortis esse debeat. Hæc quæ diximus ad edictum pertinere, nihil interest in se quis ueritus sit, an in liberis suis: cùm pro affectu parentes magis in liberis terreantur.

a.l. auxilium. j.de mi. b.l.transig.C. transf. l. serui. C.de adul. a.l.3.j.de cõd. ob turp.

Qui pro comperto stupro pretium accipit, lege Iulia De adulterijs coercetur: [a] qui dedit, & si cum delatore transigere non possit, [b] tamen metu mortis datum restituetur ex hoc edicto: & cõdicere poterit qui dedit metu mortis à priuato inferendæ, [c] vt dixi Ait, Si accipiat. Exempla alia sunt iusti metus: siue quis in se, siue in liberis quid vereatur eorum, quæ ad edictum hoc pertinẽt: vt mortem, verbera, seruitutem, stuprum.

L. IX. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Metum autem præsentem accipere debemus, non suspitionem inferendi eius, & ita Pomponius lib. 28. scribit. Ait enim metum illatum accipiendum, id est, si illatus est timor ab aliquo. Denique tractat, si fundum meum dereliquero audito quòd quis cum armis ueniret, an huic edicto locus sit. Et Pomponius refert Labeonem existimare edicto locum non esse, sed & Vnde ui interdictum cessare: quoniam non uidear ui deiectus, qui deijci non expectaui, sed profugi. Aliter atque si postea quàm armati ingressi sunt, tunc discessi, huic enim edicto locum fore. Idẽ ait, & si fortè adhibita manu in meo solo per uim ædifices: & interdictum Quod ui aut clam, & hoc edictũ locum habere: scilicet quoniam metu patior id te facere. Sed & si per uim tibi possessionem tradidero, dicit Pomponius huic edicto locum esse. Animaduertendum autem est, quòd Prætor hoc edicto generaliter & in rem loquitur: nec adijcit à quo gestum sit, & ideò siue singularis sit persona ea quæ metum intulit, uel populus, uel curia, uel collegiũ, uel corpus, huic edicto locus erit. Sed licet uim factam à quocunque Prætor complectatur, eleganter tamẽ Pomponius ait, si quò magis te de ui hostium uel latronum uel populi tuerer, uel liberarem, aliquid à te excepero, uel te obligauero: non debere me hoc edicto teneri nisi ipse hanc tibi uim summisi. Cæterùm si alius uim summisit, teneri me non debere. Ego enim operæ potiùs meæ mercedem accepisse uideor. Idem Pomponius scribit quosdam bene putare etiam serui manumissionem, uel ædificij depositionem quã quis coactus fecit, ad restitutionem huius edicti porrigendam esse. Sed quod Prætor ait ratum non habebo, quatenus accipiẽdum est, uideamus. Et quidem aut imperfecta res est, licet metus interuenerit, utputa stipulationem numeratio non est secuta: aut perfecta, si post stipulationem etiam numeratio facta est: aut per metum accepto debitor liberatus est: uel quid simile contigerit quod negociũ perficeret. Et Pomponius scribit, in negocijs quidem perfectis & exceptionem interdum & actionem competere, in imperfectis autem exceptionem solam. Sed ex facto scio, cùm Campani metu cuidã illato extorsissent cautionem pollicitationis, rescriptum esse ab Imperatore nostro posse eum à Prætore in integrum restitutionem postulare: & Prætorem me assidẽte interlocutũ esse, ut siue actione uellet aduersus Campanos experiri, esse propositam: siue exceptione, aduersus petẽtes non deesse exceptionem. Ex qua constitutione colligitur, ut siue perfecta, siue imperfecta res sit, & actio & exceptio detur. Volenti autem datur & in rem actio, & in personam, rescissa acceptilatione uel alia liberatione. Idem Iulianus lib. 3. Digestorum putat eum cui res metus caussa tradita est, non solùm reddere, uerumetiã de dolo repromittere debere. Licet etiam in rem actionem dandã existimemus, quia res in bonis eius est qui uim passus est, ueruntamen non sine ratione dicetur, si in quadruplum quis egerit, finiri in rem actionem: uel contrà. Ex hoc edicto restitutio talis facienda est in integrum officio iudicis, id est, ut si per uim res tradita sit, retradatur: & de dolo (sicut

dictum

dictum est) repromittatur: ne fortè deterior res sit facta. Et si acceptilatione liberatio interuenerit, restituenda erit in pristinum statum obligatio: usque adeò ut Iulianus scribat. lib. 4. Digestorum, si pecunia quæ debita fuit [*] *acceptò per uim facta sit, nisi uel soluatur, uel restituta obligatione iudicium accipiatur in quadruplo eum condemnandum. Sed & si per uim stipulanti promisero, stipulatio acceptò facienda erit. Sed & si usufructus uel seruitutes amissæ sint, restituendæ erunt. Cùm autem hæc actio in rem sit scripta, nec personam uim facientis coërceat, sed aduersus omnes restitui uelit quod metus caussa factũ est: nõ immeritò Iulianus à Marcello notatus est scribẽs, si fideiussor uim intulit ut acceptò liberaretur, in reũ nõ esse restituendã actionẽ: sed fideiussorẽ (nisi aduersus reũ quoq; actionem restituat) debere in quadruplum condemnari. Sed est uerius quod Marcellus notat, etiam aduersus reum competere actionem hanc, cùm in rem sit scripta.*

Ait, Metũ. Metus quidem præsens esse debet, & si periculum futurum esse potest. [a] Concurrit autem hoc edictũ cum interdicto Vnde vi, & Quod vi aut clam, si vis illata sit: leuis hominis suspitio de vi, vel metu inferendo, nihil horum nobis tribuit. Ait, Animaduertendum. Generaliter & in rem edixit Prætor Quod metus caussa gestum erit, nec adiecit à quo gestum, vt à priuato homine, vel à magistratu, ab eo qui conuenitur, an ab alio, &c. & ideò metus à quocunque illatus, siue singularis persona sit, siue populus, &c. compræhenditur. Potest enim vniuersitas vim facere, vel metum inferre, licet non facilè dolum adhibeat in contrahendo: sed ij adhibeant qui res vniuersitatis administrant. [b] Quòd autem adiecit Vlpianus Et in rem, inferiùs latiùs declarat. [c] Ad hanc verò generalitatem verborum quod attinet, excipit Vlpianus eos qui mercedem accipiunt operę suæ in tuendo, vel liberando à vi latronum, hostium, &c. Nam licet ob vim ab alijs factam, lucrum ad eos perueniat, [d] ex iusto tamen pacto venit, nón ex solo metu ab alijs illato. Eadem exceptio extat apud Paulũ lib. 1. Recep. sententiarum. Ait, Idẽ Pomponius. Seruus, inquit Paulus, per metũ emãcipatus, quicquid acquisierit, vel stipulatus sit, ei acquirit qui vim passus est. [e] Vbi obserua emãcipationem pro manumissione, vt cõtrà, manumissionẽ liberorũ, pro emãcipatione dictã apud consultos. [f] Quod verò ait restitui dominũ ex hoc edicto aduersus manumissionẽ, pugnare videtur cũ alijs locis iuris, [g] vbi liberi fieri negãtur, vi vel metu manumissi. Nec interesse videtur vti ãmne à seruo, populo, an ab alio domin⁹ cogatur. Sed verius est liberos nõ fieri propter restitutionẽ, [h] cùm nemo videatur dominus seruo exclusus, cui Prætor restitutionem pollicetur. [i] Si infirmitate ætatis, vel dolo captus dominus manumiserit, aduersus ipsam libertatem non restituitur, sed damnum ei sarcitur. [k] Sed & illud obseruandum est, quòd Pomponius apud Vlpianum, quorũdam fuisse opinionem ait: [l] quam Martianus fortè, & Paulus non probarunt. [m] Nos ex Iustiniani voluntate, ad hanc opinionem trahemus. [n] Ait, Vel ædificij depositionem. Cogetur ergo ex hoc edicto qui metum intulit ita restituere, vt reponat depositum ædificiũ, vel quadruplum præstet, [o] &c. Ait, Sed quod Prætor. Verba illa edicti, Ratum non habebo, latè patere ostendit, vt & actio Quod metus caussa, & exceptio cõpetat, metũ, aut vim passo: idq; siue perfecta, siue imperfecta res sit. Nã si cautio de pecunia extorta sit, nõdũ perfecta res est, quòd numeratio secuta non sit: sed tamen & excipi potest aduersus petẽtẽ pecuniã si in ea re nihil metus caussa factũ est: [p] & Quod met⁹ caussa actio cõpetit, vt stipulatio acceptò fiat. [q] Si perfecta sit traditio ex caussa emptionis per metũ contractæ, actio quidem cõpetit vt retradatur: [r] & exceptio, si cautio de euictione exigatur à metũ passo, &c. Ait, Rescriptũ esse. Sub Cęsaribus imminuta est Prætoriũ potestas, vt non nisi Principe rescribẽte de iustitia caussæ, ex clausula generali edicti perpetui, & alioqui ex alijs edictis, in integrũ plærũque restituerent. [s] Quibus similia sunt quæ à Regibus Francis impetrantur circumuentos releuantibus. Hæc autẽ rescripta ad ius, perpetua sunt, & ad similia producuntur. [t] Non enim ius nouum inter certas personas constituit Princeps, [u] sed ius Prætorium, vel ciuile, locum habere rescribit. Ait, Volenti autem. Hunc locum ex Pauli sententia explicabo. Integra restitutio, inquit, aut in rem competit, aut in personam. In rem actio competit, vt res ipsa qua de agitur, reuocetur. In personã aut quadrupli pœna intra annum, aut simpli post annum peti potest. [x] Ex quibus verbis constat, actionem in rem dari, vt res quæ ablata est per metum, restituatur: siue res corporalis sit, siue incorporalis. Et ideò hic sequitur, Rescissa acceptilatione, vel alia liberatione: quæ verba non ad rem corporalem dũtaxat, sed etiam ad nomina, & seruitutes pertinent: [y] quæ omnia restituuntur, vt subijcit. [z] In rem enim actio datur, vt res restituatur: in personam, vt quid detur, vel fiat. [a] Ait, Item Iulianus. Ad arbitrium iudicis, vt magistratus, vel iudicis dati, ciusve cui mandata iurisdictio est, in integrum restituentis, [b] pertinet, vt non solùm iubeat rem restitui, sed etiam de dolo repromitti: quam cautionem, inter iudiciales ponit Iustinianus. [c] Ait, Licet autem. In rem actio hæc vtilis

C est, vt

[*] Acceptolata
a. l. 1. §.
b. l. sed & si. §. de dol.
c. §. si. l. item si cũ §. in hac.
d. d. §. in hac.
e. tit. de integ resti. li. 1. Recep. sen.
f. §. si parẽ. q. ma. l. 2. §. de offi. procon.
g. l. ille. & l. si pri. §. qui & à quib. ma.
h. vt hic.
i. l. nemo. §. de resti. integ.
k. C. si aduer. liber. l. & e. legã. §. de dol.
l. vt hic.
m. d. l. ille. & d. l. si pri.
n. l. const. §.
o. §. ea. l. §. ex hoc.
p. l. 2. & 4. §. de excep. dol.
q. §. ea. l. §. ex hoc
r. d. §. & hic. vers. Ex qua.
s. l. diuus. §. de in integ. rest. & hic.
t. l. 2. C. de diuer. rescr.
u. l. 2. C. de ll.
x. lib. 1. recep. sen. tit de integ. rest.
y. §. de accep. & insti. quib mod. tol. ob.
z. §. ex hoc.
a. §. 1. insti. de actio.
b. l. si. C. vb. & ap. q.
c. insti. de di. stip.

est, vt rescissoria,[d] à rescissa acceptilatione, liberatione (quæ fit nouatione vel pacto) alienatione,[e] &c. appellata: vt alibi à rescissa vsucapione.[f] Eadẽ actio restituta, restitutoria dicitur, quòd mero iure iam amissa, extraordinario beneficio restituatur.[g] Igitur si res corporalis tradita dicatur, in rem actio vtilis dabitur volenti, vt res ipsa restituatur: quę actio & rescissoria, & restitutoria nuncupatur.[h] Si verò actio in personam, per acceptilationem exempta sit, in rem datur actio vt restituatur:[i] quæ actio in rem, restitutoria non est. Sed illa in personam, quæ restituitur.[k] Est autem iure prætorio, non ciuili amissa actio, obligatióve in bonis nostris,[l] licet in dominio propriè non sit res incorporalis.[m] Ait, Si in quadruplum egerit. Locus hic, interpretationẽ nostram ex Paulo repetitam iuuat: cùm actio in quadruplum, Vlpiano quoque in personam sit: quę electa, actionem in rem consumit.[n] Humaniùs enim est ita interpretari in re dubia, quoties actio rei persecutoria cum pœnali concurrit, vt alterius electione altera tollatur, si non ipso iure, certè per exceptionem in factum oppositam, Nam & persecutoria rei, persecutoriam similiter perimit.[o] Si legumlatoris, vel Prætoris edicentis voluntas euidens sit, ab ea non recedimus: & Furti pœnalem actionem, cum rei vendicatione, vel condictione furtiua damus.[p] Ait, Ex hoc edicto restitutio. Hic commentarius ad illa verba edicti pertinet, Neque ea res arbitrio iudicis restituatur. Arbitrio enim, officioque iudicis qui restituit in integrum, pro rei ablatæ natura restitutio facienda est: & nisi fiat, quadrupli reus condemnatur.[q] Præcedit enim hæc interlocutio (quæ iussus, arbitratus, arbitriumque iudicis dicitur[r]) sententiam qua condemnatur reus quadrupli, nisi pareat arbitrio.[s] Ait, Cùm autem. Verba edicti Gestum est, ratum non habebo, in rem, id est, in id quod gestum est rescindendum, concepta sunt, non in personam eius qui metũ intulit scripta:[t] ideò hæc actio Quod metus caussa, in rem scripta dicitur, non actio in rẽ: est enim in personam actio, qua intendimus dari quadruplum oportere.[u] Exemplum subijcit fideiussoris qui metum intulit vt accepto liberaretur: ex qua caussa in rem data est actio, id est, aduersus reum quoque vt res, id est, obligatio per metum sublata, in eum restituatur.[x] Si in rem agatur, aduersus vtrũque quoque dirigitur actio, vt res restituatur: id si nõ fiat ob dolum, quanti in litem iuret actor, reus damnatur. &c.[y]

L. X. CAIVS *Lib. 4. ad edictum Prouinciale.*

Illud uerum est, si ex facto debitoris metũ adhibentis, fideiussores acceptilatione liberati sint, etiam aduersus fideiussores agi posse, ut se reponant in obligationẽ. Si metu à te coactus acceptam tibi stipulationem fecerim: arbitratu iudicis apud quem ex hoc edicto agitur, non solùm illud continetur, ut in tua persona redintegretur obligatio, sed ut fideiussores quoque, uel eosdem, uel alios non minùs idoneos adhibeas: præterea ut & pignora quæ dederas, in eadem caussa restituas.

Ait, Illud verum. Vt ob factum fideiussoris, liberatus reus tenetur se reponere in obligationẽ, ita ob metum à reo illatum, fideiussor tenetur se reponere: aliter quàm si absq; metus illatione, fideiussor esset liberatus.[a] Ait, Si metu à te. Non solùm alter ex alterius facto obligatur ad reponendum se in obligationẽ: sed etiam ex suo facto vterque tenetur ad reponendum alterum, & redintegrandam omnem caussam arbitrio iudicis. Hanc enim potestatem dabat Prætor iudici priuato olim, addita iudicio arbitrario clausula, Neque arbitrio tuo ea res restituatur,[b] &c.

L. XI. MARCELLVS *Lib. 4. Iuliani Digest. notat.*

Si quis alius sine malicia fideiussoris, ut fideiussori accepto fieret, uim fecit: non tenebitur fideiussor ut rei quoque obligationem restituat.

Ad reponendum in obligationem alterum, neuter tenetur, si facto alieno liberatus sit: sed ipse se reponet, quòd lucrum ex metus caussa sentire non debeat. Et ex suprascriptis constat, eum qui metum intulit arctiùs teneri, quàm teneatur is ad quem aliquid peruenit: & si vterque nisi restituar, in quadruplum condemnetur.[a]

L. XII. VLPIANVS *Lib. 11. ad edictum.*

Sed & partus ancillarum, & fœtus pecorum, & fructus restitui, & omnem caussam oportet. Nec solùm eos qui percepti sunt, uerùm si plùs ego percipere potui, & per metum impeditus sum: hæc quoque præstabit. Quæri poterit an etiam ei qui uim fecerat, passo uim restitui Prætor uelit per hoc edictum ea quæ alienauerit? Et Pomponius scribit lib. 28. non oportere ei Prætorem opem ferre. Nam cùm liceat (inquit) uim ui repellere, quod fecit passus est. Quare si metu te coëgerit sibi promittere, mox ego tum eũ coëgero metu te accepto liberare, nihil esse quod ei restituatur. Iulianus ait & eum qui uim adhibuit debitori suo ut ei solueret, hoc edicto non teneri, propter naturam

quod

d. l. si. C. ex quib. cau. ma.
e. §. itẽ si quis in frau. de actio. l. in caus. ff. j. de mi.
f. l. in ho. j. de actio.
g. l. a. s. si ex nox. caus. l. vlti. s. de eo p. q. fa.
h. l. nec non. j. ex quib. cau. ma. d. ll.
i. vt hic.
k. d. ll.
l. l. si mulier. j. eo. l. rẽ in bo. j. de acq. do.
m. l. si quis vi. §. diffe. j. de acq. poss. vbi not.
n. d. l. si mulier.
o. l. itẽ si. §. eũ qui. j. eo. l. qui seruum j. de actio.
p. l. si pro. j. de cond furti.
q. l. item si. §. hęc autem. j. & hic.
r. l. qui resti. j. de rei vend. §. pręt. de actio.
s. §. hæc autẽ. j. item si.
t. arg. l. 1. j. de interd.
u. §. 1. & §. præ. insti. de actio.
x. l. & per. j. de accepti.
y. l. qui resti. j. de rei vend.
a. l. si. s. de pa.
b. l. si C. vb. & apud quẽ. l. 3. j. de exhib. ar. not. §. pręt. de actio.
a. l. itẽ si. §. in hac. j. eo.

Quod metus caussa actionis: quæ damnum exigit, quamuis negari nō posit in legem Iuliam de ui eum incidisse, & ius crediti amisisse.

Ait, Sed & partus. Caussæ appellatione cùm absolutè dicitur, omnia hæc continētur: [a] sed expressis quibusdam, generale verbum alias species complectitur. [b] Est enim caussam restituere, facere vt in eadem caussa sit actor, & omnia habeat quæ habiturus foret, &c. [c] & verbū restituatur, quo Prætor in edicto vsus est, plenam habet significationem. [d] Ait, Nec solùm eos. Fructus qui percipi potuerunt, eos esse hic significat Vlpianus, qui ab actore potuerunt percipi: quos ex hoc edicto præstari oportet, siue reus arbitrio pareat, siue in quadruplū condenetur: [e] queādmodū & in alijs iudicijs, in quibus mala fides possessoris vindicatur. [f] Sed de fructibus alibi latiùs dicemus. Ait, Quæri poterit. Natura Quod metus caussa actionis, est dānum exigere: quod ex verbis edicti constat quāti ea res erit. [g] Ideò in speciebus hic propositis non competit, licet vis ex interuallo facta ad interdictum Vnde vi, legem Iuliam de vi armata, & quotidiana, [h] & ad decretū D. Marci pertineat. [i]

L. XIII. CALLISTRATVS *Lib. 5. de cognitionibus.*

Extat enim decretum diui Marci in hæc uerba: Optimum est, ut si quas putas te habere petitiones: actionibus experiaris. Et cùm Martianus inde diceret, Vim nullam feci. Cæsar dixit, Tu uim putas esse solùm si homines uulnerentur? Vis enim est & tunc, quoties quis id quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. ¶ Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam debitoris, uel pecuniam debitam, non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo iudice temerè possidere, uel accepisse, isque sibi ius in eam rem dixisse: ius crediti non habebit.

Decretum Principis dicitur, cùm de re cognoscens quid decernit. [a] Cognoscebāt autē Principes extra ordinem plerūque de ijs caussis quæ iuris ordinarij non erant, sed cognitionis. [b] Igitur hoc decreto D. Marcus actione cadere decernit, qui in debitorē ius sibi dicit: & si alioqui interdum absque iudice se vindicare liceat iure singulari: [c] & legatarius qui suum legatum accipiat sine iudice, iure suo non fraudetur: licet interdicto Quod legatorum, rectè pulsetur. [d] Quæ de vi ab alijs in hunc locum tractantur in vniuersum, suo quæque loco explicabimus. Quæ vel ex indice horum commentariorum, nullo negocio in vnum locum congeret qui volet.

L. XIIII. VLPIANVS. *Lib. 11 ad edictum.*

Item si cùm exceptione aduersus te perpetua tutus essem, coëgero te acceptum mihi facere: cessare hoc edictum, quia nihil tibi abest. Si quis non restituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne quodcūque restitui oportuit. Satis enim clementer cum reo Prætor egit, ut daret ei restituēdi facultatem, si uult pœnam euitare. Post annum uerò in simplum actionem pollicetur: sed nō semper, sed caussa cognita. In caussæ autem cognitione hoc uersatur, ut si alia actio non sit, tunc hæc detur. Et sanè cùm per metum facta iniuria, anno & quidem utili exoleuerit, idonea caussa esse debet, ut post annū actio hæc dari debeat. Alia autem actio esse sic potest, si is cuius admissa est decesserit, hæres eius habet hæreditatis petitionem: quoniam pro possessore qui uim intulit, possidet, propter quod hæredi nō erit Quod metus caussa actio: quamuis si annus largiretur, etiam hæres in quadruplum experiri posit. Ideò autem & successoribus datur, quoniam & rei persecutionem habet. In hac actione non quæritur, utrum is qui conuenitur, an illius metum fecerit, sufficit enim hoc docere, metum sibi esse illatū, uel uim: & ex hac re eum qui conuenitur, etsi crimine caret, lucrū tamen sensisse. Nā cùm metus habebit in se ignorantiā, meritò quis nō adstringitur ut designet quis ei metum uel uim adhibuerit. Et ideò ad hoc tātum actor adstringitur, ut doceat metum in caussa fuisse, ut alicui acceptam pecuniam faceret, uel rem traderet, uel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum uideatur ex alieno facto aliū in quadruplum condemnari: quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur. Hæc autē actio cùm arbitraria sit, habet reus licentiam ab arbitrio dato, usque ad sententiam, restitutionem,*

a. l. præterea. j. de rei vēdi. b. l. si seruus. §. inquit. j. ad l. Aquil. c. d. l. preterea. d. l. videamus. f. de vsur. e. l. item si. §. quadrup. j. ē. f. l. ait Pretor. j. que in frau. cred. l. 1. C. de fid. instr. lib. 10. l. quemad. de agr. & cē. lib. 11. g. j. l. item si. h. l. 3. j. de vi ar. & l. 1. i. j. l. seq.

¶ Iuxta hoc est, quod dominus Deut. ca. 24. iubet, cū repetes à proximo tuo rē aliquā quā debet tibi, nō ingrediēris domū eius vt pignus auferas.

a. l. 1 §. de cōsti prin. b. not. supra. de assess. l. 1. c. C. quā li. vni cuiq. l. ait Pretor. j. q. in frau. cred. d. l. 1. j. quod lega.

* Aliàs vsque à sententia ab arbitrio data.

 secun-

a. arg. l. Neres sup. b. l. 5. supr. eo. Ait, Is qui. Qui amicitia ductus patris, pupillis tutores petijt, vel suspectos postulauit, repetere sumptus non potest, quos donasse intelligitur. [a] Sanè amicitia filij negocium gerens peculiare, cum patre aget de peculio, cui nihil dare voluit. [b]

L. XLIIII. IDEM Lib. 3. Opinionum.

Quæ utiliter negocia alicuius erogantur, in quibus est etiam sumptus honestè ad honores per gradus obtingentes factus: actione negociorum gestorum peti possunt. Qui purè testamento libertatem acceperunt, actus quem uiuentibus dominis administrauerunt, rationem reddere non compelluntur. Titius pecuniam creditoribus hæreditarijs soluit, existimãs sororem suam defuncto hæredem testamento extitisse. Quãuis animo gerendi sororis negocia id fecit, in ueritate tamen filiorum defuncti qui sui hæredes patri sublato testamento erant, gessit: sed quia æquum est in damno eum non uersari, actione negociorum gestorum id eum petere placuit.

a. l. vt grad. §. de mu. & ho. b. l. 1. sup. c. l. 5. sup. Ait, Quæ vtiliter. Sumptus in petitione Consulatus, Præturæ, & aliorum honorum gradatim obtingentium [a] factus, inter negocia vtiliter gesta habetur, & ideò Negociorum gestorum actione repetitur. [b] Ait, Qui purè. Vide commentarium ad caput Eum actum, suprà. Ait, Titius. Similem speciem alibi suprà ostendimus. [c]

L. XLV. APHRICANVS Lib. 7. Quæstionum.

Mandasti filio meo ut tibi fundum emeret: quod cùm cognouissem, ipse eum tibi emi. Puto referre qua mente emerim. Nam si propterea, quòd tibi necessarium esse scire, & te eius uoluntatis esse ut emptum habere uelles: agemus inter nos negociorum gestorum, sicut ageremus si aut nullum omnino mandatum intercessisset: aut Titio mãdasses, sed ego (quia per me commodius possem negocium cõficere) emissem. Si uerò propterea emerim, ne filius meus mandati iudicio teneretur: magis est ut ex persona eius & ego tecum mandati agere possim, & tu mecum habeas actionem de peculio: quia & si Titius id mandatum suscepisset: & ne eo nomine teneretur, ego emissem: agerem cum Titio negociorum gestorum, & ille tecum, & tu cum illo mãdati. Idem est & si filio meo mãdaueris ut pro te fideiuberet: & ego pro te fideiusserim. Si proponatur te Titio mãdasse ut pro te fideiuberet: méque, quòd is aliqua de caussa impediretur quominùs fideiuberet, liberandæ fidei eius caussa fideiussisse: negociorũ gestorum mihi actio cõpetit.

Ait, Mandasti. Pater ex contractu filij agit, si ideò gessit ne filius teneretur: ex suo quasi cõtractu, Negociorum gestorum agit, si contemplatione domini gessit. Qua ratione si cum extraneo contractum sit, & ego contemplatione eius geram negocium ne Mandati teneatur, Negociorum gestorum cum eo agam, & is cum domino negocij, Mandati experietur. Si contemplatione domini gessi, cum eo Negociorum gestorum agam. Idem est & in fideiussione quod in alijs mã-
a. l. 5. sup. datis, vt sequitur. Similem speciem suprà demonstrauimus, [a] in eo qui pupilli negocia gessit, ne tutor tutelæ teneretur.

L. XLVI. PAVLVS Lib. 1. Sententiarum.

a. l. cũ pater. §. l. posth. inf. de tute. & ratio. b. l. 3 §. arg. l. pen. j. si quadru. c. Theoph. in. sti. de success. sub. l. 2. §. de orig. d. l. quæ relig. j. de rei vẽdi. l. cũ filius fa. j. si cer pet. §. fin. de leg. A quil. l. quoties de præs. ver. j. l. creditor. de actio. empti.

Actio negociorum gestorum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri. Nec refert, directa quis an utili actione agat uel cõueniatur: planè in extraordinarijs iudicijs, ubi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est, maximè cùm utraque actio eiusdem potestatis sit, eundémque habeat effectum.

Actio Negociorum gestorum directa est, quæ ex verbis, & mente certa edicti datur: vtilis tãtùm quæ inducitur interpretatione voluntatis: & vtraque ei competit cuius interest experiri. Eccè qui posthumi negocia gessit, qui natus non est, nullius negocia gessit: vtilis tamen Negociorum gestorum actio dabitur ex interpretatione prudentum. [a] Si alterius negocium gestum sit, vel negocium quod alicuius fuerit cùm is moriretur, directa erit actio, non vtilis tantùm. [b] Sed vtraque extraordinaria fuit etiam Pauli sæculo, vt hæc differẽtiæ subtilis obseruatio superuacua fuerit. Ordinariæ enim actiones hoc tẽpore fuerunt, quæ certam & solennẽ formulam habuerunt. [c] Extraordinariæ verò actiones in factum propositæ, & prætoriæ, inter quas est Negociorum gestorum actio, siue directa sit, siue vtilis. In eadem caussa fuerunt vtiles omnes actiones interpretatione prudentum ex legibus inductæ, [d] quæ solennem formulam non habuerunt,

vt directæ ex verbis & volũtate legum, [e] & ideò in his referebat Pauli seculo, verum actio directa, an vtilis esset: quòd in illa conceptio formulæ obseruaretur à Prætore in dando iudicio, in hac non item. Sanè post Pauli tempora, Theodosius Augustus formularum solennem conceptionem antiquauit, & omnia iudicia extraordinaria esse voluit. [f] Accursius Paulum ad Theodosium trahit, ex Iustiniani voluntate: sed ita, vt dixi, Paulus accipiẽdus est primùm, deinde traducendus ad Theodosianam constitutionem. Iuris ordinarij actio latiùs patet apud consultos quàm ordinaria, [g] & ad cognitiones magistratuum extra ordinem refertur, id quod ad Institutiones dixi: [h] vbi de veteri ordine iudiciorum abundanter, [i] quem in Pandectis exponendis spectare vbique oportet, & ad Theodosium ex legum latoris voluntate trahere. [k]

e. vt hic. f. l. a. C. de for. g. fi. inst. de interd. g. l. & j. de pri. deli. h. §. fi. de interdi. i. §. j. & §. actionum. de actio. & d. §. fi. k. l. non est. & ll. seq. ff. de ll.

L. XLVII. PAPINIANVS *Lib. 3. Quæstionum.*

Ignorante quoque sorore si frater negocium eius gerens dotem à uiro stipulatus sit: iudicio negociorum gestorum ut uirum liberet, iure conuenietur.

Frater stipulatus dotem sororis sibi reddi, sibi actionem ex stipulatione, non sorori acquisiuit: vt procurator non domino, sed sibi actionem quærit ferè. [a] Quapropter si soror velit maritum liberatum iri ea obligatione, Negociorum gestorum cum fratre gestore aget.

a. l. per pro. ff. de proc.

L. XLVIII. APHRICANVS *Lib. 8. Quæstionum.*

Si rem quam seruus uenditus surripuisset à me uenditore, emptor uendiderit, eáque in rerum natura esse desierit, de precio, negociorum gestorum actio mihi danda est: ut dari deberet si negocium quod tuum esse existimares cùm esset meum, gessisses: sicut ex contrario in me tibi daretur si cùm hæreditatem quæ ad me pertinebat, tuam putares, res tuas proprias legatarijs soluisses: quandoquidem ea solutione liberaret.

Qui negocium alienum quasi suum gerit, aut quasi prædo sui cõtemplatione, actione Negociorum gestorum agit, & conuenitur. [a] vt prædo gerit emptor serui, qui rem à seruo surreptam vendit. Qui ex negocij gestione aliquid habet, conuenitur: qui res suas soluit suo nomine, ad alterius vtilitatem agit. [b]

a. l. 5. supr. b. vt hic.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Apud Gallos actio Negociorum gestorum rarò in iudicium venit: quòd nemo ferè inueniatur qui in foro & iudicijs, alieno negocio gerendo se offerat. Sunt tamen qui absque mãdato negocium in foro gerunt, modò intra præfinitum à iudice tempus, dominum ratum habiturũ curent, [a] vt suprà de procuratoribus dixi. Porrò si quis vel in iudicio, vel extra iudicium, alienum negocium gesserit, nulla lex apud nos Negociorum gestorum actionem negat.

a. Pycto. Andega. Biturig.

DE CALVMNIATORIBVS.
Titulus. VI.

L. I. VLPIANVS *Lib. 10. ad edictum.*



N eum qui ut calumniæ caussa negocium faceret uel non faceret, pecuniam accepisse dicetur: intra annum in quadruplum eius pecuniæ quam accepisse dicetur, post annum simpli in factum actio competit. Hoc autem iudicium non solùm in pecuniarijs caussis, sed etiam ad publica crimina pertinere Pomponius scribit: maximè cùm & lege Iulia repetũdarum teneatur, qui ob negocium faciendum uel non faciendum per calumniam, pecuniam acceperit. Qui autem accepit pecuniam, siue ante iudicium, siue post iudicium acceptum, tenetur. Sed & constitutio Imperatoris nostri quæ scripta est ad Cassium Sabinum, prohibuit iudici uel aduersario in publicis uel in priuatis uel in fiscalibus caussis pecuniam dare: & ex hac caussa litem perire iussit. ¶ Nam & tractari potest, si aduersarius non per calumniam, sed transigendi animo pecuniam accepit: an constitutio cesset. Et puto cessare, sicuti hoc quoque iudicium: neque enim transactionibus licitis est interdictũ, sed sordidis concussionibus. Pecuniam autem accepisse dicemus etiam si aliquid pro pecunia accepit.

¶ Cicero Verri obijcit, quòd q pecunias dabant, ij caussam obtinebant. act. 4.

Ait, In eum. Edictum Prætoris ex verbis Vlpiani, nullo negocio restitues. In eum qui vt calũniæ caussa negocium faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse depectúsve esse dicetur: ei ad

quem ea res pertinebit, intra annum, quo primùm experiundi potestas erit, in quadruplum eius «
pecuniæ, quam accepisse, depectúſve esse dicetur, post annum in factum simpli iudicium dabo.[a] «
Ait, Hoc autem iudicium. Generaliter Prætor edixit: ideò in quocunque iudicio, siue priuato, siue publico, negocium fieri, vel nō fieri debeat, hæc actio competit. Pecuniarias caussas Vlpianus ciuiles vocat:[b] & publicorum criminum appellatione, complectitur non solùm ea quæ publicis iudicijs coërcentur, sed etiam extraordinaria crimina, quæ ad vindictā publicam spectāt:[c] licet non cuiusde populo delatio eorum permissa sit.[d] Sed & præter actionem ex hoc edicto, extra ordinem lege Rhemmia calumniatores puniuntur, & in priuatis, & in publicis iudicijs.[e] Ita enim lego apud Paulum lib. 1. Receptarum sententiarum, sub tit. De calumniatoribus: & si in Pandectis ex eo loco tralatitium extet, Et in priuatis, & in extraordinarijs criminibus:[f] fortasse vt ex Iustiniani voluntate, ad crimina Pauli sentētia coarctetur: qui vetuit ex libris veterum, leges recitare, & suæ voluntati, si quid immutatum sit, adscribere.[g] Est autem calumniosus, qui sciens prudensque per fraudem negocium alicui comparat, vt idem Paulus ait:[h] negocium verò hoc loco molestia est, & iudicium. Ait, Maximè. Lege repetundarum tenetur qui ob iudiciū pecuniæ, vel capitis faciendum, vel non faciendum, pecuniam accepit:[i] vnde à pari colligit, & hoc iudicium ad crimina publica pertinere, cùm præsertim Prætor generaliter locutus sit. Ait, Qui accepit. Interpretatur verbū Accepit, vt siue ante factum iudicium, siue pòst acceperit, teneatur. Ex constitutione, qui iudici dat, vel ab aduersario pecuniā accipit, cadit caussa:[k] quod accipiendum est, si per calumniam detur, vel accipiatur, vt in hoc edicto exprimitur. Ait, Pecuniam. Interpretatur verbum Pecuniam, in edicto. Pecuniæ enim appellatione, quicquid in patrimonio est, continetur.[l]

a. l. j. & l. 3.
b. l. fi. C. de procur.
c. l. locatio. §. de publica.
d. instit. de pub. iud. in prin.
e. l. j. §. ad Turpil. l. & in prin. eo.
f. d. l. & in eo.
g. l. j. C. de cōfir. C.
h. lib. 1. Recep. sen.
i. l. 7. inf repe.
k. l. j. C. de pœn. iudi. & hic. l. 2. inf. de cōd. ob turp. caus.
l. l. rei. inf. de ver. sig.

L. II. PAVLVS *Lib. 10. ad edictum.*

Quinetiam si quis obligatione liberatus sit, potest uideri accepisse. Idemq; est si gratuita pecunia utenda data sit, aut minoris locata uenditáue res sit. Nec refert an ipse pecuniam acceperit, an alij dari iusserit, uel acceptum suo nomine ratum habuerit.

Paulus alias species adhibet, quibus pecuniam accipere quis videtur: quas generaliter Vlpianus complexus est, si quid omnino compendij senserit,[a] &c.

a. inf. l. seq.

L. III. VLPIANVS *Lib. 10. ad edictum.*

*Et generaliter idem erit si quid omnino compendij sensit propter hoc, siue ab aduersario, siue ab alio quocunque. Si igitur accepit ut negocium faceret: siue fecerit, siue non fecerit, tenetur. Et qui accepit ne faceret, si fecerit, tenetur. Hoc edicto tenetur etiam is, qui * depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Illud erit notādum, quòd qui dedit pecuniam ut negocium quis pateretur, non habebit ipse repetitionem: (turpiter enim fecit) sed ei dabitur repetitio propter quem datum est ut calumnia ei fiat. Quare si quis & à te pecuniam acceperit ut mihi negocium faceret, & à me ne mihi faceret: mihi duobus iudicijs tenebitur.*

* Aliàs, vtrinque dispectus

Ait, Siue ab aduersario. Ab aduersario quis accipit pecuniam, ne ei iudicium comparet, & interdum ab amico aduersarij, &c. Ab alio verò, vt negocium faciat alij.[a] Accursius aliter accipit verbum Aduersario, quem nō sequor. Ait, Si igitur. Vt negocium faceret, vel non faceret, in edicto accipiuntur, non cum effectu. Satis enim est calumniosum esse accipientem: licet alioqui factum quod omnino effectu caruit, non puniatur.[b] Qui corrūpere iudicem voluit, lege Cornelia De falsis etiam tenetur:[c] sed iure autentico parcitur ei qui se detulit.[d] Ait, Hoc pacto. Verbum Depectus, interpretatur, & honestam transactionem excipit, si quando transigere lex permittat.[e] Ait, Illud erit. Qui turpiter dat, condicere non potest:[f] sed ex hoc edicto ei dabitur hęc actio, propter quem datum est, vt sequitur: alioqui ob turpem caussam, citra calumniandi voluntatem, actio non datur.[g]

a. §. l. j. d. l. j. C. de pœn. iudi.
b. sup. quod quisq. iur. l. j.
c. l. j §. de fal.
d. autent. nnuo C. de pœn. iudi.
e. l j. supr. & l. transig. C. de transf.
f. l. 3. infr. de cōd. ob. turp.
g. d. l. 3.

L. IIII. CAIVS. *Lib. 3. ad edictum Prouinciale.*

Hæc actio hæredi quidem non competit: quia sufficere ei debet, quòd eam pecuniam quam defunctus dedit, repetere potest.

Paucula sunt actiones ex delicto, quæ hæredi non dantur: quia rem familiarem defuncti, maleficium non minuit, & ideò nec hæredis:[a] condictio tamen ob turpem caussam, hæredi eius datur qui pecuniam dedit ne fieret sibi negocium, quæ pœnalis non est, sed rei persecutionem continet: vt meritò hæredi competat.[b]

a. §. j. insti. de perp. actio. l. pen. sup. de in ius voc. & hic.
b. d. §. j.

L. V.

L. V. VLPIANVS *Lib.10.ad edictum.*

In hæredem autem competit in id quod ad eum peruenit. Nam est constitutum, turpia lucra ab hæredibus ¶ quoque extorqueri, licet crimina extinguātur: utputa ob falsum testimonium, uel iudici ob gratiosam sententiam datum, & hæredi extorquebitur: & si quid aliud scelere quæsitum est. Sed etiam præter hanc actionem condictio competit, si sola turpitudo accipientis uersetur. Nam si & dantis: melior caussa erit possidētis. Quæritur, si fuerit condictum, utrum tollatur hæc actio: an uerò in triplum danda sit: an exemplo furis & in quadruplum actionem damus, & cōdictionem? Sed puto sufficere alterutram actionem. Vbi autem condictio competit, ibi non est necesse post annum dare in factum actionem.

¶ Iuxta illud: Nec malè q̄sitis gaudebit tertius hæres.

Hæredi actoris, ex hoc edicto actio non competit. Contrà verò in hæredem rei nulla pœnalis actio datur, nisi aliquid ad eum peruenerit: ne ex dolo defuncti lucretur. [a] Quapropter & publica iudicia quædam in hæredes exerceentur in hoc, vt bona adimantur, licet qui deliquit condemnatus non sit: [b] & ex alijs maleficijs, quæ publica non sunt, licet hæres defuncti ante motam litē, in solidam pœnam non conueniatur: quod turpiter tamen, & scelere quæsitum est, ad compendium hęredis non debet pertinere: & si crimina, id est, accusationes extra ordinem, morte extinguantur. [c] Ergo ob falsum testimonium datum, &c. is propter quem datum est, hæredi eius qui accepit, ex hoc edicto agens extorquebit. Sed qui dedit ne sibi negocium fieret, aut alioqui citra turpitudinem, condicere ob turpem caussam poterit: [d] cum qua condictione & actio in factum ex hoc edicto concurrit, siue in eum agatur qui turpiter accepit quadrupli, siue in hæredem in id quod peruenit: nec alia aliam consumit ipso iure, sed electione alterius finiri alterā putat Vlpianus: vt in actione in rē, & in personam [e] Quod metus caussa: quāquam vbi duę pœnales actiones concurrūt, altera expertus, altera agat in id quod amplius est: [f] & actio furti meram pœnam cōplectatur, nec condictionē furtiuā vllo modo tollat. [g] Quapropter cū repetitio dati ob turpem caussam cōpetit (ei enim datur qui nihil dedit) [h] actio ex hoc edicto in simplum post annū necessaria non est, quòd condictio perpetua sit. [i] Exceptione ergo alia aliam consumit, nō ipso iure: [k] quod humanius est generaliter in re dubia, vbi rei persecutio cum pœnali actione concurrit, vel cùm vtraque persecutoria est. [l]

a. l. j. s. de eo p. q. fa. l. qd diximus. & l. qd autē. j. quod met.
b. l. fi. j. peculat. l. 2. j. repe. l. ex publ. infr. de accu.
c. C. si reus mor. d. l. ex publ. §. j. de perpe. act.
d. d. l. 3. inf. de cond. ob. tur. caus. & hic.
e. l. metum. j. quod met.
f. l. j. j. vi. bo. l. j. j. arb. fur.
g. l. si pro. inf. de cond. fur.
h. d. l. 3.
i. d. §. j.
k. l. qui ser. de actio. inf. arg. l. fi. j. nau. cau.
l. l. quod in hæredem. inf. de trib. not §. fin. insti. si quadr.

L. VI. CAIVS *Lib.3.ad edictum Prouinciale.*

Annus autem in persona quidem eius qui dedit pecuniam ne secum ageretur, ex eo tempore cedit ex quo dedit: si modò potestas ei fuerit experiundi. In illius uerò persona cum quo ut agatur, alius pecuniam dedit: dubitari potest utrum ex die datæ pecuniæ numerari debeat, an potiùs ex quo cognouit datā esse: quia qui nescit, is uidetur experiundi potestatem non habere. Et uerius est ex eo annum numerari, ex quo cognouit.

Ait, Annus autem. Addidimus in edictum quo primùm experiundi potestas erit, [a] quem annum vtilem iureconsulti, & Augusti vocant: [b] & ideò inter eum qui dedit ne sibi negocium fieret, & eum cum quo vt agatur alius pecuniam dedit, hoc interest, quòd ille confestim agere possit cùm sciat, si modò nihil aliud litem remoretur: hic experiundi potestatem non habeat, cùm ignoret datam esse. Nec illa differentia est inter annum vtilem huius edicti, & aliorum: licet sint qui leui de caussa ex hoc loco id colligant. [c]

a. l. j. infr. ex quib. cau. ma. & hic.
b. l. intra. j. de mi. l. fi. C. de temp. rest.
c. not. hic.

L. VII. PAVLVS *Lib.10.ad edictum.*

Si quis ab alio acceperit pecuniam ne mihi negocium faceret: si quidem mandatu meo ei datum est, uel à procuratore meo omnium rerum, uel ab eo qui negocium meum gerere uolebat, & ratum habui: ego dedisse intelligor. Si autem non mandatu meo alius ei (licet misericordiæ caussa) dederit ne fieret, neque ratum habui: tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse. Si ut filiofamiliās negocium fieret, acceptum est: etiam patri actio danda est. Item si filius familiās pecuniam acceperit, ut faceret negocium uel non faceret, in ipsum iudicium dabitur: & si alius non meo mandatu ei dederit ne fiat, tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse. Cùm publicanus mancipia retinet, datáque ei pecunia est quæ non debetur: & ipse ex hac parte edicti in factum actione tenetur.

Ait, Si quis ab. Qui dedit pecuniam non turpiter, cõdicere poteſt, vt dixi. [a] Dediſſe autem intelligitur, ſi procurator, aut negocij geſtor dederit, &c. Si alius dedit, condictio quidem ei propter quem data eſt, non competit, ſed actio ex hoc edicto. [b] Ei verò qui dedit, condictio ob turpem cauſſam datur, quarum altera alteram non conſumit vllo modo, quòd diuerſis dentur. [c] Qua ratione, nec quadruplum vlla ex his actio excedit. [d] Ait, Si vt filiofa. Filiusfamiliàs in factũ actiones exercere poteſt, & alias quaſdam: [e] quod humaniùs receptum eſt, ne abſente patre iniuriam, vel famem patiantur. Patrem tamen actiones omnes exercere poſſe, dubium non eſt, etiam ex cauſſa aduentitia. [f] Contrà ſi filius deliquit, in ipſum dabitur actio: [g] pater tamen actionẽ iudicati quatenus in peculio eſt, excipiet: [h] qui ex contractu filij, eatenus etiam conueniri poteſt. [i] Ait, Etſi alius. Idem de patre hic dicit, quod de eo propter quem datum fuit, ſuprà eodem capite. [i] Ait, Cùm publicanus. Concuſſiones hoc edictum coërcet generaliter, [k] cùm quid accipitur ne moleſtiam faciat alteri qui accipit. Et ideò publicanus qui negocium vt non faciat, pecuniã accipit, nõ ſolùm ex illa parte edicti perpetui de publicanis, ſed etiam ex hac parte de calumniatoribus, tenetur: & extra ordinem coërceri poteſt, & interdũ pœnis publicorũ iudiciorũ ex S.C. [l]

a. l.5.ſupr. eo. b. l.3 ſup. c. l.5.ſup.& hic. d.§.omnes.de actio. e. l.filiusfa. & l.in fa.j. de actio.l. ſi longiùs. de iudi. f. inſtit.p.q. p. nob.ob.l.ſi C. de bo.q.lib. g. §.fio. inſtit. quod cum eo q.in ali. h. l.& ſi.j.de nox. i. l.ſi quis.inf. de pecul. k. l.1.ſup eo. l. l.2.j. de cõcuſſ.

L. VIII. VLPIANVS Lib.4.Opinionum.

Si ab eo qui innocens fuit, ſub ſpecie criminis alicuius quod in eo probatum non eſt, pecuniam acceptam is, cuius de ea re notio eſt, edoctus fuerit: id quod illicitè extortum eſt, ſecundum edicti formam quod de ijs eſt qui pecuniam ut negocium facerẽt aut non facerent, accepiſſe dicentur, reſtitui iubeat: & ei qui id commiſit, pro modo delicti pœnam irroget.

Ait, Si ab eo. Hoc capite Vlpianus non ſolùm hoc edicto calumnioſum quadrupli ciuiliter teneri ait, ſed etiam extra ordinẽ criminaliter poſſe coërceri pro modo delicti: [a] vt ſi publico iudicio calumniatus ſit, ſimilem pœnam luat ei, quam ſuſtinuiſſet reus, ſi crimen probaretur. [b]

a. l.& in pri. & l.1.inf ad Turpil. b. l ſi.C.de accu.

L. IX. PAPINIANVS Lib.2.de Adulterijs.

De ſeruo qui accuſatur, ſi poſtuletur, quæſtio habetur: quo abſoluto, in duplum precij domino accuſator damnatur. Sed & citra precij æſtimationem quæritur de calumnia eius. Separatum etenim eſt calumniæ crimen à damno quod in ſeruo propter quæſtionẽ domino datum eſt.

Ait, De ſeruo. Cùm ſeruus criminis reus ſit, poſtulante delatore, tormentis ſubijcitur: [a] & ſi accuſator calumniatus paret, tam pecuniariè, in duplum, quàm extra ordinem coërcetur: quod aliunde quàm ex edicto ſuperiore Papinianus adhibet. Nimirum ex lege Iulia De adulterijs, & lege Rhemmia, [b] &c.

a. inf.de quęſtio. l. ſi quis ſeruos.C. de accu. b. l.ſi poſthu. infr.de adult. l.j.ad Turpi.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Pœna calumniæ apud Gallos, in ciuilibus iudicijs per iudicem irrogatur victo, & quidem eadem ſententia ad certam ſummam redigitur. [a] Nam quadrupli pœna, & aliæ legales, apud hos exoleuerunt ob iuris pontificij authoritatem. [b] Qui crimen falſò denũciat, extra ordinem multatur, & quanti eius interſit, reo abſoluto damnatur. [c] Procuratori Regio, vel alioqui Dominico, qui apud nos publicus delator eſt, parcitur: niſi manifeſta eius calumnia depræhendatur. [d] Sed de ordine criminalium iudiciorum alibi, [e] quæ extraordinaria nobis ſunt omnia: vt omnia priuata, ordinarij iuris [f].

a. Frã. de bre. lit.88. b. c. fraternitas 12.q.2.c. ſuam.de pœn. c. Arrier.29. d. l.diuus.inf. de cuſto.re. e. not.inſt. de pub.iudi. f. arg.l.ſi. inf. de pri.de.

Bipartiti commentarij ad lib. tertium Digeſtorum *ſeu*

Pandectarum *Iuſtiniani Cæſaris.*

FINIS.

D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS

perpetuò Augusti, iuris enucleati, ex omni ueteri iure collecti, Digestorum seu Pandectarum.

Liber IIII.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS.

Titulus I.

L. I. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*

Vtilitas huius tituli non eget commendatione. Ipse enim se ostendit. Nam sub hoc titulo plurifariàm Prætor hominibus uel lapsis uel circumscriptis subuenit: siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderunt in captionem.

Ait, Vtilitas huius tituli. Ex hoc loco constat, in edicto perpetuo, quod Vlpianus interpretatus est, titulum hunc generalem prænotatum quoque fuisse sequẽtibus, qui singulas caussas restitutionis continerẽt: vt infrà De iudicijs, & de rebus, tituli generales sequentes omnes complectuntur. Ait, Plurifariàm. Edicta restitutionum variè, & ex pluribus caussis, proposita fuerũt à Prætoribus, Proconsulibusque.[a] Nam quibusdam propriam actionem pollicebantur, vt Quod metus caussa, & De dolo:[b] alijs cognitionem suam promittebãt absque actione propria eius negocij.[c] Sed actionẽ amissam se restituturos etiam edicebant:[d] quæ actio restitutoria, rescissoriaque interdum, generaliter nominatur.[e] Cognitio Prętoris, vel aliorum magistratuum dicitur, cùm ipsi caussam cognoscunt, & facti probationem præsente aduersario exigunt: non actionem, vel exceptionem dant apud se, vel priuatum iudicem examinandam.[f] Sed de cognitionibus magistratuum suprà alibi dixi.[g] Illud hic obseruandum est, ordinem impetrandorum iudiciorum, & à Prætore reddendorum, Vlpiani, & Pauli sæculo, adhuc in vsu iuris fuisse: ad quẽ referre oportet quæ in Pandectis extant, vt faciliùs percipiantur. Quibus tamen Theodosij constitutio derogauit,[h] quam & hic sequimur.[i] Quod verò quidam existimãt, actionẽ Quod metus, & De dolo malo, & rescissoriam actionem dari solitam absq; rescisione, ex ignoratione veteris ordinis restitutionum proficiscitur.[k] Non enim priùs actionem dabat Prætor, quàm caussa cognita rescidisset quod gestum erat,[l] quod & restituere, & releuare interdum dicunt consulti: actio verò alioqui dari solebat absque caussę cognitione, si paret Titium centum ex illa caussa dare Sempronio oportere condemnato.[m] Ait, Vel lapsis. Lapsi sunt hoc loco, qui absque alterius facto capti sunt suo errore, facilitatéve: circũscripti per alios decepti. Estque insignis eius differentiæ effectus, in circũscriptione minorum.[o] Ait, Siue metu. Ordine caussas restitutionũ in integrum complectitur, quæ singulæ singulis edictis infrà continentur.

L. II. PAVLVS. *Lib.1.Sententiarum.*

Siue per status mutationem, aut iustum errorem.

Hæ duæ caussæ restitutionis apud Iulium Paulum extant lib. 1. Receptarum sententiarum. Ex quo loco & alias caussas Tribonianus huc transcripsisset, nisi Vlpiani præfationem ad edictum, principio huius tituli conuenire putaret. Eodẽ loci Paulus integri restitutionẽ definit, redintegrandæ rei, vel caussæ actionem: vbi actionem pro actione legis accipe,[a] non pro ea quæ à Prætore dabatur apud pedaneum iudicem intentanda. De status permutatione edictum restituã suo loco.[b] De iusto errore, clausula extat generalis in edicto, Ex quibus caussis maiores.[c] Edictum de alienatione, verbo calliditatis apud Vlpianum cõtinetur.[d] Illud quæret aliquis, cùm ex iusto errore actiones, & exceptiones competant, quid restitutione opus sit?[e] Nam condictio indebiti datur, & in factum exceptio ei qui nondum dedit.[f] Sed condictio indebiti non ex omni errore facti datur, nisi indebitum solutũ sit:[g] nec exceptio competit, nisi ei qui pulsatur: vt meritò multis de caussis, restitutionem integri necessariam Prætor existimauerit.[h]

L. III. MODESTINVS. *Lib.8.πανδεκτῶν.*

Omnes in integrum restitutiones, caussa cognita à Prætore permittuntur: scilicet ut iustitiam earum caussarum examinet an ueræ sint, quarum nomine singulis subuenitur.

- a l. 1. j. quod met. l. sẽ si. & l. metũ. eo. l. 1. j. de ali. iudi.
- b d. l. nẽ. & l. 1. j. de dol.
- c l. 1 j. de minor.
- d l. in caussæ. eo. l. 1. j. ex quib. cau. ma.
- e §. rursus. de actio. l. nec nõ. j. ex quib. cau. ma. l. fi. s. de eo. p. q. l. a. s. §. si ex nox.
- §. item si q. in frau. de actio.
- f l. nã. §. si mi. j. de iureiur. l. in caussæ. & l. quod si in fi. j. de mi.
- g l. a. de asses.
- h l. 2. C. de for.
- i l. fi. C. vb. & apud.
- k not. §. rui.
- l l. 10 caussę. s. j. de minor. l. metũ. §. volẽti. quod met.
- d §. rursus. l. etiã. de mino.
- m §. sic itaq. de actio. ubi noi.
- n l. exceptiones. de excep.
- j. l. in caussæ. j. de minor.
- a l. quęsitũ. s. de adop.
- b j. de cap. di.
- c l. 1. j. ex q. cau. ma.
- d j. de ali. iud.
- e l. nã j. de minor.
- f j. de cond. indeb. §. 1. insti. de excep.
- g l. 1. j. de cõd. indeb.
- d §. 1. b. d. l. 1. & l. diuus. j. eo. l. pe. j. de conteis.

Ex hoc loco constat, nullam actionem ei competere qui implorat restitutionem integri, dum apud Prætorem caussa cognita decernatur. Caussæ verò cognitio duplex est: altera fit ne iusta caussa restituendi in integrum, quæ proponitur: altera fit ne vera. Iusta est (exempli gratia) si minor circumscriptus sit, non etiam si minor proponatur qui contraxit, nec dicatur captus.[a] Vera est, si apud Prætorem, euocatis aduersarijs, ita gestum esse negocium probetur.[b] Quod autẽ ait, Examinet, ad potestatem Prætoris respicit, qui & de iustitia caussæ semper,[c] & de veritate interdum cognoscit.[d] Nam & cognitione Prætoria, totam restitutionis actionem expediri contingit: & rescissa alienatione, &c. actio datur à Prætore apud se, vel iudicem pedaneum intentanda.[e] Certè quod hic dicit Modestinus dubitatum fuisse apud veteres, Iustinianus in noua cõstitutione suo Codici addita, testatur:[f] & specialiter quidem restitutionis caussam examinandã mãdari potuisse, idem scribit: sed an mandata generali iurisdictione, transiret hæc cognitio, fuisse controuersum: quòd ipse probat. Nec ad rem pertinet quòd magistratibus municipalibus hæc examinatio permissa nõ fuerit, authore Paulo:[g] quia ij quibus mandabatur iurisdictio, in alia caussa semper fuerunt quàm magistratus municipales, & omnem iurisdictionẽ exercuerũt, præter eã quæ specialiter lege, &c. deferebatur magistratibus maioribus,[h] vt Prætoribus, & Præsidibus. Magistratus municipales, quæ magis imperij quàm iurisdictionis sunt, nunquam potuerunt:[i] vt iubere cauere prætoria stipulatione, date bonorum possesionẽ,[k] &c. Quæ omnia suo loco adnotaui.

a. l. verũ. j. de minor. b. d. l. nã. de iureiur. l. quod si. de minor. c. j. de dol. l. 1. d. l. fi. C. vbi & ap. q. & hic. e. l. in caussæ. j. de mi. f. d. l. fi. C. vb. & ap. q. g. l. ea quę ad municip. h. l. 1. §. de off. eius. vbi. not. i. d. l. ea. k. l. imperiũ. & l. iubere. §. de iurisd.

L. IIII. CALLISTRATVS. *Lib. 1. edicti monitorij.*

Scio illud à quibusdam obseruatum, ne propter minimam sanè rem, uel summam, si maiori rei uel summæ præiudicetur: audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

Per minorem caussam, maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet.[a] Quod maximè in restitutionis integri beneficio obseruandum est, quòd contra ius commune indulgeatur extra ordinem. Quapropter si de vili seruitute pronunciauerit iudex non deberi, vel à litis æstimatione rerum absoluerit: aduersus eam sententiam non temerè actor restituetur: ne præiudiciũ fundo fiat.[b] Sed & alio modo hunc locum exemplo illustrant. Gregem emit, aut vendidit minor, in vno capite duntaxat circumscriptus, non erit propterea in integrum restituendus, ne in totum, rescindatur venditio rectè alioqui facta, & vtrique vtilis, ob minimam rem, vel summã. Sanè vbi capita non cohærent, in vno restitui potest, venditione in reliquis rata manente: quod in diuersis sententiæ capitibus responsum est.[c]

a. l. per mi. j. de iudi. b. l. fundum. de excep. c. l. etiam. j. de minor.

L. V. PAVLVS. *Lib. 7. ad edictum.*

Nemo uidetur re exclusus, quem Prætor in integrum se restituturum pollicetur.

Qui exceptionem peremptoriam initio contestatus non est, & ante sententiam non opposuit probandam, mero iure exclusus est ea allegatione.[a] Sed tamen quod Prætor edicto suo minoribus lapsis, vel circumscriptis, restitutionem polliceatur, non videtur allegatione exclusus. Qua ratione si rem vẽdidit minor, licet communi auxilio careat, & ipso iure dominus factus sit, qui ab emptore eam ex iusta caussa accepit: tamen non videtur minor re sua exclusus cui Prætor pollicetur extraordinarium auxilium, & rescissa alienatione, in rẽ iudicium.[b] Permittitur enim ei dicere rem adhuc suam esse, vt ei, cuius res ab eo vsucapta est, qui abfuit.

a. l. emptor. C. de præs. 10. an. l. præscrip. de excep. C. b. l. in caussæ. j. de mi. 1. & s.

L. VI. VLPIANVS. *Lib. 18. ad edictum.*

Non solùm minoris, uerùm eorum quoque qui Reipu. caussa abfuerunt: item omnium qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrum restitui possunt, ut sæpissimè est constitutum. Siue igitur hæres sit, siue is cui hæreditas restituta est, siue filijfamiliâs militis successor, in integrum restitui potest. Proinde & si minor in seruitutem redigatur uel ancilla fiat, dominis eorum dabitur (non tamen ultra tempus statutũ) in integrum restitutio: sed & si fortè hic minor erat captus in hæreditate quam adierat. Iulianus lib. 17. Digestorum scribit abstinendi facultatem dominum posse habere nõ solum ætatis beneficio, uerùm etiam si ætas non patrocinetur: quia non adipiscendæ hæreditatis gratia legum beneficio usi sunt, sed uindictæ gratia.

Beneficium restitutionis in integrum ad hæredes transit.[a] Caussæ enim, non personæ priuilegium est.[b] Neque solùm hæredi iure ciuili competit auxilium, sed etiam bonorum possessori, fideicommissario cui restituta est hæreditas, qui hæredes non sunt, sed quasi hæredes iure Prætorio, & S.C. Trebelliano fiunt:[c] & successorum in vniuersitatem, communi appellatione continentur. Pater quoque qui iure peculij castrense peculium filij militis capit, licet hæres non sit, successor tamen est in vniuersum:[d] & ideò restitui potest. Pater pagani filijfamiliâs, si conueniatur de peculio, non restituitur, quia successor non est, sed ex sua persona cõuenitur: post mortem

a. l. minor. §. fi. & l. seq. j. de mi. l. 3. C. de tẽp. in integ. re. b. l. priuilegia. j. de reg. iu. c. §. quos. inst. de bo. poss. §. rest. de fi. hær. d. l. 2. j. de castr. pe.

tem tamen filij, quasi hæres restituetur. [e] Dominus verò restituitur ex persona liberti, quem reuocauit in seruitutem: [f] quia in vniuersum succedit. Cui etiam ex clausula generali, Et si qua alia iusta caussa mihi videbitur, succurri potest: [g] licet libertus qui circumscriptus est, minor nõ fuerit. Non enim vt acquirat per libertum hæreditatem, in specie hic proposita, patronus redigit in seruitutem, sed vlciscendæ ingratitudinis gratia: vt meritò ei obijci non possit, quòd sponte sua maior acquisierit hæreditatem, nec ob id restitui possit. Tempus statutum ad implorandum auxilium restitutionis integri, annus vtilis fuit ex edictis Prætorum ferè: [h] Iustinianus Pandectis derogans lege noua, quadriennium continuum in hoc indulsit, [i] vt Franci Reges decennium, ex quo cessarit impedimentum, vt in altero commentario inferiùs dicemus. Et ex his constat, si quadriennium iam decessori datum ad petendam restitutionem finitum sit, hæredẽ frustrà implorare, licet decessor potuerit restitui.

e.l.3.j. de mi. f.C. de liber. & eo.lib. g.l.1.j.ex qui. caus ma. h.l.intra. & l. minor.j. de mi.l.item si.j. quod met. i.l.fi.C.de tẽp. resti.

L. VII. MARCELLVS. *Lib.3.Digestorum.*

Diuus Antoninus Martio Auito Prætori de succurrẽdo ei qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit. Et si nihil facilè mutandum est ex solẽnibus: tamen ubi æquitas euidens poscit, subueniendum est. Itaque si citatus non respondit, & ob hoc more solito pronunciatum est, cõfestim autem pro tribunali te sedentem adijt: existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita uoce præconis defuisse: ideóque restitui potest. Nec intra has solummodò species consistet huius generis auxilium: etenim & deceptus siue culpa sua, maximè si fraus ab aduersario interuenerit, succurri oportebit quamuis etiam de dolo malo actio competere soleat. Et boni Prætoris est potiùs restituere litem, ut ratio & æquitas postulabit, quàm actionem famosam constituere: ad quam tunc demum descendendum est, cùm remedio locus esse non potest.

Aduersus sententiam restituitur, qui præsumitur non fuisse contumax, sed parùm audita voce præconis citantis, id est, inclamantis iam edictis solenni more euocatum, defuisse. Sic enim citari & alijs locis vsurpatur, nõ pro edicto, vel denunciatione, in ius vocari. [a] Pertinet autem hoc rescriptum ad clausulam generalem edicti, Ex quibus caussis maiores. [b] Si iam lata sententia, qui rẽ amiserat, non adijt confestim iudicem pro tribunali sedentem, in iudicio rei iudicatæ, quærela de dolo aduersarij admitti poterit. Sed & si morbo impeditus, vel reip. caussa absens fuisse probetur, deneganda erit actio Rei iudicatæ, vel exequi non debebit Prætor sententiam, de qua cõstat ex actis. [c] Addidit Marcellus non solùm in superiori specie, & simili, succurrendum esse aduersus sentẽtiam, sed generaliter quoties sine culpa sua quis deceptus est, siue errore, siue fraude aduersarij. Et licet caussa cognita ita restitui possit, vt De dolo actio detur, [d] tamen humaniùs acturum Prætorem si litem potiùs restituat, vt in eadem caussa sit atque si sententia adhuc lata nõ esset. Nam De dolo actio famosa non est danda, nisi cùm nulla actio, nullumve remedium aliud, quod famosum non sit, competit. [e] Et ex hoc loco constat, Antonini rescriptũ ad restitutionem litis pertinere, non ad eam quæ hactenus fit vt appellare liceat: quod Ioannes apud Accursium putauit. Eòdem pertinet, quòd subuenire, succurrere, restituere, in hoc argumẽto, cùm absolutè dicuntur, plenam restitutionem rei, vel caussæ, demonstrent.

a.l. & post.j. de iud.l.inter. in s.le pu. iu. b.l.1.j.ex qui. cau.ma. c.l. si Prætor. j.de iudi. d.l.1.j.de dol. e.l.1.j. de dol.

L. VIII. MACER. *Lib.2.de Appellationibus.*

Inter minores .25. annis, & eos qui Reipublicæ caussa absunt, hoc interest, quòd minores .25. annis etiam si per tutores curatorésue suos defensi sunt, nihilominùs in integrum contra Rempublicam restituuntur, cognita scilicet caussa. Eis uerò qui Reipublicæ caussa absunt, cæteris quoque qui in eadem caussa habẽtur, si per procuratores suos defensi sunt, hactenus per in integrum restitutionem subueniri solet, ut appellare his permittatur.

Minores viginti quinque annis, si indefensi dãnentur, nulla sententia erit: si defensi sint, valebit quidem sententia mero iure, sed in integrum restituentur: caussa tamen cognita. [a] Nam cõtra sententiam pro libertate datam, pro parente, vel patrono, non restituuntur. [b] Maiores verò indefensi, reip. caussa, aut simili absentes, restituuntur: [c] defensi non omninò releuãtur lata sententia, sed tantùm in hoc vt appellare liceat, etiam post tempus præstitutum hoc iure ad appellandum: id est, post tempus quo resciuerunt latam sententiam. [d] Si enim ex alia caussa abessent superiori absimili, ægrè restituerentur defensi. [e] Nam si procurator non prouocauit, vix auditur dominus appellans. Iure nouissimo, decem dies ad prouocandum statuti sunt, à recitatione sententiæ computandi, siue per se, siue per alium, quis egerit. [f] Quo iure, hic casus indefensi, vel defensi reip. caussa absentis, non exprimitur: vt probabile sit indefensum, ex quo sciat, decem dies

a.l.cũ &. C. si aduer. rẽ iud. b.C. si aduer. lib.l.fi.C. qui & aduer.q.l si. c.l.1.C. ex qui. cau. ma.l.1.j. eo. d.l.1. quando appell. j.l. ab eo.C. quo. & qu. e.d.l.1. f.aut de app. & int.quæ.

habere

habere ad appellandum: defensum reip. caussa absentem, intra tempus ad implorandam restitutionem statutum, eam petere posse: [g] alioqui restitutionis beneficium nullius momēti erit, cùm & qui ex alia caussa absit defensus per procuratorem intra decē dies à sententia appellet, [h] Porrò absentia multiplex obseruatur: necessaria & honesta vt reip. caussa: probabilis absentia, vt studiorum gratia necessaria, vt relegati: voluntaria absque contumacia, vt ciuis peregrinantis: voluntaria per contumaciam, vt eius, qui edicto peremptorio vocatus, &c. venire contempsit. Primæ absentiæ vt subueniatur, dixi. [i] Secundæ, & tertię succurritur demum per restitutionem, si procuratorem dare non potuerint, vel si datus decesserit. [k] Quarta absentia cōmuni iure vtitur, si omninò quis in ius vocatus non sit, qui lædi sententia non potest. [l] Si verò appellatus sit, nec tamen contumax intelligatur, restitui potest, & appellare, vt dixi: [m] quem fictè cōtumacem dicunt. Qui abest per contumaciam, nec ad prouocandum quidem restitutionem rectè implorabit. [n] Per contumaciam defuisse videtur, qui ex peremptorio damnatus est: nisi vel valetudo, vel maior iudex excuset, &c. [o]

g. vt hic. & l. fi. C. de tēp. re. b. d. aut. i. ĩ. ad eand. l. k. l. nec nō. & l. sed & si. ĵ. ex quib. cau. ma. l. l. de vnoquo. ĵ. de re iudi. m. l. diuus. ſ. eo. l. & post. ĵ. de iudi. n. d. l. & post. ĵ. de iudi. o. l. contumacia. ĵ. de re iudi.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Franci Reges id sibi iam olim in restitutionibus integri arrogarunt: [a] quod olim Prætores Romani qui dabant iudicia apud iudices pedaneos exercenda. Nam & hi de iustitia caussæ restitutionis ferè, non de veritate facti cognoscunt, & ad magistratus præsidales, vel inferiores iudices dimittunt releuatos, [b] dato restitutionis integri rescripto, cui inserta sit clausula, Si paret, ad exemplum iudiciorum quæ à Prætoribus dabantur, ante Theodosianam constitutionē. [c] Quod genus rescripti, *letres royaulx, & benefice de restitution en entier*, vocant. [d] Pro anno vtili veteris iuris, & quadriennio continuo Iustinianeæ constitutionis, decēnium constituerunt maioribus ad impetrandam restitutionem, [e] & tantundem temporis minoribus post completam legitimam ætatem. [f] Maioribus autem vi, dolo, metu circumscriptis, tempus statutum labi incipit à contractu inito, & caussa petendæ restitutionis cessante, putà vi, dolo, & metu. [g] Neque solùm à circũuentione in contractibus iure solenni initis, sed à circumscriptione contractuum nullius momenti, intra constitutum tempus, Regum beneficio releuari oportet: [h] quod iuri communi non conuenit. [i] Deceptum supra partem dimidiam iusti pretij, extra ordinem etiam releuant, contractusque rescissionem iudici in hoc dato permittunt: [k] quam & ipsam restitutionem integri appellare possis ex Diocletiani lege: [l] licet seculo iureconsultorum hæc caussa non fuerit iusta petendæ restitutionis. [m] Sed & intra decennium implorare beneficium hoc oportet, [n] cui tempus non statuit constitutio Romana. [o] Solent & ex alijs caussis lapsis subuenire, vt aduersus sententias, decretáve præfecturæ prætorianæ: [p] nec absimilia sunt rescripta quibus permittunt eiusmodi restitutionem, Antonini rescripto ad Marcium Auitum. [q] Per contumaciam absens, nec ad appellandũ quidem apud nos admittitur: qui iustam caussam absentiæ probat, verè contumax non est, & prouocare potest. [r] De releuatione eorum qui illicò non prouocant, &c. opportuniùs alijs locis lectorem commonefaciam.

a. Frā. de bre. lit. 134. & des iuges Ludo. 12. 46. Britā. des appro. vlti. Biturig. des presc. rip. 2. b. Fran. des iuges. c. l. 2. C. de for. d. Franc. des iuges. Biturig. des præscri. 2. e. Ludo. 12. 46. f. Frāc. de Bre. lit. 134. g. d. c. 46. h. d. c. 134. i. l. in caussæ. ĵ. de mi. k. d. c. 46. l. l. 2. C. de resc. vend. m. l. in caussæ. ĵ. de mi. n. d. c. 46. o. d. l. 2. p. Frā de Bre. lit. 127. q. l. diuus. ſ. r. Frā. de Bre. lit. 28. & seq.

DE EO QVOD METVS CAVSSA GESTVM *erit.* *Titulus* II.

Edictum Quod metus caussa, integrum non extat, sed ex commētarijs ad edictum, sic restitui potest: Quod metus caussa gestum erit, ratum non habebo. [a] Si res metu tradita, cautióve aut acceptilatio extorta, aut alioqui quid cui ablatum esse dicetur: neque ea res arbitrio iudicis restituatur, quāti ea res erit in quadruplum intra annum, quo primùm experiundi potestas erit, post annum in simplum caussa cognita iudicium dabo. [b] In hæredem quatenus ad eum peruenisse dicetur, actionem dabo. [c] Si seruus metum intulerit, eius nomine in dominum noxale iudicium erit. [d]

a. ĵ. l. 1. b. l. item si. ĵ. c. l. quod autē. inf. d. l. quod. ĵ.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

AIt Prætor, Quod metus caussa gestum erit, ratum non habebo. Olim ita dicebatur: Quod ui metúsue caussa. Vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam contrariam uoluntati. Metus autem propter instātis uel futuri periculi caussa mentis trepidationem. [a] Sed postea detracta est uis mentio: quia quodcunque ui atroci fit, id metu quoque fieri uidetur.

Ait, Quod metus caussa. Verbum metus, primùm interpretatus est Vlpianus lib. ad edictum 11. [a] Deinde cætera. [b] Olim autem in edicto vis quoque mentionem fieri solitum ait: vt alibi edictum commodati, variè à diuersis Prætoribus conceptum fuisse, idem author est. [c]

a. In hanc definitionem Cic. li. 4. Tuscu. quæsti. a. vt hic. & l. 3. 4. 7. ĵ. b. l. metũ. ĵ. eo. c. l. 1. como. ĵ.

L. II. PAVLVS. *Lib. 1. Sententiarum.*

Vis autem est maioris rei impetus, qui repelli non potest.

Ait, Ma-

Ait, Maioris rei. Maior rei impetus, rectiùs legitur apud Paulum lib. 1. Receptarum sententiarum:[a] vnde hæc definitio translata est in hunc locum.

a de resti. integ.

L. III. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

*Continet igitur hæc clausula & uim & metum. Et si quis ui compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur. Sed uim accipimus atrocem, & eam quæ aduersus bonos mores fiat: non eam quam magistratus rectè intulit, scilicet iure licito, & iure honoris * quem sustinet. Cæterùm si per iniuriã quid fecit populi Romani magistratus, uel prouinciæ præses: Pomponius scribit hoc edictum locum habere. Si fortè, inquit, mortis aut uerborum terrore pecuniam alicui extorserit.*

* Aliàs, quod.

Ait, Cõtinet. Interpretatur Vlpianus verbũ vis, quod in edicto veteri fuit, & appellatione metus, in edicto sui temporis continetur. Est enim ea vis accipienda, quæ atrox est, & contra bonos mores: siue priuatus, siue magistratus vim fecit. Quod iure licito magistratus facit, iniuriam non habet.[a]

a l. iniuriarũ. j. de iniur.

L. IIII. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Ego puto etiam seruitutis timorem, similiumque esse admittendum. ¶

Ait: Ego puto. Vlpianus magistratum hoc edicto teneri dixit, qui mortis aut verborum timore, pecuniam extorsit: addit Iustinianus ex Paulo, seruitutis, & similium timorem.

¶ In hęc & sequẽtia respõsa. Arist. lib. 3. Ethi. cap. 6. 7. & 8. vbi copiosè differit quarũ rerum metus admittẽdus, vel nõ.

L. V. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Metum accipiendum Labeo ait, non quemlibet timorem, sed maioris mali.

Metus definitio est in hoc edicto, ex Labeone petita, nimirum timor maioris mali.

L. VI. CAIVS. *Lib. 4. ad edictum prouinciale.*

Metum autem non uani hominis, sed qui meritò etiam in hominem constantissimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus.

Idem Caius ad edictum Proconsulis in prouincia propositi, quod Vlpianus ad edictum Prætoris, dicit. Non enim leuis hominis, & nimiùm meticulosi, sed constantissimi hominis trepidatio, instantis, vel futuri periculi caussa, * in hoc edicto metus dicitur.

a l. 1. ĩ.

L. VII. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Nec timorem infamiæ hoc edicto contineri Pedius dicit lib. 8. neque alicuius uexationis timorem per hoc edictum restitui. Proinde si quis meticulosus rem nullam frustrà metuerit, per hoc edictum non restituitur: quoniam neque ui, neq; metus caussa factum est. Proinde si quis in furto uel in adulterio depræhẽsus, uel in alio flagitio, uel dedit aliquid, uel se obligauit, rectè scribit Pomponius lib. 28. posse eum ad edictũ hoc pertinere. Timuit enim, uel mortem, uel uincula. Quanquam non omnem adulterum liceat occidere uel furem, nisi se telo defendat. Sed potuerant uel non iure occidi: & ideo iustus fuit metus. Sed & si ne prodatur ab eo qui depræhendit, alienauerit: succurri ei per hoc edictum uidetur: quoniam si proditus esset, potuisset ea pati quæ diximus.

Vlpianus eodem libro ad edictum, quo superiora scripsit, exempla metus qui cadat in constantissimum virum, & contrà, subijcit. Suspitio ergo infamiæ inurendæ, vel alicuius vexationis, nõ restituitur: sed metus illatus depręhenso in adulterio (licet nõ omnis adulter impunè occidatur)[a] & illatus furi, iustus est, qui tamen iustè occidi non potest ab eo qui depręhendit, nisi telo se defendat,[b] &c. Quod de eo qui ne prodatur ab eo qui depræhendit, rem suam alienauit, ait Vlpianus. Accursius malè accepit. Hoc enim turpitudinem non habet ex parte dãtis, qui mortem non iure inferẽdam à priuato, refugit.[c] Nam si proderetur ijs ad quos ea res pertinet, posset vel non iure ab eisdem occidi.[d]

a l. marito. j. de adul.
b l. itaq. j. ad l. Aquil.
c l. 3. j. de cõd. ob turp.
d. vi hic.

L. VIII. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Isti quidem & in legem Iuliam incidunt, qui quid pro comperto stupro acceperunt. Prætor tamen etiam ut restituant, interuenire debet. Nam & gestum est malo more, & Prætor non respicit an adulter sit qui dedit: sed hoc solum, quòd hic accepit metu mortis illato. Si is accipiat pecuniam, qui instrumenta status mei interuersurus est nisi dẽ, non dubitatur quin maximo metu compellat: utique si iam in seruitutem petor, & illis instrumentis perditis liber pronunciari non possim. Quòd si dederit ne stuprum patiatur uir seu

uir seu mulier, hoc edictum locum habet: cùm uiris bonis iste metus maior quàm mortis esse debeat. Hæc quæ diximus ad edictum pertinere, nihil interest in se quis ueritus sit, an in liberis suis: cùm pro affectu parentes magis in liberis terreantur.

a.l. auxilium. ÿ. de mi. b.l. transig. C. transf. l. seru. C. de adul. c.l.3.ÿ. de cód. ob turp.

Qui pro comperto stupro pretium accipit, lege Iulia De adulterijs coercetur: [a] qui dedit, & si cum delatore transigere non possit, [b] tamen metu mortis datum restituetur ex hoc edicto: & cõdicere poterit qui dedit metu mortis à priuato inferendæ, [c] vt dixi Ait, Si accipiat. Exempla alia sunt iusti metus: siue quis in se, siue in liberis quid vereatur eorum, quæ ad edictum hoe pertinét: vt mortem, verbera, seruitutem, stuprum.

L. IX. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Metum autem præsentem accipere debemus, non suspitionem inferendi eius, & ita Pomponius lib. 28. scribit. Ait enim metum illatum accipiendum, id est, si illatus est timor ab aliquo. Denique tractat, si fundum meum dereliquero audito quòd quis cum armis ueniret, an huic edicto locus sit. Et Pomponius refert Labeonem existimare edicto locum non esse, sed & Vnde ui interdictum cessare: quoniam non uidear ui deiectus, qui deijci non expectaui, sed profugi. Aliter atque si postea quàm armati ingressi sunt, tunc discessi, huic enim edicto locum fore. Idẽ ait, & si fortè adhibita manu in meo solo per uim ædifices: & interdictum Quod ui aut clam, & hoc edictũ locum habere: scilicet quoniam metu patior id te facere. Sed & si per uim tibi possessionem tradidero, dicit Pomponius huic edicto locum esse. Animaduertendum autem est, quòd Prætor hoc edicto generaliter & in rem loquitur: nec adijcit à quo gestum sit, & ideò siue singularis sit persona ea quæ metum intulit, uel populus, uel curia, uel collegiũ, uel corpus, huic edicto locus erit. Sed licet uim factam à quocunque Prætor complectatur, eleganter tamẽ Pomponius ait, si quò magis te de ui hostium uel latronum uel populi tuerer, uel liberarem, aliquid à te excepero, uel te obligauero: non debere me hoc edicto teneri nisi ipse hanc tibi uim summisi. Cæterùm si alius uim summisit, teneri me non debere. Ego enim operæ potiùs meæ mercedem accepisse uideor. Idem Pomponius scribit quosdam bene putare etiam serui manumissionem, uel ædificij depositionem quã quis coactus fecit, ad restitutionem huius edicti porrigendam esse. Sed quod Prætor ait ratum non habebo, quatenus accipiẽdum est, uideamus. Et quidem aut imperfecta res est, licet metus interuenerit, utputa stipulationem numeratio non est secuta: aut perfecta, si post stipulationem etiam numeratio facta est: aut per metum accepto debitor liberatus est: uel quid simile contigerit quod negociũ perficeret. Et Pomponius scribit, in negocijs quidem perfectis & exceptionem interdum & actionem competere, in imperfectis autem exceptionem solam. Sed ex facto scio, cùm Campani metu cuidã illato extorsissent cautionem pollicitationis, rescriptum esse ab Imperatore nostro posse eum à Prætore in integrum restitutionem postulare: & Prætorem me assidẽte interlocutũ esse, ut siue actione uellet aduersus Campanos experiri, esse propositam: siue exceptione, aduersus petẽtes non deesse exceptionem. Ex qua constitutione colligitur, ut siue perfecta, siue imperfecta res sit, & actio & exceptio detur. Volenti autem datur & in rem actio, & in personam, rescissa acceptilatione uel alia liberatione. Idem Iulianus lib. 3. Digestorum putat eum cui res metus caussa tradita est, non solùm reddere, uerumetiã de dolo repromittere debere. Licet etiam in rem actionem dandã existimemus, quia res in bonis eius est qui uim passus est, ueruntamen non sine ratione dicetur, si in quadruplum quis egerit, finiri in rem actionem: uel contrà. Ex hoc edicto restitutio talis facienda est in integrum officio iudicis, id est, ut si per uim res tradita sit, retradatur: & de dolo (sicut

dictum

*dictum est) repromittatur: ne fortè deterior res sit facta. Et si acceptilatione liberatio interuenerit, restituenda erit in pristinum statum obligatio: usque adeò ut Iulianus scribat lib. 4. Digestorum, si pecunia quæ debita fuit * acceptò per uim facta sit, nisi uel soluatur, uel restituta obligatione iudicium accipiatur in quadruplo eum condemnandum. Sed & si per uim stipulanti promisero, stipulatio acceptò facienda erit. Sed & si usufructus uel seruitutes amissæ sint, restituendæ erunt. Cùm autem hæc actio in rem sit scripta, nec personam uim facientis coërceat, sed aduersus omnes restitui uelit quod metus caussa factũ est: nõ immeritò Iulianus à Marcello notatus est scribẽs, si fideiussor uim intulit ut acceptò liberaretur, in reũ nõ esse restituendã actionẽ: sed fideiussorẽ (nisi aduersus reũ quoq; actionem restituat) debere in quadruplum condemnari. Sed est uerius quod Marcellus notat, etiam aduersus reum competere actionem hanc, cùm in rem sit scripta.*

* Acceptolata

Ait, Metũ. Metus quidem præsens esse debet, & si periculum futurum esse potest. [a] Concurrit autem hoc edictũ cum interdicto Vnde vi, & Quod vi aut clam, si vis illata sit: leuis hominis suspitio de vi, vel metu inferendo, nihil horum nobis tribuit. Ait, Animaduertendum. Generaliter & in rem edixit Prætor Quod metus caussa gestum erit, nec adiecit à quo gestum, vt à priuato homine, vel à magistratu, ab eo qui conuenitur, an ab alio, &c. & ideò metus à quocunque illatus, siue singularis persona sit, siue populus, &c. comprehenditur. Potest enim vniuersitas vim facere, vel metum inferre, licet non facilè dolum adhibeat in contrahendo: sed ij adhibeant qui res vniuersitatis administranr. [b] Quòd autem adiecit Vlpianus Et in rem, inferiùs latiùs declarat. [c] Ad hanc verò generalitatem verborum quod attinet, excipit Vlpianus eos qui mercedem accipiunt operę suæ in tuendo, vel liberando à vi latronum, hostium, &c. Nam licet ob vim ab alijs factam, lucrum ad eos perueniat, [d] ex iusto tamen pacto venit, nón ex solo metu ab alijs illato. Eadem exceptio extat apud Paulũ lib. 1. Recep. sententiarum. Ait, Idẽ Pomponius. Seruus, inquit Paulus, per metũ emãcipatus, quicquid acquisierit, vel stipulatus sit, ei acquirit qui vim passus est. [e] Vbi obserua emãcipationem pro manumisione, vt cõtrà, manumisionẽ liberorũ, pro emãcipatione dictã apud consultos. [f] Quod verò ait restitui dominũ ex hoc edicto aduersus manumisionẽ, pugnare videtur cũ alijs locis iuris, [g] vbi liberi fieri negãtur, vi vel metu manumissi. Nec interesse videtur vtrũmne à seruo, populo, an ab alio domin[9] cogatur. Sed verius est liberos nõ fieri propter restitutionẽ, [h] cùm nemo videatur dominus seruo exclusus, cui Prætor restitutionem pollicetur. [i] Si infirmitate ætaris, vel dolo captus dominus manumiserit, aduersus ipsam libertarem non restituitur, sed damnum ei sarcitur. [k] Sed & illud obseruandum est, quòd Pomponius apud Vlpianum, quorũdam fuisse opinionem ait: [l] quam Martianus fortè, & Paulus non probarunt. [m] Nos ex Iustiniani voluntate, ad hanc opinionem rrahemus. [n] Air, Vel ædificij depositionem. Cogetur ergo ex hoc edicto qui metum intulit ita restituere, vt reponat depositum ædificiũ, vel quadruplum præstet, [o] &c. Ait, Sed quod Prætor. Verba illa edicti, Ratum non habebo, latè parere ostendit, vt & actio Quod metus caussa, & exceptio cõpetat, metũ, aut vim passo: idq; siue perfecta, siue imperfecta res sit. Nã si cautio de pecunia extorta sit, nõdũ perfecta res est, quòd numeratio secuta non sit: sed tamen & excipi potest aduersus petẽtẽ pecuniã si in ea re nihil metus caussa factũ est: [p] & Quod met[9] caussa actio cõpetit, vt stipulatio acceptò fiat. [q] Si perfecta sit traditio ex caussa emptionis per metũ contractæ, actio quidem cõpetit vt retradatur: [r] & exceptio, si cautio de euictione exigatur à metũ passo, &c. Ait, Rescriptũ esse. Sub Cęsaribus imminuta est Prætorũ potestas, vt non nisi Principe rescribẽre de iustitia caussæ, ex clausula generali edicti perpetui, & alioqui ex alijs edictis, in integrũ plærũque restituerent. [s] Quibus similia sunt quæ à Regibus Francis impetrantur circumuentos releuantibus. Hæc autẽ rescripta ad ius, perpetua sunt, & ad similia producuntur. [t] Non enim ius nouum inter certas personas constituit Princeps, [u] sed ius Prætorium, vel ciuile, locum habere rescribit. Ait, Volenti autem. Hunc locum ex Pauli sententia explicabo. Integra restitutio, inquit, aut in rem competit, aut in personam. In rem actio competit, vt res ipsa qua de agitur, reuocetur. In personã aut quadrupli pœna intra annum, aut simpli post annum peti potest. [x] Ex quibus verbis constat, actionem in rem dari, vt res quæ ablata est per metum, restituatur: siue res corporalis sit, siue incorporalis. Et ideò hic sequitur, Rescissa acceptilatione, vel alia liberatione: quæ verba non ad rem corporalem dũtaxar, sed etiam ad nomina, & seruitutes pertinent: [y] quæ omnia restituuntur, vt subijcit. [z] In rem enim actio datur, vt res restituatur: in personam, vt quid detur, vel fiat. [a] Ait, Item Iulianus. Ad arbitrium iudicis, vt magistratus, vel iudicis dati, eiusve cui mandata iurisdictio est, in integrum restituentis, [b] pertinet, vt non solùm iubeat rem restitui, sed etiam de dolo repromitti: quam cautionem, inter iudiciales ponit Iustinianus. [c] Ait, Licet autem. In rem actio hæc vtilis

a. l. 1. §.
b. l. sed & si. §. de dol.
c. §. si. l. item si cũ. §. in hac.
d. d. §. in hac.
e. tit. de integ restit. li. 1. Recep. sen.
f. §. si parẽ. q. ma. l. 2. §. de offi. procon.
g. l. ille. & . l. si pri. §. qui & à quib. ma.
h. vt hic.
i. l. nemo. §. de resti. integ.
k. C. si aduer. liber. l. & e. legẽ. §. de dol.
l. vt hic.
m. d. l. ille. & d. l. si pri.
n. 1. const. §.
o. §. ea. l. §. ex hoc.
p. l. 2. & 4. §. de excep. dol.
q. §. ea. l. §. ex hoc
r. d. §. & hic. vers. Ex qua.
s. l. diuus. §. de in integ. rest. & hic.
t. l. 2. C. de diuer. rescr.
u. l. 2. C. de ll.
x. lib. 1. recep. sen. tit de integ. rest.
y. §. de accep. & insti. quib mod. tol. ob.
z. §. ex hoc.
a. §. 1. insti. de actio.
b. l. si. C. vb. & ap. q.
c. insti. de di. stip.

est, vt rescissoria,[d] à rescissa acceptilatione, liberatione (quæ fit nouatione vel pacto) alienatione,[e] &c. appellata: vt alibi à rescissa vsucapione.[f] Eadē actio restituta, restitutoria dicitur, quòd mero iure iam amissa, extraordinario beneficio restituatur.[g] Igitur si res corporalis tradita dicatur, in rem actio vtilis dabitur volenti, vt res ipsa restituatur: quę actio & rescissoria, & restitutoria nuncupatur.[h] Si verò actio in personam, per acceptilationem exempta sit, in rem datur actio vt restituatur:[i] quæ actio in rem, restitutoria non est. Sed illa in personam, quæ restituitur.[k] Est autem iure prætorio, non ciuili amissa actio, obligatióve in bonis nostris,[l] licet in dominio propriè non sit res incorporalis.[m] Ait, Si in quadruplum egerit. Locus hic, interpretationē nostram ex Paulo repetitam iuuat: cùm actio in quadruplum, Vlpiano quoque in personam sit: quę electa, actionem in rem consumit.[n] Humaniùs enim est ita interpretari in re dubia, quoties actio rei persecutoria cum pœnali concurrit, vt alterius electione altera tollatur, si non ipso iure, certè per exceptionem in factum oppositam, Nam & persecutoria rei, persecutoriam similiter perimit.[o] Si legumlatoris, vel Prætoris edicentis voluntas euidens sit, ab ea non recedimus: & Furti pœnalem actionem, cum rei vendicatione, vel condictione furtiua damus.[p] Ait, Ex hoc edicto restitutio. Hic commentarius ad illa verba edicti pertinet, Neque ea res arbitrio iudicis restituatur. Arbitrio enim, officioque iudicis qui restituit in integrum, pro rei ablatæ natura restitutio facieda est: & nisi fiat, quadrupli reus condemnatur.[q] Præcedit enim hæc interlocutio (quæ iussus, arbitratus, arbitriumque iudicis dicitur[r]) sententiam qua condemnatur reus quadrupli, nisi pareat arbitrio.[s] Ait, Cùm autem. Verba edicti Gestum est, ratum non habebo, in rem, id est, in id quod gestum est rescindendum, concepta sunt, non in personam eius qui metū intulit scripta:[t] ideò hæc actio Quod metus caussa, in rem scripta dicitur, non actio in rē: est enim in personam actio, qua intendimus dari quadruplum oportere.[u] Exemplum subijcit fideiussoris qui metum intulit vt accepto liberaretur: ex qua caussa in rem data est actio, id est, aduersus reum quoque vt res, id est, obligatio per metum sublata, in eum restituatur.[x] Si in rem agatur, aduersus vtrūque quoque dirigitur actio, vt res restituatur: id si nō fiat ob dolum, quanti in litem iuret actor, reus damnatur. &c.[y]

L. X. CAIVS *Lib. 4. ad edictum Prouinciale.*

Illud uerum est, si ex facto debitoris metū adhibentis, fideiussores acceptilatione liberati sint, etiam aduersus fideiussores agi posse, ut se reponant in obligationē. Si metu à te coactus acceptam tibi stipulationem fecerim: arbitratu iudicis apud quem ex hoc edicto agitur, non solùm illud continetur, ut in tua persona redintegretur obligatio, sed ut fideiussores quoque, uel eosdem, uel alios non minùs idoneos adhibeas: præterea ut & pignora quæ dederas, in eadem caussa restituas.

Ait, Illud verum. Vt ob factum fideiussoris, liberatus reus tenetur se reponere in obligationē, ita ob metum à reo illatum, fideiussor tenetur se reponere: aliter quàm si absq; metus illatione, fideiussor esset liberatus.[a] Ait, Si metu à te. Non solùm alter ex alterius facto obligatur ad reponendum se in obligationē: sed etiam ex suo facto vterque tenetur ad reponendum alterum, & redintegrandam omnem caussam arbitrio iudicis. Hanc enim potestatem dabat Prætor iudici priuato olim, addita iudicio arbitrario clausula, Neque arbitrio tuo ea res restituatur,[b] &c.

L. XI. MARCELLVS *Lib. 4. Iuliani Digest. notat.*

Si quis alius sine malicia fideiussoris, ut fideiussori accepto fieret, uim fecit: non tenebitur fideiussor ut rei quoque obligationem restituat.

Ad reponendum in obligationem alterum, neuter tenetur, si facto alieno liberatus sit: sed ipse se reponet, quòd luetum ex metus caussa sentire non debeat. Et ex suprascriptis constat, eum qui metum intulit arctiùs teneri, quàm teneatur is ad quem aliquid peruenit: & si vterque nisi restituat, in quadruplum condemnetur.[a]

L. XII. VLPIANVS *Lib. 11. ad edictum.*

Sed & partus ancillarum, & fœtus pecorum, & fructus restitui, & omnem caussam oportet. Nec solùm eos qui percepti sunt, uerùm si plùs ego percipere potui, & per metum impeditus sum: hæc quoque præstabit. Quæri poterit an etiam ei qui uim fecerat, passo uim restitui Prætor uelit per hoc edictum ea quæ alienauerit? Et Pomponius scribit lib. 28. non oportere ei Prætorem opem ferre. Nam cùm liceat (inquit) uim ui repellere, quod fecit passus est. Quare si metu te coëgerit sibi promittere, mox ego tum eū coëgero metu te accepto liberare, nihil esse quod ei restituatur. Iulianus ait & eum qui uim adhibuit debitori suo ut ei solueret, hoc edicto non teneri, propter naturam

quod

d.l. fi. C. ex quib.cau. ma.
e.§. itē si quis in frau. de actio.l.in causæ.j.de mi.
f.l.in ho.j. de actio.
g.l. 2. ¶. si ex nox.caus.l.vlti.¶.de eo p.q. fa.
h.l. nec non. j.ex quib.cau. ma.d.ll.
i.vt hic.
k.d.ll.
l.l.si mulier.j.eo.l. rē in bo. j.de acq.do.
m.l. si quis vi. §. diffe. j. de acq. poss. vbi not.
n. d.l. si mulier.
o.l. itē si.§. eū qui.j.eo.l.qui seruum j. de actio.
p.l.si pro.j.de cond furti.
q.l. item si .§. hęc autem .j. & hic.
r.l.qui resti j. de rei vend.§. pręt.de actio.
s.§. hæc autē. j. item si.
t.arg .l.1.j. de interd.
u.§.t.& §.præ. insti.de actio.
x.l.& per.j.de accepti.
y.l.qui resti.j. de rei vend.
a.l.fi.¶. de pa.
b.l fi C.vb. & apud quē.l.3. j. de exhib. ar.not.§.pręt. de actio.
a.l.itē si.§. in hac.j.eo.

Quod metus caussa actionis: quæ damnum exigit, quamuis negari nō poßit in legem Iuliam de ui eum incidisse, & ius crediti amisisse.

Ait, Sed & partus. Caussæ appellatione cùm absolutè dicitur, omnia hæc continētur: [a] sed expreßis quibusdam, generale verbum alias species complectitur. [b] Est enim caussam restituere, facere vt in eadem caussa sit actor, & omnia habeat quæ habiturus foret, &c. [c] & verbū restituatur, quo Prætor in edicto vsus est, plenam habet significationem. [d] Ait, Nec solùm eos. Fructus qui percipi potuerunt, eos esse hic significat Vlpianus, qui ab actore potuerunt percipi: quos ex hoc edicto præstari oportet, siue reus arbitrio pareat, siue in quadruplū condēnetur: [e] quēadmodū & in alijs iudicijs, in quibus mala fides possessoris vindicatur. [f] Sed de fructibus alibi latiùs dicemus. Ait, Quæri poterit. Natura Quod metus caussa actionis, est dānum exigere: quod ex verbis edicti constat quāti ea res erit. [g] Ideò in speciebus hic propositis non competit, licet vis ex interuallo facta ad interdictum Vnde vi, legem Iuliam de vi armata, & quotidiana, [h] & ad decretū D. Marci pertineat. [i]

a. l. præterea. ʃ. de rei vēdi. b. l. si seruus. §. inquit. ʃ. ad. l. Aquil. c. d. l. preterea. d. l. videamus. ʃ. de vsur. e. l. item si. §. quadrup. ʃ. e. f. l. ait Prætor. ʃ. quæ in frau. cred. l. 1. C. de fid. instr. lib. 10. l. quemad. de agr. & cē. lib. 11. g. ʃ. l. item si. h. l. 3. ʃ. de vi ar. & l. 1. i. ʃ. l. seq.

L. XIII. CALLISTRATVS *Lib. 5. de cognitionibus.*

Extat enim decretum diui Marci in hæc uerba: Optimum est, ut si quas putas te habere petitiones: actionibus experiaris. Et cùm Martianus inde diceret, Vim nullam feci. Cæsar dixit, Tu uim putas esse solùm si homines uulnerentur? Vis enim est & tunc, quoties quis id quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. ¶ Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam debitoris, uel pecuniam debitam, non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo iudice temerè poßidere, uel accepisse, isque sibi ius in eam rem dixisse: ius crediti non habebit.

¶ Iuxta hoc est, quod dominus Deut. ca. 24. iubet, cū repetes à proximo tuo rē aliquā quā debet tibi, nō ingredieris domū eius vt pignus auferas.

Decretum Principis dicitur, cùm de re cognoscens quid decernit. [a] Cognoscebāt autē Principes extra ordinem plerūque de ijs caussis quæ iuris ordinarij non erant, sed cognitionis. [b] Igitur hoc decreto D. Marcus actione cadere decernit, qui in debitorē ius sibi dicit: & si alioqui interdum absque iudice se vindicare liceat iure singulari: [c] & legatarius qui suum legatum accipiat sine iudice, iure suo non fraudetur: licet interdicto Quod legatorum, rectè pulsetur. [d] Quæ de vi ab alijs in hunc locum tractantur in vniuersum, suo quæque loco explicabimus. Quæ vel ex indice horum commentariorum, nullo negocio in vnum locum congeret qui volet.

a. l. 1. §. de cōsti prin. b. not. supra de assess. l. 1. c. C. quā. li. vnicuiq. l. ait Prætor. ʃ. q. in frau. cred. d. l. 1. ʃ. quod lega.

L. XIIII. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Item si enim exceptione aduersus te perpetua tutus essem, coëgero te acceptum mihi facere: cessare hoc edictum, quia nihil tibi abest. Si quis non restituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne quodcūque restitui oportuit. Satis enim clementer cum reo Prætor egit, ut daret ei restituēdi facultatem, si uult pœnam euitare. Post annum uerò in simplum actionem pollicetur: sed nō semper, sed caussa cognita In caussæ autem cognitione hoc uersatur, ut si alia actio non sit, tunc hæc detur. Et sanè cùm per metum facta iniuria, anno & quidem utili exoleuerit, idonea caussa esse debet, ut post annū actio hæc dari debeat. Alia autem actio esse sic potest, si is cui uis admissa est decesserit, hæres eius habet hæreditatis petitionem: quoniam pro possessore qui uim intulit, poßidet, propter quod hæredi nō erit Quod metus caussa actio: quamuis si annus largiretur, etiam hæres in quadruplum experiri poßit. Ideò autem & successoribus datur, quoniam & rei persecutionem habet. In hac actione non quæritur, utrum is qui conuenitur, an illius metum fecerit, sufficit enim hoc docere, metum sibi esse illatū, uel uim: & ex hac re eum qui conuenitur, etsi crimine caret, lucrū tamen sensisse. Nā cùm metus habebit in se ignorantiā, meritò quis nō adstringitur ut designet quis ei metum uel uim adhibuerit. Et ideò ad hoc tātùm actor adstringitur, ut doceat metum in caussa fuisse, ut alicui acceptam pecuniam faceret, uel rem traderet, uel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum uideatur ex alieno facto aliū in quadruplum condemnari: quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur. Hæc autē actio cùm arbitraria sit, habet reus licentiam ab arbitrio dato, [a] usque ad sententiam, restitutionem,

[a] Aliàs vsque à sentētia ab arbitrio data.

ſecundum quod ſuprà diximus, rei facere: quod ſi non fecerit, iure meritoq́ue quadrupli condẽnationẽ patietur. Aliquando tamen & ſi metus adhibitus proponatur, arbitriũ abſolutionẽ affert. Quid enim ſi metũ quidẽ Titius adhibuit me non conſcio, res autem ad me peruenit, & hæc in rebus humanis nõ eſt ſine dolo malo meo: nónne iudicis officio abſoluar? Ita & ſi ſeruus in fuga eſt: æquè ſi cauero iudicis officio, me, ſi in meã poteſtatem peruenerit, reſtituturum: abſolui debebo. Vnde quidam putant bonæ fidei emptorẽ ab eo qui uim intulit cõparantem, nõ teneri: nec eum qui dono accepit, uel cui res legata

• Aliàs Iuniano. aliàs Viuiano. *eſt. Sed rectiſſimè* Iuliano *uidetur etiã hos teneri: ne metus quẽ paſſus ſum, mihi captioſus ſit.* Pedius *quoq; lib.8. ſcribit arbitrium iudicis in reſtituenda re tale eſſe debere, ut eum quidem qui uim admiſit, iubeat reſtituere, etiam ſi ad alium res peruenit: eũ autem ad quem peruenit, etiam ſi alius metum fecit. Nam in alterius præmiũ uerti alienũ metum non oportet.* Labeo *ait: Si quis per metum reus ſit conſtitutus, & fideiuſſorem*

Volẽtẽ. P. Fl. *nolentem dederit: & ipſe & fideiuſſor liberatur. Si ſolus fideiuſſor metu acceſſit, nõ etiã reus: ſolus fideiuſſor liberabitur. Quadruplatur autem id Quãti res erit, cum fructibus & omni cauſſa. Si quis per uim ſiſti iudicio promittendo, poſtea fideiuſſorem adhibeat: is quoq; liberatur. Sed & ſi quis per uim ſtipulatus, cùm acceptum non faceret, fuerit in quadruplum condemnatus: ex ſtipulatu eum agentem, aduerſus exceptionem replicatione adiuuari* Iulianus *putat: cùm in quadruplo & ſimplũ ſit reus conſecutus.* Labeo *autẽ etiã poſt quadrupli actionem nihilominùs exceptione ſummouendũ eſſe eũ qui uim intulit, dicebat: quod cùm durum eſſe uideatur, ita temperandũ eſt, ut tã tripli condẽnatione plectatur, quã acceptilationẽ omnimodò facere cõpellatur. Quatenus autẽ diximus quadruplo ſimplũ ineſſe, ſic hoc diſponẽdũ eſt, ut in cõdẽnatione quadrupli res quidẽ omnimodò cõtineatur, & eius reſtitutio fiat: pœna autem uſq; ad triplũ* • *præſtetur.*

• Aliàs ſtetur. *Quòd ſi homo ſine dolo malo & culpa eius qui uim intulit & condemnatus eſt, perijt: in hoc caſu rei cõdẽnatione ideò relaxabitur, ſi intra tẽpora iudicati actionis moriatur, quia tripli pœna propter facinus ſatisfacere cogitur. Pro eo aũt qui in fuga eſſe dicitur, cautio ab eo extorquẽda eſt, quatenus & perſequatur, & omnimodò eum reſtituat: & nihilominùs in rẽ, uel ad exhibendũ, uel ſiqua alia ei cõpetit actio ad eũ recipiẽdum, integra ei qui uim paſſus eſt ſeruabitur: ita tamen, ut ſi dominus eũ quocũq; modo receperit, is qui ex ſtipulatione conuenitur, exceptione tutus fiat, hæc ſi poſt condemnationem. Sin autẽ ante ſententiã homo ſine dolo malo & culpa mortuus fuerit, tenebitur: idq́; his uerbis edicti, neq; ea res arbitrio iudicis reſtituatur. Ergo & ſi in fuga ſit ſeruus ſine dolo malo & culpa eius cũ quo agetur, cauẽdũ eſt per iudicem ut eũ ſeruum perſecutus reddat. Sed etſi non culpa eius cũ quo agetur obierit, ſi tamen peritura res non fuerit,*

• Aliàs, ſicut &. *ſi metũ nõ adhibuiſſet: tenebitur reus* • *ſic & in interdicto Vnde ui, uel Quod ui aut clã obſeruatur. Itaq; interdũ hominis mortui precium recipit quãti eũ uenditurus fuerat, ſi uim paſſus nõ eſſet. Qui uim intulit, cùm poſſeſſionẽ à me ſit conſecutus, fur nõ eſt. quãuis qui ui rapuit fur improbior eſſe uideatur, ut* Iuliano *placet. Eum qui metũ fecit, & de dolo teneri certũ eſt: & ita* Põponius *ſcribit: & cõſumi alterã actionẽ per alterã, exceptione in factũ oppoſita.* Iulianus *ait, ꝙ intereſt, quadruplari ſolũ: & ideò eũ qui ex cauſſa fideicõmiſſi quadraginta debeat: ſi trecẽta promiſerit per uim, & ſoluerit: ducẽtorũ ſexaginta quadruplũ cõſecuturũ, in his enim cũ effectu uim paſſus eſt. Secũdũ hæc ſi plures metũ adhibuerint, & unus fuerit cõuẽtus: ſi quidẽ ſpõte rẽ ante ſentẽtiã reſtituerit,*

tuerit, omnes liberati sunt. Quod & si non fecerit, sed ex sententia quadruplum restituerit: uerius est etiam sic perimi aduersus cæteros Quod metus caussa actionem.

Ait, Item si cum. Vlpianus lib. 13 ad edictum, aliam speciem subiecit præcedētibus, in qua nihil abest metum passo: & ideò actio Quod metus, ei nō datur. Qui enim exceptione perpetua tutus est, debet quidem ipso iure, sed actionem perimit exceptionē opposita: [a] vt meritò acceptilatio nihil noceat metum passo, licet subtili ratione iuris tollat ipso iure actionem. [b] Ait, Si quis non restituat. Superiùs Vlpianus post primam clausulam edicti (quam interpretatus est perpetuo cōmentario vsque ad paragraphum Ex hoc, capite nono) subiecit diuersarum rerum restitutionis modum: illam clausulam edicti consequenter exponēs, Si res tradita, &c. Hoc loco suscipit interpretandum quod mox sequitur in edicto, Neque ea res arbitrio, &c. Et ex ordine quidē commentarij apparet, ex verbis primæ clausulæ edicti Ratum non habebo, actionem in rem dandā, quòd rescissa acceptilatione, &c. res in bonis sit, vt ait Vlpianus ad verba ratum non habebo: [c] nos tamen aliquando clausulam propriā in hanc rem adiecimus, docendi gratia. Ait, Quadruplabitur autem. Sicut arbitrio dato, vt res restituatur, fructus, & partus, cum omni caussa restitui debent: [d] ita in condemnationem, sententiámve in quadruplū lata veniunt. Ait, Satis enim clementer. Occupat quod dici potuit, grauiorē pœnam esse quàm par sit: quam euitare potest reus, rē ipsam restituendo ante sententiam. Ait, Post annum verò. Actiones pœnales ex iurisdictione Prætoris venientes, annum duntaxat durant: rei persecutoriæ perpetuæ sunt ferè: [e] & ideò rei per metum ablatę persecutio post annum durat. Ait, Anno vtili exoleuerit. Actio iniuriarum pœnalis est ex parte actoris, ideò anno vtili finitur: de quo anno intelligenda est Principis constitutio. [f] Quapropter hæc actio in simplum post annum datur: licet cōtra ius ciuile restitutio fiat. [g] Nā metus illatio coërcēda est, vt furtum manifestum. [h] Ait, Quoniam pro possessore. Nullum enim allegare potest titulum suæ possessionis iustum: & ideò licet desierit possidere, tenebitur ex S.C. [i] Ait, Quoniam & rei habet. Non solùm pœnam tripli, sed & rei persecutionem continet hæc actio ex parte actoris: quò relatæ actiones, pœnales, vel rei persecutorię dicuntur in hoc argumento ferè. [k] Et hæc quidem regularis ratio, in omnibus actionibus quæ personales non sunt, id est, personæ cohærentes, [l] habet locum: quamuis actio in factum rei persecutoria ex parte actoris, vltra annum non detur. [m] Sanè & quæ rei persecutionem non habent, hæredibus datur, modò fortunas actoris non vindictam solam respiciant. [n] Ait, In hac actione. In rem enim scripta est, id est, ad rem quæ ablata est dirigitur edictum Prætoris, nō ad personam eius qui metum intulit: [o] quòd venia danda sit metum passo, si nesciat qui metum intulerit, vt eum conueniat ad quem lucrū peruenit. Ait, Quia non statim quadrupli. Iustinianus contrà sentire videtur, in quadruplum quidem actionem intendi, sed absolui reum qui arbitrio parens restituit: [p] vt hic locus ita accipiendus videatur, non statim esse quadrupli actionem, quantùm ad condemnationem, de qua loquebatur Vlpianus. Nec moueor quòd suprà dixerit, si quis non restituat, in quadruplum iudiciū polliceri Prætorem: quia ad cōdemnationem similiter respicit, vt Prætor in edicto Neq; ea res arbitrio, &c. iudicium dabo. Semel enim datur iudicium hoc in quadruplum, sub hac conditione tamen si non restituatur, condemnatio iubetur: quod & verba sequentia arguunt. Condemnationem enim quadrupli patitur qui non paret arbitrio, non aliud iudicium in eū datur. Et ex his apparet ordo huius iudicij, vt Prætor, vel iudex datus, cognita iustitia caussæ (qui est iustus metus) iudiciū det, id est, admittat ad agēdum eum qui metū passus est: deinde cognita facti veritate ex probatione actoris, [q] arbitretur, iubeátve vt restituat rem: quod si fecerit, non condēnet quadrupli, sed absoluat: [r] si non fecerit, sequatur condemnatio in quadruplum ex eisdem actis, probata cōtumacia in non parendo arbitrio. [f] Estque vtile reo in iudicio famoso non condemnari, & parere arbitrio ante sententiam: [t] & si Franci hanc arbitrij à condemnatione differentiam non obseruent. Quòd si Prætor iudicem daret, hoc tempore Vlpiani, iustitia caussę cognita, litigaturis in iure iudicium dabat, & ad pedaneum dimittebat qui cognosceret de veritate: [u] vt in omnibus restitutionibus Reges apud Franciam obseruant: licet Iustiniani noua lege, is cui mādata est iurisdictio restituere possit. Dabat autē Prætor hoc modo iudicium pedaneo perferēdum, Si paret Titium metu coactum fundum illum tradidisse Seio, neq; arbitrio tuo restituatur, quadrupli

» quanti ea res erit condemnato. Scio & illud probabile fieri ex hoc loco, vt nullo iudicio dato,

» cognitione Prætoris rescindatur negocium, & restitutio rei iubeatur, & si non pareatur arbitrio, iudicium detur in quadruplum, id est, admittatur Prætor ad agendum quadrupli, probandamque contumaciam in non parendo arbitrio: [x] nisi actor eligat in rem actionem, rescissa alienatione, &c: quem ordinem ferè sequūtur Franci in iudicijs petitorijs, possessorijsque, nisi quòd condemnationem vtraque instātia habeat. [y] Ait, Hæc autem actio. Hic locus in vniuersum ostēdit arbitrariorum iudiciorum ordinem, vt primùm arbitretur iudex restitui rem, exhiberi, vel solui, aut seruum noxæ dedi: id nisi fiat, condemnet reum vel quadrupli (vt hic dicitur) vel simpli, quanti iuretur in litem, &c. pro natura cuiusque rei de qua agatur. [z] Alia lectio, quam in margine excudit Haloander, non placet: quòd interlocutionem, & arbitrium, sententiam vocet: qui loquendi mos alienus est ferè à consultis veteribus: [a] licet Augusti, & Romani pontifices, ita lo-

a. l. qui excep. j. de cōdi. indeb. insti. de excep.
b. §. itē. insti. quib. mo. tol. ob.
c. §. volēti. & seq. ī. ea. l.
d. l. sed & . ī. eo.
e. insti. de per. actio. l. in hono. j. de act. l. quę in fraud. cred.
f. insti. de per. actio. l. si non con. C. de iniur.
g. d. l. in hon. & d. l. 1. quæ in fraud.
h. inst. de per. actio.
i. l. pro poss. & l. item venist. j. de pet. hęr.
k. § ex malefi. insti. de act.
l. l. si nper. j. de op. lib.
m. l. 1. ī. de eo.
p. q. fa.
n. §. 1. de perp. actio.
o. l. metum. ī. eo.
p. §. itē actio. de actio.
q. l. omnes. ī. de in integ. rest.
r. d. §. item.
f. vt hic. & j. ea. l. §. quatenus. §. præterea. de actio.
t. l a. ī. de in fa.
u. Theoph. de interd. Cicer. in Verr.
x. l. fi. C. vbi. & ap. q.
y. Frā. de bre. lit. 95.
z. d. §. præterea.
a. l. quod dixit. j. de re iudi. & j. ea. l §. quaten[9]. not. l. qualē. j. de arb.

euti sint interdum. Ait, aliquando. Arbitrium iudicis quod antecedit sententiam in his iudicijs, & à quo arbitraria appellata sunt, [b] non solùm in hoc est, vt iubeat rem restitui, &c. Sed si æquum videatur, interdum reum absoluat absolutè, vel data cautione iudiciali. [c] Ait. Vnde quidam. Emptor bonæ fidei iubetur restituere hoc arbitrio, quòd metus ignorantiam habeat, vt suprà dixit, & in rem scripta sit actio: sed qui metum intulit, & [d] vendidit, ob euictionem tenebitur emptori. [d] Sed & metum passo in venditorem agere licet, quamuis rem non habeat: quia metum intulit. Ait, Labeo ait. Id restituitur in pristinum statum, quod metu gestum est: [e] & ideò si reus & obligatus sit, & fideiussorem metu coactus dederit, vterque arbitrio iudicis liberandus erit: si solus fideiussor accessit metu, ille solus ad restitutionem integri pertinebit. Si nolentem legas, vt impressit Haloander, etiam ipsi fideiussori actio erit: sed volẽtem magis placet, vt intelligamus per acceptilationem, vtriusque obligationem tolli oportere, non rei tantùm per pactum personale, [f] licet fideiussor sponte interuenerit, non coactus metu: quæ dubitationis ratio fuit. Ait, Quadruplatur autem. Quanti autem res erit, æstimabitur iureiurando in litem dato ob contumaciã: [g] quod ex edicto de in litem iurando, repetendum voluit Prætor qui hoc edictum proposuit, & edictum De dolo. [h] Ait, Si quis per vim. Eadem ratione fideiussor hic liberari debet, qua suprà, si modò vt adhiberetur, vis illata est. Nam si absque vi fideiussorem adhibuerit, non auditur si de vi in promittendo illata queratur. [k] Ait, Sed & si quis. Quadruplo simplum inest in hoc iudicio, vt in iudicio vi bonorum raptorum, & in rem agi potest: sed vna actio aliam consumit, [l] vt condictio actionem de calumniatoribus in factum perimit, & contrà. [m] Et ideò sententia rei restitutionem omnimodò, & triplum complecti debet. Omnimodò ita accipe, vt res ipsa restituatur si possit: si non possit, pendatur æstimatio: [n] vt meritò Iuliani sententia de exceptione, si nõ metus caussa gestum sit negocium, & de replicatione doli, displiceat Vlpiano. Ait, Quatenus autem. Quatenus hoc loco, quoniam alibi suprà, quemadmodum: [o] & infrà, vt. Si ergo res restitui potest, sententiam ita concipere oportet, vt rei restitutionem, & tripli pœnam contineat. [p] Si non potest restitui, quia perijt, in pretium eius, & triplum condemnatio fiet: [q] si modò peritura res non erat, si metus illatus non esset. Nam hoc casu arbitrium cessat. [r] Si in fuga sit seruus ante arbitrium, vel pòst, ante sententiam, sine dolo, & culpa eius cum quo agetur, cauebit per iudicem iudiciali cautione, vt seruum persecutus reddat: & si non fecerit, condemnabitur. Quod de eo accipiendum est qui vim intulit. Nam ad quem peruenit, cautione data de restituendo si in potestatem venerit, absoluitur. [s] Post sententiam, & ante tempus statutum faciendo iudicato, [t] si pereat animal sine dolo, & culpa, liberatur reus ab æstimatione, quia ante moram perijt. [u] Nam propter facinus admissum, in mora semper fuit quãtùm ad pœnam tripli: [x] res extra caussam metus restituitur post condemnationem. Quod si in fuga sit post cõdemnationem quadrupli cauebit de restituendo, vel præstanda æstimatione. Debuit enim diligẽtiam modum penè excedentem adhibere, non etiam mortis casum præstare. [y] Ex hoc loco apparet, eum qui omnimodò dare tenetur, si res non possit dari, teneri ad dandam æstimationem: quod ad officium iudicis alij referunt: [z] quibus non repugno, modò fateãtur officium hoc natura actionis tacitè contineri. [a] Ait, Perijt. Non distinguit hoc loci, periturus erat nécne, vt inferiùs. Ait, Si intra tempora. Triginta dies iusti fuerunt lege duodecim, [b] ad faciendum iudicatum præstituti: deinde duo menses, nunc quatuor. [c] Ait, Si autem ante sententiam. Nec refert vtrum ante arbitrium datum, an pòst: modò ante condemnationem, quam sententiam vocat: arbitrium non appellat sententiam. Ex verbis enim edicti, nisi restituat, quadrupli damnatur reus: nec distinguitur vtrum ob contumaciam restituat, an quòd res restitui non possit. Ait, Sed & si. Resumit quod dixerat versu si autem: vt addat locum habere, etiam si sine dolo, & culpa, modò periturus non fuerit, &c. Si enim equus annosus fuit, qui interitu naturali perijt, æquum est ab æstimatione reum liberari. [d] Nam si fulmine ictus perijt, tenebitur nihilominùs: quia potuit actor vendere, & pretium consequi. [e] Illo casu omnimodò liberatur interitu rei, hoc omnimodò tenetur, id est in æstimationem, & tripli pœnam. Quod in interdictis vnde vi, Quod vi aut clam, similiter distinguẽdum est: vt in depositi iudicio post moram, &c. [f] Et hæc ἀνῳμαλία interpretes malè habet, cùm tamen intersit inter naturalẽ interitũ, & casum alioqui improuisum: nã ille venditionẽ impedit, hic nõ æquè: & ideò subijcit Quãti cũ vẽditur[*], &c. Ait, Qui vim intulit. Qui vim infert ideò fur nõ est, quia nõ cõtrectat rẽ inuito domino, [g] qui coactus cõsentit. [h] Qui vi rapit, nõ cogit ad cõsentiendũ, & improbior fur est, [i] absq; cõsensu domini rẽ attrectãs. Ait, Eũ qui metũ fecit. Actio De dolo, cõcurrit cũ actione Quod metus, sed altera alterã perimit exceptione in factũ opposita, nõ ipso iure. [k] Sed quo pacto concurrere possunt, cùm præsertim actio Quod metus, cesset post annũ, vbi alia cõpetit: [l] & cõtrà actio De dolo dãda nõ sit, vbi vel alia actio, vel restitutio integri dari potest? [m] Equidẽ puto actionẽ aliã, cũ actione De dolo cõcurrere posse, sed humaniùs esse nõ dare de dolo, vbi alia cõpetat quæ famosa nõ sit, & minùs reum oneret, salua rei actori. [n] Et ideò Prętor in edicto De dolo, si de his reb[*] alia actio nõ erit, De dolo pollicetur. [o] Ait, Iulianus. Quãti enim ea res erit in quadruplũ datur, quę verba id quod interest demõstrãt, pro materia subiecta: [p] & si cõtumaciã nõ parẽtis interdũ, vel rẽ principalẽ respiciãt, nõ vtilitatẽ extra rẽ. [q] Ait, Secundũ hęc. Si plures deliquerint, omnes quidem tenẽtur: sed si quanti intersit agatur, vel vt res restitua-

tur,

b. d. §. præt. c. vt hic. & l. quod si ephe. j. de eo quod cer lo. d. j. de euict. &. C. eo. e. l. metum. §. f. l. nisi. §. de pa. l. si ex plu. de accepti. & l. & per. g. l. s. 2. & l. in actio. j. de in lit. iur. h. l. arbitrio. j. de dol. i. §. Labeo. k. arg. l. 2. C. eo. l. l. metũ. §. m l. 5. §. de ca. n. j. eo. vers. quod si. & in- sti. de di. stip. o. l. metum. §. sed quod. p. vt hic. q j. ea l. §. si autem. r arg. l. arbi. j. de dol. s. §. ea l. §. aliquando. s. l. 2. C. de vsu. rei iudi. u. arg. l. si ex leg j. de ver. ob. x. l. 1. j. de vi. ar. §. rectiss. y j. vers quod si homo. z. l. vbi. j. de ver. ob. in fi. l. si seruũ. §. pe. eo. a. §. itẽ actio. q. met. de act. l. quæro. loca. b. Gell. c. l. 2. C. de vsur. rei iudi. d. arg. l. si plu. j. depo. e. l. cũ res. de leg 1. in fi. f. d. l. si plu d. l. cum res. g inst. de fur. & l 1. j. eo. h. l. si mulier. j. e. i. in prin. inst. de fur. k. l qui seruũ. j. de actio. l. § ea l. §. post annum. m. l 1. & l. & e le. j. de dol. n l dnm. §. de resti in integ. o. l j. de d. l. p §. ea l. l sed &. ll. seq l. si j. de præt stip. g. l. 1. §. si q. ius di. l. inter hæc. de ver sig. & l. hæc ver.

tur,& vnus conuentus id præstiterit,cæteri liberabuntur, cùm nihil absit actori.[r] Sed & si vnus quadrupli damna tus soluerit, liberabuntur cæteri actione Quod metus:cùm hæc actio nõ competat in quadruplum, nisi in eum qui restituere iubetur, nec pareat. Quæ pœnales sunt ab initio actiones,in singulos dantur,nec sufficit si vnus pœnam luerit.[t]

r. l.j.§. de eo p.q.fa. ſ. §.ea.l.4.in hac. t. l.adeò.sup. de iurisd.l. si plures j. de iniur.l. item mela.inf.ad. l.Aquil.

L. XV. PAVLVS Lib.10.ad edictum.

Aut in id dabitur aduersus cæteros actio,quod minùs ab alio exactum est.

Ait, Aut in id. Perceptione ergo,nõ electione vnius,perimitur actio Quod metus,[a] exceptione in factum opposita.

a. l.percep.j. de eic.& esfu.arg.

L. XVI. VLPIANVS Lib.11.ad edictum.

Quod diximus, si plures metum admiserint, idem dicendum erit, & si ad alium res peruenerit, & alter metum adhibuit. Sed & si serui metũ adhibuerunt,noxalis quidem actio ipsorum nomine erit: poterit autem quis & dominum ad quem res peruenerit,conuenire:quòd conuentus siue rem, siue (secundum quod iam dictum est) quadruplum præstiterit,proderit & seruis. Si uerò noxali actione conuentus, maluerit noxæ dedere:nihilominus & ipse poterit conueniri,si ad eum res peruenerit. Hæc actio hæredi cæterisque successoribus datur: quoniam rei habet persecutionem. In hæredem autem & cæteros in id quod peruenit ad eos,datur,non immeritò.Licet enim ad hæredem pœna non transit,attamen quod turpiter uel scelere quæsitum est, (ut est rescriptum) ad compendium hæredis non debet pertinere.

Ait, Quod diximus. Si is ergo qui metum fecit,arbitrio iudicis parens, rem cum omni caussa restituat,liberabitur is ad quem peruenit,& contrà.Et si ab altero minùs exactum sit,alter in reliquum conuenietur.[a] Ait,Sed & si serui.Ex hoc loco versum addidi in edictum,si seruus metum intulerit,&c.Igitur si res ad dominum peruenerit,potest suo nomine hac actione in rem scripta conueniri:& siue restituat arbitratu iudicis,siue quadrupli condemnetur,neque serui manumissi conuenientur,neque dominus noxaliter,eadem ratione qua in superiori specie.Cõtrà si priùs noxali actione conuentus,noxæ dedere malit quàm restituere,vel quadruplum dare:si tamen res ad eum peruenit,suo nomine cõuenietur,certè vt reddat quod minùs ab eo exactum est,[b] & serui pretium reputet:[c] vel rem ablatam restituat condicto seruo. Ad has actiones noxales,quarum directæ arbitrariæ sunt,respicit Iustinianus de arbitrarijs iudicijs loquens:non de omnibus noxalibus,vt inibi adnotaui.[d] Ait,Hæc actio Dixi suprà cur hæredi detur.[e] Ait, In hæredem autẽ. Simile suprà alibi, vbi regulam hanc adduxi:[f] quam & Proconsul in edicto prouinciali obseruauit.[g]

a. §.l.aut. b. l.aut in.§. c. arg.l. quod ait.j.de noxal. d. §.præterea. de actio. e.l.itẽ.§.ideo. f. l.5. de calũ. g. l. quod autem.inf.e.

L. XVII. PAVLVS Lib.5.Quæstionum.

Videamus ergo si hæres ad quem aliquid peruenerit, consumpserit id quod ad eum peruenerit, an desinat teneri: an uerò sufficiat semel peruenisse, & si consumpto eo decesserit,utrum aduersus hæredem eius omnimodò competat hæc actio, quoniam hæreditariam suscepit obligationem: an non sit danda,quoniam ad secundum hæredem nihil peruenit? Et meliùs est omnimodò competere in hæredem hæredis actionem. Sufficit enim semel peruenisse ad proximum hæredem, & quòd perpetua actio esse cœperit: alioquin dicendum erit nec ipsum qui consumpsit,quod ad eum peruenerit,teneri.

Ait, Videamus. Sicut alio metum inferente, alius ad quem lucrum peruenit, tenetur:[a] ita hæres ad quem peruenit lucrum,eatenus pulsatur, licet rem ipsam non possideat,ne scelere quæsitũ ad compendium eius pertineat:[b] qua ratione & hæredis hæres conuenietur,etsi res ablata ad eũ non peruenerit,sed hæreditas eius qui lucrum ex metu sensit. Si lucrum nõ sentiat proximus hæres,quòd res intereat sine dolo,& culpa,neque is ad quem peruenit res, neque hæres eiusdem tenetur.[c] Et ita ego hunc locum accipio,aliter quàm Accursius interpretatur.

a. l.item.supr. b §.l.quod diximus. in fin. c. l.itẽ §. aliq. §. & j.l.j l. in hæredẽ. & ll. seq.j. de dol.

L. XVIII. IVLIANVS Lib.64.Digestorum.

Si ipsa res quæ ad alium peruenit, interijt: non esse locupletiorem dicemus. Si uerò in pecuniam,aliámue rem conuersa sit: nihil ultra quærendum est quis exitus sit, sed omnimodò locuples factus uidetur, licet postea deperdat. Nam & Imperator Titus Antonius Claudio Frontino de precijs rerum hæreditariarum rescripsit, ob idipsum peti hæreditatem ab eo posse,quia licet res quæ in hæreditate fuerant, apud eum non sint,

tamen precium earum, locupletem eum uel sæpius mutata specie faciendo perinde obliget, ac si corpora ipsa in eadem specie mansissent.

a. l. item. sup. §. aliq. l. in hæredẽ. & ll. seq. j. de dol. b. l. item. j. de pet. hær.

Is ad quem res ex metus caussa peruenit, ita demùm tenetur, si locupletior factus sit: [a] veluti si rem conuerterit in pecuniam, quàuis deinde deperdat: vt in hæreditatis petitione obseruatur. [b]

L. XIX. CAIVS *Lib. 4. ad edictum Prouinciale.*

Quòd autem in hæredem eatenus pollicetur actionem Proconsul, quatenus ad eum peruenerit: intelligendum est ad perpetuò dandam actionem pertinere.

a. §. j. de per. actio. l. an hæredem. & ll. seq. j. de dol.

Proconsul in prouincia consulari edicta proposuit, vt Prætor Romæ, &c. Et ad edictum prouinciale Caius scripsit, in quo expressum est hanc actionem in hæredem rei transire: quod ita accipit Caius, vt non intra annum, sed perpetuò detur, cùm rem persequatur. [a] Et nos ea hoc capite, versum edicto adiecimus in hæredem, &c.

L. XX. VLPIANVS *Lib. 11. ad edictum.*

Quantùm autem ad hæredem peruenerit, litis contestatæ tempore spectabitur, si modò certũ sit aliquid ad eum peruenisse. Idem est & si in ipsius qui uim intulit, sic corpus patrimonij peruenerit aliquid, ut certum sit ad hæredem peruenturum. Idem si debitor liberatus est.

a. l. si ipsa. j. b. l. videam⁹. j.

Si multæ res ad hæredem eius qui metum fecit peruenerunt, & litis contestandę tempore, vna tantùm res penes eum sit, cæteris sine dolo & culpa deperditis, illius rei duntaxat nomine tenebitur conuentus hæres. [a] Nam si aliæ res in pecuniam conuersæ, hæredem semel reddiderunt locupletiorem, vel decessorem eius, ad hæredem tantùm peruenisse intelligitur. [b]

L. XXI. PAVLVS *Lib. 11. ad edictum.*

a. an hoc dissimile sit. P. fl.

Si mulier contra patronum suum ingrata facta, sciens se ingratam, cùm de suo statu periclitabatur, aliquid patrono dederit uel promiserit ne in seruitutem redigatur, cessat edictum: quia hunc sibi metum ipsa infert. Quod metus caussa gestum erit, nullo tẽpore uel modo Prætor habebit ratum. Qui possessionẽ non sui fundi tradidit: nõ quanti fundus, sed quanti possessio eius est, quadruplum uel simplũ cum fructibus consequetur. Aestimatur enim quod restitui oportet, id est, quod abest. Abest autem nuda possessio cum suis fructibus. quod & Pomponius ait. Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem: quia est uerissimum nec talem promissionẽ dotis ullam esse. Si metu coactus sim ab emptione uel locatione discedere, uidẽdum est an nihil sit actum, & antiqua obligatiò remaneat: [a] an hoc simile sit acceptilationi: quia nulla bonæ fidei obligatione possumus niti, cùm finita sit dum amittitur. Et magis est ut similis species acceptilationis sit: & ideò prætoria nascatur actio. Si metu coactus adij hæreditatem, puto me hæredem effici: quia quamuis si liberum esset noluissem, tamen coactus uolui. Sed per Prætorem restituendus sum, ut abstinendi mihi potestas tribuatur. Si coactus hæreditatem repudiem, duplici uia mihi Prætor succurrit, aut utiles actiones quasi hæredi dando, aut actionẽ Quod metus caussa præstando: ut quã uiã ego elegero, hæc mihi pateat.

a. not. supr. l. metum. b. C. de liber. & eo lib. c. l. 2. 3. 5. 7. 9. 12. 14. 16. 20. sup. eo. d. l. item. sup. e. l. si duo. in fi. j. vti poss. f. l. itẽ §. quatenus. sup. eo. g. l. 2. C. de inutil. stip. l. Titia. j. de ver. ob.

Ait, Si mulier. Vt metus à magistratu iustè illatus ad hoc edictum non pertinet, [a] ita nec à patrono metus redigendi in seruitutem mancipij, ob ingratitudinem: [b] quia hi metũ sibi inferunt, ex quorum delicto metus descendit. Pertinet autem hæc Pauli interpretatio, ad verbum Metus in edicto: quæ sequitur apud eundem ordine, ad sequentia verba edicti. Quæ enim hic sunt apud Paulum, desiderantur in Vlpiano, ex quo Iustinianus totum edictum interpretatus est, [c] interiectis de more fragmentis aliorum consultorum, quibus vel supplet quædam, vel expressis lumen dat, &c. Ait, Quod metus. Interpretatur Paulus verba Ratum nõ habebo. Indefinitè, inquit, & sine pręfinitione temporis, hæc edicti clausula scripta est, vt & post annũ rescindat Prætor quod gestum est: licet minoris agatur, quàm intra annum. [d] Ait, Qui possessionem. Lõgè aliud est rei precium, aliud possessionis: [e] ideò possessio æstimanda erit quæ restituitur omnimodò, & tripli pœna, quanti possessio erit, pendetur. [f] Ait, Si dos. Natura æquum est vt libera sint matrimonia, ne ea vitæ societas aliquid incommodi habeat, [g] & ideò nec dotis stipulatio per metum contracta valet eadem ratione. Non enim de actione bonæ fidei ad repetendam dotẽ soluto matrimonio, hic quæritur: sed de actione stricti iudicij, qua promissa marito petitur. Ait, Si metu coactus.

Ab emptio-

Ab emptione, &c. re integra, disceditur volũtate vtriusque, & liberatur debitor obligatione:[h] quòd nec metus quidem illatus, subtili iuris ratione impedit: & ideò actione Quod metus caussa (quæ prætoria est) non ciuili ex empto, & vendito, nitendum est.[i] Ait, Si metu coactus adij hæreditatem. Non tantùm contractus rescinduntur ob metum, sed etiam quasi cõtractus,[k] vt aditiones hęreditatis. Ait, Si coactus. Rescissa repudiatione hęreditatis, vtilis petitio hęreditatis cõpetit, vt vtilis in rẽ actio.[l] Sed & actio Quod metus caussa datur, vt restituatur hæreditas metu ablata, & nisi restituatur arbitrio iudicis, quadrupli condemnatio sequatur. Sed altera actio electa, alteram consumit.[m]

h. l. ab emptio. ff. de pact. §. si quib. mo. tol. ob.
i. l. metũ. §. ex hoc. sup.
k. inst. de ob. q. ex q. con.
l. l. metum. §. volenti sup.
m. d. §. vbi not.

L. XXII. PAVLVS *Lib. 1. Sententiarum.*

Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret: quicquid ob hanc caussam factum est, nullius momenti est.

Hoc caput idem extat in Receptis sententijs Iulij Pauli, sub titulo De in integrũ restitutione. Quod ita accipiendum est, vt qui iniuria in carcerem detrusit, inutiliter cùm eo cõtrahat qui custoditur. Nam si vel iure ob æs alienum, vel delictum in custodiam datus sit, & inibi transigat, &c. valebit quod bona fide actum est.[a] Illud dubitari potest, vtrúmne ipso iure, an per rescissionem infirmetur quod in carcere contractum est, vel traditum, &c.[b] Et pro materia subiecta ita accipiendum est, vt nullius momenti intelligatur, quòd Prætor restitutionem polliceatur:[c] licet alioqui nullius momenti sit, quod ipso iure non valet.[d]

a. arg. l. metũ. §. licet. ĩ. l. si mulier. ĩ prin. supr.
b. sup. ea. l. §. si dos.
c. l. nemo. sup. de in integr. resti.
d. l. j. j. de iniust. testa.

L. XXIII. VLPIANVS *Lib. 5. Opinionum.*

Non est uerisimile, compulsum in urbe iniquè indebitum soluisse eum, qui claram dignitatem se habere prætendat: cùm potuerit is ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, qui utique uim eum pati probibuisset: sed huiusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes uiolentiæ opponere. Si iusto metu perterritus iudicis cognitione ad quam ut uinctus iret, potens aduersarius minabatur, id quod habere licebat, compulsus uendidit: res suæ æquitati per Præsidem prouinciæ restituitur. Si fœnerator inciuiliter custodiendo athletam, & à certaminibus prohibendo, cauere compulerit ultra quantitatem debitæ pecuniæ: bis probatis competẽs iudex rem suæ æquitati restitui decernet. Si quis quod aduersario non debebat, delegante eo, per uim, apparitione Præsidis interueniente, sine notione iudicis coactus est dare: iudex inciuiliter extorta restitui ab eo qui rei damnũ præstiterit, iubeat. quòd si debitor satisfecit, simplici iussione, & non cognitione habita: quamuis non extra ordinem exactionem fieri, sed ciuiliter oportuit: quæ tamen solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, reuocari inciuile est.

Ait, Non est verisimile. Qui se metu coactũ ait, vel vi, apertissimas probationes adhibere debet tum maximè, cùm aduersarius præsumptione aliqua iuuatur. Nam & onus probandi in possessorem transferre solet præsumptio, quæ in hoc lege probata est.[a] Interdum lex perinde habet quod actum est, atque si aliter gestum esset: quæ legis fictio est,[b] non præsumptio, conicturá ve hominis: aduersus quam probatio recipi non solet. Sed de præsumptionibus alibi diffusiùs.[c] Ait, Si iusto. Metus vinculorum iustus est, & ad hoc edictum pertinet:[d] licet alij aliter interpretẽtur. Ait, Si fœnerator. Inclusio hominis vt promittat pecuniam, ad vim, & ad hoc edictum referenda est: quod & Iulius Paulus testatur in Receptis sententijs. Ait, Si quis quod aduersario. Indebitè datum, per vim, licet apparitores iudicis ab eo delegati interuenerint, per hoc edictum restituitur.[e] Ait, Quod si debitor. Si debitor absque vi, & metu, simplici iussione iudicis soluit quod debuit, repetere non potest:[f] licet iudex ordine cognoscere caussam debuerit, & tum condemnare debitorem: non simpliciter iubere, omisso ordine iudiciorum. Accursius præiuit alijs hoc loco aliter hæc accipientibus: sed quæ scripsimus vero veriora sunt, & ad hunc titulum pertinẽtia.

a. l. sine poss. C. de proba.
b. l. is qui. inf. de vsucap.
c. j. de proba.
d. l. 4 & seq. ĩ.
e. l. iniuriarũ. & l. magi. inf. de iniur.
f. l. repetitio. inf. de cond. indeb. arg. l. item. in prin. supr.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Quemadmodum Reges Franci permittant restitutiones integri, & ex quibus caussis, superiùs dixi in vniuersum:[a] inter quas vim, & metum esse dubium non est, *uiolence & crainte*.[b] Sed ex his caussis in rem, magis quàm in personam, restitutio fit: cùm præsertim pœnæ iure communi statutæ, apud Gallos exoleuerint, ob iuris pontificij authoritatem.[c] Cùm verò in rem agitur, sententia fertur: cui nisi pareatur intra triduum à præcepto restitutionis, reus sexaginta francicis multatur fisco inferendis, & aduersario, quanti æquum iudici videbitur, condemnãtur.[d] Clausula edicti Prætoris de noxali actione Quod metus, ideò apud nos locum non habet, quòd serui qui appellantur, tam ex contractibus, quàm ex maleficijs, & agere, & cõueniri possint: licet liberè te-

a. ĩ. de in integr. re.
b. Lud. 12. 46.
c. c. suam. de pœn. 13. q. 2. fraterni.
d. Francis. de bre. lit. 95.

rè testari nõ soleant, vẽdicari à dominis possint, quibus absque liberis decedẽtibus, domini succedũt, &c. vt moribus regionum variè introductum est.[e] Quos ad Institutiones non vno in loco memoraui. Intra decennium verò continuum à negocio gesto, & vi, aut metu cessante, restitutio imploráda est à Principe:[f] apud eum cui Princeps rescripto suo delegarit restitutionem, postea cognita caussæ veritate, terminanda.[g]

e. Meldẽ. Trecen. Burgũd. Burb. Aruer. f. d. cõst. Lud. 12 46.

g. Francis. des iuges.

DE DOLO MALO. *Titulus.* III.

L. I. VLPIANVS *Lib. 11. ad edictum.*



HOc edicto Prætor aduersus uarios & dolosos, qui alijs obfuerunt calliditate quadam, subuenit: ne uel illis malicia sua sit lucrosa, uel istis simplicitas damnosa. Verba autem edicti talia sunt: Quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta caussa esse uidebitur, iudicium dabo. Dolum malum Seruius quidem ita definit, ¶ *machinationem quãdam alterius decipiendi caussa, cùm aliud agitur, & aliud simulatur. Labeo autem ait posse & sine simulatione id agi, ut quis circumueniatur: posse & sine dolo malo aliud agi, & aliud simulari: sicuti faciant qui per huiusmodi dissimulationem seruant & tuẽtur uel sua uel aliena. Itaque ipse sic definit: dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Labeonis definitio uera est. Non fuit autem contentus Prætor Dolum dicere, sed adiecit Malum: quoniam ueteres etiam bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus* ¶ *hostẽ latronémue quis machinaretur. Ait Prætor, Si de his rebus alia actio non erit. Meritò Prætor ita demum hanc actionem pollicetur, si alia actio non sit: quoniam tam famosa actio nõ temerè debuit à Prætore decerni, si sit ciuilis uel honoraria qua quis possit experiri: usque adeò ut Pedius lib. 9. scripserit, etiam si interdictum sit quo quis experiri, uel exceptio qua se tueri possit, cessare hoc edictum. Idem & Pomponius lib. 28. ita scribit, & si stipulatione tutus sit quis, eum actionẽ De dolo habere non posse: ut puta si de dolo stipulatus sit. Idem Pomponius ait, & si actionem in nos dari non oporteat: ueluti si stipulatio tam turpis de dolo malo facta sit, ut nemo daturus sit ex ea actionem, non debere laborare me, ut habeam De dolo malo actionem: cùm nemo sit aduersum me daturus actionem. Idem Pomponius refert Labeonem existimare, etiam si quis in integrum restitui possit, nõ debere ei hanc actionem competere: sed & si alia actio tempore finita sit, hanc competere nõ debere, sibi imputaturo eo qui agere supersederit: nisi in hoc quoque dolus malus admissus sit, ut tempus id exiret. Si quis cùm actionem ciuilem haberet uel honorariam, in stipulatum deductam eam acceptilatione uel alio modo sustulerit, de dolo experiri nõ poterit: quoniam habuit aliam actionem: nisi & in amittenda actione dolum malum passus est. Non solũ autem si aduersus eũ sit alia actio, aduersus quẽ de dolo quæretur.*

¶ In hanc definitionẽ Cicero lib. 3. Offi.

¶ Iuxta illud Verg. Dolus an virtus quis in hoste requirat: fides tamen hosti seruanda, vt pulchre Cice. lib. 1. offi. & 3.

Ait, Hoc edicto. Præfatur Vlpianus paucula de huius edicti æquitate. Ait, Verba autem edicti. Dubium non est quædam huic capiti detracta esse. Nam tẽpus edixit vbique Prætor, intra quod in integrum restitutionem permitteret: quod Iustinianus annum vtilẽ fuisse, generaliter dixit:[a] & Constantinus specialiter de hoc edicto locutus.[b] Sed ideò annus vtilis detractus videtur, ne Constantini rescripto iam in Codice euulgatò, locus hic contrarius esset. Is enim biennium ad incipiendum, finiendúmque hoc iudicium constituit pro anno vtili, qui ad incipiẽdum dabatur edicto perpetuo. Deinde constat ex commentarijs Vlpiani, & Pauli ad edictum, hanc actionem non statim quanti ea res erit dari, sed si res arbitrio iudicis non restituatur,[c] vt ex edicto superiore: vt illa verba huic capiti inserta fuisse videantur si arbitrio iudicis non restituantur, intra annum quo primùm experiundi potestas erit, quanti eæ res erunt de dolo. Compilatores Pandectarum: clausulam arbitrij sub illis verbis contineri voluerunt, opinor, & iusta caussa esse videbitur.

a. l. fin. C. de tẽp. in integ.

b. l. fin. C. de dol.

c. l. si plures. & seq. inf.

debitur. Nos docendi caussa, paulò expositiùs edictũ concipiemus. Fuit enim caput aliud in edicto prouinciali, ad hæredem eius qui dolum commisit pertinens: aliud fuit de noxali iudicio de
» dolo, [d] vt in edicto superiore, &c. [e] Igitur hoc modo restituemus: Quæ dolo malo facta esse dicẽ-
» tur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta caussa esse videbitur: nisi iudicis arbitrio restituan-
» tur, intra annum quo primùm experiundi potestas erit, quanti eæ res erunt, in eum qui dolo fe-
» cerit, De dolo iudicium dabo. Serui nomine ob noxam noxalem actionẽ, ex contractu De pecu-
» lio dabo. In hæredem eius qui dolo fecisse dicetur, & in dominum ex dolo eorum qui res admi-
» nistrant, quatenus ad eos peruenisse dicetur, dolóve malo factum esse quo minùs peruenerit, iu-
» dicium dabo. In eum qui dolo fecerit, post annum: Item liberis in parentes, libertis in patronos,
» humilibus in honoratos, turpibus in emendatioris vitæ homines, in factum actio erit. Ait, Dolũ malum. Dolum malũ esse cùm aliud agitur, aliud simulatur, Paulo in Receptis sententijs placuit, post Gallum Aquilium apud Ciceronẽ. Seruius adiecit, machinationẽ alterius decipiendi caussa: cuius definitionem Vlpianus alibi Pedio adscribit, nec eam improbat, [f] vt nec hic Seruij: etsi Labeonis definitionem exactiorem esse innuat. Hic enim doctrinæ fiducia, ꝙ præ cæteris sapientiæ operam dederit, plurima in iure ciuili innouauit, teste Pomponio. [g] Potest autem Seruij finitio defendi, quòd nemo sciens fallat absque simulatione bonæ fidei, & consilio fraudandi: quod & in dolo malo rapientibus locum habet. [h] Quòd verò ad tuenda nostra, aliud simulemus quàm agamus, Seruij definitioni non repugnat, qui addidit, machinationem alterius decipiẽdi caussa: quæ verba in deteriorem sensum plærumque vsurpantur. Quinimò Aquilij, Paulíque definitio eadem ratione defenditur: [i] quæ & Ciceroni exacta visa est. Regulæ nanque, & diffinitiones rerũm captandæ non sunt, [k] sed voluntas mágis quàm verba (vti in omnibus) spectanda. [l] Ait, Nõ fuit autem. Dolum, machinationem, &c. pro dolo malo, suo sęculo vsurpari, Vlpianus significat, etsi apud veteres etiã dolus bonus, & bona machinatio, pro solertia fuerint. Ait, Si de his rebus alia actio. Actionis appellationem generaliter consulti in hoc edicto accipiunt, pro omni auxilio quo res circumuẽto salua esse possit: [m] siue sit actio ciuilis, vt ex vendito: [n] siue prætoria, vt possessoria hæreditatis petitio aduersus dolosum, mortuo eo qui deceptus sit: [o] siue interdictũ, vt Vnde vi, quod famosum non est: [p] siue exceptio (etiam doli mali) [q] quæ actionis verbo interdũ continetur. [r] Sed & si doli clausula stipulationi addita sit, ex stipulatione agere licet, [s] quæ actio non infamat. Item si turpiter stipulanti promisero, quia nullius momenti est stipulatio, & ipso iure munitus sum, [t] non datur mihi actio De dolo, vt liberer. Nam exceptione tutus non sum, cũ nulla sit actio. [u] Imploratio quoque restitutionis integri, quæ Pretoria cognitione tota expeditur, hanc actionem excludit: quia per restitutionem salua res fit, quæ & actionis verbo hic continetur, vt omnis extraordinaria persecutio. [x] Integri autem restitutionem aliquando contractè accipiunt consulti, pro ea quæ nulla propria actione data peragitur, sed tota pẽdet ex cognitione magistratus: [y] quanquam generaliter ob metum, dolum, &c. in integrum restitutiones permittantur. [z] Sanè actio Metus caussa, cum actione De dolo concurrere potest, [a] quòd Metus nõ inferatur sine dolo, vti nec rapina fiat: sed vbi quis egerit Metus caussa, non aget De dolo: sed & si de dolo egerit, tacito metu, non aget Metus caussa, exceptione in factum opposita. Alia autem actio nõ esse intelligitur cùm solus dolus absque metu allegatur, etsi metus verè illatus sit: quem si actor allegauerit, De dolo non dabitur, sed Metus caussa actio: vt si vis allegetur, Vi bonorum raptorum, &c. [b] Ait, Sed & si alia. Vsqueadeò Pretor refugit hoc genus actionis, vt si ex vendito, &c. quis agere possit, post eam actionẽ tempore statuto finitam, De dolo non detur. Finge enim rem tradiiam emptori, cœpto anno trigesimo à vẽditione, quæ dolũ in se habuit: Ex empto dolus hic vindicari potest. [c] Et ideò post annũ vtilem, vel hodie post biennium, [d] De dolo non dabitur. Actio amissa hoc casu restituitur, quãdo negligens in agendo nõ fuit actor: [e] De dolo verò datur, licet neglexerit actionem, si dolo dies ei exierit. [f] Ait, Si quis eùm. Actio tollitur acceptilatione, quæ ex verbis descendit: aliæ reducendæ sunt ad verborum obligationẽ vt hoc modo tollantur. [g] Qui igitur cùm actionem haberet, eam sustulit absque dolo, De dolo non aget propter illa verba edicti, si alia actio non erit. Si dolo accepto latũ sit, De dolo rectè aget: quia alia actione, post dolum admissum res salua esse non potuit propter dolum: & actio alia esse intelligitur, qua salua res esse possit ex quo dolus sit admissus. [h] Ait, Non solùm autem. In rem scriptum est in edicto, si alia actio non erit: & ideò nõ refert aduersus quẽ agendo res salua esse possit decepto. [i]

L. II. PAVLVS *Lib. 11. ad edictum.*

Vel à quo seruari res poterit.

Hoc additur ex Paulo, quòd non solùm per actionem, sed per restitutionem, &c. res ab aliquo seruari possit, id est recuperari.

L. III. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Non habet hoc edictum locum, uerùm etiam si aduersus alium.

Ex verbis edicti, vt dixi, quæ in rem concepta sunt, non in personam dolosi, hæc actio denegatur. Quod enim à contrario colligitur, ex verbis est. [a]

L. IIII. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Sit actio,

d. l. si quis adsir. inf.
e. l. nõ debet. inf.
f. l. iurisg. sup. de pact.
g. l. 2 supr. de orig. iur.
h. l. 2. §. vi bo. rap.
i. iofr. ea. l. nõ fuit
k. l. omnit. §. de reg. iur.
l. l. pen. §. ad exhib.
m. l. & eleg. §.
n. l. si quis adsir. §.
o. arg. l. itẽ si §. supr. quod met.
p. l. neque. §. de vi.
q. l. si. §.
r. l. 2. de exc. inf.
s. l. doli. §. de ver ob. l. & e. leg. inf. eo.
t. l. gene. §. de ver. ob.
u. d. l. 2. de exc.
x. l. actionis. §. de actio. l. pecu. de ver. sig.
y. l. quod si. §. de mi. in fin. l. diuus. sup. de in integ. rest.
z. l. omnes. §. de in integr. re.
a. l. item si §. quod met.
b. l. 2. infr. vi bo. rap.
c. l. iurisg. de pact. §. l. si quis cùm aliter. §. de ver. ob.
d. l. vlt. C. de dol.
e. l. cum enim. §. ex quib. caus. ma.
f. l. Atteius. §. de aq. plu.
g. §. item per. quib. mod. toll. ob.
h. l. ideò. l. seq. l. & eleg. inf. eo.
i. l. ideò. §.
a. l. si quis. §. prætor. vbi not. §. de edé.

Sit actio, uel si ab alio res mihi seruari poterit.

Alternatio est similis superiori in persona dolosi.

L. V. VLPIANVS *Lib.11.ad edictum.*

Ideóque si quis pupillus à Titio, tutore authore colludente, circumscriptus sit: nō debere eum De dolo malo actionem aduersus Titium habere: cùm habeat tutelæ actionē, per quam consequatur quod sua intersit. Planè si tutor soluendo non sit, dicendum erit De dolo actionem ei dari.

a. l.fi.C.si aduer.lib. b. C. si tutor. vel cura. c. §.1. & eleg. d.l.fi.si ad.lib. C. d.l.fi.C.qui & a p q. e. inf.eo.l. nō debet. f. l.diuus.sup. de in integr. resti.

Exemplum subijcit de actione Tutelæ in tutorem, quæ excludit De dolo in dolosum. Ait, planè. Hoc ita accipe vt De dolo detur, si aduersus Titium dolosum restitui non possis. a Nam restitutio minorum cum actione tutelæ concurrit, b quæ & ipsa excludit De dolo actionem, vt dixi. Potest & Titius dolosus non esse (licet contractus in se dolum habeat) & pupillus colludente tutore captus esse: quo casu restitutio in Titium competet, nisi aduersus libertatem: c De dolo non tenebitur, quo caret. Si Titius circumscripsit dolo in contractu qui bonæ fidei non est, De dolo agetur, cùm tutor soluendo nōn sit. Si parens, vel patronus sit Titius, nec restitui aduersus eum potest, d nec De dolo agetur, sed in factum actione. e Quid quòd actio De dolo cum restitutione concurrat, licet boni Prætoris sit potiùs restituere, quàm actionem famosam dare? f

L. VI. CAIVS. *Lib.4.ad edictum Prouinciale.*

Nam is nullam uidetur actionem habere, cui propter inopiam aduersarij inanis actio est.

a. §.1.seq.in prin.

Licet actio iure competat, ad hunc locum quod attinet, esse non videtur ex voluntate Prętoris, per quam res seruari non possit ob inopiam debitoris. a

L. VII. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*

*Et eleganter Pomponius hæc uerba, Si alia actio non sit: sic excepit, quasi res alio modo ei ad quem ea res pertinet, salua esse non posit. Nec uidetur huic sententiæ aduersari quod Iulianus lib.4. scribit, si minor annis XXV. consilio serui circumscriptus eum uendidit cum peculio, emptórque eum manumisit: dādam in manumissum De dolo actionem. * Siue enim accipimus, carere dolo emptorem, ut ex empto teneri non posit: aut nullam esse uenditionem, si in hoc ipso ut uenderet, circumscriptus est: * quod & proponitur, non inducit in integrum restitutionem. nā aduersus manumissum nulla in integrū restitutio potest locum habere. Secundum quæ & si pœnali actione indemnitati eius cōsuli posit; dicēdum erit cessare De dolo actionem. Pomponius autem etiam si popularis actio sit, cessare De dolo ait actionem. Non solùm autē si alia actio non sit, sed & si dubitetur, an alia sit, putat Labeo De dolo dandam actionem: & affert talem speciē. Qui mihi seruum debebat (uel ex uenditione, uel ex stipulatu) uenenum ei dedit. & sic eum tradidit, uel fundum: & dū tradidit, imposuit ei seruitutem: uel ædificia diruit, uel arbores excidit, uel extirpauit uineam. Ait Labeo, siue cauerit de dolo siue non, dandam in eum De dolo actionem: quoniam si cauit, dubium sit an cōpetat ei ex stipulatu actio. Sed est uerius, si quidem de dolo malo cautum est, cessare actionē De dolo: quoniam ex stipulatu est actio. Si non est cautum, in ex empto quidem actione cessat De dolo actio: quoniam est ex empto. In ex stipulatu uerò, de dolo actio necessaria est. Si seruū usuarium proprietarius occidit, legis Aquiliæ actioni: & ad exhibendum id accedit: si posidens proprietarius occidit; ideóque cessat De dolo actio. Item si seruum legatum hæres ante aditam hæreditatem occiderit: quoniam priùs quàm factus sit legatarij, interemptus est: cessat legis Aquiliæ actio. De dolo autem actio, quocūque tempore eum occiderit, cessat: quia ex testamento actio competit. Si quadrupes tua dolo alterius mihi damnum dederit: quæritur an De dolo habeam aduersus eum actionem. Et placuit mihi quod Labeo scribit, si dominus quadrupedis non sit soluendo, dari debere De dolo actionem:*

*F. hoc enim sic accipimus * & quod minor proponitur.

nem: quamuis si noxæ deditio sit secuta, non putem dandam [*] *nec in id quod excedit.*

[*] aliàs in id quod damnũ mai[*] est, quã vt noxę deditione sit satisfactum.

Idem Labeo quærit, si compeditum seruum meum, ut fugeret solueris: an de dolo actio danda sit? Et ait Quintus Mutius apud eum notans: si non misericordia ductus fecisti, furti teneris: si misericordia, in factum actionem dari debere. Seruus pro libertate pactionis reum domino dedit, ea conditione, ut post libertatem transferatur in eum obligatio, manumissus non patitur in se obligationem transferri. Pomponius scribit locum habere de dolo actionem. Sed si per patronum stabit quo minùs obligatio transferatur: dicendum ait patronum exceptione à reo summouendum. Ego moueor. quemadmodum enim de dolo dabitur, cùm sit ex stipulatu aduersus reum actio alia? Nisi fortè quis dicat, quoniam exceptione patronus summoueri potest, si agat cum reo: debere dici, quasi nulla actio sit quæ exceptione repellitur, de dolo decernendam. Atqui patronus tunc summouetur, si nolit expromißionem ipsum manumissum accipere. Expromissori planè aduersus manumissum dari debebit de dolo actio: aut si non sit soluendo expromissor, domino dabitur. Si dolo malo procurator passus sit uincere aduersarium meum, ita ut absolueretur: an de dolo mihi actio aduersus eum qui uicit competat, potest quæri. Et puto non competere, si paratus sit reus iudicium transferre in se, sub exceptione hac, Si collusum sit, alioquin de dolo actio erit danda, scilicet si cum procuratore agi non poßit, quia non est soluendo. Idem Pomponius refert Cecidianũ Prætorem non dedisse de dolo actionem aduersus eum qui affirmauerat idoneum esse eum cui mutua pecunia dabatur: quod uerum est. Nam nisi ex magna caussa, & euidenti calliditate, non debet de dolo actio dari.

Ait, Nec videtur huic sententiæ. Occupat casum Iuliani, qui Pomponij sententiæ aduersari videbatur prima ratione, & ab enumeratione partium ducit argumentum, quo colligit in casu Iuliani rem alio modo saluam esse non posse. Si enim salua esse potest alio modo, aut actione Ex vendito (quam Ex empto hic vocat) aduersus emptorem, aut integri restitutione in eum qui circumscripsit, vel in rem aduersus possessorem dato iudicio, post rescissam alienationem. [a] Atqui nihil horũ est: quia emptor non admisit dolũ, sed seruus, vt Ex empto propter dolum incidẽtem in contractum, teneri non possit: vel (quod veriùs est in casu proposito) venditio ipso iure nulla est: cùm in hoc vt venderet seruum, minor dolo persuasus est. [b] Restitutio verò integri aduersus libertatem non permittitur quæ iam data est: [c] reliquum est igitur vt De dolo detur in manumissum, vt damnum sarciatur minori circumscripto. [d] Et hæc quidem Vlpiani collectio est, vtrancumque lectionem sequare. Ex qua hæc sequuntur. Primum, Dominium transferri ex iusta caussa, quãuis nulla sit ipso iure. Nam seruus alioqui manumitti ab emptore non potuit: sed condici potuisset nisi esset manumissus: [e] quæ condictio sine caussa, non ex contractu nullo descendit, sed ex quasi contractu. Peculium ergo condici poterit ab emptore. Sed & si dolo vel culpa emptoris, venditor deceptus esset, quanti sua interesset ageret, licet alioqui nulla venditio haberetur. [f] Secundo loco sequitur, Dolum extranei, id est, qui nec emptor, nec venditor est, nullam reddere ipso iure venditionem, si modò caussa sit contractus: qualis est in casu Iuliani, dolus serui. Quòd verò ait, Vt Ex empto teneri non possit, intellige emptione valente. Nam & cùm nulla venditio est, quanti extra rem interſit (vt dixi) agitur, reddita re, &c. vel Doli mali, vel In factũ. [g] Non ignoro aliter hæc probabiliter tractari posse, sed quod dixi æquitati iuxtà atque verbis consultorum maximè congruit. Huc pertinent quæ apud M. Ciceronem non vno in loco, [h] de dolo malo vindicando disputata sunt: quem partim legibus, partim sine lege iudicijs quibus Ex bona fide addebatur, coërcitum fuisse, & tandem etiam iure prætorio, idem author est. Lege duodecim tabularũ nominatim tutoris dolus vindicabatur, lege Lectoria circumscriptio adolescentium: de alijs iudicijs bonæ fidei nulla lex id expresserat, sed interpretatione prudentium (quod ius ciuile peculiariter dictum est) [i] productæ sunt leges ad consequentiam, & à Gallo Aquilio formulæ prolatæ de dolo malo: secundũ quas Prætores alij edixerunt de dolo se iudicium daturos: quod iudicium maliciarum omnium euerriculum, Aquilium ob id protulisse ait Cicero: [k] vbi & iudicia bonæ fidei ideò de fide mala dicit, quòd dolus in his vindicetur interpretatione prudentum. Ex quibus apparet quod hic traditur, vbi iure ciuili aduersus dolum auxi-

a. l. in caus. ỹ de mi.
b. l. in caussæ. ỹ. de mi. l. 3. ỹ. pro so.
c. C. si aduer. lib.
d. l. 1. ỹ. eo.
e. l. cum ab. ỹ. de cõtr. emp.
f. l. si iter. §. quamuis. inf. de actio. emp. §. fi. de empt. arg. est tamen varia lectio.
d. §. quamuis.
g. l. 1. sup. & l. rei. inf. eo.
h. lib. 1. & 3. Offic. lib. 3. de nat. Deo.
i. l. 2. supr. de orig. iur.
k. d. lib 3. de nat. Deo.

lium competit, non esse dandam prætoriam actionem De dolo malo. [l] Ait, Secundum quæ. Siue furti, siue bonorum raptorum, siue iniuriarum actio competat, hæc non datur: & ideò si metus allegetur, cessabit De dolo actio, vt suprà diximus. [m] Ait, Pomponius etiam. Actio popularis, vt De albo corrupto, [n] hanc actionem excludit, cùm res salua esse possit actori anteuertẽti: quòd sibi imputare debeat si alius prior egerit. [o] Ait, Non solùm autem. In iudicijs bonæ fidei, dolus vindicatur vel actione ex ipso contractu, vel exceptione quæ inest iudicio. [p] Nam illa verba ex bona fide iudicato, quæ addebantur à Prætore qui dabat olim iudicia, eam potestatem faciebant iudici priuato, vt dolum vindicaret, vel secundum actorem, vel secundum reum. Iudicijs strictis inserenda fuit Doli exceptio in iure apud Prætorem, quando deceptus rem tenebat. [q] Si ad alium transijsset, vel alioqui dolo eius amissa esset, ad eam recipiendam necessaria fuit De dolo prætória actio: [r] quòd formula huius iudicij, non daret potestatem ex æquo & bono æstimandi, quantum alter alteri præstare deberet: sed iudicis dati potestatem intra cancellos suos concluderet, vti ad Institutiones ostendimus. [f] Ait, Quoniam est ex stip. Doli mali clausula contractibus inseri consueuit, quæ stipulationem Dolum malum abesse, abfuturúmque esse, continebat. [t] Nec ad nouandam obligationem, sed ad eam firmandam interponebatur: [u] ideóque vel actione bonæ fidei, vel Ex stipulatu agitur. [x] Nam hæ actiones concurrunt, licet De dolo actio, alterius concursum non admittat. Ait, Si seruum vsuarium. Quia seruus vsuarij non est, directa actio legis Aquiliæ ei non competit in dominum, [y] sed ad eius exemplum vtilis actio danda est quasi domino vsus, vel vsusfructus. [z] Ait, Si possidens. Hæc verba actionem Ad exhibendum respiciunt, quæ in possidentem datur. [a] Ait, Item si seruum. Actio Ex testamento, quæ & actio legatorum dicitur, excludit De dolo actionem. Actio legis Aquiliæ verò, legatario ante aditam hæreditatem non competit, quòd nondum dominus sit rei legatæ, quæ in bonis defuncti fuit: quæque adita hæreditate, non in hæredem, sed in legatarium recta via à testatore transit: & nondum adita hæreditate, nullius est in bonis, [b] etsi fictione iuris in dominio legatarij statim à morte testatoris esse, falsò scriptum sit. Ait, Si quadrupes tua. Aduersus dominum quadrupedis, noxalis actio Si quadrupes, datur: qui tamen si soluendo non sit, De dolo in dolosum dabitur: quia alia actione res salua esse non potest: [c] An actio In factum cum hac De dolo concurrat, dicam inferiùs. Sed & si dominus noxæ dediderit, cessat actio De dolo: cùm sit alia actio qua res salua fiat, si non in totum, certè pro parte. In edicto Quod metus, hæc clausula Si alia actio non erit, scripta non est: & ideò noxæ dedens seruum, conuenitur suo nomine si quid ad eum peruenerit. [d] Ait, Furti teneris. Quia opem tulisti furtum sui facienti seruo. [e] Ait, In factum. Damnum enim datum est sine dolo, ideò furtum non est: [f] sed culpa, non tamen corpore in corpus, vt legis Aquiliæ actio locum habere non possit: at in subsidium eius In factum danda est. [g] Ait, Seruus pro libertate. Regula est, Seruum ex eo contractu, vel quasi contractu non teneri post manumissionem, quem in seruitute inijt: [h] si tamen pro libertate pecuniam stipulanti domino promiserit, In factum actione in subsidium condictionis ex stipulatione, tenebitur. [i] Quòd si nuda pactione pecuniam spoponderit, & reum suæ pactionis, id est, expromissorem qui eandem pecuniam promittat, [k] domino dederit (quem adpromissorem, & interdum fideiussorem promiscuè vocant consulti) ipse quidem manumissus, ex nuda pactione non nisi naturaliter tenebitur: cui obligationi fideiussor ritè accessit ciuiliter obligatus. [l] Sed quoniam inter omnes tres conuenit, vt manumissus expromissionem acciperet, id est, ipse pro se stipulanti patrono eam pecuniam sponderet: nec patiatur in se obligationem ciuilem à fideiussore transferri, De dolo actio locum habebit, cessante alia actione qua salua res esse possit. Id accidit vel quòd expromissor soluendo non sit, vt patrono detur: vel si sit soluendo, detur expromissori in manumissum. Sed & si dolo patroni factum sit ne transferretur obligatio, agenti ei aduersus expromissorem, exceptio doli mali opponetur: & ideò De dolo in manumissum, rectè hoc quoque casu aget: quasi actione in alium res salua esse non possit, quæ exceptione elidatur, vel Doli, vel In factum: idque ex Pomponij sententia, quam figuratè improbat Vlpianus. [m] Et hæc quidem huius loci expositio est. Sed cur in casu Alexandri, De dolo non datur? An non quòd dolo nihil factum videatur? [n] Ait, Si dolo malo. Si procurator ad agendum datus, colluserit cum aduersario: & ob id absolutus sit, cum procuratore Mandati agi potest, [o] si soluendo sit. Si verò inanis sit aduersus eum actio ob inopiam, [p] De dolo in absolutum debitorem actio dabitur, nisi paratus sit primum iudicium rursus in se transferre sub hac exceptione Si collusum sit: quæ aduersus exceptionem rei iudicatæ, ab actore opponetur replicante: & ita Accursius. Sed videamus ne non iudicium iterum detur actori in absolutum sub hac exceptione Si collusum sit: & iudicij formula à Prætore qui dabat iudicia ita concipienda fuerit, Si paret Titium centum ex illa caussa dare Sempronio oportere, quamuis agente procuratore absolutus dicatur: Si collusum sit, cõdemnato: sed potiùs iudicium iam acceptum in eadem caussa transferatur, addita exceptione Si collusum sit: qua de re inferiùs. Ait, Item Pomponius. Qui in iudicio adfirmat fideiussorem idoneum esse, fingitur fideiubere, & fideiussoris vicem sustinet, [q] *contreplege*: quod locum non habet extra iudicium, vt in eo qui adfirmat idoneum esse facultatibus cui pecunia mutua datur.

Nec

l. l. in caussæ. ij. de mi.
m. l. j. sup.
n. l. si quis. §. de iuri.
o. l. j. supr. & hac. l. in prin.
p. l. huiusmo. infr. de lega. j. l. plane. de peti. hær.
q. l. dolo. C. de inutil. stip.
l. si quis cum alter. infr. de ver. ob.
r. vt hic.
f. §. in bonę. & §. actionũ. de actio. & §. j.
t. l. si id quod aurum. inf. de ver. ob. l. doli. eo.
u. Paul. in Recep. senten. l. si pacto. C. de pact.
x. vt hic.
y. l. 2. infr. ad l. Aquil.
z. l. locum. in fi. inf. de vsuf. l. item Mela. in fi. infr. ad l. Aq.
a. l. 3. §. ad exhib.
b. l. à Titio. §. de furt. l. proinde. §. si cer. pet.
c. l. nam is. & seq. supr.
d. l. quod diximus. supr. quod met.
e. l. j. C. de ser. fug.
f. l. j. infr. de furt.
g. d. l. 2. §. ad l. Aquil. §. fin. ad l. Aquil.
h. l. eum. supr. de neg. g. l. j. C. an ser.
i. l. promissæ. C. eo.
k. l. 5. infr. de ver. ob. l. quãuis. §. ad Vel.
l. l. j. §. de fideiuss.
m. vers. atquin l. j. sup. eo.
n. d. l. promissæ.
o. l. licet. §. ea. sup. de proc.
p. l. nam is. §.
q. l. cum oste. infr. de fideiuss. tue.

Nec De dolo in eum actio datur, nisi decipiendi creditoris gratia, falsò id affirmasse constet: quãdoquidem dolo malo factum esse oporteat. [r] Et hoc ad interpretationem verbi Dolo malo, respicit.

r. l. dolum. C. eo. l. 4. ii.

L. VIII. CAIVS. *Lib. 4. ad edictum Prouinciale.*

Quòd si cùm scires eum facultatibus labi, tui lucri gratia affirmasti mihi idoneum esse: meritò aduersus te cùm mei decipiẽdi gratia alium falsò laudasti, de dolo iudicium dandum est.

De dolo actio ex euidenti calliditate datur in hac specie. Quòd si lucrifaciendi pecuniam mutuam gratia, alium laudet, & alium adducat, furti tenetur, si is qui adducitur scit: quia cõtrectatur inuito domino. [a] Si nesciat, qui adduxit in factũ tenetur. [b] Sed cur non datur De dolo, si dolo id factum sit? Et putes actionem in factum subsidiariam legis Aquiliæ, cum actione De dolo concurrere, quando dolo factum constat vt damnum quis passus sit: quia ex eodem facto descendunt, vti actio Quod metus, & De dolo: [c] quod & in specie superiùs exposita eadem ratione locum habeat. [d] Non enim alia actio est (inquies) In factum ab actione De dolo, sed eadem verbis temperata. [e] Non idem tamen dicendum est de actione In factum præscriptis verbis, id quod inferiùs apparebit. [f] Equidem opinor defendi posse, ob dolum De dolo, ob culpam In factum agẽdum: cùm hæc in subsidium detur. [g]

a. l. j. inf. de furt.
b. l. si is qui rẽ. inf. de furt.
c. l. item §. §. cum. supr. quod met.
d. §. si quadr. l. & elegan.
e. l. nõ debet. ij. eo. & l. rei.
f. infr. l. seq. §. Labeo.
g. l. natur. §. at cum. infr. de præs. verb.

L. IX. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Si quis affirmauerit minimam esse hæreditatem, & ita eam ab hærede emit: non est De dolo actio: cùm ex uendito sufficiat. Si autem mihi persuaserit ut repudiem hæreditatem, quasi minùs soluendo ea sit, uel ut optem seruum, quasi melior eo in familia nõ sit: dico De dolo dandam actionem, si callidè hoc fecerit. Item si tabulæ testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sint, mox mortuo filio prolatæ: hæredes filij aduersus eos qui suppresserunt, & lege Cornelia, & De dolo posse experiri, Labeo lib. 7. Posteriorum scribit. Si oleum tuum quasi suum defendat Titius, & tu hoc oleum deposueris apud Seium, ut is hoc uenderet, & precium seruaret donec inter uos dijudicaretur cuius oleum esset: neque Titius uelit iudicium accipere: quoniam neque mandati, neque sequestraria Seium conuenire potes, nondũ impleta conditione depositionis: De dolo aduersus Titium agẽdum. Sed Pomponius libro uigesimoseptimo scribit posse cum sequestro præscriptis uerbis actione agi: uel si is soluẽdo non sit, cum Titio De dolo. quæ distinctio uera esse uidetur. Et si tu seruum pignoratum noxæ mihi dederis, & per iudicem sis absolutus: De dolo teneris, si apparuerit eum pignori datum esse. Hæc De dolo actio noxalis erit. Ideò Labeo quoque lib. xxx. Prætoris peregrini scribit De dolo actionem serui nomine interdum de peculio, interdum noxalem dari. Nã si ea res sit in qua dolus commissus est, ex qua de peculio daretur actio: tunc de peculio dandã. Si uerò ea sit ex qua noxalis, hoc quoque noxale futurum. Meritò quoque caussæ cognitionem Prætor inseruit: neque enim hæc actio passim indulgenda est. Nam ecce in primis si modica summa sit.

Ait, Si quis. Dolus in contractum incidit qui efficit vt minoris res vendatur, vel pluris: [a] qualis & alibi memoratur. [b] In hoc genere dolus est, quo Cannius circumscriptus dicitur in hortis emendis apud Ciceronem Officiorum lib. 3. Dolus verò quo efficitur vt contractus ineatur, qui alioqui non iniretur, caussam dare contractui dicitur: [c] cuius exemplum extat apud Ciceronem eodem loco, de eo qui ædes solo æquandas iussu magistratus, vendidit huius rei ignaro: quod si scisset, empturus omninò non erat. Ille dolus contractum non infirmat, vt dixi: hic nullum reddit ipso iure, vt condici data possint, & quod extra rem intersit peti. [d] Ait, Si autem mihi. In his speciebus ideò De dolo datur actio, quòd contractus nullus sit ex quo detur vt in præcedẽti. Sed & in casu optionis, nõ nisi omnes serui exhibiti sint, De dolo datur: cùm integra maneat optio, & res salua hoc modo esse possit. [e] Ait, Si callidè hoc fecerit. Sine calliditate dolus non est, [f] sed ob culpam In factum actio dabitur, opinor: idque ex Iuliani distinctione apud Paulum relata: quamuis in casu ab eo proposito locum non habeat. [g] Est enim actio ciuilis prior actione prætoria: & actio De dolo, cùm specialem caussam habeat, prior ea quæ ob culpam in subsidium da-

a. vt hic.
b. l. Iulia. §. si venditor. inf. de actio. emp.
c. l. & eleg. §. vbi not.
d. l. si steri. ij. de actio. emp. l. cum ab eo. inf. de cõtrah. §. fi.
e. l. 4. ij. de opt. leg. & seq.
f. l. j. & l. & eleg. sup.
g. l. natur. §. at cum. inf. de præs. verb.

tur à Prætore. Nam & aduersus eos qui de dolo pulsari non possunt, In factum actio tanquã extremum remedium constituitur. [h] Quod aiunt condictionem cum actione De dolo concurrere, ideò accidit quòd genus sit cõdictio, quod suam speciem sequitur. Nec ideò alia actio esse videtur, quæ non nisi De dolo posita, competere intelligitur. Ait, Item si tabulæ. Liberi qui in potestate fuerunt, iniquè exhæredati, de inofficioso testamento queri possunt: vt præteriti à matre,[i] &c. Ea querela non nisi præparata ad hæredes transibat Vlpiani seculo,[k] licet ex nona Iustiniani lege post Consulatum Lampadij euulgata, ad descendentes transmittatur.[l] Quapropter qui dolo malo suppressit tabulas tantisper dum filius, qui queri potuit, moriretur: iure meritóque De dolo conuenitur, cùm alia actio ciuilis non sit: etsi executio criminis simul locũ habeat,[m] ex lege Cornelia testamentaria,[n] quæ actioni De dolo nõ præiudicat, quòd res criminali actione salua esse non possit hæredi.[o] Ait, Labeo lib. septimo. Cùm negocium gestum est inter aliquos, non absimile contractui ciuili, & speciale nomen habenti, ad actiõnem ciuilem, In factum præscriptis verbis confugimus.[p] Sed & quoties additur aliquid pactionę naturæ contractus, vel Ex contractu, vel Præscriptis verbis agimus.[q] Ex cõtractu quidem, quasi pactio pars sit contractus:[r] Præscriptis verbis, quòd negocium aliquid addat naturæ contractus, & nomine careat. Igitur in specie Labeonis De dolo actio cessat, quòd Præscriptis verbis actio ciuilis competat. Estque hoc loco argumentum, non omnem generalem actionem cum actione De dolo cõcurrere:[s] sed eam demum sub qua hæc continetur, vt paulò antè de condictione diximus. Ait, Et si. Seruus tuus metum mihi intulit, aut dolo induxit ad suspectam hæreditatem adeundam: noxalis actio Quod metus caussa, aut De dolo, mihi tecum est.[t] Sed si arbitrio iudicis rem restituas, aut seruum noxæ dedas, absoluendus es.[u] Quòd si seruum pignoratum noxæ dederis, De dolo aduersus te actio dabitur, cùm alia non competat.[x] Sanè condemnatus si dederis noxæ pignoratum, Iudicati adhuc agetur.[y] Estque fortissimum hoc loco argumentum, eas demum noxales actiones arbitrarias esse, quarum directæ arbitrariæ sunt.[z] Nam noxæ dedens non absoluitur in alio iudicio quàm arbitrario: licet satisfaciens actori ante sentẽtiam, absolui possit officio iudicis.[a] Sed hac de re ad Institutiones satis à nobis dictum est.[b] Ait, Hæc De dolo. Hæc actio De dolo, inquit, de qua nobis sermo est hoc loco præcipuè, noxalis erit, ob noxiam serui scilicet:[c] vti ex negocio serui, dominus tenetur quatenus est in peculio.[d] Qua ratione si seruus metum intulerit vt secum contraheretur, De peculio in dominum dabitur actio, non noxalis: si vt cum alio contraheretur metum fecerit, noxalis actio erit:[e] quæ ex edictis De peculio, & De noxalibus actionibus, manifesta erunt. Ait, Meritò caussæ. Hactenus clausulam, si alia actio non erit, interpretati sunt consulti: nunc sequẽtem interpretantur. Et iusta caussa esse videbitur. Ait, Neque enim passim Sine delectu passim alibi dixit, id est, vt quisq; vult, & indiscriminatim, nulla habita ratione personarum, caussarúmve.[f]

L. X. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Id est usque ad duos aureos.

Actiones iuris ordinarij, etiam de minima re dãtur: vt Furti actio,[a] & Ex stipulatu, damni infecti nomine,[b] &c. sed restitutiones integri non temerè permittuntur extra ordinem ob minimam rem, vel summam:[c] præsertim quæ per actionem famosam fit restitutio, vt per actionem De dolo: nisi summa excedat duos aureos,[d] quam vsus iudiciorum præfiniuit. Sed In factum actio, opinor, dabitur.[e]

L. XI. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Non debet dari hæc actio. Sed & quibusdam personis non dabitur: ut puta liberis uel libertis aduersus parentes patronósue: cùm sit famosa. Sed nec humili aduersus eum qui dignitate excellit, debet dari: ut puta plebeio aduersus consularem receptæ authoritatis, uel luxurioso atque prodigo aut aliàs uili aduersus hominem uitæ emendatoris: & ita Labeo ait. Quid ergo est in horum persona? Dicendum est, In factum uerbis temperandam De dolo actionem dandam, ut bonæ fidei mentio fiat.

Ait, Sed & quibusdam. Caussæ cognitio non tantùm circa quantitatem, sed etiam circa personas versatur: quam interpretationem ex alia parte edicti perpetui Vlpianus adferre videtur:[a] vbi neque in patronos, neque in parentes, liberósve eorum actiones famosas instituere, aut quæ doli, fraudísve mentionem habeant, permittit Prætor, licet famosæ non sint. Et ideò actione Metus caussa, vel interdicto Vnde vi, non pulsantur, &c. His enim personis, in alijs quoque partibus edicti, honor habetur.[b] Aliæ personæ, prudentium interpretatione ad hoc edictum additæ videntur: & ideò Labeonem Vlpianus eius interpretationis authorem laudat. Ait,

h l.nõ debet. inf.arg.l.permisisti.j. de præs.verb.
i. instit.de inoff.test. & l.j. inf.eo.
k. l.quemadmo.inf.de inoff.testa.
l. l.scimus.§. si C.eo.
m. l.j.C.quãdo ci.actio.
n. l.j.& 2. inf. de fal.
o. l. & eleg.ĩ. in prin.
p l.iis.de præs. ver.& infr.de æstu.act.
q. l 2. C. de pact. inter empt.
r. l.fundi.inf. de contrah. emptin.
s. l.solent.inf. de præs.verb.
t. l.quod dix. ĩ.quod met. & hic.
u. §. itẽ actio. & §.preterea. inst. de actio.
x. vt hic.
y. l.4.& l.miles.infr. de re iudi.
z. d.§.præterea.
a §.si.de perp. actio.
b. d.§.præt.
c.inf. de nox. l.j.
d. infr.de pecul.l.j.
e. l.ex contra. j.de actio.l.j. inf.de deie.& effu.
f. l.j.ĩ.de postul.
a §.galli.inst. de re.di.
b. l.si propri. inf. de damn. infect.
c. l.scio. supr. de in integr. resti.
d. vt hic.
e. infr.l. seq.l. quia. infr. de præ.verb.
a. l. parens.j. de obseq & ll.seq.
b. sup.de in ius voc.l. licet. infr. de obseq.

dat. Ait. Quid ergo in borum. Edictum perpetuum, caput habuit quo Prætor actionem in factum pollicitus est, deficientibus actionibus, si iusta sibi caussa videretur: ᵉ vnde hanc interpretationem adhibent consulti ad hoc edictum: nos memoriæ caussa, de actione In factum huc pertinente, caput huic edicto ex hisce commentarijs adiecimus. Quòd verbis In factum, dicit temperandam De dolo actionem: significat inter agendum nullam malæ fidei, doli, vel fraudis mentionem faciendam, & ideò non agendum De dolo, sed In factū, & quasi simplicitate sua quis deceptus sit, non dolo parentis, vel patroni, ᵈ factum narrandum apud iudicem. Verum autem noua lex Iustiniani post Consulatum Lampadij lata, his deroget, dubitare possis: quod veriùs est, licet alij de restitutione speciali locutum Iustinianum opinentur, quę tota ex cognitione iudicis pendet. Idem de alia eiusdem noua cōstitutione sentiunt: ᵉ ego annum vtilem in omni restitutione, prolatum in quadriennium existimo. Nec moueor quòd de minore mentionem faciat, ᶠ cùm exemplis non coangustetur regula. ᵍ

c. l.quia. infr. de præ. verb. l.item si ob.j. ad l.Aq.§.fin. instit. eo.
d. l si C.qui & ad.q.
e. l.fin.C.de tēp.in integr.
f. d.l.fi.qui & aduer.
g. l. damni.j. de dam.inf.

L. XII. PAVLVS. *Lib.11.ad edictum.*

Ne ex dolo suo lucrentur.

Significat Paulus tanti duntaxat teneri, quantum ad eos peruenerit: quatenus hæredes dolosi, & ipsi post annum ex edicto tenentur. ᵃ Nemo enim eo quod scelere quæsitum est, locupletior fieri debet. ᵇ

a. l.in hæredē. inf. & lī seq.
b. l.j.supr. de eo p.q. fa.l.s. sup. de calū.l. quod dix.sup. quod met.

L. XIII. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*

Hæredibus tamen harum personarū, item aduersus hæredes De dolo actio erit danda. Item in caussæ cognitione uersari Labeo ait, ne in pupillum De dolo actio detur: nisi fortè nomine hæreditario conueniatur. Ego arbitror & hunc ex suo dolo conueniēdum, si proximus pubertati est: maximè si locupletior ex hoc factus sit.

Ait, Hæredibus. Hæredes extraneos accipe. Nam liberi in infinitum reuerentiam debent parentibus: & liberti, parentibus, liberisq́; patroni, patronæue. ᵃ Quod verò aduersus hæredes De dolo actionem dandam dicit, ita intelligendum est vt ex dolo defuncti quidem teneatur, sed calculi potiùs ratione, quàm maleficij, & fraudis: ᵇ nec notantur nisi ex dolo suo conueniantur De dolo. ᶜ Nam ob dolum decessoris, nemo hæres tam De dolo pulsatur, quàm In factum. ᵈ Ait, Itē in caussæ. Pupillus, & furiosus, in quibus caussis iudicio, & cōsensu opus non est, omnimodò obligantur, vt si negocium eorum vtiliter geratur. ᵉ Dolum committere non potest pupillus, nisi doli capax, & pubertati proximus. ᶠ Nomine hæreditario De dolo rectè cōuenitur quem decessor admisit, sed calculi ratione potiùs quā fraudis, vt dixi. Sed quis proximus est pubertati? Pubertas lege definita est: ᵍ qui pubertati proximus dicatur, iudex æstimabit, cùm lege tempus non definiatur. ʰ

a. l.4.supr. de in ius vocan. l.parens.infr. de obseq.
b. l.in hær.j.
c. l.j.& l.turtu. sup. de infa.
d. l.in hæredem.inf.
e. l. si a reo.j. de fide.l.furiosus.inf. de actio.
f. l.impub.inf. de fur.l.j.inf. ad Silla.c.j.de delict.pue.
g. insti. quib. mod.tutel. fi. in prin.
h. § pupil. impūb.non.h.4.

L. XIIII. PAVLVS. *Lib.11.ad edictum.*

Quid enim si impetrauit à procuratore petitoris, ut ab eo absolueretur? uel si de tutore mentitus pecuniam accepit? uel alia similia admisit quæ non magnam machinationem exigunt?

Ait, Quid enim. Si procurator soluendo non sit, hoc casu in pupillum De dolo datur, ᵃ etiam si locupletior factus non sit. ᵇ Ait, Vel si de tutore. Pupillus mutuam pecuniam sine tutore accipiendo, non obligatur: ᶜ soluens ei sine tutore, non liberatur, ᵈ &c. Si tamen dolo malo tutorem adfuturum statim adfirmauerit, & præsentem in ipso negocio probaturum numerationem: De dolo tenebitur, vel agens exceptione doli mali excludetur. ᵉ

a. infr.de inuti. stip. vb noc.
b. l.& eleg.§. si dolo.sup.
c. l.j.inf.dep.
d. § an to pup. c. l.pupil. inf. de actio.
e. instit. quib. alienare licet.

L. XV. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*

Sed & ex dolo tutoris (si factus est locupletior:) puto in eum dādam actionem, sicut exceptio datur. Sed an in municipes De dolo detur actio, dubitatur. Et puto ex suo quidem dolo actionem non posse dari. (Quid enim municipes dolo facere possunt?) Sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorum qui res eorū administrant: puto dādam. De dolo autem decurionum in ipsos decuriones dabitur de dolo actio. Item si quid ex dolo procuratoris ad dominum peruenit, datur in dominum de dolo actio in quantum ad eum peruenit. Nam procurator ex dolo suo proculdubio tenebitur. In hac actione designari oportet cuius dolo factum sit: quamuis in metu non sit necesse.

d. admonendis.
e. vt hic.

Pupillus ex dolo tutoris conuenitur quatenus ad eum peruenit, & locupletior factus est: a sicut exceptio de dolo tutoris in eum datur, si dolo induxit ad emendam rem pupilli pluris quàm valuit, ᵇ &c. Sed ex his caussis damnatus non fit famosus ex edicto Prætoris, quòd alieno nomi-

a. l.j.& 3. inf. qu.ex fa.tuto.
b. l. apud.inf. de excep.dol. §.illa.

c. l.j.§.de infa. d. l.fi. §.quod cu.vni. e. l.metũ.sup. quod met. f. l.arbitrio.j. eo. g. d.l.j. de infa. h. vt hic. & l. in hær. inf. & ll.seq. i. l.Sabinus. inf.l.j.sup. de infa. k. l.metum.§. quod met.

ne damnetur. [c] Ait, Sed an. Municipes ex dolo Decurionum, & administratorum rectè pulsantur, vt pupillus ex dolo tutoris: ex dolo suo municipes ideò non conueniũtur, quòd negocia per administratores gerantur, non per omnes ciues. [d] Metus à populo inferri solet bellum inferente, [e] &c. Si tamen municipes pro more ciuitatis in vnum coëant, & callido cõsilio quem circumscribãt, vel priuatum, vel alterius ciuitatis administratorem, non negat Vlpianus quin De dolo suo conueniri possint. Ait, De dolo Decurionum. Qui ex dolo suo conuenitur, tenetur siue ad eum quid peruenerit, siue id minus, [f] & condemnatus infamis fit: [g] vt tutor, vel rerum ad ciuitatem pertinentium administrator, procurator ex alieno dolo conuentus, neque tenetur nisi locupletior sit, [h] neque notatur infamia damnatus. [i] Ait, In hac actione. Edictum Quod metus caussa, in rem scriptum est, nec in eum specialiter dat actionem qui metum fecit: [k] nos ex hoc loco adiecimus huic edicto, In eum qui dolo, &c.

L. XVI. PAVLVS Lib. 11. ad edictum.

Item exigit Prætor ut compræhẽdatur quid dolo malo factum sit. Scire enim debet actor, in qua re circumscriptum sit, nec in tanto crimine uagari.

a. l.j.supr.& l. arbi.inf. b. l.j.§.q.met. c. l. prætor.j. de iniur. d. l.3.j.de cri. stell. e. l. quis sit.j. de ædil. f. infr. de pri. deli.j. de ext. cri.j.de pub. iudi.

Sed quibus verbis id exegit Prætor? Nimirum illis Quæ dolo malo facta, &c. Si de his rebus, &c. Quanti eæ res erunt, [a] &c. Idem in edicto Quod metus, b & Iniuriarum, [c] exigitur. Dicitur autem dolus, cùm ciuiliter agitur: crimen stellionatus, cùm extra ordinem vindicatur. [d] Sic alibi delicta, & crimina, distringuntur ferè: [e] vt illa priuatis actionibus, hæc publicis iudicijs, vel extra ordinem alioqui coërceantur. f

L. XVII. VLPIANVS Lib. 11. ad edictum.

Si plures dolo fecerint, & unus rẽ restituerit, omnes liberantur. Quòd si unus quãti ea res est præstiterit, puto adhuc cæteros liberari. Hæc actio in hæredẽ, & in cæteros successores datur duntaxat de eo quod ad eos peruenit.

a. l.item si.§. si.& ll.seq. b. l.sed &.§. c. l. quod dix. in princ. q. met.cau. d. l.non solũ. supr.de in integr. e. l.2.§. de eo p.q fa.l.5.sup. de calum. f. l. quod dix. §.quod met. g. l.in hær. & ll.seq.

Ait, Si plures. Huc pertinent quæ ad superius edictum diximus de pluribus metum inferentibus. [a] Hoc interest, quòd hoc iudicio non pulsetur ad quem quid peruenit, exceptis certis personis: [b] in quibus meritò locum habebit quod suprà dictum est. [c] Ait, Hæc actio in hæredem. Equũ non est vt hæres iure ciuili, vel alius successor, vt cui hæreditas restituta est, bonorum possessor, &c. [d] ex dolo defuncti lucrẽtur: [e] quod & in superiore edicto locũ habere similiter ostendimus, [f] & inferiùs ex Caio idem latiùs explicatur. g

L. XVIII. PAVLVS Lib. 11. ad edictum.

*Arbitrio iudicis in hac quoque actione restitutio compræhenditur. Et nisi restitutio fiat, sequitur condemnatio quanti ea res est. Ideò autem & hic, & in metus caussa actione non adijcitur certa quantitas, ut possit per contumaciam suam tanti reus condemnari, quanti actor in litem iurauerit: licet officio iudicis debeat in utraque actione taxatione iusiurandum refrenari. Non tamen semper in hoc iudicio arbitrium iudicis dandum est. Quid enim si manifestum sit rem restitui non posse, ueluti si seruus dolo malo traditus, defunctus sit? Ideóque protinus cõdemnari debet in id quod intersit actoris. Si dominus proprietatis insulam cuius usufructus legatus erat, incenderit: non est de dolo actio: quoniã aliæ ex hoc oriuntur actiones. De eo qui sciens * cõmendasset ¶ falsa pondera, ut uenditor emptori merces appenderet: Trebatius de dolo dabat actionem. Atqui si maiora põdera commendauit: id quod ampliùs mercis datum est, repeti cõditione potest. Si minora: ut reliqua merx detur, ex empto agi potest: nisi si ea cõditione merx uænit, ut illis ponderibus traderetur: cùm ille decipiendi caussa affirmasset se æqua pondera habere. Si dolo cuius effectum est ut lis tẽporibus legitimis trãsactis pereat: Trebatius ait, aduersus eum de dolo dandum iudicium, non ut arbitrio iudicis res restituatur, sed ut tantùm actor consequatur, quanti eius interfuit id non esse factum: ne aliter obseruantibus lex circumscribatur. Si seruum quem tu mihi promiseras, alius occiderit, de dolo malo actionem in eum dandam plærique rectè putãt: quia tu à me liberatus sis: ideóque legis Aquiliæ actio tibi denegabitur.*

* aliàs commodasset & cómodauit. ¶ In eos qui falsis ponderibus merces appendũt, eis comminatio. Amos.c.8.

Ait, Arbitrio. Quo modo in arbitrarijs iudicijs interloquatur primùm iudex, & arbitretur vt res restituatur, vel absoluat: deinde condemnet si non pareatur, suprà ad edictum Quod metus caussa,

caussa, dixi: [a] & ex hoc loco quædam adhibui. Ait, Quanti ea res est. Hæc verba polysema sunt, & pro loco accipienda. Nam interdum rem principalem, absque eo quod extra eam interest, accipimus: [b] interdum contumaciam: [c] aliquando quod interest tam circa rẽ, quàm extra eam, [d] quo modo hic vsurpatur. Ait, Ideò autem. Quanti ea res erit, certam quantitatem in his duobus edictis non demonstrant, sed id quod interest, quod incertũ est. [e] Sed ex edicto De in litẽ iurando, si restituere iussus non pareat arbitrio iudicis, dolo vel contumacia, iudex iusiurandum in litẽ deferre potest actori, vt arbitrio eius potiùs rei precium statuatur. [f] Est enim contumacia punienda, & iniquum est actorem inuitum suo precio res vendere. [g] Res igitur tanti habebuntur in his iudicijs, quanti eas æstimauerit actor, iureiurando ei in hoc per iudicem delato: quod in litem, id est, in rem de qua controuersia est, appellatur: & ideò precia rerum non communiter hic fungentur, sed pro actoris adfectione. [h] Ait, Licet officio. Officium iudicis latè patet in arbitrarijs iudicijs, & bonæ fidei: augustiùs in strictis. [i] Est & officium iudicis absque propria actione, cũ ex cognitione sola eius dependere iudicium dicitur: [k] illud mercenarium, hoc nobile interpretes appellant. Igitur in his iudicijs arbitrarijs, quibus de restituenda re agitur, potestas data est iudici, vel auferendi rem, si eam habeat reus, vel deferendi in litem iusiurandum, aut non deferendi, si non habeat: item præfiniendi certam summã intra quam iuretur, ne in immensum condemnãdus sit reus, ob nimiam adfectionem iurantis. Sed & si iuratum sit, ex magna caussa potest nõ sequi iusiurandum, sed vel prorsus absoluere, vel minoris condemnare. Si non taxauerit iudex, modumque iuriiurando adiecerit, in infinitũ sine vlla taxatione iurabitur: sed rectiùs fecerit si præfinierit certam quantitatem vsque ad quam iurare liceat. [l] Porrò dolo malo non restituere is in arbitrarijs, & bonæ fidei iudicijs intelligitur, qui ante condemnationem dolo desijt possidere: [m] qui culpa non possidet, quanti interest duntaxat damnatur quantum ad hoc iusiurandum attinet. [n] Nam qui metum intulit, nisi restituatur ante condemnationem, quadrupli condẽnatur: ita vt si dolo, vel contumacia non restituat, quadrupletur quanti ea res æstimabitur ab actore: si culpa non possit restituere, quadrupletur quanti in veritate res erit, quantive intersit actoris: [o] Sed tamen adhibita distinctione post interitum rei, vtrúmne apud actorem quoque peritura esset restituta: [p] quod & in bonæ fidei iudicijs, & interdictis obseruatur, [q] &c. Ait, Dolo malo traditus. Huius doli non habetur ratio cùm iuratur in litem, sed eius quo desijt possidere post traditionem, & alioqui contumaciæ in non restituendo. [r] Igitur si culpa tantùm dolosi mortuus sit, aut alioqui absque dolo: in litem non iuratur, sed quanti intersit actoris damnatur. [s] Satis autem habuit Paulus hoc loci dicere reum condemnandum quanti intersit actoris, quòd ex edicto De in litem iurando, superior distinctio repeti deberet, & paulò superiùs eam ostenderit, tum in litem demum iurandum esse significans, cùm ob contumaciam res non restituitur: [t] alibi ob dolum etiam iurari idem scribit. [u] Ex Vlpiani commẽtario meritò illa distinctio adhibetur, vtrum habeat rem, an non, qui arbitrio non paruit. Nam cùm possit cogi ad restituendum, cur in litem iuretur, quasi inuitus re careat actor? In bo. fid. iudicijs ob dolum iuratur, non ob contumaciam, in non parendo arbitrio, quod in his non datur: alioqui bonæ fidei actio arbitraria erit. [x] Scio variè hunc locũ tractari apud interpretes, sed quod diximus probabunt ij qui ex edictis Prætorum, & commentarijs veterum consultorum ad eadem, rem omnem dijudicandam potiùs cẽsebunt. Interpreratur autem Paulus hoc loco illa verba edicti, Nisi arbitrio iudicis restituãtur, quãti eæ res erunt, &c. Nisi quis malit dicere illam clausulam, Et iusta caussa esse videbitur, Paulum interpretari. Nã quæ sequuntur apud eundem, ad proxima verba, si de his rebus alia actio nõ erit, pertinent. Nos maluimus docẽdi caussa exprimere, Nisi arbitrio, &c. exemplo edicti superioris cum quo hoc Paulus confert. Ait, Si dominus. Si vsusfructus insulæ iam constitutus, datusque fuit, vtilis actio legis Aquiliæ fructuario competit: [y] si tantùm legatus fuit, non traditus inducendo in ædes, & patiendo ea frui, [z] ex testamento adhuc actio salua est: [a] nondum enim quasi dominus vsusfructus fuit, cui legatus est, & dolo proprietarij factum est vt dari nõ possit. [b] Ait, De eo qui. Cõmendare, deponere est, nisi aliud actum videatur: [c] Isidorus pro commodare vsurpauit, [d] & quibusdam locis apud consultos eodem modo accipitur, nisi mendum insit: quod veriùs puto. Vtcunque sit, qui commodauit falsa pondera, non aliàs De dolo pulsatur, quàm si conuenerit vt illis ponderibus merx traderetur: [e] aut si fortè qui contraxit, soluendo non sit, quod vbique locum habet. [f] Emptor enim Ex empto agit vt tradatur reliqua merx: venditor condicit quam indebitam, & sine caussa soluit: cum qua condictione, Ex vendito actio concurrit, vt cum illa Ex empto, condictio. [g] Sed & commodator actione contraria commodati, venditori tenetur damnum passo, & Furti, si emptor sciuit. [h] Si emptor, aut vẽditor alioqui iniusto põdere, iniustáue mensura decepit secum contrahentem, ex ipso contractu actione dolus vindicatur. [i] Nec dubium est extra ordinẽ eũ coërceri posse, qui falsas mẽsuras habuit, vel stateras adulterinas. [k] Quod ait Accursius, emptorem, qui ignorauit iniquitatem mensuræ, non teneri nisi supra dimidiũ iusti precij venditor deceptus sit, mihi non placet. Decipere enim vsque ad dimidiã iusti precij partem, in contrahendo licet: [l] non etiam plùs accipere, vel minùs dare, quàm in contrahendo conuenerit:

a.l. item si. b.l. inter. & l. hæc verba. ȷ. de ver. sig. c.l. 2. ĩ. si quis ius di. d.l. si. ȷ. de præstip. l. item si. §. quadr. & in fi. ĩ. q. met. l. qui resti. de rei ven. e.l. fi. ĩ. si q. in ius voc. f.l. tutor. de in lit iur. ȷ. g.l. si cùm dos & seq. ȷ. ee. amot. h.d.l. si tutor. & l. precia. ȷ. ad l. fal. i.l. quia. ĩ. de neg. g. §. præt. de actio. l. 3. ad exh. ȷ. k.l. quod si. in fi. ȷ. de mi. l. 1. sub ĩ de iuri. l.l. qui resti. ȷ. de rei vend. l. videam⁹. ȷ. de in lit. & l. in actio. & hic. m.l. 1. & 2. ff. eo. d.l. quæ est. n.d.l. qui. o.l. item si. §. quatenus. ĩ. quod met. p.d. §. quate. q.l. si plures. depo. l. cũ res. §. fi. de leg. 1. r.d.l. qui resti. l. tutor. de in lit. s. vt hic. & d.l. qui resti. t. ĩ. ea. l. u.l. 2. ȷ. de in lit. x. §. præterea. inst. de actio. y.l. & e leg. §. si seruum. ĩ. vb. not. z.l. 3. ȷ. de vsu. a. ar. d. §. si ser. b. l. cum res. ȷ. de le. 1. l. si ex leg. ȷ. de ver. ob. c.l. Luci⁹ de. po. ȷ. d.c. ius na. di. 1 e. vt hic. f.l. nã is. & l. se q̃s. g.l. si duob. & l. si mensor. ȷ. si mens. fal.

h.l. in reb. §. itẽ. ȷ. commod. l. si quis. vxo. §. si maio. ȷ. de furt. i.l. si quis à me. inf. de actio. empt. & l. tenetur. inf. de ext. cri. k.l. ann ona. l.l. in caussæ. inf. de mi. l. 2. C. de rescin. vendi.

m.d.l.tenetur. &.l. ex empt. j.de actio.ep. n.l. iusti. de perp.actio. o.l.1.& l.non ens.j.ex quib. caus.ma. p. vt hic.&.l. 1.j. q.C. vt intra cer.l.a.l. pro. per.C. de iu. di. r.l.diuus.j.de in integ. s.l. qui iesti.j. de rei vend.l. in actio.j. de in li.et.j.ea.l. t.l. fi j. de eo p.q.fa. u.l. properan. in fi.C. de iu. x.l. si seruū j. de ver.ob. y.l.legis.j. ad l.Aquil. z.l.huic scrip. j.ad l.Aquil. a.vt hic.

uenerit:& ideò condictio etiam hoc casu,cum actione ex contractu cōcurrit. Quamuis enim ab initio dolus malus non interueniat,mala fides est cùm sciénter plùs retinetur solutum quàm cō- uenit: [m] quod bonæ fidei contractibus non congruit. Ait, Si cuius dolo. Actiones certo tempore perimuntur,[n] nec restituuntur negligentibus: [o] si tamen dolo malo alicuius factum sit, vt dies earum exeat, De dolo dabitur in eum actio: [p] in quo iudicio nō arbitrabitur iudex vt actio resti- tuatur,ne contra legis voluntatem fiat. Sed & iure nouo instantia agentis, certo tēpore finitur, [q] quæ restitui non solet eadem ratione:ne scilicet contra legis volūtatem id fiat. Sanè intra tem- pora liti præstituta, boni Prætoris est eam restituere potiùs quàm actionem famosam cōstitue- re. [r] Et hoc casu in litem non iuratur, cùm rei dolo factum non sit, ne restitui posit. [f] Porrò au- tem in integrum restitutio fit, litis, actionisque, si dolosus soluendo non sit: [s] vt minores resti- tuuntur, si tutores, curatorésve soluendo non sint, quorum negligentia lis periérit. [u] Ait, Si ser- uum. Seruum quem mihi debebas ex stipulatione, ante moram tuam alius occidit absque culpa tua in faciendo. liberatus es à me interitu rei. [x] Nec damnum tibi datum est, nisi aliqua vtilitas antè quàm traderes ad te peruenire potuerit: quo nomine solùm ages. [y] Hæres qui post occisum seruum hæreditarium, vel vulneratum, adit hæreditatem, actionem legis Aquiliæ sibi acquirit: quam legatario cedere debet. [z] Idem quo tēpore vulneratus seruus est, non fuit debitor, vt me- ritò liberatus non sit à legatario, itáque adita hæreditate cedere actionem debeat. Si post aditam hæreditatem occidatur seruus, in eadem caussa erit hæres cum promissore: & ideò De dolo actio creditori in vtroque casu danda erit. [a] Qua in re parum linceus est interpres.

L. XIX. PAPINIANVS. *Lib.37.Quæstionum.*

Si fideiussor promissum animal ante moram occiderit, de dolo actionem reddi ad- uersus eum oportere, Neratius Priscus & Iulianus responderunt: quoniam debitore li- berato, per consequentiam ipse quoque dimittitur.

a.d.l. si seruū. & l.si ex eo. b.inst.de fide. in prin.

Debitor rei liberatur interitu eius, nisi ipse interemerit: [a] & liberato, ipso iure, principali reo, & fideiussor liberatur: [b] vt meritò hoc casu, De dolo reliqua sit actio, aduersus fideiussorem.

L. XX. PAVLVS. *Lib.11.ad edictum.*

a.l. nec seru. & l.non solū. j.de pecul. b.l. naturali- ter.j. de cōd. indeb.l. si id quod dn.eo. c.l. si pro.ş. si domini.j. de in rem ver. d.j.quod ius. e.j.de insti. act. e.l.& eleg.ş.si dolo. & .l. si quis. ş. & si seruum. f.l.1.ş.l.cùm à te.j.eo. g.insti.de ex- cep.l.Iulian. j.de cond.in- deb. h.l.eū quis.j.e i.d.l.cū à te. k.d.ş.si dolu. l.l. post lit.j. de proc. m.j.l.cū à te. n.d.l. & eleg. o.d.ş.si dolo.& d. ş.& si.l.si quis adfir. o.vt hic. p.d.l.cū à te. q.d.ş. si dolo. r.d.l. si quis adfir.in fi.

Seruus tuus cùm tibi decem deberet, nec soluendo esset: hortatu tuo pecuniā mutuam à me accepit: & tibi soluit. Labeo ait de dolo malo actionem in te dandam: quia nec de peculio utilis sit, cùm in peculio nihil sit: nec in rem domini uersum uideatur, cùm ob de- bitum dominus acceperit. Si persuaseris mihi nullam societatem tibi fuisse cum eo cu- ius hæres sum, & ob id iudicio absolui te passus sum: dandam mihi de dolo actionem Iu- lianus scribit.

Seruus domino natura debet, non ciuiliter: [a] quæ obligatio repetitionem soluti non patitur: [b] nec in rem domini versum ex hac caussa videtur, nisi plus verterit, quàm debuit. [c] Si igitur non iussit dominus, sed callidè hortatus est vt mutuam pecuniam seruus acciperet, qui institor eius minimè fuit: [d] deficiētibus alijs actionibus, De dolo actio erit in proposita hic specie. Ait, Si per- suaseris. Quod hic ait Paulus, confirmat Vlpianus duobus locis suprà: [e] quibus valde repugna- re videtur, quòd alio modo, puta per replicationem, res salua esse posit in omnibus hisce specie- bus. [f] Nam si opponatur exceptio rei iudicatæ (quæ actionem ipso iure non tollit [g]) replicabi- tur de dolo malo eius qui callidè absolutus est. Et quidem hanc ἀντινομίαν ita conciliant, vt De dolo actio competat duntaxat ad recipiendum quod actori abest extra id quod prima actione perse- qui potest: [h] cui si opponatur exceptio Rei iudicatæ, replicare de dolo malo poterit. [i] Quò per- tinere videtur quod Vlpianus dixit, si paratus sit reus transferre in se iudicium: [k] quæ verba non ad accipiendum rursus iudicium, & inchoandam litem, sed ad eam suscipiendam in eadem caus- sa, spectare videntur. [l] Qua ratione & in hac specie, si reus paratus sit, reponere se in pristinam li- tem, sub hac exceptione si dolo quid factum sit, De dolo actio cessabit. Nā cùm reus reponit se in iudicium iam acceptum, in eadem caussa esse videtur actor, in qua erat cùm absolutus est reus, nisi quòd probare eum oporteat, dolo malo absolutum reū esse: quod & in alia specie apud Pau- lum similiter locum habebit. [m] Vtcunque sit, fatendum est parum inter veteres cōuenisse, & cō- pilatores Digestorum, nobis vtráque opinionem tenendam nihil incommodi habētem, relinquis- se. Nam Vlpianus vbique De dolo dandam putat, nisi reus paratus sit, [n] &c. quod & Iulianus a- pud Paulum voluit. [o] Sed Paulus ex sua sententia, ex integro agēdum dixit, & exceptioni Rei iu- dicatæ, opponendam replicationem: [p] quod distinctioni apud Vlpianū suprà expositæ, non con- uenit. [q] Qui enim ex integro agit, non est in ea caussa in qua fuerat, cùm reus absolueretur, &c. Igitur nos ex æquo ita hæc accipiemus, vt si non multum intersit actoris, ex integro agat, nō De dolo: quæ actio temerè indulgenda non est, cùm sit famosa, [r] &c.

L. XXI.

L. XXI. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*

Quòd si deferente me iuraueris, & absolutus sis, postea periurium fuerit approbatum: Labeo ait de dolo actionem in eum dandam: Pomponius autem per iusiurandũ trãsactum uideri, quam sententiam & Marcellus lib.7. Digestorum probat. stari enim religioni debet.

Ait, Quòd si deferente. Iusiurandum delatum à litigatore litigatori in iudicio, speciẽ transactionis cootinet, maioréque habet in quibusdam authoritatem quàm res iudicata.[a] Nam post rem iudicatam, actio De dolo, vel exceptio datur:[b] Post iusiurandum datum, quamuis dolo malò, non datur.[c] Imputet enim sibi qui iusiurandum ei detulit, quem peierare posse non ignorauit. Sed tamen extra ordinem periurium approbatum coërcebitur:[d] licet si extra iudiciũ, & contractum, vltrò iuratum sit, solum Deum vltorem habeat Alexandri constitutione:[e] cui derogauit Iustinianus athentico iure, & veterum constitutionum seueritatem reuocauit.[f] Qui aduersus pactionem fecisse probatur iureiurando firmatam, singulari pœna multatur Arcadij constitutione,[g] & noua lege Iustiniani lis ex caussa testamenti decisa iureiurando, retractatur.[h] Sed de iureiurando suo loco plura dicemus.

a.l.2.§.j. de iureiur. b.§.l.seruus. c.vt hic. d.l. si duo. in fi.§.j.de iureiu. e.l.§.j. de crimine stell.§.l.seq. f.l.2.C. de reb. cred. f.aut. vt non lux. g.l.si quis ma. C. de transact. h.l. vlti.C. de reb.cred.

L. XXII. PAVLVS. *Lib.11.ad edictum.*

Nam sufficit periurij pœna.¶

Ait, Periurij pœna. Extraordinariam pœnam accipe, cùm stellionatus crimen intenditur periuro.[a]

¶ Periurij pœna diuina, exitiũ. humana dedecus. Cic. li.2. de legi. a.d.l si. de crimine stell. & d.l. si duo.

L. XXIII. CAIVS *Lib.4.ad edictum prouinciale.*

Si legatarius cui supra modum legis Falcidiæ legatum sit, hæredi adhuc ignoranti substantiam hæreditatis, ultrò iureiurando uel quadam alia fallacia persuaserit, tanquã satis abundeque ad solida legata soluẽda sufficiat hæreditas, atque eo modo solida legata fuerit consecutus: datur de dolo malo actio.

Quarta Falcidia nec natura quidem debetur, & ideò errore facti soluta condici potest Condictione indebiti:[a] vt mirum sit cur in hac specie De dolo agendũ Caius scripserit, cùm sufficiat condictio.[b] Sed dicendum non sufficere cõdictionem soluti indebitè, si plurimum extra rem interfit hæredis non decepi: cùm res salua esse condictione non possit,[c] quæ nec à lite contestata vsuras repetit.[d] Atque hoc sensu accipiendum vbique, quod de condictione speciali cum actione De dolo concurrente, obseruatur: nisi & alia actio plenior locum habeat, vt Ex empto, vel Ex vendito.[e]

a.l. error. C. ad l.fal. b.l. arb.§. de eo.s.eo. c.atq.§ l. seruus.§.fi. d.l.1.C.de cõ. indeb. e. d.§. de eo. vb.not.

L. XXIIII. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*

Si dolo malo acciderit eius qui uerba faciebat, pro eo qui de libertate contendebat, quò minùs præsente aduersario secũdum libertatem pronunciaretur: puto statim de dolo dandam in eum actionem: quia semel pro libertate dictam sententiam retractari non oportet.

Sententia in absentem absque contumacia, prolata non valet,[a] nisi secũdum libertatem dicta sit. Nam pro libertate lata sententia, prætextu absentiæ aduersarij non retractatur:[b] vti manumissio ex falsa caussa semel apud consilium probata, non reuocatur.[c] Quapropter qui se dominum contendebat, De dolo in eum aget, qui callidè effecit, vt absente domino liber pronunciaretur, qui præsens ius suum tueri potuisset. Erãt autem assertores, qui pro libertate seculo Vlpiani verba faciebant: quos antiquauit Iustinianus.[d]

a.l.de vnoquoq.§.j de re iud. b.vt hic. c.§.semel.inst. quib. ex cau. ma. d.l.1.C. de asser.tol.

L. XXV. PAVLVS. *Lib.11.ad edictum.*

*Cùm à te pecuniam peterem, eoque nomine iudicium acceptum esset, falsò mihi persuasisti tanquam eam pecuniam seruo meo aut procuratori soluisses: eoque modo consecutus es ut consentiente me absolutus eris. Quærentibus nobis an in te doli iudicium dari debeat, placuit de dolo actionem non dari: quia alio modo mihi succurri potest. Nam ex integro agere possum, & si obijciatur exceptio rei iudicatæ, replicatione * iure uti potero.*

*Aliàs in rẽ. aliàs in re.

Paulò antè, hoc caput declaratum est,[a] & sublata opinionum pugnantia apud consultos.

a.l. seru°.§. fi.

L. XXVI. CAIVS, *Lib.4.ad edictum prouinciale.*

In hæredem eatenus daturum se eam actionem Proconsul pollicetur, quatenus ad eũ peruenerit, id est, quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenerit.

Ex hoc

Ex hoc loco transcripsi verba illa in edictum, in hæredem, &c. vt ex Vlpiani alio loco, quæ sequuntur in edicto, & in dominum, ᵃ &c. Est autem clausula ad hæredem pertinens, ex edicto Proconsulis tralata in edictum à nobis compositum: in edictum Quod metus caussa: ᵇ vnde & hic locus lumen accipit.

a.l.sed & ex.§. b.l. quod dix. & ll.se.§.quod met.

L. XXVII. PAVLVS. Lib. 11. ad edictum.

Dolóue malo eius factum est, quò minùs peruenerit.

a.§.l.seq.

Vt si res decessori tradita, mortuo eo extitit, licet dolo hæredis ad eum non peruenerit.ᵃ

L. XXVIII. CAIVS. Lib. 4. ad edictum Prouinciale.

Itaque si acceptolata sit tibi pecunia, omnimodò cum hærde tuo agetur. At si res tibi tradita sit: si quidem mortuo te ea res extiterit, agetur cum hærede tuo, si minùs, non agitur: sed utique in hæredem perpetuò dabitur: quia non debet lucrari ex alieno damno. Cui conueniens est ut & in ipsum qui dolum commiserit, in id quòd locupletior est, perpetuò danda sit in factum actio.

Exempla subijcit Caius eorum quæ ad hæredem peruenerunt, aut dolo eius non peruenerunt. Ait, Sed vtique. Licet actio De dolo dicatur, quæ in hæredem datur ex dolo defuncti, ᵃ perpetua tamen est, nec infamat condemnatum: quia calculi potiùs, ᵇ &c. & in factum dici potest, ᶜ vt in dolosum post annum.

a.l. hæredib. sup. b.l.1.& l.furt. §.de infa.l.Sabinus.§.eo. c.vt hic.& d.l. Sabi.

L. XXIX. PAVLVS. Lib. 11. ad edictum.

Sabinus putat calculi ratione potiùs quàm maleficij hæredem conueniri: denique famosum non fieri: ideoque in perpetuum teneri oportere.

Ratio cur actio De dolo annalis fuerit, hodie biennalis, ᵃ ea est: quòd famosa sit, ex maleficio, & contra rationem iuris ciuilis restitutio fiat. ᵇ Sed cùm in hæredem agitur, nō ob fidē ruptam, sed vt indemnitati actoris consulatur, ᶜ iudicium datur, in factum potiùs quàm De dolo: & ideò perpetuum est, vt in dolosum post annum, ne ex alieno damno lucrentur. ᵈ Licet enim prætoria sit actio, pœnalis tamen ex neutra parte est, nec famosa. ᵉ Quod ait calculi ratione, ita accipiendum est, vt reus pulsetur non quasi malæ fidei, & perfidus, sed quasi errore calculi deceptus neget ad se peruenisse: qui error in iudicio dirimi solet.ᶠ

a.l.vlti.C. eo. b.in prin. de perp.actio. c.l. ei apud.§. depo. d.l. nā natur. §.de cond.indeb.l. itaq. §. eo.

L. XXX. VLPIANVS. Lib. 11. ad edictum.

Neque caussæ cognitio in hæredis persona erit necessaria.

Ea primo capite, in dolosum, non temerè famosa actio datur.ᵃ sed in hæredem datur sine caussæ cognitione, quæ famosa non est:ᵇ & ideò nos in componendo edicto clausulā illā, si iusta caussa, &c. primo capiti duntaxat inseruimus. Quare & si minùs duobus aureis ad hęredē peruenerit, vel ad dolosum, in factum rectè agetur, &c. Cessat enim hic ratio, cur ob modicam summam non agatur: ᶜ & iniquum est locupletari damno alieno, ᵈ vt dixi.

e.in prin.inst. de per. actio. l.1. de infa.§. f.l.furtu.§.§. de infa. a.l.si quis.§.& ll.seq. b.vt hic.

L. XXXI. PROCVLVS. Lib. 11. [illegible]

Cùm quis persuaserit familiæ meæ ut de possessione decedat: possessio quidem non amittitur, sed de dolo malo actio in eum competit si quid damni mihi accesserit.

c.l. si quis adfir.in.fi. & ll. seq.§. d.l.itaq.§.

Licet is per quem possidemus decedat de possessione, nō amittimus possessionē, nisi alius ingressus sit:ᵃ si tamen ob familię absentiam damnum nobis datum sit, De dolo in eum agemus qui familiæ persuasit vt inde decederet.ᵇ Quid enim si fructus perierint, quòd collecti non sint in tēpore, &c? Nam alia actio non competit.

a.l.peregrē.§. fi.§. de acq. poss. b.vt hic.

L. XXXII. SCAEVOLA. Lib. 2. Digestorum.

Si filiusfamiliàs legatum sibi seruum per præceptionem, rogatus manumittere post certum tēpus posteaquam rationes ipse & cohæredibus fratribus reddidisset, ante diē & ante redditas rationes ad liberatem uindicta manumittendo perduxerat: quæsitum est an ex fideicommisso fratribus teneretur ut rationes eorum pro portionibus redderētur. Respondi, cùm liberum eum fecisset, ex caussa quidem fideicommissi non teneri: uerùm si ideò properasset manumittere, ne rationes fratribus redderētur, posse de dolo actionem in eum exerceri.

Per præceptionem legatur vni ex cohæredibus, quem testator iubet rem habere pręcipuam, vel præcipere, id est, antè quàm hæreditatem ercifcant, capere, ᵃ *pour præciput & auantaige.* Igitur in specie hic proposita ex testamento non agitur fideicommissi nomine, quòd libertas in diē incertum per fideicommissum relicta, ante diem data sit. Nec cohæredibus quicquam relictum intelligitur, sed si fraude ante diem manumisit, De dolo cōuenietur. ᵇ Ex his apparet conditionem non inesse fideicommisso, sed diem antè quàm soluere licet, nec repetitur. ᶜ

a. Theoph.§. sed olim. de lega. b.vt hic. c.l. nā si.§. de cond.indeb.

L. XXXIII.

L. XXXIII. VLPIANVS. *Lib.4. Opinionum.*

Rei quam uenalem possessor habebat, litem proprietatis aduersarius mouere cœpit: & posteaquam oportunitatem emptoris cui uenundari potuit peremit, destitit. Placuit possessori hoc nomine actionem in factum cum sua indemnitate competere.

Qui emit rem litigiosam, exceptionem patitur hoc iure: a & noua Iustiniani lege, rem restituit etiam, & precium amittit. b Igitur qui litē mouit possessori, & posteà destitit, actione in factum tenetur, vt indemnem præstet possessorē, qui emptorē non inuenit lite pendente, metu pœnæ litigiosi. c Si callidè id fecerit, De dolo tenebitur: d quæ distinctio & in exceptionibus locum habet: nimirùm vt in factum competat, si dolus manifestus non sit, e aut certè si personæ qualitas, Doli exceptionem nō patiatur. f Addunt interpretes, semper in factum agi posse, vbi De dolo actio competit: g quod hoc quidem loco non probatur. Sed probabilē est & aduersus omnem dolosum, actione in factum, etiam intra biennium, agi posse: eamque verbis ita temperatam, forel perpetuam: h cùm alioqui De dolo actio, intra biennium finiri debeat. i Cur enim actori non liceat honestiore iudicio cum reo confligari ante biennium, quod post biennium facere lege prætoria adigitur?

L. XXXIIII. IDEM. *Lib.43. ad Sabinum.*

Si cùm mihi permisisses saxum ex fundo tuo eijcere, uel cretam uel arenam fodere, & sumptum in hanc rem fecerim, & non patiaris me tollere: nulla alia quàm de dolo actio locum habebit.

Si donationis caussa permissum sit, condictio ex lege noua Iustiniani competit: a & post effossam cretam, & c. ad exhibendum, & in rem agitur, vt meritò cesset De dolo actio. Idem erit, si vendita creta sit, vel arena, vt Ex empto agatur. b Si nuda sit pactio, & nondum exempta creta sit, De dolo erit danda actio. c Estque hæc species argumento, non inanem esse ex parte actoris semper nudam pactionem: ne ex dolo alterius, alter damnum patiatur.

L. XXXV. IDEM. *Lib.30. ad edictum.*

Si quis tabulas testamenti apud se depositas, post mortem testatoris deleuerit, uel alio modo corruperit: hæres scriptus habebit aduersus eum de dolo actionem. Sed & ijs quibus legata data sunt, danda erit de dolo actio.

Obserua quod ait, Post mortem testatoris, quibus verbis significat ante aditam hæreditatem deletas tabulas: quo tempore hæres dominus non est, vt nec ad exhibendum, nec lege Aquilia possit experiri. Contrà si post aditionem idem fiat, cessat De dolo actio, cùm superiores actiones, & Depositi, locum habeant. a Ideò autem datur hæredi scripto, & legatarijs De dolo actio, quòd corruptis tabulis, frustrà ille adeat hæreditatem, & hi petāt legata. Accursius aliter, quē sequuntur alij: sed nostra interpretatio ex iure inducitur. b

L. XXXVI. MARTIANVS. *Lib.2. Regularum.*

Si duo dolo malo fecerint: inuicem de dolo non agent.

Dolus dolo ab vtraque parte compensatur: a veluti si seruum tibi, & mihi legatum, occiderimus, neque tu mecum, neque ego tecum, De dolo rectè experiar. b Sic negligentię, & delicti compensatio fit cum simili in eadem re negligentia, & delicto. c Quod in criminibus locum nōn habet, quòd vindicta publica sit. d

L. XXXVII. VLPIANVS. *Lib.43. ad Sabinum.*

Quod ¶ uenditor ut commendet dicit: sic habendum est: quasi neque dictum, neque promissum esset. Si uerò decipiendi emptoris caussa dictum est æque sic habendum est, ut non nascatur aduersus dictum promissúmue empti actio, sed de dolo actio detur.

In venditionibus quæ commendandi caussa dicuntur, non vt præstentur, sed iactentur, actionem Ex empto non pariunt: a vt si venditor dixerit seruum esse speciosum, aut domum benè ædificatam: sed tamen si dolo malo dictum sit, & emptor deceptus, De dolo rectè aget. Et hoc est nimirùm quod hic dicit, Non nascetur aduersus dictum promissumve actio. Nam ex Empto actione vindicatur dolus, qui aduersus id quod promissum intelligitur, & in hoc dictum vt præstetur, admissus est. Quando autem quid dictum videatur, vt præstetur, aliunde petēdum est. b Hunc locum obscurat Accursius, quem rectè Azo apud eundem explicat nisi mendosus esset. Lege Et sic ex promissione secundum hoc agi non potest, secundum eum: quare de dolo dicit hic dari.

L. XXXVIII. IDEM. *Lib.5. Opinionum.*

Quidam debitor epistolam quasi à Titio mitti creditori suo effecit, ut ipse liberaretur, hac epistola deceptus creditor, Aquiliana stipulatione & acceptilatione debitorem liberauit,

a.l.1. & .2. j. de litig.
b.l.fi. C. eo.
c. vt hic.
d.l. si quis adfir. ī. & l. & e- leg. in fi. not. §. si quadr. ea.
l.l. permisisti. j. de præ. ver.
e. insti. de exc. in prin. & .l. nat. de præ. ver. l. cū reus. j. de fide.
f.l. parēs. j. de obs.
g. glo. & Bar. hic.
h.l. itaq. ī. eo.
i.l fi. C. eo.
a. l. qui saxū. j. de don. & .l. si quis. ar. C. eo.
b.l. permisisti. j. de præ. ver.
c. vt hic. & d. permisisti.
a.l. qui tabu j. ad l. Aquil ar. l. huic scri. eo.
b.l. arb. §. fi. ī. vbi not. d. l. huic scrip.
a.l. fi. ī. de eo. p. q. ēa. l. do. mū. j. de cōt. empt.
b.l. arb. in fi. ī. eo.
c.l. si ambo. j. de comp. l. cū par. j. de reg. iur.
d.l.1. §. si pub. j. de adul.
¶ Huc pertinet quod Cicero copiose disserit lib.3. offi. in eo. loco quo Pythij & Lanij meminit.
a.l. ea quæ. j. de cont. emp. l. sciendū. de ędil. edi.
b. d. ll.

liberauit, postea epistola falsa uel inanis reperta est. Creditor maior quidē annis uiginti-quinque de dolo habebit actionem: minor autem in integrum restituetur.

a.l.cū āte.§. b.l.diu⁹.§. de restit.in integ. c.l.i.§.l.i.j.ex q.cau.ma.

In hac specie ideò De dolo actione opus est maiori, quòd per acceptilationem dolo extortam, ipso iure liberetur dolosus: aliter quàm vbi sola exceptio quæritur dolo, quam elidit replicatio.ᵃ Sed quare non restituitur actio maiori, vt minori, potiùs quàm famosa actio constituatur?ᵇ Nimirum quòd circumscriptio non sit iusta caussa restituēdi actionem amissam maioribus, sed absentia,ᶜ &c.

L. XXXIX. CAIVS. *Lib.26.ad edictum Prouinciale.*

Si te Titio obtuleris de ea re quam non possidebas, in hoc ut alius usucapiat, & Iudicatum solui satisdederis: quamuis absolutus sis, de dolo malo tamen teneberis, & ita Sabino placet.

a.l.is qui.§.de rei vendi. b.l.i.§. ex q.cau.ma. c.l. nā§.§. de rei vendi. d.l.si duo.§. e.insti. de satisd.in prin.

Is qui se obtulit quidem, damnari potuit post litem contestatam:ᵃ Si tamen iniuria absolutus sit absque dolo suo, de dolo quem in se offerendo liti commisit, rectè conuenietur, cùm rei vindicatio ampliùs non cōpetat, re iā vsucapta. Nec vsucapio rescindi potest, nisi ex iusta caussa,ᵇ &c. Si petitor sciret dolum eius qui se offerebat, iure absolueretur,ᶜ nec De dolo pulsari posset, cùm dolus dolo pensetur.ᵈ Obserua hoc tempore, rcum satisdedisse Iudicat.sol.ᵉ

L. XL. FVRIVS ANTHINVS. *Lib.1.ad edictum.*

Is, qui decepit aliquem ut hæreditatem non idoneam adiret: de dolo tenebitur: nisi ipse fortè creditor erat, & solus erat, tunc enim sufficit contra eum doli mali exceptio.

a.l.i §.eo. vbi not.& l. & e-leg.in prin.

Exceptio doli, actionis appellatione continetur in hoc edicto: qua salua res esse potest.ᵃ

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

a.§. de.in integ.resti.&.§. quod met. b.Lud.11.46. c.l.fi.C.eo. d.d.l. e.Frā. de Bre. lit.134. f.l.in cau.§.de mi.l.cū ab eo.§.de cōt.emp. l.si fter.§. quā uis.de act.ēp. g. Ludo. 46. Brit. des apprō. vlit. h.Frā.de Bre. lit.94. i.l. videamus. §. de vsur. k.Frā.de Bre. lit.120. l.Britan. des preuues.pen.

Quemadmodum à Principe impetrandum sit rescriptum, vt rescindatur negocium dolo malo vel fraude gestum, apud iudicem cui is cognitionem caussę an vera sit delegarit, superiùs diximus.ᵃ Id quod intra decennium continuum à gesto negocio, & dolo cessante, postulandum est:ᵇ antiquato anno vtili, & biennio per Constantinum statuto:ᶜ intra quod non implorare modò restitutionem, sed peragere De dolo iudicium oportuit.ᵈ Neque refert quicquā vtrúmne dolus malus incidat in contractum, an det caussam contractui: cùm vtroque casu à Principe implorāda sit integri restitutio,ᵉ vt pronuncietur contractus nullius momenti posteriore casu, & quatenus sua intersit deceptus consequatur: cùm alioqui communi auxilio munitus sit, & non implorato extra ordinē remedio, quod dedit condicere, & quod sua intersit ex bonæ fidei contractu dari sibi oportere rectè contendat iure Romano.ᶠ Dolum absolutè Franci dicunt, nec adijciunt malum, *dol, fraude, circonuention.* Neque solùm contractus ex hac caussa rescindunt, sed & quod distrahendi negocij gratia geritur, vel alioqui dolo malo, *contractz, distractz, & aultres actes quelzconques.* ᵍ Restitui res cum fructibus, apud eosdem debet in vniuersum, ex mora, & mala fide:ʰ vtcúq; ius commune distinguat actiones.ⁱ Perempta statuto tempore lis, id est, instantia, rescripto non restituitur.ᵏ Sunt mores quibus expressum est, eum qui detulit iusiurandum, de periurio ampliùs queri non posse.ˡ Actio noxalis, vel De peculio, apud nos locū non habet, vt ad superiorē titulum scripsi: quòd serui dedi non possint, & de patrimonio suo ipsi tam inter viuos, quàm testamento statuant variè pro moribus regionum. Quæ ad alias actiones, & negocia alia magis pertinent, quàm ad hanc restitutionem, suo loco adhibebimus ex iure Gallico.

DE MINORIBVS VIGINTIQVINQVE ANNIS *Titulus* IIII.

L. I. VLPIANVS. *Lib.11.ad edictum.*

Hoc edictū Prætor naturalem æquitatem secutus proposuit: quo tutelam minorum suscepit. Nam cùm inter omnes constet fragile esse & infirmum huiusmodi ætatum consilium, & multis captionibus suppositū, multorumque insidijs expositum: auxilium eis Prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captiones opitulationem. Prætor edicit: Quod cum minore quàm uigintiquinque annis natu gestum esse dicetur, utiq; quæ ea res erit, animaduertam. Apparet minoribus annis uigintiquinque eum opem polliceri. Nam post hoc tempus compleri

pleri uirilẽ uigorem cõstat: & ideò hodie in hãc usq; ætatẽ adoleſcẽtes curatorũ auxilio regũtur: nec antè rei ſuæ adminiſtratio eis cõmitti debebit, quãuis bene rẽ ſuã gerẽtibus.

Eodem lib. ad edictũ perpetuũ Vlpianus, & Paulus, ad hoc edictum commentarios ſcripſerũt, quo ad ſuperiora: nimitum vndecimo. Ait, Hoc edictum. Commẽdat de more edictum à naturali æquitate, quã vetuſtate probatã, Prætores edicere cõſueuerũt authore Cicerone lib. 2. Rheto. Ait, Prætor edicit. Primũ caput edicti Vlpianus adducit, cui adijcias quæ mox ſubijciam: vt habeas quæ ex his ad edictum cõmẽtarijs facilè percipias, & ſemel percepta, nullo negocio fideliter contineas. Adde ergo, Et ſi iuſta cauſſa mihi videbitur, etiã maiorẽ factũ, intra annũ quo primũ » experiundi poteſtas erit, in integrũ reſtituam. Hæredi, aliíve ſucceſſori legitimæ ætatis, quod re- » liquum erit conſtituti temporis, ad petẽdũ integri reſtitutionẽ, dabo. Hæc Prætor ferè.[a] Cætera » vel ex his interpretatione prudentiũ inducuntur, vel Principum reſcriptis, decrẽtis, & legibus.[b] Ait, Vtique quæ ea res erit animaduertã, aliâs vti quæque res erit. His verbis nõ ita ſibi adſcribit Prætor huius cauſſæ cognitionẽ, vt mãdare eã non poſsit:[c] & ſi legibus veteribus, quibus primũ de certis cauſsis iuriſdictio ſpecialiter quibuſdã attributa eſt, tacitè delegatio inhibita credatur.[d] Procõſul idẽ in prouincia potuit,[e] & alij magiſtratus, quiſq; pro ſua iuriſdictione:[f] municipiorũ magiſtratus eã poteſtatẽ nõ habuerunt: quod hæc cognitio imperij ſit magis quã iuriſdictionis:[g] vnde mendoſè colligunt interpretes, mãdari nõ potuiſſe, ius magiſtratus eodem errore ad hos magiſtratus referẽtes apud Papinianũ.[h] Hi enim magiſtratus qui à Principe, vel populo Ro. nõ creabãtur, quę cognitionis ſunt, & imperij, nõ habuerũt: ſed legis actio apud eos permiſſa eſt, in ijs quæ ordinarij iuris fuere, & certis actionibus cõtinebãtur. Sed nec omnes magiſtratus municipales legis actionẽ habuerũt, vt alibi oſtẽdimus.[i] Ait, Et ideò hodie. Olim prodigi, & furioſi, in curatione agnatorũ fuerũt, lege duodecim tabularũ:[k] lege Lectoria etiã ob laſciuiã dabãtur curatores: Diuus Marcus, authore Capitolino, cõſtituit vt omnibus darẽtur nõ redditis cauſsis: quod nõ ita accipiendũ eſt, vt neceſſariò dãdi eſſent,[l] ſed vt tutò adminiſtrationẽ haberent rerũ ſuarũ, curatore interueniente, qui teneretur negociorũ geſtorũ actione: ſine quo cõtractus eorũ non ſeruãtur, quibus læſi ſunt.[m] Eo verò regente, vel nullo dato, valent quidẽ ipſo iure, ſed reſtituuntur. Ait, Nec ante. Rei plenã adminiſtrationẽ minores nõ habent ante vigeſimũquintũ annum cõpletum, ſine tutore, vel curatore: niſi Princeps extra ordinem eã indulgeat, qua impetrata pro maioribus habentur, nec aliter reſtituuntur quàm maiores.[n] Ita hunc locum interpretari oportet, ne conſtitutionibus Diocletiani in Codicem antè relatis aduerſetur: & ſi prima rãtione accipiendi curatores neceſsitas, minoribus impoſita à D. Marco videri poſsit.

a. l. verũ. §. ſciendũ eſt. l. minor autẽ. & ſe. b. j. l. in cauſſæ. 1. & 2. & hic. b. j. l. 3. l. verũ. l. patri. & c. c. l. ſi. C. vbi & ap. q. d. l. 1. §. de off. e. vb. not. e. l. patri. j. f. l. in cauſſę. 2. & ſeq. g. l. ea quæ j. ad municip. l. iubere. §. de iuriſd. h. d. l. 1. de off. e. i. l. 4. §. de adopt. k. §. 1. inſti. de curato. l. inſt. de cura. in prin. m. l. ſi cura. C. de reſti. in integ. l. etiã. C. ſi tut. vel cur. inter. n. C. de ijs q. veniam ęta. l. 1. & 2. j. & l. 3

L. II. IDEM. *Lib. 18. ad l. Iuliam & Papiam.*

Nec per liberos ſuos rem ſuam maturiùs à curatoribus recipiãt. Quod enim legibus cauetur, ut ſinguli anni per ſingulos liberos ¶ *remittantur: ad honores diuus Seuerus pertinere ait, non ad rem ſuam recipiendam.*

Numerus liberorũ in quibuſdã cauſsis, parentibus adfert excuſationem:[a] & ad honores ambiendos minoribus prodeſt, qui rẽpublicã adminiſtrare alioqui nõ poſſunt, & fungi honoribus ante vigeſimumquintũ annũ cœptũ:[b] ſed ſinguli liberi ſingulos annos eis in hoc remiſerunt legibus quibuſdam, quæ hoc loco, & alibi memorantur.[c] Ad recipiendam rem ſuam à curatore conſtituto, ante legitimam ætatem, id nihil eis profuit: ne ſuo incommodo adminiſtrarẽt. Et de his quidem Vlpianus ſentire videtur, qui curatorem acceperũt, quibus non debet cõmitti adminiſtratio ante ætatem ſuprà dictam:[d] licet qui non acceperunt curatores, adminiſtrent rem, & reſtituãtur.[e]

¶ In hunc locum Ariſ. lib. 2. polit. cap. 7. a. C. de his q. mi. lib. lib. 10. inſti. de excu. tuto. in prin. b. l. ad remp. j. de mu. & ho. c. l. de ijs. C. de admi. tut l. a. C. de in inte. re. d ä. l. 1. in ſi. & hic. e. d. l. ſi cura.

L. III. IDEM. *Lib 11. ad edictum.*

Denique diuus Seuerus & imperator noſter huiuſmodi Conſulum uel præſidum decreta, quaſi ambitioſa eſſe interpretati ſunt. Ipſi autẽ perrarò minoribus rerum ſuarum adminiſtrationẽ extra ordinẽ indulſerunt, & eo iure utimur. Si quis cum minore contraxerit, & contractus inciderit in id tẽpus quo maior efficitur: utrũ initiũ ſpectamus, an finem? Et placet (ut eſt conſtitutum) ſi quis maior factus comprobauerit quod minor geſſerat, reſtitutionem ceſſare. Vnde illud non inelegãter Celſus lib. undecimo Epiſtolarum, & lib. 2. Digeſtorum tractat, ex facto à ¶ *Fuluio Reſpecto Prætore conſultus: Minor annis uigintiquinque, annum fortè uigeſimumquartũ agens, iudiciũ tutelæ hæredi tutoris dictauerat: mox factum eſt, ut nõ finito iudicio, iã eo maiore effecto uigintiquinque annis, tutoris hæres abſolutus proponeretur, in integrum reſtitutio deſiderabatur. Celſus igitur Reſpecto ſuaſit, nunc facilè hunc quondam minorem, in integrum reſtitui:*

¶ Aliàs Flauio.

*sed si ei probaretur calliditate aduersarij id actum, ut maiore eo facto liberaretur. Neq; enim extremo (inquit) iudicij die uidetur solũ deceptus hic minor: sed totũ * obstructum, ut maiore eo facto liberaretur. Idẽ tamen cõfitetur, si leuior sit suspicio aduersarij quasi dolosè uersati, non debere hũc in integrũ restitui. Scio illud etiã aliquãdo accidisse. Minor uigintiquinq; annis immiscuerat se paternæ hæreditati: maiorq́; factus exegerat aliquid à debitoribus paternis, mox desiderabat in integrũ restitui, quò magis abstineret paterna hæreditate, cõtradicebatur ei, quasi factus maior cõprobasset quod minori sibi placuisset. Putauimus tamen restituendũ in integrũ, initio inspecto. Idẽ puto & si alienã adijt hæreditatem. Minore quàm uigintiquinque annis natu. Vidẽdũ est an diem natalis sui ad hoc ducimus ¶ an horã in qua natus est, ut si captus sit, restituatur, cùm nõdũ compleuerit. Et ita erit dicendũ, ut à mométo in momẽtũ tempus spectetur. Proinde & si bissexto natus est (siue priore, siue posteriore die) Celsus scribit nihil referre. Nam id biduũ pro uno die habetur: & posterior dies Calendarũ intercalatur. Sed utrùm solis patribusfamiliâs an etiam filijsfamiliâs succurri debeat, uidendũ est. Mouet enim dubitationem, quòd si quis dixerit etiam filijsfamiliâs in re peculiari subueniendum, efficiet ut per eos etiã maioribus subueniatur, id est, patribus eorũ, quod nequaquã fuit Prætoris propositũ. Prætor enim minoribus promisit auxiliũ, non maioribus. Ego autẽ uerissimam arbitror sententiam existimantium filiumfamilias minorem uigintiquinq; annis in integrũ restitui posse ex ijs solis caussis quæ ipsius intersint, puta si sit obligatus. Proinde si iussu patris obligatus sit, pater utique poterit insolidum cõueniri: filius autem, cùm & ipse possit uel in potestate manens conueniri, uel etiam emancipatus, uel exhæredatus, in id quod facere potest (& quidem in potestate manens, etiam inuito patre) ex condemnatione conueniri, auxiliũ impetrare debebit si ipse cõueniatur. Sed an hoc auxilium patri quoque prosit, ut solet interdũ fideiussori eius prodesse, uideamus. Et non puto profuturũ. Si igitur filius conueniatur, postulat auxilium, si patrem conueniat creditor, auxilium cessat, excepta mutui datione. In hac enim si filius iussu patris mutuam pecuniã accepit non iuuatur. Proinde & si sine iussu patris cõtraxit, & captus est: siquidem pater de peculio conueniatur, filius non erit restituendus, si filius cõueniatur, poterit restitui. Nec eo mouemur, quasi intersit filij peculium habere. Magis enim patris quàm filij interest: licet aliquo casu peculiũ ad filium spectet, ut puta si patris eius bona à fisco propter debitum pecuniariũ occupata sunt. Nam peculium eius ex cõstitutione diui Claudij separatur. Ergo etiã filiãfamilias in dote captã dum patri consentit stipulanti dotem, nõ statim quàm dedit, uel adhibenti aliquem qui dotem stipularetur, puto restituendã: quoniam dos, ipsius filiæ proprium patrimoniũ est. Si quis minor uigintiquinque annis arrogandum se dederit, & in ipsa arrogatione se circũuentũ dicat (finge enim à prædone eum hominem locupletem arrogatum) dico debere eum audiri in integrum se restituentem. Si quid minori filiofamilias fuerit legatum post mortem patris, uel fideicommissum relictum, & captus est (fortè dum consensit patri paciscenti ne legatum peteretur) potest dici in integrum restituendum: quoniam ipsius interest propter spem legati quod ei post mortem patris competit. Sed & si ei legatum sit aliquid quod personæ eius cohæret (puta ius militiæ) dicendum est posse eum restitui in integrum, interfuit enim eius non capi: cùm patri hanc non acquireret, sed ipse haberet. Et si hæres sit institutus, si à patre in diebus centum sit emãcipatus: moxq́; patrem debuerit certiorare, nec fecerit*

* Aliàs hoc structum.

¶ In hũc locũ Gel. li. 3. noct. atti. ca. 2.

cùm

cùm posset: qui tamen emancipasset si cognouisset: dicendum erit posse eum in integrum restitui parato patre cum emancipare. Pomponius adijcit, ex ijs caussis ex quibus in re peculiari filijfamiliâs restituuntur: posse & patrem, quasi hæredem nomine filij post obitum eius impetrare cognitionem. Sin autem filiusfamiliâs sit, qui castrense peculium habeat: proculdubio ex ijs quæ ad castrense peculium spectant, in integrum restituendus erit, quasi in proprio patrimonio captus. Seruus autem minor uigintiquinq; annis nullo modo restitui poterit, quoniã domini persona spectatur: qui sibi debebit imputare cur minori rem commiserit. Quare & si per impuberẽ cõtraxerit, idem erit dicendum: ut & Marcellus libro secũdo Digestorum scribit. Etsi fortè libera peculij administratio minori seruo sit cõmissa, maior dominus ex hac caussa non restituetur.

Ait, Consulum, vel Præsidum decreta. Consules ante Prætorem tutelarem, dabant Romæ tutores, & curatores: Præsides in prouincijs. [a] Et hi ambitiosè ad emerendũ fauorẽ ditiorũ adolescentũ, caussa cognita decernere consueuerunt, vt rerũ administrationẽ, finita curatione ante legitimam ætatem, acciperent. Sed imperatores cognitione sua extra ordinem id aliquando veniã adolescentibus indulserunt, cùm ordinario iure, & solenni, permissum non esset. [b] Ait, Si quis cũ minore. Paulus in Receptis sent. [c] Si maior effectus, inquit, res quas minor egit, pacto vel silentio comprobauit, aduersus hoc frustrà in integrum restitui desiderat. [d] Ait, Vnde illud. Hæc species ad quasi contractum pertinet, [e] qui incidere videtur in legitimam ætatẽ. Ait, Celsus igitur. Quãdo probata est sententia post legitimam ætatem perfectam, aduersus hanc nõ restituitur qui minor fuit ex Alexandri constitutione, [f] qui Vlpiani seculo imperauit: quod ita accipiendum est, vt si dolo malo iudicium paulò ante legitimam ætatem cœptum sit, vt maior factus vinceretur, restituatur: quia in minore ætate deceptus est, non quo tẽpore dicta est sententia. [g] Si manifesta tamen calliditas aduersarij non apparet, restituendus non est in integrum: cùm nec actio De dolo maioribus, absque euidenti fraude admissa, detur. [h] Ait, Scio etiam illud. Ecce aliã speciem quasi contractus, [i] in qua nõ videtur comprobare gestum in minore ætate, qui maior factus exegit. Oportet enim vel pacto, vel silentio comprobari, vt ex Paulo dixi. Silentium accipe, dũ annus vtilis, vel quadriennium continuum hodie, exeat. [k] Ait, Minore quàm viginti. Hactenus Vlpiani commentarius ad verbum Minore, respexit: resumit tamen eadem verba edicti expendenda diligentiùs. Ait, Videndum est, an diem natalis. Quęrit an minor viginti quinque annis dicatur in edicto Prætoris, qui non compleuit vigesimumquintum annum, vsque ad momentum horæ quo natus sit: Nam in honoribus, & restituẽda hæreditate, &c. annus cœptus pro completo habetur, vt dixi. [l] Sed fauor adolescentum postulat, vt in honore petendo maiores habeantur maturiùs, quàm in recipienda rerum administratione: & ideò variè prudentes quoque hæc verba interpretati sunt pro subiecto argumento. [m] Ait, Proinde & si. Illud ab Astronomis petendũ est, duodecim esse signa in cœlo, quorum singula triginta gradus habẽt: vt si multiplices, per duodecim triginta, trecentos sexaginta gradus in cœlo esse constet. Cùm igitur sol motu proprio ab occidente in orientem, per meridiem, singulis diebus vnum gradum cœli non omninò absoluat, sed supra numerum graduum, quinque dies, cum quadrante vnius, in hoc singulis annis requirat: Caius Cæsar annum trecentorum sexagintaquinque dierum, cum quadrãte vnius, esse voluit, vt cũ ratione solis conueniret: quadrantem verò diei, in quartum quẽque annum reseruatum, mensi Februario adiecit pro die intercalari, id est, insiticio, ita vt eo anno, bis sexto Calendas Martias numeraretur. His ita prædictis, ait Vlpianus, minorem quàm vigintiquinque annorum habẽdum, qui non compleuerit vigesimumquintum annum, computatis die, & hora, in qua natus est, vsque ad momentum in quo editus. Quare & si sexto Calendas Martij natus sit anno bissextili (quo biduum pro vno die computatur, & sexto Calẽdas dicitur) nihil refert priore, an posteriore die bidui natus sit, cùm vterque (vt dixi) pro sexto Calẽdas habeatur. Nam anno vigesimoquinto, dies intercalatus non erit Februario, vt eo momento quo natus fuerit sextò Calendas, complesse annum vigesimumquintum eodem die, id est, sexto Calendas videatur, nõ habita ratione vtrúmne priore die, an posteriore bidui natus sit. Prima ratione contrà dicendũ videri potuit, quasi priore die natus, citiùs annum vigesimumquintũ cõpleat, quàm qui posteriore nascatur: quod verũ non est. Est enim dies natalis vtriusq; sext. Calendas, ante quem annus vigesimusquintus finitus non est. Sanè qui sexto Calendas natus est, quo anno intercalatũ nõ est, priore die, nõ posteriore, cõplet vigesimũquintum annum: nã posterior dies intercalatur, id est, interseritur, & accedit illi anno bissextili. [n] Quò Accursius spectãs, & rẽ magis quàm verba intelligens, intercalare dixit è medio tollere. Sed cur tã variè ad annũ vigesimum, &c. peruenisse, vel minor viginti, vel viginti quinq; annis, & annũ quartũdecimũ complesse, &c. in suprà adductis locis vsurpantur? Et quidẽ duobus casibus, iure singulari cõstitutũ est, vt cœptus annus pro cõpleto sit. [o] Regulariter annus completus habetur, cùm ventum est ad nouissimum diem, licet is neque finitus, neque cœptus

a. l. 2. §. de ori. insti. de Atti. tu. Capitol. in Marc.
b. l. 1. & 2. C. de ijs q. veniã æta.
c. tit. de mi. li. 1
d C. si ma. fa. ra. ha.
e. l. 3. §. de pec.
f. l. 1. C. si aduer. rẽ indi.
g. vt hîc. & d. l. 1. C. si ma. fa.
h. l. & eleg. in fi. §. de dol.
i. insti. de ob. ex q. contr. §. hæres.
k. l. interdũ. §. & l. fi. C. de temp. in inte.
l. l. ad rẽp. §. de mu. & ho. l. qui filiũ §. Sabin[o]. §. ad tre.
m. l. 1. in. de manu. l. in vsuca. §. de vsu. l. Aniculus. §. de verb. sig. l. in omnib. §. de actio. §. de test. l. qua ęta. l. nõ puta. §. de cõdi.
n. l. cũ bissexto. §. de verb. sig.
o d. l. ad rẽp. & d. l. qui filium.

sit.[p] Sanè duobus casibus, fauore personæ, vel caussæ, à momento ad momentũ cõputamus: [q] quę omnia ad consequentiam producere, eadẽ ratione, vel maiore suadente, licebit. [r] Ecce vsuscapio, bono publico introducta est, [s] & ideò ad totũ postremũ diẽ, non ad momentũ, cõputarunt annũ statutum olim consulti: [t] cõtrà præscriptio quæ actionẽ in personã temporalem elidit, locũ non habet, nisi dies nouissimus ad momentũ expletus sit, quòd finiat obligationem: & satis sit, si nouissimo die finito actorem excludere liceat. [u] Et hoc verba legũ, & edictorum etiã significãt, quibus intra annum, &c. iudiciũ datur: [x] & anno, vel biennio, vsucapere ius est. [y] In hæreditate per fideicommissum restituenda, non ideò ius singulare constitutum est (quod credidit Accursius) quòd filio restituendũ sit, sed ne amittat fideicommissarius relictũ, quasi nõ peruenerit ad vigesimum annum, &c. [z] Nã peti fideicõmissum ante nouissimũ diẽ nõ potest: quod fauore fideicommissarij respõsum est, qui prodigere potest restitutũ, [a] &c. Ait, Sed vtrum solis. Quærit vtrúmne minoribus qui sui iuris sunt duntaxat, an etiam ijs qui sunt in potestate patria, subueniat Prætor restitutione integri ex hoc edicto. Et respõdet subuenire ex ijs caussis quæ filijfamiliâs intersunt, id est, ad eum spectãt. Interest autẽ filijfamiliâs restitui quãdo ipse obligatus est: quia in solidũ cõueniretur in potestate manẽs ex suo cõtractu: [b] emãcipatus verò, aut exhæredatus, &c. in quantũ facere posset. [c] Ait, Inuito patre. Verũ est filiũ absq; patris consensu in iudicio esse posse omnimodò: nec Iustiniani noua lex, patris requirit consensum, nisi in eo iudicio in quo de re aduenticia quæritur, cuius vsusfructus patrem contingit: [d] quæ Ottonis fuit sententia, & probat Bartolus, & si præiudicatã aliorũ opinionem reformidet. Parentbesin claude post verbũ cõueniri, vt in vetustis exẽplaribus manu scriptis, & impressis. Ait, Sed an hoc auxiliũ. Ideò patri non prodest restitutio filij, quòd vterq; sit principaliter obligatus, nec pater regressum habeat in filiũ, vt fideiussor. [e] Ait, Excepta mutui datiõe. Filiusfamiliâs, absq; patris authoritate, voto nõ obligatur: [f] mutuo quidem obligatur, sed datur ei, patriq; exceptio ex S.C. Macedoniano: [g] quod locũ non habet, si iussu patris acceperit mutuam pecuniam. [h] Qua ratione nec in integrum restitui ex hac caussa potest. [i] Ait, Proinde & si sine iussu. Superiore specie iussu patris obligatus fuit, in hac sine iussu eius: illic pater in solidũ Quod iussu actione, hic De peculio conuenitur: filius verò in vtraq; specie in solidũ, quãdiu in potestate manet. [k] Ait, nec eo mouemur. Hoc seculo omne peculiũ ferè pręter castrense, vel quasi castrense, patri acquiri solebat: [l] licet constitutionibus quędã aduenticia primũ, deinde omnia, ad filios cœperint pertinere, [m] &c. vt ad institutiones adnotauimus. [n] Cùm igitur plenã proprietatẽ peculij pater habeat, & pro arbitrio adimere possit, si pater de peculio cõueniatur, nõ restituetur filius: licet peculiũ ad filium spectet aliquo casu: & intersit eius non solui ex peculio, quòd patri succedere possit. Nã restitutio non cõperit ei, cuius quoquo modo interest, [o] sed ei demũ qui euidẽter est deceptus. [p] Ait, Ergo etiã. Colligit ex illa sentẽtia, Restitui ex his caussis quæ ipsius intersunt, paulò antè adducta, & alijs exemplis illustrata. [q] Dos igitur à patre profecta, nisi statim stipuletur sibi reddi, filiæ peculiariter attributa intelligitur tanquã propriũ patrimoniũ: ex interuallo stipulatio patris non aliter propriã facit de dote actionẽ, quàm si filię volũtate stipulatus sit: [r] quę si minor sit quã vigintiquinq; annorũ, restitui in integrũ potest. [s] Licet enim cõstãte matrimonio, dos in dominio mariti sit, & eo soluto, actio De dote, in personã sit, reddita tamẽ, propriũ est patrimoniũ filiæ, præsertim iã factæ sui iuris. [t] Nam quã diu in potestate est, patris & filiæ dos est, dotísve actio. [u] Sed & in rẽ actionẽ, naturalis iuris habita ratione, Iustinianus dedit filiæ, noua lege Codici emẽdato inserta. [x] Ait, Si quis minor. Adrogatus ex turpi caussa, restitui potest si minor sit: quia ea adrogatio admitti nõ debet. [y] Ait, Si quid minori. Filiusfamiliâs pacisci potest ne legatũ sibi sub cõditione petat: [z] sed minor deceptus restituitur. [a] Ait, Propter spẽ. Eadẽ ratio, quæ in dote. In peculio nõ est tãta, quia nõ nisi aliquo casu ad filiũ spectare potest. [b] Ait, Sed & si ei legatũ. Hoc seculo (vt dixi) aduẽticia omnia patri acquirebãtur, nisi personæ cohærerẽt: [c] ideò si remiserit aliud legatũ filius, nõ restituitur, cùm eius nõ intersit: si ius militiæ remiserit pacto, restitui potest, cùm militare per aliũ nõ possit, & stipendia castrẽsia facere: atq; ita militia personalis ad patrẽ spectare nequeat. [d] Impubes militare non potest, nisi extra ordinẽ Princeps id permittat. [e] Ait, Et si hæres. Similis ratio superiori in legato in tempus mortis collato. In stipulatione filij, tẽpus stipulationis spectatur, siue absolutè stipulatus sit, siue dolo malo in tẽpus mortis paternæ contulerit solutionẽ: [f] nã in legato nullus eius dolus argui potest, quod ex arbitrio testatoris dependet. Ait, Põponius adijcit. Hic locus me adducit vt credã filium in potestate cõueniri inuito patre, & executionẽ in re peculiari posse fieri: sed tamẽ interesse filij restitui, quòd sui iuris factus pulsari possit, &c. [g] Et ita accipe quod dixit superiùs in illa parenthesi. Et quidẽ in potestate, &c. Et ideò pater quasi hæres, & successor filij in re peculiari, restitui potest post mortẽ filij. [h] Hæres enim nõ est, cũ eius sit peculiũ summo iure, viuo adhuc filio. [i] Ait, Sin autem filius. De alio peculio superiùs dixit: hic de castrensi, cuius appellatione, & quasi castrense plærumque continetur. [k] Quasi proprium verò patrimonium ob id dicit, quòd testari quasi de suo possit, peculium tamen ab intestatò patri defertur non vt hæreditas, sed vt peculiũ, & quodammodò suum. [l] Cognitionem appellat, quòd nulla propria cõpetat actio, sed extra ordinem

p.d.ll.1.de manumiss.&c. q. vt hic.& d. l.in omnibus. r.l.non poss.§. de ll. s.l.1.j de vsuc. t.d.l. in vsuc. insti. eo. in prin. u.d.l.in omnibus. x.l.1.j. ex q. cau.ma.&c. y.insti.de vsu. cap.in prin. z.d.l.qui filiũ. a d.l. non putabã. b.l.tã ex.j. de iudi.l. si quis cũ.&.l.2.j. de pecu. c.l.1.j. q. cum eo. d.l. fi. C. de bo.q. lib. vbi not. e.l.in caussæ. 1.j.eo.vb.not. f.l. si quis rẽ. j.de pollic. g l.1.j.ad Macedo. h.l.itẽ fi.§ interdũ.eo. i.vt hic. k. d.l. si quis cũ.j.de pecul. l.l. qui in ali. j.de acq.hær. l.1.j. de coll. l.fac.j.ad Tertyll. m.l.1. C. de bo.ma.l.1.&l. cũ oportet.C. de bo.q.lib. n. insti. per.q. per. o. arg.l. fidei ius. s. de pact. p.l.quod si.eo. q.versi. Ego autẽ. r.l.quoties.j. sol.matr. s.vt hic. t.l.in re.C. de iur.dot.&hic. u.l.2.j sol.ma. x.d.l.in reb. y.l.nec ei.§.de adop z.l. & hæred. §.de pa. a.vt hic. b.§.e.l. c.l.quod dicitur.j. de ver. obli.§. sed cũ factũ. iost. de stip.ser.

d.l.1.C de cadu.toll.in fi.arg.l.fi.C.de pig l.pe.j.de leg.3. e.l.pe.j de leg.3.l.fi.C.de test.mili. f.l.si filiusfa.j.de ver.ob.l.fi.j. de stip.ser. g.l.minori.j.eo.l.1.j quod cũ eo. h.l.nõ solũ.§.de in integ.rest. i.j.de pec.& insti.per.q.per k.§.1.insti.per. q'per.& hic. l.l.2.j.de castr.pe.

dinem cognitio magistratus.[m] Ait, Seruus autem minor. Seruus in alia caussa est quàm filius. Ille enim nunquam ciuiliter obligatur,[n] filius obligatur:[o] & ideò si minor deceptus sit seruus, non restituitur, cùm nihil eius intersit. Ait, Quare & si impuberem. De peculio tamen dominus non tenetur, nisi locupletior factus ex contractu impuberis.[p]

m.l. quod si in fi. j. not.§. de assess.l.1.
n.l.nec seruus. & l. non solũ. j.de pecul.
o. l.tã ex. j.de iudi.
p.l.1.j.de pec.

L. IIII. APHRICANVS. Lib.7.Questionum.

Etenim quodcunque seruus ita gerit, uoluntate domini gerere intelligendus est. Et magis hoc apparebit, si aut de institoria actione quæratur: aut si proponatur maiorem uigintiquinque annis negocium aliquod gerendum minori mandasse, & illum in ea re deceptum esse.

Ratinnem reddit Aphricanus, quam & generaliter Vlpianus: imputandũ nimirũ domino cur minori rem cõmiserit administrãdam.[a] Quod generaliter locum habet in eo qui institorẽ præposuit minnrẽ, siue seruũ, siue liberum: vel certum negocium ei mandauit gerendum, & circumuentus sit.[b] Si tamẽ minor liber contraria mandati conueniatur, restitui poterit, cùm sua intersit, non maioris.[c]

a.§.l.3.in fi.
b.l. sed & si quis.j.de inst.
c.§.l.3.

L. V. VLPIANVS. Lib.11.ad edictum.

Si tamen is seruus fuit, cui fideicommissaria libertas debebatur præsens: & fuerit captus: cùm in rem ei mora sit: poterit dici, prætorem ei succurrere oportere.

Cui fideicommissaria libertas relicta est, is nisi manumittatur ab hærede cùm posit, nulla interpellatione facta, moram pati intelligitur in re: & ideò liber habetur.[a] Quare si inter moras captus sit, quasi liber restituetur, si minor fuit.[b] Sua enim interest restitui ex ea caussa.[c]

a.l.cũ verò.§. de fideicõ. li.
b.vt hic.
c.d.l.3.§.

L. VI. IDEM. Lib.21.ad edictum.

Minoribus uigintiquinque annis subuenitur per in integrum restitutionem: non solùm cùm de bonis eorum aliquid minuitur: sed etiam cùm intersit ipsorũ litibus & sumptibus non uexari.

Pone minorem emisse rem quanti valuit, quam ei habere quidem licet, non tamen absque lite, & sumptu in litem faciendo: in integrum restitui potest, & si alioqui de bonis eius nihil minuatur emptione, quòd sua intersit,[a] &c.

a.§.l.3.

L. VII. IDEM. Lib.11.ad edictum.

Ait Prætor: quod cum minore uigintiquinque annis natu gestum esse dicetur. Gestum sic accipimus, qualitercumque: siue contractus sit, siue quid aliud contingat. Proinde si emit aliquid, si uendidit, si societatem coijt, si mutuam pecuniam accepit, & captus est: ei succurretur. Sed & si pecunia ei à debitore paterno soluta sit, uel à proprio, & hanc perdidit: dicendum est ei subueniri, quasi gestum sit cum eo. Et ideò si minor conueniat debitorem, adhibere debet curatorem, ut ei soluatur pecunia. Cæterùm non ei compellitur soluere: sed hodie solet pecunia in æde sacram deponi: ut Pomponius lib.28. scribit (ne uel debitor ultrà usuris oneretur, uel creditor minor perdat pecuniam) aut curatoribus solui, si sunt. Permittitur etiam ex constitutione principum debitori compellere adolescentes ad petendos sibi curatores. Quid tamen si Prætor decernat soluendam pecuniam minori sine curatoribus, & soluerit? an possit esse securus, dubitari potest. Puto autem, si allegans minorem se esse compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum: nisi fortè quasi aduersus iniuriam appellandum quis ei putet. Sed credo Prætorem hunc minorem in integrum restitui uolentem, auditurum non esse.

*Non solùm autem in his ei succurritur, sed etiam in interuentionibus: ut puta si fideiussorio nomine se uel * rem suam obligauit. Pomponius autem uidetur acquiescere distinguentibus an arbiter ad fideiussores probandos constitutus eum probauerit, an uerò ipse aduersarius. Mihi autem semper succurrendum uidetur si minor sit, & se circumuentum doceat. Sed & in iudicijs subuenitur siue dum agit, siue dum conuenitur, captus sit. Sed & si hæreditatem minor adijt minùs lucrosam: succurritur ei, ut se possit abstinere. Nam & hic captus est. Idem est, & in bonorum possessione, uel alia successione.*

* Aliàs in re.

cessione. Non solùm autem filius qui se immiscuit paternæ hæreditati, sed & si aliquis sit ex necessarijs minor annis, simili modo restitutionem impetrabit: ueluti si seruus sit cum libertate institutus, dicendum enim erit, si se immiscuit, posse ei subueniri ætatis beneficio, ut habeat bonorum suorum separationẽ. Planè qui post aditam hæreditatem restituitur, debet præstare si quid ex hæreditate in rem eius peruenit, nec perijt per imbecillitatem ætatis. Hodie certo iure utimur, ut & in lucro minoribus succurratur, & Pomponius lib. 28. scribit. si sine dolo malo, cuiusquam legatum repudiauerit, uel in optionis legato captus sit, dum eligit deteriorem: uel si duas res promiserit, illam aut illam & preciosiorem dederit: debere subueniri, & subueniendum est. Quæsitum est ex eo, quòd in lucro quoque minoribus subueniendum dicitur, si res eius uænierit, & existat qui plus liceatur: an in integrum propter lucrum restituendus sit. Et quotidie Prætores eos restituunt, ut rursus amittatur licitatio. Idem faciunt & in ijs rebus quæ seruari eis debent, quod circumspectè erit faciendum. Cæterùm nemo accedat ad emptionem rerum pupillarium, nec si bona fide distrahantur. Et districtè probandum est in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, non esse minori aduersus emptorem succurrendum: nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum siue curatorum doceatur. Restitutus autem ut se hæreditati immisceat, uel ut eam adeat quam repudiauit, rursus restitui poterit ut se abstineat: & hoc rescriptum & responsum est. Sed quod Papinianus lib. 2. Responsorum ait, minori substitutum seruum necessarium, repudiante quidem hæreditatem minore, necessarium fore: & si fuerit restitutus minor, liberum nihilominùs manere: si autem prius minor adierit hæreditatem, mox abstentus sit: substitutum pupillo seruum cum libertate, non posse hæredem existere, neque liberum esse: non per omnia uerum est. Nam si non est soluendo hæreditas, abstinente se hærede, & diuus Pius rescripsit, & imperator noster, & quidem etiam in extraneo pupillo, locum fore necessario substituto. Et quod ait, liberum manere: tale est, quasi non etiam hæres maneat, cum pupillus impetrat restitutionem posteaquam abstentus est. Cùm enim pupillus hæres non fiat, sed utiles actiones habeat: sine dubio hæres manebit, qui semel extitit. Item si non prouocauit intra diem, subuenitur ei ut prouocet. Finge enim hoc desiderare. Item & in eremodicijs ¶ eis subuenitur. Constat autẽ omnis ætatis hominibus, restaurationem eremodicij præstari debere, si doceant se ex iusta caussa abfuisse.

Hactenus Vlpianus interpretatus est verba illa edicti, minore quàm viginti quinq; annorũ natu: hoc loco verba sequentia adducit, Gestum esse dicetur: & ita interpretatur vt qualitercumq; conttactum, vel quasi cõtractum fit cum minore, gestum intelligatur: & si alibi coangustetur ad id quod re gestum est, sine verbis. Nam & Caius ait, inter factum, & gestum, nihil interesse. ᵃ Testamentum cum alio factum gestúmve non est: & ideò minor testator non restituitur, cùm præsertim captus esse non intelligatur. ᵇ Ait, Sed & si pecunia. Solutio, distractus est. ᶜ Ait, Et ideò si minor. Debitor soluens pupillo, vel adulto curatorem habẽti, absque eorum authoritate, non liberatur ipso iure, sed si saluam habeant pecuniam, petẽtibus iterum, Doli exceptio nocebit. ᵈ Et ideò debitores adhibere debent tutorem, vel curatorem, vt ei soluatur, vel minori, authore eo, vt ipso iure liberẽtur. Quòd si curatorem non habeat, per iudicem compellet ad petẽdum. ᵉ Sed quoniam caussa cognita, aduersus hanc solutionem minor restitui potest, ᶠ consultiùs fecerit si authore iudice soluerit, vel deposuerit, vt plenissimam consequatur securitatem, ᵍ legibus nouis Iustiniani, huic loco derogantib. Ait, Cæterum non cogitur. Alioqui (inquit) non cogitur soluere minori, id est, nisi adhibeatur curator. Ait, Sed hodie solet. Si debitor pecuniam vsurariam debeat minori, & expediat ei solui, ne vsuris oneretur: si curator non sit, in ædem deponetur per iudicẽ, ne currãt vsuræ: ʰ idem fiet si minor cupiat solui pecuniã, ne debitor labatur facultatibus. Si curator sit, ei soluetur tutò (vt dixi) apud iudicẽ: ad quẽ petẽdũ etiã minor cogi poterit, vt alioqui ad litẽ: ⁱ quod aliorũ etiã intersit curatorẽ habere. Sed & si minori soluatur sine curatore ex iudicis decreto, nõ restituetur: quòd nihil sit debitori imputãdũ qui Prætoris decreto paruit. ᵏ Vẽditionem

¶ Quid eremodiciũ. Alex. ab Alex. lib. 4. genia. die. cap. 15.
a. l. Labeo. l. verba cõtr. l. licet. j. de ver. sig.
b. d. l. verba.
c. §. 1. inst. qui. mod. re.
d. §. at ex. inst. quib. ali. n. li.
e. vt hic. & l. admo. C. qui. pe. tut.
f. l. 1. C. si aduer. sol.
g. l. sancimus. & l. consti. C. de admi. tut.
d. §. at ex. & hic.
h. l. acceptan. C. de vsur.
i. inst. de cura.
k. d. l. sãcim⁹. & d. l. consti.

tionẽ prædij rectè faciendã Prętor permittit, & ideò si deceptus sit minor, restitutionem implorabit.[l] Nõ enim tanti vẽdere, sed vendere Prętor permisit: qui pecuniã solui iussit. Solebat autẽ hoc seculo, pecunia ex caussis varijs in ædem sacram deponi, authoritate iudicis interueniente: vt à furtis, & periculis tutior esset. In æde Saturni pecunia publica asseruabatur,[m] sportulæ, & sacramentum, in æde ad pontẽ deponebantur Romæ:[n] vbi depositarius recusabat custodire depositam pecuniam, in ædem deponebatur,[o] &c. Ait, Non solùm autem. Interuenire, & intercedere dicitur, qui se, vel sua, pro alio obligat: vt fideiussor, mandator, constitutor.[p] Minor ergo non solùm tunc restituetur, cùm ipse principaliter contrahet, sed etiam cùm pro alio intercedet, si modò se captum probarit. Nec ad rem pertinet quòd minor fortè datus fideiussor, arbitro constituto probatus sit. Nam arbitrium hoc, non minori, sed ei qui fideiussorem accepit, nocere solet, si non appellauerit.[q] Ait, Sed & in iudicijs. Qui iudicium dictat alij, vel ab alio dictatum suscipit, quasi cõtrahere dicitur:[r] & ideò captus minor vel fraude aduersarij, vel infirmitate sua, restituitur aduersus rem iudicatam nisi indefensus dicatur, & ob id sententia nulla sit ipso iure.[f] Ait, Sed etsi hæreditatem. Aditio quoque hæreditatis, quasi contractus habetur:[t] qua in re minor decipi potest, si idonea non sit.[u] Ait, Idem & in bonorum. Hæreditas ciuilis iuris nomẽ est, bonorum possessio prætorij, &c.[x] Ait, Non solùm autem filius. Filius in potestate, hæres suus est patri, & necessarius: abstinere tamen potest.[y] Et quidem si impubes sit, etiam postquã se miscuit, abstinebit: pubes qui se miscuit, restitutionem necesseriam habet.[z] Ipso iure enim hæredes fiunt, nec adire hæreditatem dicuntur, vt extranei sed miscere se.[a] Quod de seruo hærede necessario hic ait Vlpianus, eatenus locũ habet, vt separare bona possit, id est, peculiũ. Nam abstinere se non poterit, vt filius, sed pro viribus hæreditatis, satisfaciet creditoribus.[b] Ait, Planè qui. Restitutio enim minoris ita fit, vt & ipse restituat, si quid ad eum peruenerit ex negocio, qua de re agitur.[c] Peruenisse autem videtur, si locupletior factus sit,[d] nec perierit imbecillitate ætatis quod peruenit. Nam & si mutuam pecuniam eo modo perdiderit, succurritur ei.[e] Ait, Hodie certo iure. Error quidem iuris non prodest acquirere volentibus: suum verò petentibus nõ nocet: quæ distinctio in minoribus locum nõ habet, quibus subuenitur per restitutionem etiam in lucro,[f] id est, vt acquirere possint quod nondum quæsierunt: vt puta hæreditatem repudiatam, vel legatum optionis: in quibus & maiores dolo circumscribi possunt.[g] Sed & si duas res promiserit sub alternatione Illam vel illam, & meliorem soluerit, subuenietur ei vt lucrum faciat. Nã quod debuit quidem soluit, sed in hoc deceptus est, quòd deteriorem soluere potuerit.[h] Ait, Quæsitum est. Tutor mobilia quæ tempore depereunt, & seruari non possunt, vendere debet: res soli, & quæ seruari possunt, absque decreto, vel voluntate suprema testatoris, non potest alienare.[i] Cùm venduntur autem, bona fide id fieri oportet, obseruatis auctionis solennibus: & animosiori licitatori tandem addici,[k] *au dernier encher sseur*. Idem in rebus adolescentium vẽdundis obseruandum est.[l] Qui si capti doceantur, caussa cognita, in integrum restituentur:[m] quod circumspectè faciendum ait: alioqui fore vt nemo accedat ad emptionem, etiam si bona fide auctio celebretur, & ita incommodo non paruo adficiantur minores.[n] Ait, Restitutus autẽ. Qui petijt in integrum restitutionem, si ei negata sit, non nisi noua caussa allegata, iterum petere potest: sed ad appellandum duntaxat restituitur.[o] Quibus nihil repugnat quod hic Vlpianus ait, restitutum vt adeat hæreditatẽ, rursus restitui vt se abstineat, &c. Ait, Sed quod Papinianus. Papiniani respõsum Vlpianus corrigit, & ꝙ neget substitutũ seruũ minori, hæredẽ fieri posse, & liberũ, si institutus adierit hæreditatem: & ꝙ tacitè significat substitutum nõ manere hæredem, si institutus qui repudiauit restituatur. Licet enim non fiat hæres ex verbis testamenti. Et si ille non erit, seruus hæres esto & liber, voluntatem tamen ad eum casum Augusti spectare voluerũt, quo hæreditas soluendo non sit:[p] ne sine hærede dominus sit, qui in hoc seruum substituit, ne intestatò defunctus videretur, & bona sua à creditoribus venderẽtur,[q] &c. Sed & seruus qui semel adijt existente conditione, hæres manebit ipso iure: licet minor restitutus, iure prætorio adeat, & quasi hæres fiat: quod in emptore hæreditatis, & in eo cui per fideicommissum restituta est, similiter obseruatur.[r] Illud quæsitum est, an & substituto extraneo locus sit, restituto minore. Et locum esse ex Scęuola constat:[f] quod constitutioni in Codicem relatæ videtur repugnare.[t] Nã cætera quæ in hoc adducuntur, nihil habent in recessu, quod in fronte promittere creduntur.[u] Et conuenit, substituto extraneo locum esse: qua in re subsisto. Nã Scæuola de substitutione pupillari locutus est:[x] Impetator de vulgari:[y] Illius conditio est Si ille non erit, ant erit quidem sed priùs moriatur quàm in suam tutelam venerit. An verò ex voluntate testatoris mortuus nõ videtur, qui abstentus est? In hoc enim substituit pupillo, ne intestatus decedat. Idem defecisse videtur, vt meritò cohæredi portio accrescat.[z] Sed hac de re suo loco pluribus: nunc verò quòd instat potiùs agamus. Ait, Item si nõ prouocauit. Hoc tempore intra biduum, vel triduum à lata sententia quæ ad notitiam peruenerit, appellandum fuit:[a] iure nouissimo, intra decem dies.[b] Id si non fecerit minor lapsus, restituitur ad prouocandum post tempus statutum, si prouocare malit

l. l. si quidem. C. de præd. min. m Plutar. n. Varr. o. l. j. §. depo. p. auth. de fide. q. l si arbitro. §. qui satisd. r. l. 3. §. itẽ scribit. j de pecu. nor. §. l. 3. §. si quis cum. f. C. si aduer. rem iudi. t. §. hæres instit. de obl. ex q. con. u l. 3. §. pr. l. si. ĩ. de dol. arg. x. tot. l. non solum. sup. de in integ re. y. inst. de hær. qua. §. sui. z. l. necessarijs. j. de acq. hær. l. ei qui. l. impub. eo. a. l more. eo. & ĩ. ea. l. & d. ll. b. d. l. necess. c. l. quod si §. restitutio. inf. d. l. videamus. & seq. ĩ. quod met. e. supr ea. l. in prin. f. l. iuris. & ll. seq. infr. de iur. ig. g. l. si quia adfir ã. de dol. h. l. si ita distr. infr. de contrah. emp. i. l. tutor. & l. cum plures. j. de ad. tut. l. lex quę. C. eo. l. j. inf. de reb. eo. k. l. ordo. C. de exec. rei iudic. l. j. C. de fid. instr. li. 10 & hic vbi Bar. l. vt hic. & d. l. j. j. de reb. e. l. j & si. m. C si ad vẽ. l. tutor. & l. pen. inf. e. n. l. quod si. j. o. C. si sæpius in integr. re. l. j. 2. & 3. p. vt hic. q. instit. quib. ex caus. ma. §. j. r. l. si cum emptore. ĩ. de pact. §. resti. instit. de fide. hær. f. l. ex contr. infr. de re iudi. t. l. post aditam. C de impub. & ali. sub. u l. j & 2. infr. ad Tertul. x. d. l. ex con. y. d. l. post. z. d. l. ex con. a. l j. quand. appel. infr. Lab eo. C. quo. & qu. b. auth. de app. & intr. q.

malit quàm litem sibi restitui. [c] Ait, Item in eremodicijs. Quidam ex doctis [illegible], indictam caussam, & vadimonium desertum, promiscuè dici putarunt: [d] quod perfunctoriè dictum est. Nã deserere vadimonium, vel nõ obire, est quod consulti dicunt, deserere promissionem iudicio sistendi caussa factam: [e] indicta caussa damnare, est nõ auditum, & indefensum damnare: quæ sententia ipso iure nulla est, nisi contumax sit qui abfuit. [f] Certè aduersus minorem indefensum, dictam sententiam nõ valere constat: vt restitutione nihil opus sit. [g] Eremodicium verò est desertum iudicium, desertáve caussa, dum temporibus legitimis transactis instantia pereat: [h] quod Franci *peremption d'instance appellant*. Atque in hac desertione quidem minoribus subuenitur, [i] vt maioribus qui ex iusta caussa abfuerunt. Eremodicium etiã Iustinianus appellauit, [k] cùm absente litigatore (cum quo cœptum est iudicium) fertur sententia intra triennium: qui si maior sit, & indefensus, restituetur: [l] si minor sit, & à tutore, vel curatore defensus, idem ius erit: [m] nã aduersus indefensum minorem, nulla sententia proferenda est. [n] Quin imò contra pupillum indefensum, maiorem reip. caussa absentem, vel minorem, peremptorium nullius momenti est: [o] vt consequens sit, sententiam contra indefensum maiorem ex ea caussa latam, nullam esse ipso iure: [p] licet post cœptum iudicium si abfuerit indefensus, valeat quidem sententia, sed restitutio locum habeat ex caussa iusta. [q] Ex Iustiniani noua lege, si culpa tutorum vel curatorum, statutũ tempus lapsum sit, minor non restituitur, nisi in subsidium, si soluendo non sint tutores, &c. Lis enim, id est, actio, minori salua est: & quòd instantia perierit, actionem habet Tutelę, &c. [r] Ex his paret, eremodicium esse desertum iudicium iam cœptum: desertum vadimonium, ante cœptum etiam iudicium: indictam caussam etiam cùm quis ante cõtestationem, non deserit vadimoniũ, sed non auditus damnatur: quod [illegible] fieri Isocrates dicit.

L. VIII. HERMOGENIANVS. Lib. 1. iuris [illegible].

Minor etiam si quasi contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit.

Contumax est qui ter de more euocatus, præsentiam sui facere contemnit. [a] Igitur si minor in ius vocatus vna cùm tutore, vel curatore, vt is author fiat, non venerit: & post edictorum ordinem quasi contumax condemnatus sit, in integrum restituetur. Quod erit sic accipiendum, si non dolus ipsius interuenerit. [b] Sanè contra minorem indefensum propositum peremptorium, nullius momenti est: vt si absque curatore euocatus sit, & quasi contumax damnatus, restitutione opus non sit. [c] Illud constat, pœnam edicti non euitare, qui dolo malo non paruit ius dicenti, siue minor, siue curator fuerit. [d]

L. IX. VLPIANVS. Lib. 11. ad edictum.

Si ex caussa iudicati pignora minoris capta sint & distracta, mox restitutus sit aduersus sententiam præsidis uel procuratoris Cæsaris: uidendum est an ea quæ distracta sunt, reuocari debeãt. Nam illud certum est, pecuniam ex caussa iudicati solutam, ei restituendam. Sed si interest ipsius corpora potius habere, puto interdum permittendum: id est, si grande damnum sit minoris. In dotis quoque modo mulieri subuenietur, si ultra uires patrimonij uel totum patrimonium circumscripta in dotem dederit. Nunc uidendum est utrum minoribus in contractibus captis duntaxat subueniatur, an etiam delinquentibus: ut puta si dolo aliquid minor fecit in re deposita uel cõmodata, uel aliàs in contractu: an ei subueniatur si nihil ad eum peruenit. Et placet in minoribus delictis non subueniri: nec hic itaque subuenietur. Nam & si furtum fecit, uel damnum iniuria dedit, non subuenietur ei. Sed si cùm ex damno dato confiteri posit, ne dupli teneatur, maluit negare: in hoc solùm restituendus est, ut pro confesso habeatur. Ergo & si potuit pro furto damnum decidere, magis quàm actionẽ dupli uel quadrupli pati: ei subuenietur. Si mulier, cùm culpa diuertisset, uelit sibi subueniri, uel si maritus: puto restitutionem non habẽdam. Est enim delictum nõ modicum. Nam & si adulterium minor commisit, ei non subuenitur. Põponius ait, si minor annis uigintiquinque, maior autem uiginti, se in seruitutem uenire patiatur: id est, si precium participatus est, non solet restitui & hoc meritò: quoniam res non capit restitutionem cùm statum mutat. Si in commissum incidisse uectigalis dicantur: erit in integrum restitutio. Quod sic erit accipiendum, si non dolus ipsorum interueniat: alioqui cessabit restitutio. Aduersus libertatem

c. l. fi. §. de in integ. re.
d. Bud. hic.
e. l. 4. & 5. sup. si quis caut.
f. l. de vnoquo. inf. de re iudi.
g. l. cum & C. si ad rem iud. l. acta. infr. de re iudi.
h. l. proper. C. de iudi.
i. d. l. prop. & hic.
k. l. j. C. ex q. cau. ma. l. quia C. de procur.
l. d. l. quia l. j. C. ex q. cau.
m. l. fi. §. de in integ.
n. l. acta. §. de re iudi. d. l. cũ &c.
o. l. contra. eo.
p. l. si prætor. inf. de indi.
q. d. l. j. C. ex q. caus. ma. & hic.
r. d. l. prop. in fin.
a. l. contumacia. infr. de re iudi.
b. inf. l. seq.
c. d. l. contra. §. de re iudic.
d. l. j. sup. si q. ius di.

tem quoque minori à Prætore subueniri impoßibilè est.

Minor defensus à curatore, cõdemnatus est: deinde pig nora capta, & bona fide distracta, obseruatis hastæ solẽnibus: [a] post executionem iudicati, in integrum aduersus sententiam restitutus est: non pecuniam ex precijs rerum distractarum redactam, sed ipsas res potiùs recipiet minor, si grande damnum alioqui patiatur: quod circumspectè videndum erit, [b] ne temerè solẽnia rescindantur. [c] Ait, In dotis quoque. Modus doti statuẽdus est ex dignitate mulieris, & mariti: [d] ita tamẽ vt si amplius promissum sit quàm facultates mulieris valent, ipso iure promissio nõ valeat quatenus suprà modum promissum sit. [e] Si non solùm promisit supra vires patrimonij, vel totum patrimonium, sed iam dedit, dominium trãstulit in maritum: [f] & ideò restitutione opus est minori: maior ex clausula generali edicti releuabitur. [g] Circũscripta mulier intelligitur, quæ totum patrimonium, vel promisit, vel dedit in dotem: cùm pro qualitate personarũ panpherna peculiúmve excipere sibi potuit: [h] & ideò minor vtroque casu restitui potest, & hæres eiusdẽ, ex vltima clausula huius edicti. [i] Ait, Nunc videndum. Exemplis ostendit vt aduersus contractum, vel quasi contractum, minori subueniatur: nunc aduersus delictũ, vel dolum in contractu admissum, non succurri demonstrat. Delictum autem accipiendum est dolo malo commissum, non sola culpa, [k] quod quasi delictum magis dicitur. [l] Sed cùm dolus malus admittitur circa cõtractus, ex delicto non agitur, sed ex ipso contractu, vel De dolo malo agi dicimus, vel contractum nullũ esse. [m] Cùm actiones ciuiles, priuatæúe ex delicto dantur proprium nomen habente, priuatũ delictum appellatur: [n] quod si extra ordinem coërceatur, crimen dicitur. [o] Nam & dolus circa cõtractus extra ordinem vindicari solet, & crimen stellionatus generaliter nuncupatur. [p] Igitur siue ex delicto ciuiliter cõueniri possit minor, siue ex contractu ob dolum, siue De dolo, siue denique crimen publicum, vel extraordinarium aduersus eum intendi, non restituitur in integrũ: nisi eatenus vt si lis inficiatione crescat, [q] pro cõfesso habeatur, & si decidere minore pecunia potuerit, pœnam legitimam effugiat. [r] Quare maritus, vel vxor, cuius delicto missum est nuncium, non restituetur in integrum, vt pœnam diuortij euitet: [s] & multò minus deprecatio pœnę iudicij publici, ei indulgetùr minori qui doli capax est. [t] Adulterium enim ante pubertatem admitti non potest, alia delicta committuntur. [u] Ait, Pomponius. Sicut aduersus libertatem non datur restitutio, statu iam mutato: [x] ita econtrariò aduersus seruitutem non restituitur qui se venundari passus est maior annis viginti, vt precij particeps fieret: [y] alioqui de libertate rectè litigabit, vel alius cuius intersit. [z] Ait, Si in commissum. Minoris vigintiquinque annis merces in cõmissum ceciderunt, quòd vectigal publicano nõ soluerit, nec merces professus sit: [a] interest vtrũ dolo malo, an tantùm culpa id factum dicatur, vt suprà. Res militis, ob professionis omissionem, non cadit in caussam commissi[b]. Ait, Aduersus libertatem. Maxima status mutatio, & libertatis fauor, non patiuntur restitutionem.[c]

L. X. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Nisi ex magna caussa hoc à Principe fuerit consecutus.

Quædã Principi legibus adscripta sunt, quæ magistratus facere non possunt, nisi id Princeps indulgeat. Ea sunt, ius nouum constituere, [a] ætatis veniam dare, [b] supplicationem aduersus sententias Præfectorum Prætorio admittere, [c] sententiam passos restituere, [d] aduersus libertatem ex magna caussa minoribus subuenire, [e] naturales liberos efficere legitimos, [f] adrogationẽ permittere, [g] natalibus restituere, [h] dignitates maiores, & magistratus conferre, [i] noua vectigalia imponere, [k] &c.

L. XI. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Verùm de dolo, utilis actio in factum erit in id, quod minoris interfuit non manumitti. Proinde quicquid hic haberet si non manumisisset, id ei nunc præstabitur. Sed & nomine earum rerum quas dominicas seruus manumissus supprimebat, competũt aduersus eũ actiones ad exhibendũ, & furti & cõdictio: uidelicet quãdo & manumissus eas contrectabat. Cæterùm ex delicto in seruitute facto, domino aduersus eum post libertatem actio non competit: & hoc rescripto diui Seueri continetur. Quid si minor uigintiquinque annis, maior tamen uiginti, hac lege uẽdiderit seruum, ut manumittatur? ideò proposui maiorem uiginti, quoniam sic & Scæuola scribit lib. xiiij. Quæstionũ, & magis est ut sententia constitutionis diui Marci ad Aufidium Victorinum, hunc, id est, minorem uiginti annis, non complectatur. Quare uidendum est, an maiori uiginti annis subueniatur. Et si quidem antè desyderet quàm libertas competat, audiatur: si uerò postea, non poßit. Item quæri potest, si is qui emit hac lege, minor sit, an restitui poßit?

Et si

a. l. ordo. C. de exe. rei iudi.
b. l. ait. §. quæsitum. sup.
c. l. diuus. sup. de in integ.
d. l. quantæ. j. de iur. dot.
e. l. seq. eo.
f. l. & eleg. §. de dol. in pri.
g. l. iure succur. j. de iur. dot. & hic.
h. l. si ego. inf. de iur. dot.
i. C. si aduer. do. l. j.
k. l. j. C. si aduer. deli.
l. instit. de ob. ex q. delict.
m. l. & eleg. §. de dol. vb. not.
n. j. de pri. delict.
o. inf. de extra ord. cri. l. fi. j. de pri. deli.
p. l. item. sup. de dol. vb. no. inf. de cri. st.
q. §. sed furti. de actio.
r. vt hic.
s. l. consen. C. de rep.
t. auxilium. j. l. si minor. j. de adult.
u. ex. de deli. pue.
x. infr. ea. l. in fi. C. si ad. lib. l. fi.
y. l. liberis. j. de lib. cau.
z. infr. de lib. cau. l. 4. & seq. ll.
a. l. fi. infr. de vectigal. & pub.
b. l. omnib. C. eo.
c. C. si ad. lib. l. & eleg. supr. de dol.
a. l. vln. C. de ll.
b. l. 2. de his q ve. æta. C.
c. C. de sen. præf. præt.
d. C. de sen. pass.
e. vt hic.
f. auth. quib. mod. na.
g. l. 2. supr. de adop.
h. inf. de nat. resti.
i. l. s. j. de alb. scri. l. 4. de amb.
k. C. vectig. no.

Et si quidem libertas nondum cõpetierit, dicendum est posse ei subueniri. Si uerò posteaquam dies uenit, uoluntas maioris uenditoris libertatem imponit ex potestate constitutionis. Ex facto quæsitum est: Adolescentes quidam acceperant curatorem Saluianũ quendam nomine. hic cùm curam administrasset & beneficio Principis urbicam procurationem esset adeptus: & apud Prætorem se à cura adolescentium excusauerat absentibus eis. Adolescẽtes adierant Prætorem desyderantes in integrum aduersus eum restitui, eò quòd esset contra constitutiones excusatus: cùm susceptam tutelam non alij soleant deponere, quàm qui trans mare Reipublicæ caussa absint, uel ij qui circa principẽ sunt occupati: ut in consiliarij Menandri Arij persona esset indultum. Meruissetne autem Saluianus excusationem (quòd adolescentes quasi capti in integrum restitui à Prætore desyderarent) Arius * Seuerus quia dubitabat: ad Imperatorem Seuerum retulit. Ad quam consultationem successori eius Ventindio Quieto rescripsit nullas partes esse Prætoris. Neque enim contractum proponi cum minore annis uigintiquinque: sed principem interuenire & reducere hunc ad administrationem qui perperam esset à Prætore excusatus. Sciendum autem est non passim minoribus subueniri, sed caussa cognita, si capti esse proponantur. Ita non restituetur qui sobriè rem suam administrans, occasione damni non inconsultè accidentis, sed fato, uelit restitui. Nec enim euentus, damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas: & ita Pompo. lib. 28. scripsit. Vnde Marcellus apud Iulianum notat, si minor sibi seruum necessarium comparauerit, mox decesserit: non debere eum restitui. Neque enim captus est emendo sibi rem pernecessariam, licet mortalem. Si locupleti hæres extiterit, & subitò hæreditas lapsa sit (puta prædia fuerunt, quæ chasmate perierunt, insulæ exustæ sunt, serui fugerunt aut decesserũt) Iulianus quidem lib. 26. sic loquitur, quasi possit minor in integrum restitui: Marcellus autem apud Iulianum notat cessare in integrum restitutionem. Neque enim ætatis lubrico captus est adeundo locupletem hæreditatem. Et quod fato contingit: cuiuis patrifamiliâs quamuis diligentissimo posset contingere. Sed hæc res afferre potest restitutionem minori, si adijt hæreditatem in qua res multæ mortales erant, uel prædia urbana ruinosa, æs autem alienũ graue: quòd non prospexerit posse euenire ut emoriantur mãcipia, prædia ruant, uel quòd non cito distraxerit hæc quæ multis casibus obnoxia sunt.

aliàs Detri. aliàs Demetrius.

Item quæritur, si minor aduersus minorem restitui desyderat: an sit audiẽdus? Et Põponius simpliciter scribit non restituendum. Puto enim inspiciendum à Prætore quis captus sit. Proinde si ambo capti sunt, uerbi gratia minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit: melior est caussa (secundum Pomponium) eius qui accepit, uel dilapidauit, uel perdidit. Planè si minor annis cũ filiofamiliâs maiore contraxerit: & Iulianus lib. 4. Digestorum, & Marcellus lib. 2. Digestorum scribit, posse in integrum restitui: ut magis ætatis ratio, quàm senatusconsulti habeatur.

a. §. vlti. insti. quod cum eo. vbi not. l. curato. C. de neg. ge.
b. l. quoties. §. de præs. ver.
c. §. fi. insti. de leg. Aq. vbi not. l. curato. C. de neg. ge.
d. l. fin. C. de dol. l. & eleg. sup. eo.
e. l. itaq. supr. de dol.
f. l. rei sup. de dol. vbi not. d. l. quoties. de præ. verb.

Ait, Verùm de dolo vtilis. In vetustis exemplaribus manu scriptis legi, vel vtilis actio: ex glossa Accursij additum fuit impressis, In factum. Et dubium non est quin De dolo, & omnes actiones prætoriæ ad supplendum ius ciuile propositæ, vtiles actiones dicantur, quòd directò non cõpetant ex ciuili iure: [a] sed & actiones In factum à Prætore propositæ, in subsidium legum, vel edictorum, actiones vtiles sunt: [b] vt generaliter quę interpretatione Imperatorum, vel prudentiũ vtilitatis caussa receptæ sunt: [c] vt taceam quòd directæ actiones, interdum generaliter vtiles appellẽtur: quòd (vt interpretari solet Accursius) vtiles & efficaces sint. Igitur minori capto in manumittẽdo aduersus manumissum De dolo dabitur actio intra biennium terminanda, [d] vel post biennium In factum. [e] Sed & ob culpam In factum dari potest actio in eũ qui nec De dolo actione, nec alia propria tenetur. [f] Ait, Sed & nomine. Domino aduersus seruum manumissum nõ datur

tur actio ex eo quod in seruitute fecit, quòd imputare sibi debeat cur manumiserit. Quibusdam tamẽ casibus iure singulari datur in eum actio manumissori, vel hæredi eius, vt alibi suprà adnotaui. [g] Ait, Quid si minor. Constitutio D. Marci ad Aufidium memoratur ab Alexandro: [h] qua liber ipso iure fit venditus ea lege vt certo tempore manumittatur. Ea constitutio de minore viginti annis non accipitur, qui ex lege Aelia Sentia non manumittit, nisi iusta caussa apud consilium probata: de quo consilio suprà alibi. [i] Maior viginti annis qui ea lege seruum vendidit, ante competentem iam libertatem, aduersus vẽditionem restitui potest: si tempus elapsum sit quo manumitti debuit, aduersus libertatem minor non restituetur. [k] Hodie minor ætas sufficit ad manumittẽdum extra consilium. [l] Ait, Itẽ quæri potest. Distinguit vt in venditore, cuius volũtas spectatur, non emptoris factum. [m] Si seruus suis nummis emptus sit vt manumittatur, etiam si venditor minor sit viginti annis, emptor tenetur: quia venditor non manumittit. Nec ætas emptoris spectatur, cùm nihil eius intersit manumitti. Sanè venditor si captus sit, nõ negat Iulianus quin ei subueniatur ante manumissionẽ. [n] Ait, Ex facto quæsitũ. Datus tutor, vel curator, si reip. caussa abesse oporteat, & honor delatus certi temporis finem non habeat, excusatur: si finem habeat, ad tempus excusatur. [o] Quapropter in specie hic proposita, aduersus excusationem quę cũ minore gesta non est, [p] non restituitur: sed cognitione Principis reducitur curator ad cœptam administrationem, à qua perperàm liberatus est per Prætorem. Etenim absentia adolescentium fecit, vt ipso iure nullum sit aduersus eos decretum Prætoris in excusatione iniusta admittenda, quæ probari quidem debet, & quidem præsentibus minoribus, opinor, vt eis præiudicet. [q] Nec appellare oportet, cùm aduersus eos decretum nullum sit: vt meritò Princeps adeatur, qui perperam excusatum reducat, [r] &c. cessantibus hoc casu verbis edicti, gestum esse, &c. Ait, Sciẽdum est. Interpretatur ordine Vlpianus illa verba edicti, Et si iusta caussa mihi esse videbitur. Iusta autem caussa est restitutionis, si dolo alterius, aut ætatis lubrico captus sit. [f] Nam si casu fortuito damnũ passus dicatur (quod prudentissimis quibusque contingere potest) non restituitur: quod exemplis subiectis mox illustrat: in quibus factum generaliter pro casu fortuito vsurpat, licet aliquando cõtrahatur, [t] vt ad Institutiones attigi. [u] Ait, Item quæritur. Minor aduersus minorem restituitur, nisi & ille captus sit: quo casu ęquum non est vt restituatur, ne contra Prætoris volũtatem minor lædatur. Finge enim qui mutuam pecuniam accepit, perdidisse. [x] An in pari caussa reo non subuenietur? [y] Ait, Planè si minor. Si minor filiofa. maiori pecuniam credat, restituetur ne exceptio S.C. ei noceat. [z] Si minor filiofa. minori mutuauerit, aduersus patrẽ restitui potest, non aduersus filium eadem ratione. [a] In hoc enim captus est, quòd ei credidit, qui exceptionem habet S.C.

L. XII. CAIVS Lib. 4 *ad edictum Prouinciale.*

Si apud minorem mulier pro alio intercesserit, non est ei actio in mulierem danda: sed perinde atque cæteri, per exceptionem summoueri debet: scilicet, quia communi iure in priorem debitorem ei actio restituitur. Hæc si soluendo sit prior debitor: alioqui mulier non utetur senatusconsulti auxilio.

Stipulatus est minor centum, apud quem mulier ita pro reo intercessit, vt liberaretur per acceptilationem, vel nouationem. [a] Communi iure minoribus cum maioribus, actio pristina restituitur minori in priorem promissorem, quæ restitutoria, & rescissoria dicitur: [b] & ex clausula generali edicti datur ex varijs caussis. [c] Et ideò non aliter minori aduersus mulieris exceptionem subuenietur, quàm si prior debitor soluendo non sit. [d] Hæc enim iusta caussa videri debet restitutionis integri in proposita hic specie, vt alibi. [e] Licet regulariter eũ alia actione ordinaria restitutio concurrat. [f]

L. XIII. VLPIANVS. *Lib. 11. ad Edictum.*

In caussæ cognitione uersabitur utrùm soli ei succurrendum sit, an etiam ijs qui pro eo obligati sunt: utputa fideiussoribus. Itaque si cùm scirem minorem, & ei fidem non haberẽ, tu fideiusseris pro eo: non est æquum fideiussori in necẽ meam subueniri: sed potiùs ipsi deneganda erit mandati actio. In summa perpendendum erit Prætori cui potiùs subueniat: utrùm creditori, an fideiussori. Nam minor captus neutri tenebitur. Faciliùs in mandatore dicendum erit non debere ei subueniri. Hic enim uelut affirmator fuit & suasor, ut cum minore cõtraheretur. Vnde tractari potest utrùm in integrum restitutionem minor aduersus creditorem, an & aduersus fideiussorem implorare debeat. Et puto tutiùs, aduersus utrumque. Caussa autem cognita, & præsentibus aduersarijs, uel si per contumaciam desint, in integrum restitutiones perpendendæ sunt. Interdum autem minori restitutio in rem datur, id est, aduersus eius rei possessorem, licet cum eo

non

g. l. & ele g. §. seruus. sup. de dol. l. eũ. sup. de neg. ge.
h. l. 2. C. si mã. ità fue.
i. l. 2. sup. de offi. c.
k. arg. l. si ex. in fi. sup.
l. insti. quib. ex cau. ma. §. fi. ubi not.
m d. l. 2. C. si mancip.
n. l. is qui. inf. de manumis.
o. l. iurispe j. de exc. tut. l. 1. C. si tuto. reip. caus.
p. inf. ea. l. in versi. neque enim contractum.
q. l. scire & l. excusare. inf. de ad. tut. l. in caussæ. 1. inf. eo. & l. etiã.
r. vt hic. & l. nisi sup. eo. vb. nota.
s. l. 1. sup. eo.
t. l. si vt. inf. cõmod. l. vtique. de rei vendi.
u. §. vlti. de societa.
x. l. si minor. inf. eo.
y. l. fauorab. j. de reg. iur.
z. inf. ad maced.
a. arg sup l. 3. §. vtrum.
a. l. quãuis. j. ad Vell.
b d. l. & l. si mulier. C. ad Vell.
c. l. 1. inf. ex q. caut. ma. l. 1. j de in. l. si. sup. de eo. p. q.
d. vt hic.
e. l. cum mãd. inf.
f. l. etiam. C. si tut. vel cur. inte. l. in cau. 2 inf. e.

non sit contractum. utputa rem à minore emisti, & alij uendidisti potest desiderare interdum aduersus possessorem restitui: ne rem suam perdat, uel re sua careat: & hoc uel cognitione prætoria, uel rescissa alienatione, dato in rem iudicio. Pomponius quoque lib. 28. scribit Labeonem existimasse, si minor 25. annis fundum uendidit & tradidit: & emptor rursus eum alienauerit, si quidem emptor sequens scit rem ita gestam, restitutionem aduersus eum faciendam. si ignorauit, & prior emptor soluendo esset: non esse faciendam. Si uerò non esset soluendo, æquius esse minori succurri etiam aduersus ignorantem, quamuis bona fide emptor est.

Ait, In caussæ. Beneficia, priuilegiáve, quæ quibusdam personis conceduntur, alia personæ sunt, alia caussæ. Personæ sunt, quibus personæ conditio locum facit: & hæc beneficia ad hæredem, aut fideiussorem non pertinent. Caussæ, vel rei beneficia sunt, quibus genus caussæ locum facit: & hæc transeunt ad fideiussores, & hæredes. Primi generis sunt exceptiones quæ socio, paréti, patrono, & marito dãtur, vt quatenus facere possunt, conueniantur. Secundi generis omnes exceptiones ferè sunt, vt pacti, doli, iurisiurandi: nisi pactum personale fuerit.[a] Quapropter si beneficium restitutionis minori indultum sit, quòd sua facilitate, absque dolo stipulatoris captus dicatur, beneficium personale esse intelligetur: & ideò fideiussori aduersus stipulatorem non proderit: & multò minùs mandatori, qui suasor fuit vt cum minore contraheretur.[b] Si verò dolo stipulatoris ad promittendum minor persuasus fuerit, genus caussæ, id est dolus, locum facit priuilegio: & ideò minoris restitutio exceptionem fideiussori pariet.[c] Quia tamen ipso iure manet obligatus, & exceptionem sibi competentem omittere potest à stipulatore conuentus:[d] aduersus hunc quoque minor vt restituatur, Vlpiani cõsilium est.[e] Vt taceam tunc aduersus fideiussorem omnim[illegible]ò restitutionem necessariam, cùm sua facilitate minor captus est: & ob id in fideiussorem [illegible]ipulatori efficax sit actio: qui in minorem mandati agere potest,[f] nisi restituatur.[g] Ait, Causs[illegible] autem cognita. Resumit quod suprà eodem commẽtario dixit,[h] & addit caussam restitutinnis cognoscendam præsentibus aduersarijs, aut certè solenni more vocatis, & per contumaciam absentibus.[i] Caussarum enim merita assertione litigantium manifesta fiunt.[k] Ait, Interdum autem. Sicut beneficio Prętoris, ex edicto Quod metus caussa, non solùm in personam datur actio in rem scripta, vt quadruplum detur, sed etiã in rem vtilis, rescissa alienatione, vt res ipsa restituatur:[l] ità ex hoc edicto in caussæ cognitione versatur, vt non solùm aduersus eum qui cum minore aliquid gessit, restituatur, sed etiam aduersus eũ ad quem res peruenit: & hoc vel imploratione personali in rem concepta, vel rescissa alienatinne, data in rem vtili actione.[m] Et obserua hic in rem actionem dici ambiguè, & cùm dominium vendicamus, & cùm aduersus rei possessorem agimus, quãuis actione personali:[n] & ideò interpretatur hic Vlpianus, id est (inquit) aduersus rei possessorem: quod fieri posse significat & cognitione magistratus, vel iudicis, nulla data propria actione, & data vtili in rem, rescissa alienatinne. Id autem fit cùm soluendo non est qui à minore rem emit, & interdum etiam si soluendn sit, minoris tamẽ valdè intersit rem potiùs habere, quàm precium.[o] Sed & alio casu aduersus secundum emptorem restituitur minor, cùm is non ignorauit rem à minore venditam, etiam tunc cùm prior emptoe soluendo est, vt subijcit.

a. l. excep. inf. de excep. l. in omnib. & l. priuileg. inf. de reg. iu. l. nisi. ij. de pact.
b. vt hic. & d. l. excep. Vide Paul. in Recep. sen.
c. d. l.
d. l. si fideius. ij. de fideius.
e. vt hic.
f. l. quod di ctũ. ij. de pact. l. ex manda. inf. manda.
g. vt hic.
h. l. verum. §. sciendum.
i. l. 1. C. de pręd. mi. & j. l. etiam.
k. l. 2. C. si per vim.
l. l. metum. ij. quod met.
m. vt hic.
n. §. 1. instit. de actio.
o. l. si ex cau. ij. & inf. ea. l.

L. XIIII. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Planè quandiu is qui à minore rem accepit, aut hæres eius idoneus sit: nihil noui cõstituendum est in eum qui rem bona fide emerit. idémque & Pomponius scribit.

Bona fide emere hìc dicitur, qui nescit rem à minore emptam: & is non priùs conuenitur, quàm qui prior emit, vel hæres eius soluendo esse desierit: nisi fortè grande damnum patiatur minor si re careat, quæ pęnes secundum emptorem est.[a]

a. l. in caussæ sup. & l. si ex caussa.

L. XV. CAIVS. *Lib. 4. ad edictum Prouinciale.*

Sed ubi restitutio datur, posterior emptor reuerti ad auctorem suum poterit. Per plures quoque personas si emptio ambulauerit, idem iuris erit.

Restitutio ità facienda est, vt vnusquisque integrum ius suũ recipiat:[a] & ideò cùm res auferatur secũdo emptori cõtra ius cõmune auxilio Prætoris, actio de euictione ei vtilis dari debet ab codẽ Prætore, quę iure cõmuni non cõpetit.[b] Idẽ erit si per plures emptores res ambulauerit.[c]

a. l. quod si §. restitut. inf.
b. l. minor. ij. de euict.
c. l. si pro. & seq. eo.

L. XVI. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

In caussæ cognitione etiam hoc uersabitur, num fortè aliqua actio posit competere citra in integrum restitutionem. Nam si communi auxilio, & mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium: utputa si cum pupillo contractum est sine

tutoris

tutoris authoritate: nec locupletior factus est. Ita relatū est apud Labeonem, si minor circumscriptus societatem coierit, uel etiam donationis caussa: nullam esse societatem, ne inter maiores quidem: & ideò cessare partes Prætoris. Idem etiam Offilius respondit, satis enim ipso iure munitus est. Pomponius quoque refert lib. 28. cùm quidam hæres rogatus esset fratris filiæ complures res dare ea conditione, ut si sine liberis decessisset, restitueret eas hæredi: & hæc defuncto hærede, hæredi eius cauisset se restituturam: Aristonem putasse in integrum restituendam. Sed & illud Pomponius adiecit, quòd potuit incerti condici hæc cautio, etiam à maiore. Non enim ipso iure, sed per condictionem munita est. Et generaliter probandum est, ubi contractus non ualet: pro certo se Prætorem non debere interponere. Idem Pomponius ait in precio emptionis & uenditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire. ¶ Nunc uidendum est qui in integrum restituere possint. Et tam præfectus urbi, quàm alij magistratus pro iurisdictione sua restituere in integrum possunt, tam in alijs omnibus caussis, quàm contra sententiam suam.

¶Ne quis tamen in negocio circũueniat fratrem suum monet Paulus.

Actio quidem De dolo, quæ famosa est, non datur vbi alia actio competit, aut alioqui res salua esse potest: [a] sed restitutio minorum rectè imploratur licet aliqua actione res salua esse posit, siue aduersus alium experiundo, siue aduersus eundem. [b] Nec moueor quòd hic ait, Communi auxilio, & mero iure munito, non esse tribuendum extraordinarium auxilium. Nam idem subijcit, non ipso iure munitum esse, cui cōdictio competit. Aliud enim est iure ciuili actionem competere, [c] aliud munitum esse eodem iure, atque defensum aduersus damnum ex re gesta. [d] Minùs enim est habere actionem, quàm rem. [e] Sed qui contractum ipso iure nullum inijt, mero iure munitus est, cùm nec actione, nec exceptione ei opus sit. Eiusmodi est cōtractus cum pupillo sine tutoris authoritate, [f] vel cum adolescente qui curatorem habet, absque huius consensu. [g] In eadem caussa est societas dolo malo contracta, vel donandi animo: [h] itemque omnes bonę fidei contractus quibus fraus caussam præbuit, vt alibi suprà satis dictum est. [i] Ait, Pomponius quoque. Fratris filia, de qua hìc agitur, sine caussa cautionem hanc emisit, & condicere eam potest incerti. Est enim omnis actio in personam condictio generaliter: [k] deinde omnis actio in personā, quæ proprium nomen aliud non habet, condictio dicta est. [l] Huius duo genera sunt, Certi condictio, & Incerti: [m] quæ in species incidunt, Condictionem indebiti, Condictionem ob caussam, Condictionem sine caussa, Condictionem furtiuam, &c. Sed cur cautionis certam quantitatem, vel res certas continentis, condictio incerti dicitur? An non ideò quòd ad faciendum, vel quanti intersit dandum reus teneatur? [n] Ait, Sed & illud. Verbum Et, arguit restitutionem cum hac actione, sententia Vlpiani concurrere, vt dixi. Sanè quibusdam casibus non restituitur minor vbi aliqua actio competit: quod singulari ratione constitutum est, & responsum. [o] Ait, Idem Pomponius. In caussæ cognitione hoc etiam versari subsignificat, ne propter quamlibet deceptionem minor restituatur. Veluti si minoris vendidit, quod pluris valuit: aut pluris emit, quod minoris valuit. Natura enim comparatum est, vt nunquam tam certa sint rerum precia, vt non liceat cōtrahentibus se in precio circumuenire. Igitur circumuentio quidem quæ caussam dat venditioni, contractum reddit nullum: [p] quæ verò in precio est, non infirmat contractum iure ciuili, cùm vel natura hoc liceat. [q] Extraordinario tamen auxilio subuenitur minori capto euidenter in precio: [r] maiori verò ex lege Diocletiani, si supra iusti precij dimidium circumuentus sit. [s] Ait, Nunc videndum. Verba edicti, Quæ res erit animaduertam, & in integrum restituam, non ita peculiariter attribuunt hanc cognitionem Prætori, vt alij magistratus pro sua quisque iurisdictione, non cognoscant, id est, inter eas personas quibus ius dicere possunt. [t] Nam & quibus mandata ab his iurisdictio est generaliter, & quibus specialiter delegarunt in integrum restitutionem, eandem cognitionem habent ex lege noua Iustiniani. [u] Magistratibus municipalibus, omnia quæ magis sunt imperij quàm iurisdictionis, negantur: [x] inter quæ restitutio eiusmodi est, quandoquidem propria actio in hoc non competat. [y] Sed magistratus qui vel in vrbe, vel in prouincijs ius dicūt à Cæsaribus hoc seculo creati, restituunt minores, siue aduersus cōtractus, siue aduersus iudicia: Neque solùm contra sententiam minorum magistratuū restituunt (quod in appellationibus obseruatur [z]) sed etiam aduersus suam sentētiam, vel parium iudicum. Cuius discriminis rationem, caput sequens ostendit.

a.§. de dol. l. 1. & l. & eleg. b.l. etiam. C. si tut. vel cur. inter. & hic c.l. si ap. §. e. d. vt hic. e.l. min'. §. de reg. iur. f.l. §. §. de aut. tu. l. si pupill. de ver. ob. g.l. si cura. C. de in integ. rest. h.l. 3. §. pro so. & hic. i.l. & eleg. §. de dol. k.§. appell. de actio. l.§. de condi. indeb. &c. m.l. certi. §. si cer. pet. & l. sed &. de cōd. indeb. l. si tibi liberū. §. de act. empt. n.l. vbi. §. de ver. ob. o.l. si apud. §. l. proper. C. de iuds. not. l. ait in si. §. e. p.§. ea. l. & d. l. & eleg. q.l. 4. C. de rescin. vendi. r.l. ait. §. l. quod si. §. non semp §. eo. s.l. 2. C. de rescin. vendi. t not §. de off. e.l. 1. u.l. vlt. C. vbi. & ap. x.l. ea quæ. §. ad municip. y.l. quod si. §. si §. z.§. de appell. l. 1. & autē. de appel. & intr. q. temp.

L. XVII. HERMOGENIANVS. *Lib. 1. ἐπιτομῶν iuris.*

Præfecti etiam prætorio, ex sua sententia in integrum possint restituere: quãuis appellari ab his non posit. Hæc idcirco tam uariè, quia appellatio quidem, iniquitatis sen-

tentiæ querelam: in integrum verò restitutio, erroris proprij veniæ petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem continet.

Hoc seculo vnus fuit duntaxat Præfectus prætorio: licet pòst per orientem, per Illyricum, per Africam, per Aegyptum, & in Comitatu, Præfecti creati sint, vt lib. 1. ostēdi.[a] Et à sententia quidem Prǽf. Augustalis, seu Aegypti, prouocare licet, à sententijs aliorũ nō licet: sed ipsi in integrum restituunt, & Principi supplicare licet.[b] Qui enim appellat superiorē, de iniuria sibi facta, & iniquitate sententię queritur:[c] quod Præf. prętorio obiectum iri noluerunt Principes: quē non aliter iudicaturum existimabant, quàm si ipsi iudicarent.[d] Qui verò implorat in integrum restitutionem, erroris proprij veniam petit, vel circumuentionem aduersarij allegat:[e] quod nec Præf. quidem prætorio grauiter ferendum est. Atque hinc profecta est propositio erroris, quam Franci Reges permisere ex sententijs præfecturæ prætorianæ, de qua inferiùs.

a ī. de of. Prę. præt. b. l. 1. ī. de off. Præf. præt. C. de senté. Prę. pręt. auté. de appel. & intr. q. temp. c. l. 1. j. de appell. d. d. l. 1. e. vt hic.

L. XVIII. VLPIANVS.

*Minor autem magistratus contra sententiam maiorum non restituet. Si autem Princeps sententiam dixit, perraró solet permittere restitutionem, & induci in auditorium suum eum qui per infirmitatem ætatis captum se esse dicat, dum ea quæ pro caussa sunt, non dicta allegat, vel ab aduocatis * præuaricatum se queratur. Denique Glabrionem Attilium diuus Seuerus & imperator Antoninus non audiuerunt incoloratè restitui desiderātem aduersus fratrem post speciem in auditorio eorum finitā. Rursus * Pescennio Seuero contra res bis iudicatas in integrum restitui desiderāti diuus Seuerus & imperator Antoninus permiserunt in auditorio suo examinari. Idem imperator Licinio Frontoni rescripsit insolitum esse post sententiam uice sua ex appellatione dictam alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum Principem. Sed & si ab imperatore iudex datus cognoscat, restitutio ab alio nisi à Principe qui iudicem destinauit, non fiet.*

* Aliàs prodītum.

* Aliàs Persenino.

Non solùm autem minoribus, uerùm successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio: & si sint ipsi maiores.

Ait, Minor autem. Paris iurisdictionis quidem sententiam magistratus rescindit, vt Prætor Prætoris, vel Præses Præsidis: sed maioris non rēscindit, vt Prætor, vel Præses, Præf. prætorio sententiam. Ait, Si autem Princeps. A sententia sua perrarò Princeps restituit, quòd in tanto auditorio errori, vel circumuentioni, nullus locus videatur. Contra rem verò bis iudicatam, nimirum in priore iudicio, & per iudicem appellatum, restitutio permittitur à Principe. Vbi enim bis similiter iudicatum est, non videbatur iusta caussa restitutionis implorandæ, quod tamen Princeps solus indulget. Porrò ex sententia eorum qui vice Principis ex appellatione iudicant, & à quibus nō appellatur, solus Princeps restituit: quales sunt hodie iudices etiam spectabiles in quibusdam negocijs.[a] Qua ratione si caussam Princeps delegauit iudici priuato, ipse solus restituet. Præf. prætorio (vt dixi) ex sua etiam sententia restituit.[b] Ait, Non solùm. Interpretatur Vlpianus eodem libro ad edictum, caput illud edicti, Hæredi, aliive successori, &c. Non solùm enim minor intra annum vtilem hoc iure, vel quadriennium lege noua Iustiniani,[c] sed etiam hæres, vel successor alius, etiam maior, ex persona defuncti minoris implorans restitutionem, auditur.[d]

a. l. aduer. C. si ad. rē iudi. b. d. autē. de appell. c. l. præfe. ī. c. l. fi. C. de rē. in integ. d. l. nō solũ. ī. de mi.

L. XIX. IDEM. *Lib. 11. ad edictum.*

Interdum tamen successori plùs quàm annum dabimus, ut edicto est expressum, si fortè ætas ipsius subueniat, nam post annum uigesimumquintum habebit legitimum tempus, hoc enim ipso deceptus uidetur, quòd cùm posset restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit. Planè si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno utili habuerit: huius hæredi minori, post annum. 25. completum, nō totum statutum tempus dabimus ad in integrum restitutionem: sed id duntaxat tempus quod habuit is, cui hæres extitit.

Si successor minoris maior sit, ex persona minoris ei auxiliũ competit, non ex sua: & ideò non plùs tēporis habebit, quàm habiturus esset minor si ipse peteret. Si verò & hæres minor sit, ex sua quoque persona in integrum restitutionem postulabit, si fortè intra annum vtilem statutum decessori, non petierit. Et ideò si decessor vltimo die anni ætatis vigesimiquinti mortuus sit, & hęres

res viginti duntaxat annos natus: post vigesimumquintum completum, annum vtilem habebit. Quòd si decessor ingressus annum vtilem decesserit, quod reliquum erit eius anni, hæredi dabitur. [a] In hoc enim & hic captus est, quòd intra annum statutum decessori, non implorauit restitutionem. Sed cur duplex annus vtilis ei non datur, alter ex persona hæredis, alter ex sua? Nimirum quòd annus vtilis non infirmitati ætatis indulgeatur, sed ad præparandam litem, vt maioribus postquàm abesse desinunt. [b] Vna autem est præparatio litis, licet ex persona duorum restitutio fiat. Paulus in Receptis senten. dubię lectionis est in hac specie: in quo verbum Tãtùm, subaudiri videtur.

a. l. 2. C. de tēp. in integ.
b. l. 2. ĵ. ex q. cau. ma.

L. XX. IDEM. *Lib. 11. ad edictum.*

Papinianus li. 2. Responsorum ait, exuli reuerso non debere prorogari tempus in integrum restitutionis statutum, quia abfuit: cùm potuerit adire Prætorem per procuratorem nec dixit, uel Præsidem ubi erat. Sed quod idem dicit id indignum esse propter irrogatam pœnam, non rectè. Quid enim commune habet delictum cum uenia ætatis? Si quis tamen maior. 25. annis intra tempus restitutionis statutum litem contestatus postea destiterit, nihil ei proficiet ad in integrum restitutionem contestatio: ut est sæpissime rescriptum.

Minor captus contrahẽdo, pòst deliquit, & relegatus est in insulam (quod exilium generaliter vocat [a]) post vigesimumquintum annum completum, & annum vtilem non prorogadũ ei tẽpus ad petẽdã restitutionẽ Papinianus scribit, licet abfuerit anno vtili: quia, inquit, potuit procuratorem cõstituere per quẽ adiret Prætorem, & restitutionem intra annũ vtilẽ imploraret. [b] Indignũ autem esse putauit, cui prorogaretur tẽpus statutũ: quod Vlpiano non placet. Quãuis enim minores ex hac caussa non restituatur, quòd procuratorem mittere potuerint intra annum qui Romæ adiret Prætorem, non Præsidem prouinciæ in qua exularent: indigni tamen non sunt qui restituantur aduersus contractum, quòd delictum pòst admiserint, cum quo contractus, & infirmitas ætatis, nihil habent commune. [c] Rationem ergo posteriorem Vlpianus refellit, non respõsum Papiniani. Ideò autem non dixit Papinianus, Præsidem adeũdum vbi exul erat, quòd is eũ restituere exulẽ non potuerit, sed Prætor Vrbanus pro sua iurisdictione. [d] Ait, Si quis tamẽ. Cõtestatus litem restitutionis intra annum vtilem, deinde liti renũciauit in totũ: is non potest pòst cœptam litem peragere, propterea quòd destiterit. [e] Alibi desistere pro materia subiecta aliter vsurpatur pro eo quod est à negocio abstinere, quod calũniãdi animo instituerat: [f] quod eodem libro ad edictũ scripsit Vlpianus, & Paulus ad S.C. Turpilianũ. [g] Non ignoro virũ doctũ inscriptionẽ Vlpiani corrigendã censuisse: cui nec veterũ librorũ consensus, nec diuersa verba eiusdẽ apud Vlpianũ, Iustiniani interpretatio repugnat. Porrò hoc iure per cõtestationẽ lis non perpetuabatur restitutionis integri, vt cęteræ actiones: [h] sed & lege noua quadrienniũ ad finiendã litẽ restitutionis statutum est: [i] quod Accursius, vt alibi sæpe, silentio transigit, vbi leges nouę Iustiniani Pandectis euidenter derogant.

a. l. sed & ĵ. si q. cau. l. 2. ĵ. de pub. iudi.
b. arg. l. necnõ & l. sed & si. ĵ. ex quib. cau. ma.
c. l. si ex cau. ĩ. eo.
d. l. in cau. 2. ĩ. vb. not.
e. vt hic. & l. seq.
f. l. destitisse. ĵ. de iudi.
g. l. destitisse. ĵ. ad Turpi.
h. l. fi. C. de præſ 30. an.
i. l. fi. C. de tẽp. in integ.

L. XXI. IDEM. *Lib. 11. ad edictum.*

Destitisse autem is uidetur, non qui distulit, sed qui liti renunciauit in totum.

In S.C. Turpiliano destitisse dicitur, qui ab accusatione citra abolitionem destitit, [a] &c. Hoc loco generaliter accipitur (vt dixi) & ideo non scripsit hoc loco Iustinianus, vt alibi infrà. [b]

a. l. destitisse. ĵ. de iudi. d. l. destitisse. ĵ. ad S.C. Turp.
b. d. l. desti. de iudi.

L. XXII. IDEM. *Lib. 11. ad edictum.*

In integrum uerò restitutione postulata aduersus aditionem à minore factam: si quid legatis expensum est, uel precia eorum qui ad libertatem aditione eius peruenerunt, à minore refundenda non sunt: quemadmodum per contrarium, cùm minor restituitur ad adeundam hæreditatem: quæ antè gesta erant per curatorem bonorum, decreto Prætoris ad distrahenda bona secundum iuris formam constitutum, rata esse habenda Calpurnio Flacco Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Si minor adita hæreditate, soluit legata, & seruos manumisit ex volũtate testatoris, vel etiam directam libertatem consecuti sunt adita hæreditate: nec quod legatorum nomine ex hęreditate soluit, nec precia seruorũ reddere debebit in integrum restitutus: quia hæc in rẽ ęius non peruenerunt, [a] & qui hæredis loco futurus est, eadem legata repetere potest: [b] libertas enim non reuocatur. [c] Contrà quæ à curatore bonis iure dato per Prætorem, bona fide gesta sunt, nõ reuocantur, restituto minore qui repudiauit hæreditatem: [d] sed si quid venditum sit, precia minor habebit, &c. vt quod minor vendidit non reuocatur, eo abstento, sed preciũ reddit si soluendo est. [e]

a. l. ait. §. planẽ ĩ. eo.
b. l. 5. ĵ. de cõdi. indeb.
c. l. si mulier. ĵ. e.
d. arg. l. si quis insti. §. fi. ĵ. de hær. insti.
e. l. quoties. ĵ. de acq. hær.

L. XXIII. PAVLVS. *Lib.11.ad edictum.*

Cùm mandato patris filius familiâs res eius administrat: non habet beneficium restitutionis. Nam & si alius ei mandasset, nõ succurreretur: cùm eo modo potiùs maiori cõsuleretur cuius damno res sit cessura. Sed si ex euentu damnum minor passurus sit: quia quod præstiterit, seruari ab eo cuius negocia gessit, non potest, quia is non erit soluendo: sine dubio Prætor interueniet. Si autem ipse dominus minor sit, procurator uerò maioris ætatis: non potest facilè dominus audiri, nisi eius mandato gestum sit, nec à procuratore seruari res possit. Ergo & si procuratorio nomine minor circumscriptus sit, imputari debet hoc domino: qui tali commisit sua negocia. Idque & Marcello placet.

Si filius mãdato patris, vel alius, gessit cũ aliquo negociũ, & deceptus sit in re mãdantis, nõ restituitur beneficio ætatis, quòd eius nõ intersit ex hac caussa restitui: vt puta si rẽ mãdatoris decẽ vendidit, quæ multò pluris valuit.[a] Sanè si intersit minoris, restitui potest: veluti si quod de suo impendit, à mandatore consequi non posit, in emptorem etiam restituetur.[b] Illud dubium non est, si contraria mandati actione pulsetur, restitui posse, cùm in hoc captus sit.[c] Sed & si minor procuratorem maiorem constituerit, & is deceptus sit, nòn poterit minor ex persona procuratoris restitui in emptorem, &c. si modò procurator soluendo sit mandati conuentus.[d]

a. l. 34. sed verum §. b. ar. l. in caus. 1. §. & ll. seq. c. not. l. 3. §. & l. seq. d. arg. l. si apud. §.

L. XXIIII. IDEM. *Lib. 1. Sententiarum.*

Quòd si minor sua sponte negocijs maioris interuenerit, restituendus erit: ne maiori dãnum accidat. Quòd si hoc facere recusauerit: tunc si conuentus fuerit negociorũ gestorum, aduersus hanc actionem non restituitur: sed cõpellendus est sic ei cedere auxilio in integrũ restitutionis, ut procuratorem eũ in rem suã faciat: ut possit per hũc modum dãnum sibi propter minorem cõtingens resarcire. Non semper autẽ ea quæ cũ minoribus geruntur, rescindẽda sunt: sed ad bonũ & æquũ redigenda sunt, ne magno incõmodo huius ætatis homines afficiantur, & nemine cũ his contrahẽte: quodãmodo commercio eis interdicatur. Itaq; nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea caussa uersati sint, Prætor interponere se nõ debet. Scæuola noster aiebat: Si quis iuuenili leuitate ductus omiserit uel repudiauerit hæreditatẽ, uel bonorũ possessionẽ: si quidẽ omnia integra sint, omnimodò audiendũ esse. Si uerò iã distracta hæreditate, & negocijs finitis, ad paratã pecuniã laboribus substituti ueniat: repellendũ, multoq; parciùs ex hac caussa hæredẽ minoris restituendũ esse. Si seruus uel filius familiâs minorẽ circũscripserit: pater dominúsue quod ad eũ peruenerit, restituere iubẽdus est: quod si non peruenerit, ex peculio eorum præstare. Si ex neutro satisfiet, & dolus serui interuenerit: aut uerberibus castigandus, aut noxæ dedendus erit. Sed si filius familiâs hoc fecerit: ob dolum suũ condemnabitur. Restitutio autem ita facienda est, ut unusquisq; integrum ius suum recipiat. Itaque si in fundo uendendo circũscriptus restituetur, iubebit Prætor emptorem fundum cum fructibus reddere, & precium recipere: nisi si tunc dederit, cũ eum perditurum non ignoraret: sicuti facit in ea pecunia quæ ei cõsumpturo crederetur. Sed parciùs est in uenditione: quia æs alienũ ei soluitur, quod facere necesse est. Credere autem non est necesse. Nam & si origo contractus ita constiterit, ut infirmãda sit: si tamen necesse fuit precium solui, non omnimodò emptor damno afficiendus est. Ex hoc edicto nulla propria actio uel cautio proficiscitur, totũ enim dependet ex Prætoris cognitione.

Pone minorem vltrò operam conduxisse artificum ad reficienda ædificia absentis, & in hac conductione cum captum esse: nisi restituat se in integrũ, absens reuersus aget in eum Negociorum gestorum, nec in integrum aduersus hunc restituetur, sed compelletur cedere implorationem restitutionis sibi competẽtem aduersus locatores operarum. Ait, Non semper. Minores circumspectè restituendi sunt, si vel ab alijs circumscripti, vel sua facilitate euidẽter lapsi sint.[a] Ait, Scæuola noster. Huic loco derogat Iustinianus noua lege, qua hæredi suo, rebus alienatis, permittit

a. l. ait. §. ex facto. l. verũ. §. sciendũ. §.

mittit restitutionem postulare. [b] Ait, Si seruus. Ex hoc loco possis addere vnum caput edicto à nobis suprà restituto: sed ex edicto De peculio, & De noxalibus, potiùs hæc adhibita vidétur, vt ad edicta superiora dixi. [c] Sed & quod de filiofamiliâs hîc dicitur, ad eadem edicta producenda sunt, vt non solùm filius suo nomine tam ex contractu, quàm ex delicto conueniatur, sed etiam pater De peculio, non etiam noxaliter. [d] Ait, Restitutio autem Res gesta vtrimq; rescindéda est, ita vt minor nô locupletetur cum iactura aliena. [e] Si enim nulla necessitate adactus emptor, precium rei minori (exempli gratia) soluerit perdituro, non recipiet: vti nec is qui mutuauit cõsumpturo. [f] Si coactus sit soluere instanti minori, in eadem caussa non erit. [g] Ait, Ex hoc edicto. Hæc ad edictum scripta fuisse à Paulo, ex hoc loco manifestum est: & si principium huius capitis extet lib.1. Senten. apud eundem: vt probabile sit falsam esse huius capitis inscriptionem. Nam principium huius capitis, cum argumento præcedentis, vna sententia complexus est alijs verbis in Recep. Senten. sub hoc titulo. Significat autem hîc Paulus restitutionem huius edicti (quæ propriè restitutio dicitur [h]) absimilem esse superioribus: quæ datis proprijs, specialibúsve actionibus, Quod metus caussa, & De dolo, expediuntur: cùm contrà hæc dependeat tota ex cognitione magistratuum, qui extra ordinem ius dicunt. Interdum tamen in rem dant actionem, vt superiùs dictum est. [i]

b.l. vlti.C. de repu.hær.
c.l. quod dix. ĩ.q. met. l. si quis assi.ĩ. de dol.
d.l.tã ex.ĵ. de iudi.§.fi.insti. quod cũ eo.
e.l.an.§ planè sup.
f.l patri.ĵ.
g.vt hîc.
h.l.1.ĩ.de dol. & l.& eleg.
i.l. in caussæ. 1.§.interdũ.

L. XXV. CAIVS. *Lib.4.ad edictum Prouinciale.*

Illud nullam habet dubitationem, quin minor si non debitum soluerit ex ea caussa ex qua iure ciuili repetitio non est, danda sit ei utilis actio ad repetendum: cùm & maioribus.25.annis iustis ex caussis dari soleat repetitio. Si talis interueniat iuuenis, cui præstanda sit restitutio, ipso postulante præstari debet: aut procuratori eius, cui id ipsum nominatim mandatum sit. Qui uerò generale mandatum de uniuersis negocijs gerendis alleget: non debet audiri.

Ait, Illud nullam. Maior non repetit solutum errore iuris, quod minori conceditur restituto: [a] qua ratione & quod per inficiationem crescit, errore facti solutũ, minor vtili actione condicet, licet id maior non possit. [b] Ait, Si talis. Non omnia iudicia per procuratorem generalem in actionibus accipere licet: sed speciali mandato in quibusdam negocijs opus est, [c] inter quæ est imploratio restitutionis integri, quæ minoribus indulgetur. [d] Sed quid si minor procuratori mandet, vt reuocet rem ab eo distractam? Et dubium non est quin vt restitutionem imploret, mandare intelligatur: [e] cùm non aliter reuocare liceat, quàm implorata restitutione. Idem de restitutione quæ incidit in principalem actionem, traditum est, vt vel generaliter datus ad agendum procurator, eam rectè postulet. [f] Sed id nulla lege probant, qui ita opinantur: vt veriùs sit, verbis generalibus constitutus ad actiones, vel iudicia, aut lites procurator, ea demũ possit quæ iuris ordinarij sint, non quæ extra ordinem aduersus leges indulgentur. [g]

a.l. regulã. ĵ. de iur. ignor. l. interd.ĵ. de cond.indeb.
b.l. ea quæ.C. de cõd. inde. & hîc.
c.l. Pompo. ĩ. de procu. vb. not. c.qui ad agẽd.l.eo.in 6.
d.vt hîc.& l.1. C. etiam per procu.
e.l. ad legatũ & l.ad rẽ.ĩ.de proc.
f.Bart.hîc.
g.vt hîc

•L. XXVI. PAVLVS. *Lib.11.ad edictum.*

Quòd si de speciali mandato dubitetur, cùm restitutio postulatur: interposita stipulatione ratam rem dominum habiturum, rei potest mederi. Quòd si is qui circumscripsisse dicetur absit, defensor eius Iudicatum solui satisdare debebit.

Sicut vbi dubitatur de generali procuratione, cautiones interponi debent: [a] ita cùm de speciali mandato non satis constat, tàm ex parte actoris, quàm rei. In hoc verò iudicio procurator rei, non solùm Iudicatùm solui, sed etiam dominum ratum habiturum, cauere debet, vt suo loco ostendi: [b] vbi & vim harum cautionum demonstraui. [c]

a.l.1.C. de procur.
b.l. non solũ. ĩ.de proc.
c.l.8. & l. serũum.eo.

L. XXVII. CAIVS. *Lib.4.ad edictum Prouinciale.*

Patri pro filio omnimodò præstanda restitutio est, licet filius restitui nolit: quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur. Ex quo apparet cæteros cognatos uel affines alterius esse conditionis: nec aliter audiri oportere, quàm si ex uoluntate adolescentis postulent: aut eius uitæ sit iste adolescens, ut meritò etiam bonis ei debeat interdici.

Si pecuniam quam mutuam minor accepit dißipauit, denegare debet Proconsul creditori aduersus eum actionẽ. Quòd si agenti minor eam credidit: ulteriùs procedendum non est, quàm ut iubeatur iuuenis actionibus suis quas habet aduersus eum, cui ipse credidisset, cedere creditori suo. Prædiũ quoq; si ex ea pecunia pluris quàm oporteret emerit: ita tẽperanda res erit, ut iubeatur uenditor reddito precio recipere prædiũ: ita ut sine alterius dãno etiã creditor à iuuene suũ consequatur. Ex quo scilicet simul intelligimus quid obseruari oporteat, si sua pecunia pluris quàm oporteret emerit, ut tamen in

 hoc

hoc & superiori casu uenditor qui preciũ reddidit, etiã usuras quas ex ea pecuniã percepit, aut percipere potuit, reddat: & fructus quibus locupletior factus est iuuenis, recipiat. Item ex diuerso, si minore precio quàm oportuit, uendiderit adolescẽs: emptor quidem iuberi debebit prædia cum fructibus restituere: iuuenis autem eatenus ex precio reddere, quatenus ex ea pecunia locupletior factus est. Si minor annis .25. sine caussa debitori acceptum tulerit: non solùm in ipsum, sed etiam in fideiussores & in pignora actio restitui debet. Et si ex duobus reis alteri acceptum tulerit, in utrũque restituenda est actio. Ex hoc intelligimus, si damnosam sibi nouationem fecerit, fortè si ab idoneo debitore ad inopem nouandi caussa transtulerit obligationem, oportere eum in priorem debitorem restitui. Aduersus eos quoque restitutio præstanda est, quorum de dolo agere non permittitur: nisi si quædam personæ speciali lege exceptæ sint, ut pater & patronus.

Si filiusfamiliâs obligatus sit, ex eá caussa in integrum restitui potest.[a] quo inuito etiã pater implorat in integrum restitutionem, quòd sua quoque intersit, cùm de peculio teneatur. Et hic locus rursus arguit, quod aduersus Bartolum suprà adnotaui: filiofamiliâs damnato, executionẽ fieri inuito patre, in peculio profectitio, vel aduentitio, quæ hoc tempore patris fuerunt. Si enim de actione, qua pater De peculio nomine suo conuenitur, hic locus intelligatur: restitutio filij proderit & patri: quod suprà Vlpianus negat.[b] Ait, Ex quo apparet. Argumẽto à contrario colligit Caius, cæteros cognatos sine mandato, & voluntate minoris, restitutionem impetrare non posse, quòd eorum non intersit, vt patris. Sanè si minor ideò nolit, quòd prodigus sit, ita vt bonis interdici debeat, meritò & alij cognati, & affines absque mandato audientur: vt in alijs iudicijs admittuntur, oblata cautione.[c] Subsignificat autem Caius edicto Proconsulis in prouincia, de patre hoc expressum fuisse, vnde à contrario ipse infert quod subijcit de cognatis alijs, & affinibus. Quapropter ex hoc loco, memoriæ gratia, edicto adijcies post verba "Potestas erit, ipso postulante, procuratorève in hoc specialiter dato, aut patre, in cuius potestate erit, etiam si minor" nolit. Ait, Si pecuniam. Prima particula huius loci suprà apud Paulum refertur.[d] Ait, Quod si egenti. Non est locupletior factus, nisi quòd actionem habeat:[e] & ideò eedendo ereditori suo liberatur. Ait, Prædium quoque. Vnusquisq; enim debet suum recipere, nisi per imbecillitatẽ ætatis quid perierit.[f] Ait, Ex quo. Debet enim quod dedit precium recipere, & rem venditori reddere.[g] Ait, Vt tamen hoc. Restituere rem, est cum fructibus restituere:[h] quod non à lite contestata fit in hoc iudicio, sed à traditione: vt omnia habeat quæ habiturus esset, &c. Et cõtrà precium reddi oportet cum vsuris, aut compensari.[i] Sed minor eatenus, qua locupletior est semper tenetur.[k] Ait, Si minor. Acceptilatione ipso iure tollitur obligatio principalis: qua sublata, & accessionis obligatio perimitur.[l] Ideò restitutio minoris hæc omnia reponit in pristinum statum.[m] Ait, Et si ex duob. Liberato vno ex duobus reis ipso iure, alter quoque liberatur:[n] & ideò restitutio integri in vtrũque obligationem restituit. Ait, Ex hoe. Nouatione ipso iure etiam tollitur obligatio, & transfertur in alium:[p] quæ per restitutionem integri, in priorem debitorem restituitur. Ait, Aduersus eos. Aduersus patrem, & patronum, restitutionem non competere ex lege noua Iustiniani constat: vbi veterum legum mentio facta est.[p] Ex dolo tamen eorum in factum actio datur,[q] vt in alias personas qui actione De dolo non pulsantur.

L. XXVIII. CELSVS. *Lib. 2. Digestorum.*

Cùm minor quàm quinque & uiginti annis, aduersus eum cum quo tutelæ egit, restituitur: non ideò tutori contrarium tutelæ iudicium restituendum est.

Pupillus adultus egit cum tutore actione tutelæ, & absolutus est tutor: qui contraria actione cùm egisset, absolutus est minor: non ideò tutori restituitur actio, quòd minori restituatur. Diuersa enim hęc iudicia sunt,[a] & minori Prætor, non maiori, auxilium pollicetur.[b]

L. XXIX. MODESTINVS. *Lib. 2. Responsorum.*

Etiam si patre eodemque tutore authore pupillus captus probari possit: curatorem ei postea datum nomine ipsius in integrum restitutionem postulare non prohiberi. Ex caussa curationis condemnata pupilla, aduersus unum caput sententiæ restitui uolebat, & quia uidebatur in cæteris litis speciebus releuata fuisse: actor maior ætate qui acquieuit tunc temporis sententiæ, dicebat totam debere litem restaurari. Herennius Modestinus respondit, si species in qua pupilla in integrum restitui desiderat, cæteris speciebus

a l. 3. §. sed vtrũ. s. b d. l. 3. c. l. sed & eæ. s. de proc. d. l. quod si. §. restitutio. e. l. quod si in prin. s. arg. l. quod debetur. j. de pecu. f. l. ait. §. planè. s. d. g. l. quod si. §. resti. h. l. item si. §. quadrupl ab. s. quod met. vb. nc 1 l. resti. j. de verb. sig. i. Paul. in re. sen. l. 40. j. k d. l. ait s. & hîc. l. j. de accep. & per iusiur. inst. quib. mo. tol ob. m. vt hîc. n. l. 2. inf. de duob. re. o. §. præterea. inst. quib. mo. tolli. p. l. vlti. C. qui & aduer. q. l. si super C. de dol. l. non deb. s. de dol. a. j. de tut. & ra. l. nisi finita & j. de cõtr. act. tu. b. l. au. s.

ciebus

ciebus non cohæret: nihil proponi cur à tota sententia recedi actor postulans audiendus sit. Si ab hæreditate patris, ætatis beneficio in integrum restitutus minor abstinuit nemine de creditoribus paternis præsente, uel ad agendum à Præside euocato: an ea restitutio rectè facta uideatur, quæritur. Herennius Modestinus respondit, cùm non euocatis creditoribus in integrum restitutionis decretum interpositum proponatur: minimè id creditoribus præiudicasse.

Pupillus aduersus contractum restituitur, etiam si authore tutore contraxerit, eodémque patre: qui legitimus tutor emancipati fit. [a] Solui tamen tutori hoc iure securè potuit, authore tutore, vel curatore: [b] quod lege noua Iustiniani emendatum est. [c] Ait, Ex caussa. Pupilla vel ipsa curatorem habuit ad tempus, vel pater eius curator fuit adolescétum: ex qua caussa condemnata pupilla ad restituendum fundum, item ad domum restituẽdam, &c. aduersus vnum caput sententiæ restituta est, putà quo domum restituere condemnata est. Actor vult ex integro in eam agere, quasi tota sententia rescissa sit, & insolidum pupilla releuata à Prætore. Quod in hac specie, & similibus locum non habet, quòd fundus, & domus, species separatæ sint. Sanè si aduersus vẽditionem restituatur, nõ solùm ipsa rem recipiet, sed & aduersarius precium: [d] & si dato precio, rem recipere iussa est, non potest restitui aduersus solutionẽ precij quod debet, nisi simul rescindatur alterum caput huic cohærens, de re accipiẽda à curatore. [e] Ait, Si hæreditate. Præsentibus aduersarijs caussam restitutionis cognosci oportere, etiã Vlpianus ad edictũ scripsit: [f] creditores pro aduersarijs habendos in hac specie Modestinus significat. [g] Illud obiter obseruandum est, Iustinianum in hoc titulo componendo, eam rationem, atque viam secutum, quam in superioribus demonstraui. Primùm enim quoad eius fieri potuit, ex Vlpiano potissimùm & Paulo, capita edicti interpretatus est: deinde exempla permulta sine ordine, [h] ex digestis, responsis, quæstionibus, disputationibus, sententijs, opinionibus consultorum subiecit, quæ in commentarijs ad edictum non inuenerat.

a. inst. de leg. paren. tut. l. 34. inf.
b. l. ait sup. l. quod si. §. ie.
c. l. sanci. C. de ad. tut.
d. l quod si. §. l. j. C. si aduer. transact.
e. vt hic. & d. l j. arg.
f. l. in causs j. sup.
g. hic.
h. à leg. patri. ad fi. tit.

L. XXX. PAPINIANVS. *Lib 3. Quæstionum.*

Si filius emancipatus, contra tabulas, non accepta bonorum possessione, post inchoatam restitutionis quæstionem legatum ex testamento patris maior. 25. annis petisset, liti renunciasse uidetur: cùm & si bonorum possessionis tempus largiretur, electo iudicio defuncti, repudiatum beneficium Prætoris existimaretur.

Filius emancipatus, cui bonorum possessio contra tabulas competit beneficio Prætoris; aduersus ius ciuile: [a] vel repudiauit eam nominatim, vel tẽpore exclusus est: [b] sed intra annum vtilem, maior factus contestatus est litem restitutionis: quod nihil ei prodest, si pòst destitit: [c] quod fecisse videtur si legatum sibi à patre relictum petijt. [d] Nam & ante annum ad petẽdam bo. poss. datum, [e] petendo legatum, beneficium Prætoris in danda bo. poss. repudiare intelligitur: aduersus quam repudiationem non restituetur, cùm sit maior. [f] Lege noua Iustiniani, annalis præscriptio minorem non excludit bonorum possessione. [g]

a. inf. de bo. poss. cõt. tab. §. emãci. inst. de exhę. lib.
b. l. j. infr. de succ. edi.
c. l. Papi. sup.
d. vt. hic.
e. d. l. j.
f. l. 3 sup.
g. l. vlti. C. in quib. cau.

L. XXXI. IDEM. *Lib. 9. Responsorum.*

Si mulier postquàm hæres extiterit, propter ætatem, abstinendi caussa, in integrum restituta fuerit: seruos hæreditarios ex fideicommisso ab ea rectè manumissos retinere libertatem respondi. Nec erunt cogendi. 20. aureos pro libertate retinenda dependere, quam iure optimo consecuti uidentur. Nam & si quidam ex creditoribus pecuniam suã ante restitutionem ab ea recuperassent: cæterorum querela contra eos qui acceperunt, ut pecunia communicetur, non admittetur.

Quando testamentum inofficiosum pronunciatur, libertates quæ competierunt, vel præstitæ sunt ex fideicommisso, non reuocantur, viginti tamen aurei à singulis, victori hæredi dantur pro libertate: quia ipso iure rescinditur testamentum. [a] At cùm in integrum restituitur hæres, & se abstinet, nihil datur à manumissis, quòd testamentum ipso iure non rescindatur, sed beneficio Prætoris detur abstinendi potestas. [b] Ius tamen patronatus manumissori non datur, sed orcini intelliguntur. [c] Ait, Nam & si. Sicut à curatore bonorum rectè gesta non reuocantur, vel à minore vendita qui se abstinuit, [d] &c. ità solutum rectè creditori non reuocabitur. Suum enim creditor, accepit, id est, sibi debitum ex hæreditate, vt nec is, ad quem bona pertinent, condicere possit. [e] Nec communicari debet alijs creditoribus, quod sine fraude solutum est. [f]

a. l. Papi. & seq. j. de inoff.
b. vt hic.
c. l. cũ quast. j. de fide. lib.
d. l. in integ sup. vb. not.
e. l. 5. & l. repetitio infr. de condi indeb.
f. l. pupil. quæ in fraud. cr. j.

L. XXXII. PAVLVS. *Lib. 1. Quæstionum.*

Minor. 25. annis adito Præside, ex aspectu corporis falsò probauit perfectam ætatem.

tem. curatores cùm intellexissent esse minorem, perseuerauerunt in administratione, medio tempore post probatam ætatem, ante impletum. 25. annum solutæ sunt adolescēti pecuniæ debitæ: easque male consumpsit. quæro cuius sit periculum. Et quid si curatores quoque eo modo in eodem errore perseuerassent, ut putarēt maiorem esse, & abstinuissent ab administratione, curationem etiam restituissent: an periculum temporis quod post probatam ætatem intercessit, ad eos pertineat? Respondi. Hi qui debita exoluerunt, liberati iure ipso non debent iterum conueniri. Planè curatores qui scientes eum minorem esse, perseuerauerunt in eodem officio: non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas: & debebunt hoc nomine conueniri. Quòd si & ipsi decreto Præsidis crediderunt, & administrare cessauerunt, uel etiam rationem reddiderunt, similes sunt cæteris debitoribus: ideóque non conueniuntur.

Minor qui se falsò maiorem probauit apud Præsidem, non restituitur in integrum aduersus debitores, qui ipso iure liberati sunt propter authoritatem iudicis qui maiorem pronunciauit.ª Quod ità accipi debet, vt dolo, non errore, se maiorem probans non restituatur aduersus ignorantes. ᵇ Curator tamen qui in administratione perseuerauit sciens minorem esse, negociorum gestorum actione adolescenti tenebitur, (impetrata tamen priùs aduersus eum restitutione) qui solutam pecuniā malè consumpsit. ᶜ Nec ad rem pertinet quòd dolo minor se maiorem probauerit. Nam dolus impedit restitutionem contra ius commune: non in curatorem, qui nō debuit pati accipere pecuniam cùm sciret minorem, nec ab eo deciperetur. ᵈ

a. l. ait. sup. b. C. si mi. se ma. l. vlt. c. vt hic. d. l. de tutela. C. de in integ. resti.

L. XXXIII. ABVRNIVS VALENS. *Lib. 5. Fideicommissorum.*

Si minor. 25. annis seruum suum qui pluris est quàm in testamento ei legatum sit, manumittere rogatus fuerit, & legatum acceperit: non cogendum libertatem præstare, si legatum reddere paratus sit, Iulianus respondit: ut quemadmodum maioribus liberum sit non accipere legatum, si nolint manumittere: sic huic reddenti legatum, necessitas manumittendi remittatur.

A legatario per fideicommissum relinqui potest, sed non plùs quàm ex testamēto capiat. Neque solùm res aliæ, sed etiam libertas tam proprij serui, quàm alieni, per fideicommissum relinquitur. ª Quòd si legato accepto, rem propriam, non quantitatem, rogetur quis restituere, percepto legato necesse habebit rem suam quanticumque sit restituere, vel seruum manumittere: si non percepit, satis erit cedere actionibus. ᵇ Sed tamen minor qui percepit legatum, restitui potest, vt reddat legatum, & seruum non manumittat. ᶜ Maior enim si non percepit non cogitur manumittere.

a. §. 1. & 2. inst. de singu. reb. p. fid. b. l. imperator inf. de le. 2. & l. nā quod. ad Trebel. c. vt hic.

L. XXXIIII. PAVLVS. *Lib. 1. Sententiarum.*

Si minor. 25. annis filiofamiliâs minori pecuniam crediderit, melior est caussa consumentis: nisi locupletior in hoc inueniatur litis contestatæ tēpore is qui acceperit. Minores si in iudicem compromiserunt, licet tutore authore stipulati sunt, in integrum restitutionem aduersus talem obligationem iure desiderant.

Addit nonnihil Vlpiano: ª nimirum vt si litis cōtestatæ tempore locupletior sit qui accepit, qui dedit in eum restituatur. Vt omittam quod Paulus hîc de filiofamiliâs minore loquatur: Vlpianus de vtroque patrefamiliâs. Ait, Minores. Si minor compromiserit in arbitrum, & pœnam spoponderit, aduersus hanc obligationem restitui potest. Est enim captus hoc ipso, quòd appellare non possit à sententia arbitri, & si non stet arbitrio, pœnam committat. ᵇ

a. l. verū. §. illⅈ quæritur. sup. b. l. 1. C. de ar. l. 1. inf. e. tit.

L. XXXV. HERMOGENIANVS. *Lib. 1. ἐπιτομῶν.*

Si in emptionem penes se collocatam minor adiectione ab alio superetur, implorans in integrum restitutionem audietur, si eius interesse emptam ab eo rem fuisse approbetur, ueluti quòd maiorum eius fuisset: ita tamen, ut id quod ex licitatione accessit, ipse offerat uenditori.

Cùm res maiorum sub hasta vænirent, minor licitatus est, & adiecto precio per extraneum licitatorem superatus: in integrum restitui potest, vt quod accessit precij licitatione extranei, det venditori, & præferatur extraneo. Fuit enim præferendus tempore auctionis. ª Habet enim certos effectus honesta adfectio, ᵇ licet eo nomine quanti interſit non agatur. ᶜ

a. l. 1. inf. de pri. cred. b. l. in fundo. j. de rei vēdi. l. seruus. de ser. expor. c. l. si ser. ad l. Aq. inf.

L. XXXVI.

L. XXXVI. PAVLVS. Lib. 5. Sententiarum.

Minor uigintiquinque annis omiſſam allegationem, per in integrum reſtitutionis auxilium repetere poteſt.

Quæ pro cauſſa allegare potuit minor, non dicta probans, [a] in integrum reſtituitur vt allegare poſſit: quales ſunt exceptiones peremptoriæ, & dilatoriæ, quæ initio cōteſtari debēt, [b] &c.

L. XXXVII. TRIPHONINVS. Lib. 3. Diſputationum.

Auxilium in integrum reſtitutionis, in exemptionibus [*] *pœnarum paratum non eſt. Ideóque iniuriarum iudicium ſemel omiſſum repeti non poteſt. Sed & ſexaginta diebus præteritis, in quibus iure mariti ſine calumnia uir accuſare mulierem adulterij poteſt, denegatur ei in integrum reſtitutio. Quia ius omiſſum ſi nunc repetere uult, quid aliud quàm delicti ueniam, id eſt calumniæ, deprecatur? Et cùm neque in delictis neq; in calumniatoribus Prætorem ſuccurrere oportere certi iuris ſit, ceſſabit in integrum reſtitutio. In delictis autem minor annis uigintiquinque non meretur in integrum reſtitutionem: (utique in atrocioribus) niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit. Sed ut ad legis Iuliæ de adulterijs coërcendis præcepta ueniamus, utique nulla deprecatio adulterij pœnæ eſt, ſi ſe minor annis adulterium fateatur commiſiſſe. Sed nec ſi quid eorum commiſerit quæ pro adulterio eadē lex punit, ueluti ſi adulterij damnatam ſciens uxorem duxerit, aut in adulterio deprehenſam uxorem non dimiſerit, quæſtúmue de adulterio uxoris fecerit, preciúmue pro comperto ſtupro acceperit, aut domum præbuerit ad id ſtuprum adulteriúmue in eam committendum, & non ſit ætatis excuſatio aduerſus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat contra eas committit.*

In cauſſæ cognitione vertitur, ne omiſſa actio pœnalis ad vindictam, per reſtitutionem repetatur: vt iniuriarum actio, quæ intra annum intendi debet, & diſſimulatione abolètur. [a] Ait, Et in ſexaginta dieb. Aduerſus delicta atrociora, id eſt, dolo malo commiſſa, non reſtitui minores, Vlpianus ad edictum ſcripſit. [b] Et ideò iure mariti citra metum calumniæ accuſare volenti, denegatur reſtitutio, quòd calumniandi animum habere videatur, & veniam calumniæ deprecari. [c] Poſt ſexaginta dies maritus calumniæ periculum non euitat. [d] Ait, Miſeratio ætatis. In pœnis irrogandis, ætatis ratio habenda eſt, [e] &c. Ait, Nulla deprecatio. Deprecationem non habere locum apud iudices, ſed in Senatu, & apud Principem, & Cicero, & Quintilianus, teſtatur: qualis eſt eiuſdem Ciceronis apud Caium Cæſarem pro Q. Ligario deprecatio, & pro M. Marcello. Ait, Sed nec ſi quid. Ex hoc loco bona pars legis Iuliæ de adulterijs, reſtitui poteſt. Derogatur autem vni articulo huius loci, lege nouella Iuſtiniani. [f]

L. XXXVIII. PAVLVS. Lib. 1. Decretorum.

AEmylius [*] *Larianus ab Ouinio fundum Puteolanum lege commiſſoria emerat, data parte pecuniæ: ita ut ſi intra duos menſes ab emptione eius, reliqui precij partem dimidiam non ſoluiſſet, inemptus eſſet: item ſi intra alios duos menſes reliquum precium non numeraſſet, ſimiliter eſſet inemptus. Intra priores duos menſes Lariano defuncto, Rutiliana pupillaris ætatis ſucceſſerat: cuius tutores in ſolutione ceſſauerunt. uenditor denunciationibus, ut precium ſolueretur, tutoribus ſæpe datis, poſt annum eandem poſſeſſionem Claudio Telemacho uendiderat: pupilla in integrum reſtitui deſiderabat, uicta tam apud Prætorem quàm apud præfectum urbi prouocauerat. Putabam bene iudicatum: quòd pater eius, non ipſa cōtraxerat. Imperator autem Antoninus motus eſt, quòd dies committendi in tempus pupillæ incidiſſet, eáque effeciſſet ne pareretur legi uenditionis. Dicebam poſſe magis ea ratione reſtitui eam, quòd uenditor denunciando poſt diem quo placuerat eſſe commiſſum, & precium petendo, receſſiſſe à lege ſua uideretur, nec me mouere quòd dies poſtea tranſiſſet, non magis quàm ſi creditor pignus diſtraxiſſet poſt mortem debitoris die ſolutionis finita. Quia tamen lex commiſſoria*

a. l. minor añ ma. ſup.
b. l. excep. de prob. l. perēp. C. ſen. rei.
* alias executionibus.

a. l. ſi nō. C. de iniur. §. ſi. inſti. e.
b. l. ſi ex cauſſa. ſup.
c. l. iure, C. de adult.
d. l. as cuius. ʒ. eo. tit.
e. l. aut facta inſ. de pœn.
f. aut. vt nulli iudi.
* alias Largianus.

displicebat ei, pronunciauit in integrum restituendam. Mouit & illud imperatorem, quod priores tutores qui non restitui desiderassent, suspecti pronunciati erãt. Id quod dicitur, non solere filijsfamiliârum post emancipationem adhuc minoribus succurri in ijs quæ omisissent manentes in potestate: tunc rectè dicitur, cùm patri acquirere possunt.

Ait, Lege commissoria. Lex commissoria in contractibus pactio est, qua aliquid committitur, caditve in commissum: vt in specie emptionis hîc proposita, precij pars soluta, & fundus cõmittuntur, & si quid arrhæ datum fuit: [a] quæ omnia apud venditorem remanêt, aut si fundum iam tradidit, Ex vendito agit. In pignoribus eadem lex vetita est, nisi sub conditione pignus væneat iusto precio æstimandum, si credita pecunia suo die non soluatur. [b] Ait, Cuius tutores. Et itâ commissa est lex duobus mensibus præteritis. Ait, Venditor denunciationibus. Denunciando post diem committendi, vt reliquum precium soluatur, legi commissoriæ renunciare videtur, nec variare potest, sed Ex vendito precium petere. [c] Quare & pupilla Ex empto agere potest vt rês tradatur, soluto reliquo precio. Quæ res nõ impedit quò minùs in integrum restituatur aduersus secundum emptorem: [d] præsertim cùm denũciatum fuisse proponatur tutoribus qui suspecti pronunciati erant: atque itâ non solùm cum patre AEmylio, sed etiã cum ipsa pupilla, authoribus tutoribus, gestum sit negocium in quo capta est. Ait, Victa tam apud Prætorem. Accursius putat bis petitam restitutionem ex noua caussa: sed semel apud Prætorem postulatam potiùs, & ex Prętoris decreto Præfectum appellatum, Paulus hic significat. Et dubium non est, quin Præfectus vrbi ex appellatione cognoscere Romæ solitus sit hoc seculo: [e] & Valentiniani temporibus, omnibus vrbanis magistratibus antecelluerit. [f] A Præfecto verò vrbis appellatus est Imperator, qui vel ipse cognoscere ex appellatione cõsueuit, vel dare qui vice sua cognosceret. [g] Theodosij seculo constitutum est, qui magistratus vice Principis ex appellatione cognoscerent: [h] quod & à Iustiniano renouatum est. [i] Ait, Putabã. Paulus qui in sacro auditorio fuit, opinatus est benè iudicatum à Prætore, & à Pręfecto, quem pupilla prouocauerat: quia cum patre pupillæ contractum fuerat, nec ex hoc edicto restitui potest minor, nisi cum quo aliquid gestum constet. [k] Ait, Imperator. Quasi pupilla omiserit acquirere emolumentũ quod potuit: [l] Nam & in lucro minoribus subuenitur. [m] Ait, Dicebam. Sed superior ratio Imperatoris, inquit Paulus, non arguit restituendum minorem, cum quo non fuit cõtractum, vel quasi contractum: nisi illud eam iuuaret, quòd venditor denunciando post diem, recessisse à lege commissoria videretur: & ideò cum pupilla gestum esset negocium. Ait, Nec me monere. Ratio Imperatoris sola non me mouebat, inquit, quòd dies posteà transisset, id est, quòd dies committendi post mortem patris (qui cõtraxerat) transisset. Nam aduersus venditionem pignoris à decessore dati, hæres non restituitur in emptorem, licet dies soluendi debiti post mortem decessoris transierit. [n] Ait, Quia tamen lex. Significat Paulus Imperatorem cõtra tenorem rationis pronunciasse pupillam restituendam, [o] quòd in vniuersum lex commissoria in contractibus ei displiceret: præsertim quòd tutorum fraude factum esset vt dies transiret: quæ res, ex Diocletiani lege, non efficit vt rem reuocarè liceat, sed in tutores agere [p] in alio casu huic non absimili. Quid igitur tandem ex Paulo pro lege nobis reliquit Iustinianus? [q] Et puto Paulum victum rationibus Imperatoris, aut certè Iustinianum, ius singulare in specie proposita esse sentire: [r] & odio legis commissoriæ constitutum: licet in venditione pignoris aliùd ius statutum sit. [s] Præsertim cùm legi commissoriæ renunciatum constet, [t] nec possit venditor Ex empto conuentus, tradere fundum pupillæ, quem Telemacho tradidit. Ait, Id quod dicitur. Patri non subuenitur maiori, sed filiofamiliâs minori in his quæ patri non acquiruntur: veluti in legatis collatis in tempus post mortem patris. [u]

a. l. 4. & l. de lege. inf. de leg. cõ.
b. l. 2. C. de pact. pig. l. si fund. §. fi. inf. de pig.
c. l. 4. l. pen. ij. de l. cõ.
d. l. in caus. 1. & 2. sup. l. nõ om. inf.
e. l. 1. inf. de appel.
f. l. 3. C. de off. pręf. vrb.
g. l. minor autẽ. sup.
h. l. præcip. C. de appel.
i. autẽ. de appell. & intr.
k. l. j. & l. verũ §. ex fa. sup.
l. l. non om. ij.
m. l. ait. §. ho. die. sup.
n. l. fi. C. si adver. vẽ pig.
o. l. ius sing. sup. de ll.
p. l. fi. C. si ad. ven. pig. Vid. Paul. li. 1. Recep. sen.
q. l. j. C. de vet. iur. l. j. C. de no. C.
r. l. ius sing. sup. de ll.
s. d. l. fi. C. si aduer.
t. vers. dicebã hic.
u. l. 3. §. si quid minori. sup.

L. XXXIX. SCAEVOLA. *Lib. 2. Digestorum.*

Intra utile tempus restitutionis apud Præsidem petierunt in integrum restitutionem minores, & de ætate sua probauerunt: dicta pro ætate sententia, aduersarij ut impedirent cognitionẽ Præsidis, ad Imperatorem appellauerunt. Præses in euentum appellationis, cætera cognitionis distulit. Quæsitum est si finita appellationis apud Imperatorem cognitione, & iniusta appellatione pronunciata, egressi ætatẽ depræhendantur: an cætera negocia implere possint, cùm per eos non steterit quò minùs res finem acciperet? Respon. secundum ea quæ proponerentur, perinde cognosci, atque si nunc intra ætatem essent. Vendentibus curatoribus minoris fundum, emptor extitit Lucius Titius: & sex ferè annis possedit: & longè latèque rem meliorem fecit. Quæro cùm sint idonei curatores, an minor aduersus Titium emptorem in integrum restitui posit? Respon.

Respon. ex omnibus quæ proponerentur, uix eum restituendum esse, nisi maluerit omnes impensas quas bona fide emptor fecisse se approbauerit, ei præstare: maximè cùm sit ei paratum auxilium, curatoribus eius idoneis constitutis.

Ait, Intra vtile. Intra annum vtilem hoc seculo Pauli, hodie intra quadriẽnium. a Ait, De ætate. Cùm quis quasi minor restitutionem implorat, probatio ætatis ab eo exigitur, & præiudicio contenditur: in quo actoris partes sustinet qui in iudicio (cuius respectu præiudicium dicitur) actor est. b Atque in præiudicijs eiusmodi quidem, separatim sententia fertur: si modò & possit, & ab actore postuletur. c Prodest enim lata sententia, non solùm in eo iudicio, & inter easdem personas, sed etiam in alijs, & quibúsvis personis præiudicat. d Si examinetur duntaxat incidens in caussam quæstio, nec pronuncietur separatim de eadem, sed de principali lite, in eo tãtùm iudicio proderit examinatio. e Ait, Vt impedirẽt cognitionem. Cognitionem integri restitutionis, quæ cognitio absolutè dicitur, & extra ordinẽ cognitio, & cognitio magistratus, vel Præsidis, f &c. Ait, Appellauerunt ad Imperatorem. Ex sententia Proconsulis, qui Præses generaliter dicitur, g hodie quoque appellatur Imperator, cuius vice certi magistratus in sacro auditorio cognoscunt. h Scæuolæ seculo etiam ex sententijs aliorum Præsidum. i Prouocari autem ex sententijs latis in eiusmodi præiudicijs, inter omnes conuenit: quandoquidem ità præiudicent iudicio, vt queri ampliùs non oporteat. Si enim minor non est, frustrà integri restitutionem postulat: si libertus non est, inanis est quæstio de operis quasi à liberto edendis, &c. Sed an ex omni interlocutione appellare liceat, controuersum est apud interpretes iuris ciuilis (nam iure pontificum prouocare licere constat k) mirum in modum: quòd Imperator ante sententiam non appellandum rescribat, l & frustratoriè ante diffinitiuam sententiam appellantem clericum quinquaginta libris auri multet. m Sed hæc nihil me mouent, cùm ante euentum sententiæ (cuius appellatione interlocutiones Imperatores quidam, & pontifices complexi sunt) appellandum non esse ratio suadeat: & multa irrogetur clerico frustratoriè appellanti, etiam ante diffinitiuã sententiam, vt laico: n nulla autem lex vetet ex interlocutione appellare, quæ contra leges prolata videatur. o Sed de his suo loco opportuniùs dicemus. Ait, Præses in euentum. Nil enim nouari debet appellatione pendente, p & si iusta appellatio pronuncietur de ætate, nihil ampliùs quæri oporteat de restitutione. Ait, Egressi ætatem. Hic locus arguit annum vtilem datum fuisse, nõ solùm ad petendam restitutionem, sed etiam ad finiẽdam litem: q certè durare tempus vtile quãdiu non stat per actorem quò minùs cognitio finem accipiat: quod & de quadriennio lege noua constitutum est. r Ait, Vendentibus curatoribus. Iusta caussa non est ità in integrum restituendi, vt ad parata alieno labore minor veniat. s

a. l. fi. C. de rẽ. in integ. re. b l. general. §. de excep. c. l. j. C. de or. iudi. l. quoties. infr. de prob. l. fi. §. fi lib. inge. l. generaliter. inf. de excep. d. l. circa §. de prob. l. ingenuũ. §. de sta. ho. l. de æta. inf. e. l j. C. de or. iudi. f. l. 3. §. Põp. s. l. quod si. in fi. sup. not. §. de asseß. g. l j. sup. de offi. præsid. h. l. à procõs. C. de appell. autẽ. de app. & intr. i. vt hic. & d. autẽ. k. c. cũ sit Ro. & c. super eo. de appel. l. l. ante. C. quor. app. m. l. 2. C. de epi. aud. n. l. eos. C. de appel.

L. XL. VLPIANVS. *Lib. 6. Opinianum.*

Minor annis. 25. cui fideicommissum solui pronunciatum erat, cauerat id se accepisse: & cautionem eidem debitor quasi creditæ pecuniæ fecerat. In integrum restitui potest: quia partam ex iudicati caussa persecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis redegerat. Prædia patris sui minor annis. 25. ob debita rationis tutelæ aliorum quam pater administrauerat, in solutum inconsultè dedit. Ad suam æquitatem per in integrum restitutionem reuocanda res est, usuris pecuniæ quam constiterit ex tutela deberi, reputatis: & cum quantitate fructuum perceptorum compensatis.

Interest plurimùm vtrùm ex caussa indicati debeas mihi pecuniam, an ex mutuo: cùm ex illa caussa pignora capi statim possint, & distrahi: a ex hac verò petenda sit condictione certi pecunia, & diu litigandum plerumque antequam damnetur reus. Paratam persecutionem vulgò hic legitur, vnde Franci *execution parée* dictitant. Sed Partam, scribi debet. Ait, Prædia. Si minor locupletior factus sit vel precio rei suæ, vel vsuris, vsuras debet vel reddere, vel cũ fructibus cõpensare: b vt cùm ex persona patris conuenitur, omnimodò. c

o. l. 2. infr. de app. recip. l. j. q. app. sit. p. inf. nihil no. app. q. l. petendæ C. de temp. l. vlt. C. de dol. arg. Vid. l. papi. sup. r. l. vlt. C. de tẽp. in integ. s. l. quod si. §. Scæuola. sup. a. l. 4. l. à diuo inf. de re iud. b. l. patri sup. Paul. lib. j. Rec sen. c. vt hic.

L. XLI. IVLIANVS. *Lib. 25. Digestorum.*

Si iudex circumuento in uenditione adolescenti iussit fundum restitui, eumque precium emptori reddere: & hic nolit uti hac in integrum restitutione: pœnitentia acta, exceptionem utilem aduersus petentem precium quasi ex caussa iudicati, adolescens habere poterit: quia unicuique licet contemnere hæc quæ pro se introducta sunt: nec queri poterit uenditor, si restitutus fuerit in eandem caussam in quam se ipse constituerat, & quam mutare non potuisset, si minor auxilium Prætoris non implorasset.

Sicut venditori licet legem commissoriam exercere, nec ad id cogi potest: a ità minor potest, si vult,

a. l. 4. inf. de leg. cõ.

b. l. si quis. C. de pact. l. nullą. §. de ll. Iu li. j. de actio. empt. c. l. quoties. j. de præs. verb. d. l. veteres. j. de actio. emp.

si vult, implorare restitutionem, & impetrata uti: sed & renunciare beneficio suo potest. b Vtilē autem exceptionem habet minor, quòd exceptionem deficere alioqui constet aduersus rem iudicatam. c Porrò venditorem, & emptorem promiscuè dicit, qui cum minore contraxit, quòd nihil interfit: quodque veteres ità his verbis sint vsi. d

L. XLII. VLPIANVS. *Lib. 2. de officio proconsulis.*

Præses prouinciæ minorem in integrum restituere potest, etiam contra suam uel prædecessoris sui sententiam. Quod enim appellatio maioribus interposita præstat, hoc beneficio ætatis consequuntur minores.

a. l. præfecti. & l. minor au tem. sup.

Minores non possunt restituere aduersus sententias maiorum magistratuum: sed suam rescindere, decessorum suorum, & minorum magistratuum possunt. a

L. XLIII. MACER. *Lib. 1. de officio præsidis.*

De ætate eius qui se maiorē. 25. annis dicit, caussa cognita probandum est: quia per eam probationē in integrū restitutioni eiusdē adolescētis, in alijs caussis præiudicatur.

a. l. 32. sup. b. l. cum de. j. de probat. c. l. minor. 32. sup. l. in caus. 3. sup. d. l. nec quicquam. supr. de off. procon. §. vbi.

Minor nunc maior videri vult, si fortè sibi solui petat, vel bona recipere à curatoribus cupiat: a cui non aliter credendum est, quàm si professionibus apud iudicem prolatis, b aut alioqui præsentibus aduersarijs, vel per contumaciam absentibus, ætatem suam probet. c nunc vult minor videri, cùm in integrum restitui desiderat. Cùm igitur decretum de ætate perfecta interpositum, præiudicet minori in integrum restitui volenti, caussa cognita decernendum est, non per libellum expediendum negocium. d

L. XLIIII. VLPIANVS. *Lib. 5. Opinionum.*

Non omnia quæ minores. 25. annis gerunt, irrita sunt, sed ea tantùm quæ caussa cognita eiusmodi deprahensa sunt: ut cùm uel ab alijs circumuenti, uel sua facilitate decepti, aut quod habuerunt amiserint, aut quod acquirere emolumētum potuerunt, omiserint: aut sese oneri quod non suscipere licuit, obligauerint.

a. l. ait. l. verū. & l. quod si. b. sup. consti. 3. alias. C. de ve. iur.

Suprà alibi argumentum huius capitis extat, a sed hoc loco pulchrè in membra discerpitur: quæ diuisio efficit, ne superfluum videatur. b

L. XLV. CALLISTRATVS. *Lib. 1. edicti monitorij.*

Etiam ei qui priusquā nasceretur, usucaptū amisit: restituēdam actionē Labeo scribit. Imperator Titus Antoninus rescripsit eum qui fraude tutoris aduersariū suū diceret absolutū, & agere cum eo ex integro uellet, licētiā habere priùs cū tutore agere.

a. l. qui in vte. sup. de sta. ho. b. l. sicut. de præs. 30. C. c. l. vlti. C. in quib. cau. in integr. re. d. l. in omnib. infr. de actio. l. in vsucap. j. de vsucap. e. l. post. j. de iud. l. nunquā. inf. de vsucap. & hic. f. l. etiam. C. si tut. vel cur. inter. g. vt hic.

Qui in vtero est, pro nato habetur, vbi de commodo eius quæritur: a ideò restitui potest aduersus vsus capionem cœptā, id est, aduersus decessorē, & completā eo nondum nato: quasi cum eo negocium gestum sit. Nec moueor quòd præscriptiones non currant aduersus pupillum, b & lege noua Iustiniani aduersus minores, exceptis triginta, vel quadraginta annorū præscriptionibus. c Nam qui capit vsu, non præscribere, vel excipere temporali exceptione, sed dominium acquirere dicitur: d & ideò lite contestata perficitur vsuscapio, & aduersus eum qui natus non est, & iacente hæreditate. e Ait, Imperator. Qui fraude tutoris, vel curatoris captus est, & restitui potest aduersus eum qui cum eo contraxit, & aduersus administratorem rerum suarum agere. f Licentiam verò habet priùs conuenire tutorem, & si soluendo non sit, in integrum restitutionem petere. g

L. XLVI. PAVLVS. *Lib. 2. Responsorum.*

Eum qui ex sua uoluntate minorem annis in iudicio defendit, & condemnatus est, ex caussa iudicati posse cōueniri: nec eius quē defendit, ætatem ad restitutionē impetrādam ei prodesse, cum caussam iudicati recusare non posit. Ex quo apparet, nec eū cuius nominę condēnatus est, auxilium restitutionis propter eam sententiā implorare posse.

a. l. Plautius. sup. de neg. ge. b. l. 3. supr. §. sed vtrum. c. l. cum man-da. sup.

Defensor condēnatus, cōuenitur ex caussa iudicati, nō dominus. a Nec deceptus restituitur, quia maior: nec minor, cùm eius non intersit. b Si enim mandasset ei minor, nec ab eo rem seruare posset, restitueretur. c

L. XLVII. SCAEVOLA. *Lib. 1. Responsorum.*

Tutor urgentibus creditoribus rem pupillarem bona fide uendidit, denunciante tamen matre emptoribus. Quæro, cùm urgentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus tutoris meritò quippiam dici posit: an pupillus in integrum restitui posit? Respon. caussa cognita æstimandū. Nec idcirco, si iustum sit restitui: denegandum id auxilium,

quòd

quòd tutor delicto caret. Curator adolescentium prædia cõmunia sibi & ijs quorum curam administrauerat, uendidit. Quæro si decreto Prætoris adolescentes in integrum restituti fuerint, an eatenus uenditio rescindenda sit, quatenus adolescentium pro parte fundus communis fuit? Respon. eatenus rescindi, nisi si emptor à toto contractu uelit discedi, quòd partem empturus non esset. Item quæro utrùm emptor à Seio & Sempronio adolescentibus precium cum usuris recipere deberet: an uerò ab hærede curatoris? Respon. hæredem quidem curatoris teneri: uerùm in Seium & Sempronium pro parte qua eorum fundus fuit, actiones dandas: utique si ad eos accepta pecunia pro eadem parte peruenisset.

Licet tutoris dolo non sit captus minor, qui bona fide, & solennibus obseruatis rem vẽdidit: si tamen captus sit, restituetur, [a] & in tutorem si malit aget, etiam ob leuem culpam. [b] Ait, Curator. Curator fundum sibi cum duobus adolescentibus pro indiuiso communem, trecentis vendidit: adolescentes in integrum restituti, pro sua parte rescindi venditionem postularũt: emptor vult recedi à tota, quòd partem indiuisam empturus non esset. [c] Quod curator impedire non potest, qui de euictione teneretur insolidum, si non pateretur discedi à toto contractu. [d] Et in restitutione ita res temperanda est, vt sine alterius damno quisque suum recipiat, vt suprà alibi dictum est. [e] Ait, Item quæro. Vnusquisq; debet suum recipere, restitutis minoribus: [f] & ideò hoc casu emptor à curatore, vel hærede eius, precium cum vsuris pro parte recipiet. Sed & adolescentes quod ad eos peruenit reddere tenebuntur, si modò locupletiores facti sint. [g] Quinimò si authore curatore solutum sit precium, damno adficiendus emptor non est. [h]

a. l. non om. §. l. pen. inf. b. l. tuto. C. de neg. ge. d. l. etiam. C. si tut. vel. c. l. quod si no. j. de ædil. d. arg. l. quod si nolit. inf. de ædil. e. d. l. cũ ex cau. inf. de ver. ob. e. l. patri. supr. f. l. quod si. §. §. restit. g. l. patri. sup. l. 3. C. qu. ex fa. tut. h. l. quod si. §. restit. sup.

L. XLVIII. PAVLVS. *Lib. 3. Sententiarum.*

Minor se in id quod fideiussit uel mandauit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat. Minor ancillam uendidit. Si eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non poterit: sed aduersus emptorem quanti sua interest, actionem habebit. Mulier minor. 25. annis si pactione dotis deterior conditio eius fiat, & tale pactum inierit, quod nunquam maioris ætatis constituta pacisceretur, atque ideò reuocare uelit: audienda est.

Prima sententia huius capitis, extat apud Paulum lib. 1. Recep. sen. Sed probabile est & libro III. Senten. seu factorum, eandem sententiam scriptam fuisse, & inde huc transcriptam cum sequentibus. Scio & plures sententias in Pandectas ex Recep. sententijs translatas, quàm Theodosius transcripsit. Significat autem priuilegium fideiussoris, reo non prodesse, vt nec pactũ prodest: [a] etsi contrà, rei auxilium fideiussori interdum prosit. [b] Ait, Minor ancillam. Aduersus libertatem non restitui minorem, ex superioribus constat: [c] quanti tamen intersit, agi in emptorem hic ait: si modò dolo fecerit. [d] Sed & si dolo ancillæ vendita sit, ipsa manumissa De dolo cõuenietur, vel in factum post bienniũ. [e] Ait, Mulier. Exempla extant huius loci suprà. [f]

a. l. fideiuss. §. de pa. b. l. in caus. §. sup. l. quod dictum. §. de pa. c. l. si ex. §. l. si. C. si ad. liber. d. l. & eleg. §. de dol. e. l. verum. §. in pri. vb. not. f. l. 3. §. ergo etiam. l. si ex §. 4. in dotis.

L. XLIX. VLPIANVS. *Lib. 25. ad edictum.*

Si res pupillaris uel adolescentis distracta fuerit, quam lex distrahi non prohibet, uenditio quidem ualet: ueruntamen si grande damnum pupilli uel adolescentis uersatur, etiã si collusio non intercesserit, distractio per in integrũ restitutionem reuocatur.

De rebus minorum quæ vendi possunt, & debent, etiam sine decreto, & contrà, suprà dixi. [a] Aduersus quam venditionem circumspectè restituuntur, vt in rebus quæ sine decreto venduntur, non aliter admittatur quàm euidens dolus administratorum appareat, vel grande damnum minores patiantur: in alijs rebus faciliùs admittitur restitutio. [b]

a. l. 7. §. quæsitum. b. l. tutor. sup. & d. l. 7.

L. L. POMPONIVS. *Lib. 9. ἐπιστολῶν.*

[*] *Iunius Diophantus Pomponio suo salutem. Minor. 25. annis nouandi animo intercesserat pro eo qui temporali actione tenebatur, tunc cùm adhuc supererant decẽ dies: & postea in integrum restitutus est. Vtrùm restitutio quæ creditori aduersus priorem debitorem datur, decem dierum sit, an plenior? Ego didici, ex tempore in integrum restitutionis tantũdem temporis præstandum, quantũ supererat. Tu quid de eo putas, uelim rescribas. Respondit sine dubio, quod de temporali actione in qua intercessit minor, sensisti, puto uerius esse: ideóq; & pignus quod dederat prior debitor, manet obligatũ.*

[*] aliàs Miu

Cùm minor nouãdi caussa intercedit, vel mulier, ex clausula generali restituitur actio in priorem debitorem: [a] quæ in pristinam caussam restituenda est, non in meliorem, vt hic ait Pomponius.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Francisci constitutione de minoribus vigintiquinque annis, ita ius sanctum extat, vt egressis trigesimumquintum annum ætatis, non subueniatur: siue nullius momenti dicatur contractus, siue iure quidem ipso valuisse, sed minor eo circumuentus. [a] Qua lege efficitur, vt decennium habeant post perfectam ætatem ad implorãdũ Principis auxilium extraordinarium: vt maiores post cõtractũ, &c. [b] Sanè Principis cognitione omnimodò opus est restitui volẽtibus, vt quibusdã casibus iure Romano. [c] Sed de iustitia caussæ ferè Princeps cognoscit: magistratus, cui mãdat cognitionem suo rescripto, [d] de veritate: vt Prætor olim dabat iudicia, & iudices cognoscebãt priuati. [e] Quod verò lex Regia excipit, *Sinõ ainsi qu'en semblables cõtractz seroit permis aulx maieurs d'en faire poursuyte par reliefuement, ou aultre uoye permise de droict*, sic accipiẽdũ est, si dolo malo, [f] vel metu ab aduersario illato, factum fit vt tempus statutum exiret, aut si minor aduerso casu laborãs, aut alia iusta caussa impeditus, restitutionem petere nõ possit: [g] & ideò lex ait, *pour le regard du priuilege ou faueur de minorité*, post trigesimumquintum annum completum non subueniri. Moribus quibusdam, qui compleuerunt vigesimum ætatis annum, maiores habentur: & intra minoris ætatis tempus restitui licet, dato ad litem curatore. [h] Sed in eadem regione, lex Regia de restitutione minotum, recepta est, [i] quæ consuetudini non videtur derogare. Eodem more, nobiles rei suæ administrationẽ recipiunt vigesimo anno completo: plebeij decimoseptimo. [k] Res soli abalienare sine authoritate tutorum, vel curatotum, consilio amicorum, & decreto magistratus, minor nullo modo potest: [l] nec eius sacramento contractus vllus ita confirmatur vt rescindi nõ possit. [m] Non enim Federici constitutiones, [n] sed ius à Iustiniano compositum Gallia probat, si quando proprium non habet. Compromittere, aut transigere de rebus ad se pertinentibus, nõ nisi interuenientibus suprascriptis personis, minori licet. [o] Eadem lege municipali, tutores, & curatores, restitutionem minorum petere possunt, qui restitutis minoribus, & reuocata re, aduersarijs tenentur quanti eorum intersit: [p] agere verò, vel conueniri sine patre, aut alio legitimo administratore, minor non potest: [q] quod iure communi quibusdam velut exceptionibus corrigitur. [r] Illud eodem more aduersus ius commune introductum est, quòd non habentibus curatorem, à patre, aut alioqui datum, iudices dare debeant: [s] quod ex Vlpiano malè accepto in mores perductum videri potest. [t] Alia lege municipali, minores vingintiquinque annis in integrum restitui possunt, vt iure communi: [u] & absque authoritate curatorum, & decreto iudicis, res immobiles non alienant. Eodem more non solùm aduersus captionem euidentem, & grande damnum in contractibus, sed etiam in præscriptione triginta annorum (quã vnam probat) minoribus subuenitur, impetrato ritè à Principe releuationis rescripto. [x] Pater vt restituatur inuitus filius, petere non potest, quòd de peculio non teneatur, nec condemnato quidem filio: nisi mandatu patris, aut tacita voluntate eiusdem, contraxisse dicatur. [y] Filiorum familiatum contractus venditionis, donationis, & similes, ipso iure nulli sunt, si patris consensus nnn accedat: exceptis ijs qui publicè negocientur. [z] In eremodicijs nemini subuenitur, si triennio iam transacto instãtia perempta sit, [a] *on ne baille aucunes lettres de reliefuement, de desertion ne peremption d'instãce, pour quelque cause & matiere que ce soit.* More cuiusdam regionis, aduersus venditionem pignorum solenni more sub hasta factam, minores non restituuntur, vt ius hypothecæ, vel seruitutis ob taciturnitatem amissum, recipiant. [b] Cæterùm si prædia minotum sub hasta vænierint, succurri solet iure communi caussa cognita, siue à fisco, siue à priuato, vt minoris multò quàm sit iustum precium, distraherentur, factum sit: non etiam ob id solùm quòd vendita sint. [c] Vti cùm minor aduersus minorem restitutionẽ implorat, reo potiùs fauemus: ita cùm scholasticus vnius academiæ, suum priuilegium alterius scholastici priuilegio opponit. [d] Atque ita Senatui Parisiorum iampridem audio placere. Appellatio ab interlocutionibus admittitur quidem in ijs regionibus quæ moribus reguntur, sed ea litis progrèssum non remoratur, nisi iniuria interlocutionis eiusmodi sit, quæ in extrema caussæ definitione instaurari non possit. [e] In regionibus iuridicialibus non appellatur ab interlocutione, si iniuriam inferat quæ contingat litem principalem, & in ea definienda emẽdari possit, ex vulgari interpretatione: [f] quam suprà refutamus. [g] Actio iniuriarum anno extinguitur. [h] Sed hæc, & alia multa quæ in hunc titulum inciderunt, opportuniùs suo loco, legibus Gallicis, & moribus adductis tractabuntur. Quorsus enim de seruorum conditione apud Gallos, [i] de peculio filiorumfamiliàs, [k] de magistratuum iurisdictione hic repetemus, [l] quæ suprà adhibita sunt? Cur de contumacia, de pactis dotium, de euictione & authoribus laudandis, de adeunda vel repudianda hæreditate, de hastæ solennibus, atque id genus alijs dicemus, quæ infrà sub diuersis titulis bona fide explicanda sunt? Illud ex facto nobis in ciuitate Biturigum propositum est: Minor annis vigintiquinque curatorem non habens, fundum donauit retento vsufructu: [m] maior iam factus, atque adeò annum

a. l. si apud. §. l quãuis. infr. ad Vell. l. j. §. ex quib. cau. ma.
a. Fracisc. de bre. lit. 134.
b. Lud. 12. 46.
c. l. minor autem. & l. ositi. sup.
d. Francis. des urgés. not. l. om. sup. de io integ.
e. C. de form.
f. l. j. supr. de dol.
g. l. j. infr. ex quib. caus. ma.
h. Britan. des m. 1 & 7.
i. Franc. 134. not. infr. ex quib. caus. ma.
x. art. 12. & seq.
l. 14 & 15.
m. 15. eo.
n. auten. sa C. si ad. vendi.
o. 26. eo.
p. 28. eo.
q. 8. & seq. eo.
r. C. qui leg. per. l. fi. l. exig. C. de proc. vb. not.
s. 2. & 18. eo.
t. l. j. & 3. supr. eo.
u. Biturig. 4. de lestat. & 9.
x. 2. des presc
y. 9.
z. 16. eo.
a. Franc. 120. de bre. lit.
Borbo. 14.
b. Pycto. 380.
c. l. j C de preç. mil. l. fin. C. si ad. fisc l. quæcunque C. de fid. instr. l. 10
d. l. verũ. supr. in fi. arg. l. fauora. infr. de regiur.
e. Francis. de bre lit. 4. & seq. io 1. cõsti.
f. prag sanct. l. 2. inf. de appel. recip. vbi oot.
g. l. intra. sup.
h. Aruer. 29. Borbo 15.
i. sup. de sta. ho.
k. sup. de his q s. su.
l. sup. de iurisd. & sup. de offic. præf. præt. &c.
m. l. quisq. C. de don.

annum ætatis trigeſimumquintum egreſſus, donationem reſcindi cupiebat, quæ legem Regiam de breuiatione litium nouiſſimè editam præceſſerat.[n] Reſpondi ſecundum ea quæ proponebantur, minorem audiendum non eſſe, quòd maior factus decennij inter præſentes ſilentio, donationem ratam habuiſſe videretur:[o] cùm præſertim ad reſciſſionem contractuum, lege Regia anteriore decennium ſtatutum ſit.[p] Nec ad rem pertinere, quòd oblitus donationis diceretur: quandoquidem proprij facti ignorantia intolerabilis ſit:[q] etſi ignorantia alioqui veriſimilis, iuſta cauſſa habeatur integri reſtitutionis.[r] Neque verò me moueri, quòd more regionis omnis præſcriptio triginta annorum lapſu firmaretur.[ſ] Nam in hac ſpecie nõ præſcriptionem, ſed donationis tacitam ratihabitionem eſſe dicebam.[t]

n. Fran. 134. o. l. fin. C. ſi ma. fa. ali. rat. p. Ludo. 22. 46. q. l. fi. inf. pro ſuo. r. l. Panno. §. de acq. hered. ſ. Biturig. des preſcri. t. d. l. fi. vb. not. Bart.

DE CAPITE MINVTIS.

Titulus. V.

L. I. GAIVS *Lib. 4 ad edictum Prouinciale.*



Apitis diminutio eſt prioris ſtatus mutatio.

Ait, Capitis diminutio. Per ſtatus mutationem incidit aliquis in captionẽ iure ciuili,[a] ita vt niſi beneficio Prætoris ex hoc edicto reſtituatur,[b] data ei actione vtili perinde quaſi actio amiſſa non ſit,[c] agere in eum non poſſit, qui obligatus erat: quòd ſubtili ratione iuris ciuilis, mutato ſtatu, alius videatur quàm qui contraxit.[d] Eſt autem caput hoc loco, perſona figuratè ſic appellata: ſtatus verò, vel ius perſonarum in tribus conſiſtit, libertate, ciuitate, familia:[e] quorum ſi vel vnum, vel duo, vel omnia tria amittat, minutum caput dicitur. Qui libertatem amittit, cætera amittit: qui ciuitatem, amittit & familiam, non contrà. Maxima ergo capitis diminutio eſt, cùm libertas amittitur: media, ſiue minor, cùm ciuitas: minima, cùm familia.[f] Interdum defunctoriè, & in loco alieno obiter hæc tractantes conſulti Vlpianus,[g] & Calliſtratus,[h] duo genera tãtùm ponũt, magnam, & minorem: & appellatione magnæ, maximam, & mediam complectuntur: quę res negocium faceſſit non modicum interpretibus. Huc accedit quòd deportatione, vel aquæ & ignis interdictione, libertatem adimi dicat Calliſtratus,[i] vt damnatione in metallum, qua ſeruus pœnæ efficitur damnatus. Sed libertas adimitur tota, cùm ius gentium amittitur: quod accidit ſeruis pœnæ, in metallum damnatis, vel ad beſtias, vltimúmve ſupplicium.[k] Ii qui ſolam ciuitatem Romanam amittunt, libertatem quidem amittunt ea faciendi quæ propria ſunt ciuium Romanorum: vt teſtamenti factionem, patriam poteſtatem, legitimas hæreditates & tutelas: non etiã ea quæ iure gentium introducta ſunt: vt acquirendi dominij poteſtatem iure gentium, & acquiſitum retinendi,[l] &c. Rectè autem, & ordine feciſſet compilator, ſi caput vltimum huius tituli primò ſubieciſſet: nimirum diuiſionem definitioni. Sed ſatis habuit conijcere in communes locos, quæ eòdem pertinebant plærumque: quæ ſi non piguiſſet iterum ſcribere, in ordinem commodiorem poterant confici.

a. l. 2. §. de in integ. reſti. b. inf. l. tutel. c. l. fin. C. ex quib. cau. ma. d. l. tutelas §. e. l. vlti. inf. f. d. l. fi. & inſti. eo. g. l. j. infr. de ſu. h. l. cog. infr. de var. cog. i. d. l. cog. k. §. max. inſt. eo. l. quidam. inf. de pœn. §. pœnæ. inſtit. eo. l. l. quidã. inf. de pœn.

L. II. VLPIANVS. *Lib. 11 ad edictum.*

Pertinet hoc edictum ad eas capitis diminutiones, quæ ſalua ciuitate contingunt. Cæterùm ſiue amiſſione ciuitatis, ſiue libertatis contingat capitis diminutio, ceſſabit hoc edictum: neque poſſunt hi penitus conueniri. Dabitur planè actio in eos ad quos bona eorum peruenerunt. Ait Prætor, Qui quæue poſteaquàm quid cum his actum contractumue ſit, capite diminuti, diminutæue eſſe dicentur: in eos eáſue, perinde quaſi id factum non ſit, iudicium dabo. Ii qui capite minuuntur, ex iis cauſſis quæ capitis diminutionem præceſſerunt, manent obligati naturaliter. Cæterùm ſi poſtẽ, imputare quis ſibi debebit cur contraxerit: quantùm ad uerba huius edicti pertinet. Sed interdum ſi contrahatur cum his poſt capitis diminutionem, danda eſt actio. Et quidem ſi arrogatus ſit: nullus labor eſt. Nam perinde obligatur, ut filiusfamiliâs. Nemo delictis exuitur, quamuis capite minutus ſit. Ei qui debitorem ſuum arrogauit: non reſtituitur in eum actio poſtquàm ſui iuris fiat. Hoc iudicium perpetuum eſt: & in hæredes, & hæredibus datur.

Ait, Pertinet hoc edictum. Significat Vlpianus edictum Vrbicum, quod interpretatur ad eos duntaxat pertinere, qui adoptione, vel emancipatione ſtatum mutarunt: non vt his ſubuenia-

tur, sed aduersus hos. Paulus tamen, & Caius ad edictum prouinciale, ita scripsere, quasi emancipatis etiam restitueretur actio, vel adrogatis qui in re castrensi contraxerint. [a] Nam & deportatis qui ciuitatem amiserunt, humanitatis intuitu interdum subuenitur, siue hoc edicto, siue interpretatione prudentium: [b] quibus, ex contractibus ante deportationem initis datur actio: & ex ijs quos posteà inierunt. [c] In eos verò non datur actio ex ijs caussis quæ præcesserunt, quòd omnia bona eis adempta sint, non quòd obligari posteà ciuiliter non possint, iure gētium, cùm sint liberi. [d] Sanè in eos ad quos bona peruenerunt capite minutorum, maxima, & media minutione, dandam actionem, vt in dominum, vel fiscum, inter Vlpianum & Paulum conuenit: [e] vt precium operę facturi videamur, si huic capiti apud Vlpianum relato, paucula subiecerimus memoriæ gratia. Ait Prætor, Qui quæue, postea quàm quid cum his actum contractúmve sit, capite minuti minutæúe esse dicentur, in eos eásve perinde quasi id factum non sit, iudicium dabo. In eos qui libertatis, vel ciuitatis amissione, capite minuti erunt, actionem non dabo: sed in eos ad quos bona eorum peruenerunt. Contrà capite minutis per emancipationem, aut adoptionem: quibus ex caussis alienæ potestati subiecti agere possunt, actionem restituam. Adieci Quibus ex caussis, &c. quòd hoc iure adoptati, in potestatem adrogatoris cum actionibus transirent, & rebus omnibus ferè. [f] Deportati in fiscum transmittebant actiones: vt bona omnia, [g] licet posteà iure gentium contrahere, & vtili actione, experiri etiam his permissum sit. [h] Mulieris deportatæ non ex omni delicto dos publicatur, & ideò penes maritum remanet, quasi culpa mulieris solutum sit matrimonium. Sed quoniam natura durat matrimonium post deportationem, si pòst soluatur sine culpa mulieris, benigna interpretatione ei concessum est de dote agere in maritū, vel hæredem eius, quasi hodie nata actione, quę priùs iure ciuili nata erat: [i] quandoquidem inter peregrinam & ciuem Romanum nō constet matrimonium. [k] Et hoc Vlpianus voluit, quem miserè interpretes tractant. Ex testamento militis capere deportati possunt, cui iure naturali testari permissum est fauore militiæ, [l] cuius est arma tractare, non solennia iuris ciuilis discere. [m] Cæterùm quæ testari, neque capere iure ciuili, vel prætorio, ex alieno testamento possunt: vt nec quicquam facere, quod proprium sit iuris Quiritium. [n] Ait, Hi qui capite. Generaliter de capite minutis hic loquitur, qui naturaliter manent obligati ex contractu. [o] Ciuilis enim ratio, qua alius factus intelligitur qui minutus est capite, non efficit ne consensu suo obligatus maneat: [p] cuius obligationis potestas in retinendo solutum, non in agendo vertitur, [q] &c. Ait, Cæterùm si posteà. Significat Vlpianus hoc edictum non pertinere ad contractus quos minuti iam capite coeunt. Ait enim Prætor, postea quàm, &c. Ait, Sed interdum. Hic ostendit se generaliter locutū de capite minutis: de seruis tamē, aut deportatis, nihil hic dicit, sed de adrogatis qui obligari ciuiliter possunt, vt omnes filijfamiliâs. [r] Serui facti non obligantur ciuiliter, nisi sint coloni, qui omnimodò serui non sunt. [s] Deportati verò aut alioqui *ἄπολιδες*, & alios obligant sibi (vt dixi) & obligantur iure gentium: & vtiles actiones ex his caussis dantur vltrò citróque: [t] quandoquidem retineant ea quæ sunt iuris gētium. [u] Et licet actiones iure ciuili introductæ sint, [x] (cùm anteà iure gentiū retinere solutum liceret ex contractu, non agere) [y] benigniùs receptum est, vt vtiles actiones competant. [z] Ait, Nullus labor est. Significat in deportatis, &c. plùs esse dubitationis, quòd ciues non sint, vt diximus. Ait, Nemo delictis. De contractu Prætorem edixisse meritò innuit Vlpianus: quòd actiones ex delicto in bonum & æquum conceptæ sint, nec ideò capitis diminutione tollantur. [a] Quod in minima diminutione nullum laborem habet. Nā si deportatus sit, vel seruos factus qui deliquit, in dominum potiùs, vel fiscum agendum videtur pecuniariè. [b] Ait, Ei qui debitorem. Quando creditor adrogat suum debitorem, extinguitur actio, quòd filius patri debere non possit ciuiliter: [c] quem si emancipet, non restituitur ei in eum actio, quæ emancipatione amissa nō est, sed adrogatione, & quidem voluntate creditoris. [d] Ait, Hoc iudicium. Aliæ restitutiones integri statutum quidem tempus habent, siue per actiones datas restitutio fiat, siue cognitione magistratus: [e] sed hæc restitutio perpetuò competit. Illæ enim rescindunt ius ciuile, [f] vel ob delictum dantur: [g] hæc supplet ius ciuile, cuius subtili ratione, actio deficit. [h] Sed refert temporalísne an perpetua fuerit actio amissa: quia ad petendam restitutionem illius actionis perpetuò non admittitur actor, sed intra tempus actionis. [i]

L. III. PAVLVS. *Lib. 11 ad edictum.*

Liberos qui arrogatum parentem sequuntur, placet minui capite cùm in aliena potestate sunt, & familiā mutauerūt. Emancipato filio, & cæteris personis capitis diminutio manifestè accidit: cùm emancipari nemo possit, nisi in imaginariam seruilem caussam deductus: aliter atque cùm seruus manumittitur: quia seruile caput nullum ius habet, ideóque nec minui potest.

Ait, Liberos. Exempla sunt minimæ capitis diminutionis ex Paulo adhibita per Iustinianum. Siue enim quis adoptetur, siue emancipetur, familiam mutat: a & adrogato patrefamiliâs, liberi transeūt

a. l. tutelas. & l. eas. infr. & seq.
b. l. at si alia. j. de bo. dam.
c. l. si mand. j. mand. §. is cuius.
d. d. l. tutel. l. quidam. j. de pœn. & d. l. si manda.
e. vt hic. d. l. tutel. & l. & om. sof. de bo. dā.
f. l. si pater. j. de adop. inst. de acq. per adrog.
g. infr. l. tutel.
h. d. l. si man. l. quidam. inf. de pœ. l. 2. C. de bo. proscr.
i. d. l. at si. inf. de bo. dam.
k. inst. de nupt. in prin.
l. l. neque. inf. de test. mili.
m. l. sci. C. de iur. de.
n. d. l. quidā l. j. C. de hære. instit. l. eius. j. de testa.
o. l. natur. infr. de cōd. indeb.
p. l. eas. inf.
q. l. natur. inf. de cond. ind.
l. ex quib. eo.
r. l. tam ex. j. de iudi.
s. l. fin. C. vb. cau. fit.
t. d. l. si māda.
u. d. l. quidā.
x. l. 2. supr. de orig. iur.
y. l. naturaliter. l. ex quib. infr. de cond. indeb.
z. d. l. si mand. & l. at si alia. de bo. dam.
a. l. tutelas. j. l. quęsitum. de sep. viol. §. fin. de iniur.
b. l. tutelas. j. l. & om. inf. de bo. dam.
c. l. frat. inf de cond. indeb.
d. arg. l. j. §. de resti. in.
e. l. quod si §. fi. supr. de mi.
f. l. in ho. inf. de act.
g. l. quia. infr. de ali. iudi.
h. vt infr. l. amiss. & ll. seq.
i. arg. l. fi. §. j. tit.
a. inst. eo. §. minima.

ri transeunt in familiam adrogatoris. b Ait, In imaginariam. Caius iunior solennia emãcipationis refert: ter enim mancipabatur filiusfamiliâs hoc seculo Pauli, vt in seruilem caussam caderet: & tandem à fiduciario parente naturali patri remancipatus manumittebatur quasi seruus: vt ad Institutiones dixi. c Ait, Aliter atque. Seruus nullum ius, nullúmve statum habet, id est libertatem, ciuitatem, aut familiam non habet antè quàm manumittatur: quod & nullum caput habere dixit Iustinianus, hoc est, nullius status caput. d Filiusfamiliâs cõtrà cùm mancipatur fiduciario patri, caput liberum est, & ciuis Romanus, & in familia patris naturalis: e vt meritò hic minuatur capite, ille non minuatur.

b. l. si paterfa. sup. de adopt. c. §. prætereà. inst. quib. mo. ius pa. pot. d. §. seruus. insti. de cap. di. §. om. insti. de nox. e. l. nam ci. §. de his. q. s. su.

L. IIII. MODESTINVS. Lib. 10. πανδεκτῶν.

Eo die enim incipit statum habere, cùm manumittitur.

Ex hoc loco constat, rubricas De statu hominum, & De iure personarum, ita accipi debere, vt status ad liberos maximè spectet, ius pars illa iuris ciuilis sit, quæ de personis est constituta. Si enim statum propriè haberẽt serui, status mutatio fieret eorum manumissione, & capite minuerentur: quod negat Iustinianus Paulum secutus. a

a. d. §. seruus: & supr. l. liberos.

L. V. PAVLVS. Lib. 11. ad edictum.

Amißione ciuitatis fit capitis diminutio: ut in aquæ & ignis interdictione. Qui deficiunt, capite minuuntur. Deficere autem dicuntur, qui ab ijs quorum sub imperio sunt, deciscunt, & in hostium numerum se conferunt: sed ij quos Senatus hostes iudicauit, lege lata, utique usque adeò ut ciuitatem amittant. Nũc respiciendum est quæ capitis diminutione iura pereant: & primò de ea capitis diminutione quæ salua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti constat: nam manere magistratum uel senatorem uel iudicem certum est.

Exempla sunt mediæ capitis diminutionis ex eodem lib. Pauli transcripta: quæ si contingat, non fit restitutio ex hoc edicto aduersus capite minutum: vt nec cùm maxima minutio fit. a Ait, vt aquæ & ignis. Pœna fuit, qua damnatis ea elementa adimebantur, quæ vitæ maximè necessaria sunt, b vt ad Institutiones diximus: in cuius locũ deportatio in insulam successit, c vt promiscuè consulti his vtantur, cùm de amissione ciuitatis sermo est. Ait, Qui deficiunt. Transfuga non priùs amittit ciuitatem, quàm in aliam adscriptus sit: vt nec is qui voluntario exilio deficit à suis. d Qui deportatur in alia caussa est, vt alibi ex Cicerone etiam ostendi. e Ait, Sed & ij. Vt damnati exilio amittunt ciuitatem, ita qui iudicati sunt hostes à Senatu, lege in hoc lata, id est, priuilegio, à Senatu consecrato. f Ait, Nunc respiciendum. Quòd actiones capitis diminutione pereant, pro quibus vtiles Prætor indulget hoc edicto, Paulus altiùs repetit, quæ iura capitis diminutione pereant: & primò de minima diminutione verba facit, ad quam pertinet hoc edictũ, authore Vlpiano: g vt vel ex interpretatione prudẽtum, vel alio loco edicti perpetui, cætera adhibeantur quæ ad alias minutiones spectant. Igitur quæ iuris ciuilis sunt publici, capitis minima minutione non amittuntur, sed ea quæ priuati iuris sunt: vt actiones priuato competẽtes, & ius agnationis, patria potestas, h &c.

a. l. tutel. infr. l. j. sup. b. Lactan. c. l. 3. inf. ad l. Iul. pe. l. cog. infr. de var. cog. l. j. de leg. 3. d. l. postli. inf. de capt. e. sup. de sta. ho. f. l. item. §. de pet. hær. arg. g. l. 2. sup. h. instit. de pat. po. & §. l. tut.

L. VI. VLPIANVS. Lib. 1. ad Sabinum.

Nam & cætera officia quæ publica sunt, in eo non finiuntur. Capitis enim diminutio, priuati hominis & familiæ eius iura, non ciuitatis amittit.

Ratio huius capitis est, quòd mutatione personæ, non sit æquum ius publicum tolli, vt alioqui pacto priuati: a ius verò ciuile priuatæ personæ, sublatum intelligatur mutatione personæ, vti vsusfructus amittitur, sublato corpore. b Ius item familiæ ideò amittitur, quòd agnatus esse desinat adoptatus, vel emancipatus. c

a. l. ius publ. §. de pact. b. §. de vsuf. l. 2. c. §. l. tut.

L. VII. PAVLVS. Lib. 11. ad edictum.

*Tutelas etiam non amittit capitis diminutio: exceptis ijs * quæ in iure alieno personis * positis non deferuntur. Ergo testamento dati, uel ex lege, uel ex senatusconsulto erunt nihilominùs tutores. licet legitimæ tutelæ ex. xij. Tabu. interuertantur: eadem ratione qua & hæreditates exinde legitimæ quæ agnatis deferuntur: quia desinunt esse familia mutata. Ex nouis autem legibus & hæreditates & tutelæ plerumque sic deferuntur, ut personæ naturaliter designentur: ut ecce deferunt hæreditatem senatusconsulta matri & filio. Iniuriarum & actionum ex delicto uenientium obligationes cum capite ambulãt. Si libertate adẽpta, capitis diminutio subsecuta sit, nul-*

* aliàs, quæ alieno iure personis proximis deferuntur. * Positis deferuntur. P. F.

 li restitu-

li restitutioni aduersus seruum locus est: quia nec prætoria iurisdictione ita seruus obligatur, ut cum eo actio sit: sed utilis actio aduersus dominum dãda est: ut Iulianus scribit. Et nisi insolidum defendatur, permittendum mihi est in bona quæ habuit mitti. Item cùm ciuitas amissa est, nulla restitutionis æquitas est aduersus eum qui amissis bonis, & ciuitate relicta nudus exulat.

Paulus continuò eod. lib. ad edictum, hæc subiecit de tutelis quæ capitis diminutione minima non amittuntur, quæque amittuntur. Tutelæ legitimæ ex lege duodecim, vt agnatorum, & patronorum (quæ personæ in iure alieno ponuntur, statuuntúrve eadem lege, id est, succedũt agnatis & libertis) minima capitis diminutione pereunt, vt hæreditates:[a] sed iure nouo agnatorum ius sublatum est:[b] ex nouis legibus, & S.C. quæ deferuntur, non pereunt, quia naturali nomine, nõ ciuili, tutores designantur:[c] vt tutela legitima parentũ, & quę datur legibus alijs, & S.C.[d] Ait, Iniuriarum. Vide quod superiùs dixi de eadem re:[e] cum capite autem ambulare dicit, vt alibi noxa caput sequitur, hoc est, personam quæ nocuit, siue sit sui iuris, siue in aliena potestate.[f] Ait, Si libertate. Idem Paulus scribit ad edictũ, quod Vlpianus suprà.[g] Sed hodie ingenuus non fit seruus pœnæ.[h] Quod autem ait, Nisi insolidum defendatur, &c. similiter in adrogato locum habet.[i] Ait, Ciuitate relicta nudus exulat. Exul esse iussus à magistratu, hodie bona non amittit, sed ciuis esse desinit, vt dixi, licet non sit adscitus in aliam ciuitatem:[k] relegatus, vel qui sua voluntate exulat, in eadem caussa non est.[l] Sed hoc argumentum suprà alibi copiosiùs tractamus.[m]

a. l. capitis. ff. de su. b. autent. de hær. ab intest. c. l. j. ff. de gradu. inst. de An. tut. l. pen. inf. de tutel. insti. de leg. pa. e. l. 2. § nemo. sup. f. § om. instit. de noxal. g. l. 2. sup. h. autenti. de nupt. i. inst. de acq. per adrog. k. l. quidam. ff. de pœn. autẽ. bona. C. de bo. proscr. l. § minor. insti. eo. l. amiss. supr. m. supr. de sta. ho.

L. VIII. CAIVS *Lib. 4 ad edictum Prouinciale.*

Eas obligationes quæ naturalem præstationem habere intelliguntur, palàm est capitis diminutione non perire: quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest. Itaque de dote actio (quia ex bono & æquo concepta est) nihilominùs durat etiam post capitis diminutionem.

Quæ sint obligationes quæ naturalem præstationem habent Caio, haud facilè dixerim: qua in re & alij miserabiliter hærent, & volutantur. Iam pridem in ea sum hæresi, vt existimem obligationum iuris gentium vim, & potestatem, in retinendo solutum, aut alioqui quod peruenit ad nos, consistere: non in petendo, & exigendo pręstationem debiti.[a] Quod in obligatione seruorum adhuc cernitur, & qui alioqui naturaliter, seu iure gentium tenentur, non ciuiliter.[b] Quapropter ex emptione, & conductione, re integra, nihil exigi iure gentium potuit, dum actiones proditæ sunt iure ciuili:[c] sed tantùm retineri licuit ex his caussis datum. Quò pertinere mihi videtur caput illud Ex quibus caussis,[d] &c. & quod Martianus ait, deportatos, & alios qui ciuitatem amiserunt, ea habere quæ sunt iuris gentium:[e] & ideò actiones non habere summo iure, sed tantùm dari vtiles.[f] Exceptæ sunt ex obligationes, quæ naturalem præstationem habent, vt hic Caius loquitur, id est, quæ non solùm ad retinendum valent natura, sed etiam ad petendum, & exigendum præstationem: ex quibus actiones in bonum & æquum conceptæ dicuntur. Eiusmodi sunt quæ re contrahuntur obligationes, vt Depositi,[g] Commodati, Dotis: item quæ ex delictis veniunt, vt Iniuriarum, Sepulchri violati,[h] &c. Nulla enim est, aut fuit vnquam in terris natio, quæ æquum & bonum non putarit ex his caussis necessitatem impositam esse præstãdi quod debeatur: & ideò tales actiones iure naturali, & gentium, magis quàm ciuium Romanorũ introductas, ciuilis ratio corrumpere non potest, quæ (vt dixi) ciuilia duntaxat iura amittit.[i] Igitur tales actiones ex hoc edicto non restituuntur, cùm amitti capitis minutione non soleant: cæteras restitui à contrario duxeris ex Caio.[k]

a. not. sup. de pact. b. l. natur. & si id q. l. indebitam. ff. de cõd. indeb. & l. frater. c. l. 2. ff. de orig. iur. d. inf. de cõd. indeb. e. l. quidam. ff. de pœn. f. l. si mãd. inf. mand. g. l. bona. inf. dep. h. l. quæsitum. ff. de sep. viol. i. § fi. inst. quib. test. tu. k. vt hic. & l. j ff. de off. c.

L. IX. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Et quandoque emancipata aget.

Exemplum subnectit ex Paulo ad edictum, aut potiùs Caij exẽplum ita declarat Iustinianus, vt constet addendum fuisse edicto apud Vlpianum relato, Et eis interdum, vel simile quiddam: ve »dicatur in eos cálve, & eis interdum, perinde quasi id factum non sit, iudiciũ dabo: vel aliud caput adiiciendum, vt superiùs ostendi.[a]

a. l. 2. sup.

L. X. MODESTINVS. *Lib. 8. Differentiarum.*

Legatum in annos singulos uel menses relictum, uel si habitatio legetur, morte quidem legatarij legatum intercidit, capitis tamen diminutione interueniente perseuerat: uidelicet quia tale legatum in facto potiùs quàm in iure consistit.

Hoc Modestini seculo, vsusfructus minima capitis minutione amittebatur, vt Vlpiani tempore,[a] quod per Iustinianum lege noua emendatũ est.[b] Neque solùm vsusfructus, sed actio de vsufructu

a. l. 1. ff. quib. mod. vsusfr. b. l. corrup. C. de vsufr.

fufructu perimebatur: ita tamen vt si in singulos annos legatus esset, ante minutionem tantùm constitutus amitteretur, hoc est vnius anni. [c] Contrà receptum fuisse in legato habitationis, & alijs legatis in singulos annos, Modestinus significat, quòd eiusmodi legata ad vsum necessarium vitæ relicta, magis in facto quàm in iure consistant: & capitis minutio ea quæ in iure consistunt, amittat. [d] Et hanc quidem differentiam inter vsumfructum, & in annos legatum, idem Caius alibi notat. [e] Sed cur in facto ait consistere, cùm ad hæredem legatum eius anni transeat, quo mortuus sit legatarius? An non ideò quòd tale legatum seruo relinqui potest, cui vsusfructus non cõpetit? [f] Quod ait morte intercidere, ad sequentium annorum legata pertinet: quià (vt dixi) eius anni legatum transit ad hæredem. Talia legata monachis Franciscanis relinqui posse Bartolus notat, qui dominium rerum sibi non acquirunt: [g] & officio iudicis cogi hæredem ad præstanda legata ijs quibus actio non competit. [h]

c.d.l.1. d.l.nã & .§. e.l.in sing.§. de annu.leg. f.l. seruos §. de ali.leg. g.cle.exiui.de ver.sig. h.d.l.

L. XI. PAVLVS. *Lib.2.ad Sabinum.*

Capitis diminutionis tria genera sunt: maxima, media, minima. Tria enim sunt quæ habemus: libertatem, ciuitatem, & familiam. Igitur cùm omnia hæc amittimus, hoc est, libertatem, ciuitatem, & familiam, maximam esse capitis diminutionem: cùm uerò amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis diminutionem: cùm autem & libertas & ciuitas retinetur, familia tantùm mutatur: minimam esse capitis diminutionem constat.

Hoc caput suprà satis explico. [a] Inscriptio verò hæc ad Sabinum, in libris Vlpiani, & Pauli, [b] ad Massurium Sabinum veterem consultũ referẽda est, cuius libros Sabiniani interpretati sunt: id quod ad institutiones obseruabis post alios: [c] & si Lampridius in Alexand. hunc Sabinum virum consularem, Pauli, & Vlpiani æqualẽ fuisse cui libros dicauerint, vt Cicero ad Brutum, &c. author sit: quem errorem & Rutilius, qui de iureconsultis nuper librum reliquit, & alij plærique secuti sunt: & nôs aliquando Lampridij authoritatem reuerentes, idem auditoribus nostris tradimus.

a.d.l.1. b.l.nã &.§. & hîc. c.insti.de her. insti. in prin. l.vlt.C.eo. a.§.de his qui s. su. & de adop.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Capitis diminutionem minimam emancipatione contingere apud Gallos, dubium non est: apud quos & alijs quibusdam modis quasi emancipati fiunt, & pro eiusmodi habentur filijfamiliarum, vti alibi suprà adnotaui. [a] Adrogationem verò non multùm frequentari, licet nulla lege vetitam, inibi scripsi: moribus tamen quibusdam, ea successione quæ suis, aut alioqui liberis defertur, excludi. Sed & qui in perpetuum exilium damnantur, iure nostro tãquam peregrini ius cognationis amittunt, & legitimis hæreditatibus excluduntur: [b] hæredes tamen alijs moribus habere possunt, quòd bona omnia publicari ferè nequeant, [c] vt nec iure autentico Iustiniani. [d] Qui vltimo supplicio damnantur, quarũdem regionum legibus bona quidem omnia amittunt, *qui confisque le corps confisque les biens*: & in eadem caussa sunt in exilium perpetuum damnati: [e] qui moribus alijs suprà scripta regula etiam continentur, quòd ciuiliter mortui dicantur. [f] Sed vltimo supplicio damnati non fiunt serui pœnæ, præsertim si ingenuí fuerint. [g] Apud quos verò manumissio seruorum recepta est, nulla lex municipalis vetat quin ob ingratitudinem in seruitutem redigantur ingrati actione: [h] vt media, & maxima capitis minutio etiam apud Galliam obseruetur. Iam si filiusfamiliâs palàm negociator contraxerit, & deinde emancipetur, restitutione huius edicti nihil opus est apud eos, qui pro emancipato habent. Quod & in muliere de doto agente, receptum est. [i] Quibus verò casibus, absque patris cõsensu non potest contrahere, [k] hocne edicto Galli vtuntur, an statutum tempus in rescissione contractuum, &c. [l] obseruant? Nam hîc rescissio nulla fiat, sed amissæ actionis restitutio. Sed puto lege Regia vtendum, quòd amissio actionis rescindatur. An autem rescripto Regio opus sit agere volenti, non iniuria dubites: quòd par quidem ratio suadet, quocunque iure vtamur. Ius agnationis, minima capitis minutio non amittit, quòd in successione, & tutela, agnati cognatis potiores non habeãtur, [m] & si in lineas res soli propriæ creiscantur. [n] Nam & si moribus quibusdã cognati patris in tutela præferri soleãt: [o] nomine tamen naturali, non ciuili vtuntur, vt emãcipatione, tutela amissa videri non possit. Exilium perpetuum moribus quibusdam omnimodò mulieri adimit propria bona, non quæstus: [p] marito etiã quęstus immobiles aufert, deductis primùm vxoris dotalicijs, & proprijs bonis: quę nihil æris alieni exoluit, sed fiscus ad quẽ omnia mariti peruenerunt. [q] Apud quosdam etiã mediã partẽ mobiliũ rerũ, & quæstus immobilis præcipit vxor. [r] Porrò cùm bona publicantur agnatorum apud Gallos, ob læsam maiestatem Regiam, aut Diuinam, vel falsam monetam, in fiscum Regium cadunt: [s] cæterùm ad dominum maximæ iurisdictionis pertinent: nisi sit peculium seruile, quod in dominum serui condemnati recidit, [t] vt mobilia clericorum apud quosdã antistiti cõmittuntur. [u] Sed hæc suo loco diffusiùs euoluemus. [x]

b. Senon. 73. 67. Niuer. 26 des suc. Borb. 322. Victr. 78. c. Britã. Bituri. tit. 2. Ande. 142. d. autẽ. bona. C. de bo. pros. e. Meden. 206 Senon. 23. & seq. Aruer. 29. Trecen. 132. f. Niuer. *des confis.* 2. g. auten. de nupt. h. C. de lib. & eo. liber. i. Biturig. 6. & 3. k. Britan. 51. des mi. Biturig. 26. l. Lud. 12. 46. m. auten. de her. ab. n. l. de emãci. C. de leg. hær. auten. ita. C. cõ. de suc. o. Britan. des mi. 22. p. Senon. 24. Melden. 28. Trecen. 134. Burgund tit. 2. Auxerr. *des confis.* q. vt. §. l. 1. & l. tut. r. Niuer. *des confis.* s. Senon. 24. Aruer. 29. t. Senon. eo. Niuer. *des confis.* u. Niuer. *des confis.* x. j. de bo. d.

EX QVIBVS CAVSSIS MAIORES IN INTEgrum restituantur. Titulus VI.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

HVius edicti caussam nemo non iustißimam esse confitebitur. Læsum enim ius per id tempus quo quis Reip. operam dabat, uel aduerso casu laborabat, corrigitur, nécnon & aduersus eos qui uel absentes reipublicæ caussa fuerant, uel apud hostes detēti, succurritur: ne uel obsit uel prosit quod euenit. Verba autem edicti talia sunt: Si cuius quid de bonis cùm is metu, aut sine dolo malo Reip. caussa abesset, siue in uinculis, seruitute, hostiúmue potestate esset, posteáue cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur. Item si quis quid usu fecisse suum, aut quod non utendo amissum sit, consecutus esse, actionéue qua solutus est ob id quòd dies eius exierit cùm absens non defenderetur: inúe uinculis eßet: secúmue agendi potestatem non faceret: aut cùm eum inuitum in ius uocare non liceret, neque deffenderetur, siue cui per magistratus factum sine dolo malo ipsius actio exempta eße dicetur: earum rerum actionem intra annum, quo primùm de ea re experiundi potestas erit: item si qua alia iusta mihi caußa eße uidebitur, in integrum restituam: quod eis per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta Principum licebit.

Ait, Huius edicti. De more Vlpianus commendat edictum ab æquitate. Priore enim capite edicti, absentibus, aut alioqui impeditis subuenitur: posteriore aduersus absentes, aut qui alioqui cùm non defenderentur, alios læserunt: siue culpa sua non defendantur, siue facto magistratus. Extat autem edictum apud Vlpianum relatum primùm, deinde capitatim expositum lib. 12. ad edictum, vsque ad caput. 29. huius tituli: cuius commentario interserta sunt de more per Iustinianum ex alijs consultis fragmenta, Callistrato, Paulo, &c. Ait, Si cuius quid de bonis. Verbum primum huius longę circumductionis est, Exisse dicetur: vltimum verò in integrum restituam, hoc sensu: Si aliquid de alicuius bonis exisse dicetur, cùm is abesset, &c. in integrum restituam. In bonis autem alicuius id primùm esse videtur quod in dominio est, aut quasi dominio, vt superficiaria, quæve bona fide posidemus, ita vt fructus nostros faciamus. Secundo loco in bonis generaliter esse intelliguntur, quæ in actionibus, petitionibus, persecutionibus sunt: id est, quæ actione in personam, petitione in rem, aut extraordinaria persecutione, cognitionéve magistratus, consequi possumus.[a] Exisse de bonis hîc Prætor dixit, quæ priore modo in bonis fuerunt: diem verò actionis exisse generalius est, ad actiones in personam, & persecutiones extra ordinē etiam pertinens. Nisi enim illa clausula Posteáve cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur, pręcedentem complecteretur, perfecta hęc oratio non esset, sed addenda esset dictio Aut, post verbum Posteáve: & interpunctione vtēdum post verbum Posteáve, non ante, vt Haloander distinxit, cuius lectionē sequor. Porrò illa verba Posteáve, &c. ad vsuscapionē spectare, & ad id quod priore modo in bonis fuit, Vlpianus ostendit.[b] Igitur ita accipe, Si cuius quid de bonis exisse dicetur, cùm is, &c. posteáve exisse dicetur. Nam diem actionis exisse, est rem exisse de bonis, generali significatione huius verbi. Et hic locus negocium facit interpreti Accursio inferiùs, apud quem Azonis sententia vera est.[c] Cætera huius edicti interpretatur Vlpianus ordine, præter illa verba, Earum rerum actionem intra annum quo primùm experiundi potestas erit. Quę ita accipi debent, vt actionis appellatione contineatur tam in rem, quàm in personam actio, persecutióve:[d] quam intra annum vtilem Prætor restituet in integrum, & generaliter restituet actionem, si qua alia iusta caussa sibi videbitur. Hodie pro anno vtili, in hac quoque maiorum restitutione quadriennium est, ex Iustiniani noua constitutione:[e] vtcúque alij interpretentur: Actio De dolo biennium suum retinet.[f] Nam Iustiniani institutum fuit tollere è medio difficultatem cōputandi annum vtilē in restitutionibus:[g] antè quàm iam biennium actioni De dolo attributum fuerat,[h] non etiam actioni Quod metus caussa, Rescissoriæ, restitutioni minorum,[i] &c. Simili ratione motus Iustinianus, alia lege noua annalem exceptionem antiquauit.[k] Cæterùm annus vtilis in alijs actionibus adhuc obseruandus est,[l] cùm specialiter non sit sublatus.[m]

a. l. bonorū. ỹ. de verb. sig.
b. l. ab hostib. ỹ. §. sed quod.
c. glo. l. ab ho. ỹ.
d. l. actionis. ỹ. de actio.
e. l. fi. C. de tēp. in inte. resti.
f. l. fi. C. de dol.
g. d. l. fi de tēp.
h. d. l. fi. de dol.
i. l. vel. ỹ. de alie. iudi.
k. l. 1. C. de annal. excep.
l. l. annus. ỹ. de calumnia.
m. arg. l. præcip. C. de app.

L. II. CALLISTRATVS. *Lib. 2. edicti monitorij.*

Hoc edictum quod ad eos pertinet qui eo continentur, minùs in usu frequentatur. Huiusmodi enim personis extra ordinem ius dicitur ex senatusconsultis & principalibus

bus constitutionibus. Hoc autem capite adiuuantur imprimis ij qui metus caussa abfuissent, scilicet si non superuacuo timore deterriti abfuissent.

Callistratus huius capitis author, ad edictum monitoriũ scripsit, vt ex inscriptionibus librorum digestis suprà præpositis constat. Dictum est autem monitorium edictum, quòd de ijs rebus ediceret Prætor, quæ alijs partibus iuris continerentur: vt monere ciues videretur quódnam ius redditurus esset, magis quàm ius honorarium proponere. Nam & aliàs sępe quæ iure ciuili constituta erant, Prætor edixit.[a] Et ideò ad hanc partem edicti Callistratus præfando inquit, hoc edictum de restituendis maioribus, non multùm in iudicijs obseruari, quantùm ad eos pertinet, qui specialiter eo adiuuantur: vt absentes metu, reipu. caussa, &c. Nã ex generali clausula Prætor ijs succurret, quibus alio iure consultum non est, si modò leges non vetent, & iusta caussa restituendæ actionis videatur.[b] Et hoc in loco Accursius neque cœlum attingit, neque terram. Ait, Huiusmodi enim. Subijcit rationem cur speciales particulæ huius edicti nõ frequententur in iudicijs: nimirum quòd extra ordinem, id est, nulla propria actione data, sed cognitione magistratus, ius his personis dicatur:[c] vt restitutione actionis opus eis non sit. Ait, Hoc autem capite. Primo capite edicti habuit Callistratus absentes, & alioqui detentos, vt rebus suis superesse nõ possint, vti Vlpianus.[d]

a. l. 3. ĵ. nau. cau. l. 1. ĵ. commo. l. 1. ş. de postul.
b. l. si apud. & l. fi. ş. de mi. l. vlt. ş de eo. p. q. fa. l. 1. ĵ. de iu. act.
c. not. l. quod si. in fi. ş. de mi. & ş. de asses.
d. vt hic. & ĵ. l. 3. 9. 11. 14.

L. III. VLPIANVS. *Lib. 11. ad edictum.*

Metus autem caussa abesse uidetur, qui iusto timore mortis, uel cruciatu corporis cõterritus abest, & hoc ex affectu eius intelligitur, sed non sufficit quolibet terrore adductum timuisse: sed huius rei disquisitio iudicis est.

Eodem modo hoc verbi interpretatur idem Vlpianus in edicto Quod metus, lib. vndecimo ad edictum.[a]

a. l. metum. l. nec timorem. ş. q. met.

L. IIII. CALLISTRATVS. *Lib. 2. edicti monitorij.*

Item ij qui Reipublicæ *caussa sine dolo malo abfuissent. Dolum malum eò pertinere accepi, ut qui reuerti posset, neque reuerteretur: in eo quod per id tempus aduersus eum factum esset, non adiuuetur: ueluti si alterius grandis commodi captandi gratia id egerit ut* Reipublicæ *caussa abesset, reuocetur ab isto priuilegio.*

Interpretatur Callistratus alteram partem alternationis in principio edicti aut sine dolo, &c. Fuerunt autem hæc continuò scripta ab eodem post primum caput suprà expositũ, vt ex inscriptione constat. Qui autem abesse reip. caussa absque dolo intelligantur, latiùs demonstratur aliquot capitibus inferiùs.[a] Priuilegium porrò hic appellat extraordinarium auxilium, quod caussæ est, nõ personæ: nec omnibus competit iure communi, sed absentibus,[b] &c. Sunt enim & alia priuilegia de singulis personis lata, quæ non nisi comitijs centuriatis ferri potuere olim: vt alibi scribimus.[c]

a. l. abesse & ll. seq. & hic. & ll. seq.
b. l. priuileg. ĵ. de reg. iur.
c. l. iura. ş. de ll. l. 1. ş. de cõsti. prin.

L. V. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Sed & qui data opera, & sine lucro hoc affectauerit: uel qui maturiùs profectus est: uel litis gratia cœperit reipublicæ caussa abesse. Sed hæc adiectio doli mali, ad Reip. *caussa absentes refertur, non ad eum qui metus caussa: quoniam nullus metus est, si dolus intercedit. Sed qui* Romæ Reipublicæ *operam dant,* Reipublicæ *caussa non absunt.*

Callistratus cum qui commodi sui gratia abesset, ad hoc edictum non pertinere dicit, vt inferiùs etiam Vlpianus:[a] hoc loco Vlpianus addit etiam qui absque lucro suo, nõ coacti absunt, huc non spectare: quales sunt qui profecti sunt ante tempus, & qui litis fugiendæ caussa profecti sunt in prouinciam, &c. Ait, Sed hæc adiectio. Vlpiano hic locus edicti ita scriptus fuisse videtur Aut reip. caussa sine dolo, &c. Nã in nostra lectione Aut sine dolo, &c. nulla ambiguitas esse videtur. Sed rationem potiùs reddit Vlpianus, cur ad reip. caussa absentes duntaxat, hæc adiectio referatur. Ait, Sed qui Romæ. Hi rebus suis superesse possunt,[b] nec absentes sunt: & ideò tam verbis, quàm sententia edicti remouentur ab hoc priuilegio.

a. l. abesse.
b. l. in ead. ĵ.

L. VI. PAVLVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Vt sunt magistratus.

Magistratus pro loco accipe Romanos, qui à populo olim, deinde à Principe creari cœperũt.[a] Alibi municipales accipiendi sunt, qui à singulis ciuitatibus designantur.[b]

a. l. 1. ĵ. de ambi.
b. ĵ. de ma. cõ.

L. VII. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Milites planè qui Romæ *militant, pro* Reipublicæ *caussa absentibus habentur.*

Interpretatione voluntatis, pro absentibus habentur milites, quamuis Romæ militent: quia suis rebus superesse non possunt. Si tamẽ apud Prætorẽ fuerint cùm is iussit possideri ædes, &c.

non

non restituuntur: quia cessat edicti sententia, cùm potuerint superesse rei suæ, & cauere de damno infecto.[a]

a.l.ab ho.§. si damni.j.

L. VIII. PAVLVS. *Lib.3.breuis edicti.*

Legatis quoque municipiorum succurritur ex principum Marci *&* Commodi *constitutione.*

In his quæ primò constituuntur, aut interpretatione, aut Principis constitutione certiùs statuendum est.[a] Ex verbis nanque huius edicti non succurritur his legatis, quòd reip. caussa nō absint, quæ per excellentiam Romana intelligitur, non etiam municipij.[b]

a.l. & ideò.ff. de ll.
b. arg. §. sed ius quidē. de iur. nat.l. sed & si.j.eo.

L. IX. CALLISTRATVS. *Lib.2.edicti monitorij.*

Succurritur etiam ei qui in uinculis fuisset, quod non solùm ad eum pertinet, qui publica custodia coërcetur: sed ad eum quoque qui à latronibus, aut prædonibus, uel potētioribus ui oppressus, uinculis coërceatur. V*inculorum autem appellatio latiùs accipitur.* Nam *etiam inclusos (ueluti latomijs) uinctorum numero haberi placet: quia nihil intersit parietibus, an compedibus teneatur.* Cu*stodiam autem solam publicam accipi* La*beo putat.*

Interpretatur Callistratus ordine tertium verbū edicti siue in vinculis: qui alia duo suprà interpretatus est.[a] In vinculis ergo fuisse intelliguntur interpretatione voluntatis, qui inclusi fuerunt parietibus, vel lapidicinis (quas latomias à latendo dixerunt) vt rebus superesse non potuerint. Sed & vinculorum appellatio, ex vi verborum ad vincula tam priuata, quàm publica pertinet: licet custodiæ significatio angustiùs pateat Labeoni.

a.l.3.&.4.

L. X. VLPIANVS. *Lib.12.ad edictum.*

In eadem caussa sunt & qui à militibus statoribusque, uel à municipalibus ministerijs adseruantur: si probentur rei suæ superesse non potuisse. In uinculis autem etiā eos accipimus, qui ita alligati sunt, ut sine dedecore in publico apparere non possint.

Voluntas Prætoris edicentis de vinculis, ad has quoque species producitur interpretatione, quòd rebus suis superesse non possint, vel nō absque dedecore possint in publico esse: vt qui manicis colligatas manus habent, siue compedibus alioqui ambulantes.

L. XI. CALLISTRATVS. *Lib.2.edicti monitorij.*

Ei quoque succurritur, qui in seruitute fuerit: siue bona fide seruiat homo liber, siue detentus sit.

Sequentis verbi interpretatio est Seruitute: quod & si generale sit, in edicto tamē coangustatur ad seruitutem iniustam eorum, qui cùm sint liberi, bona fide seruiunt:[a] vel seruire coguntur cùm sciant conditionem suam.[b] Qui enim verè seruus est, nec postliminium habet, bona non habet, de quibus quid amittere possit.[c] Qui verò in seruitute non iusta sunt, dominium rerum suarum retinent, & sibi acquirunt,[d] nisi fortè ex quibusdam caussis bona fide seruientes possessori acquirant.[e]

a.§.si de inge.
b.l. homo.j. de acq.do.
c.l.recte.j.
d. insti. p.q. per.nob.
e.d.l.homo.

L. XII. VLPIANVS. *Lib.12.ad edictum.*

Is autem qui de statu suo litigat: ex quo lis inchoata est, hoc edicto non continetur. T*andiu igitur in seruitute esse uidebitur, quandiu non est huiusmodi lis cœpta.*

Ordinata liberali caussa pro libero habetur in omni lite qui de statu suo controuersiam patitur.[a] Meritò igitur hic sibi imputabit, si passus sit diem actionis exire, cùm agere possit.

a.l. ordinata. j. de lib. cau. l.lite.C.eo.

L. XIII. PAVLVS. *Lib.12.ad edictum.*

Rectè Labeo ait eum non contineri, qui liber & hæres institutus est, antè quàm sit hæres: quia nec bona habet, & Prætor *de liberis hominibus loquitur.* Puto *tamē filiumfamiliâs in castrensi peculio pertinere ad hoc edictum.*

Seruus cum libertate hæres institutus, non priùs liber est quàm hæres fiat à morte testatoris: & ideò dies actionis hinc exire non potest. Filiusfamiliâs in castrensibus, & hodie in aduentitijs, restituitur.[a]

a.l.3.ff. de mi. arg.

L. XIIII. CALLISTRATVS. *Lib.2.edicti monitorij.*

Item ei succurritur qui in hostium potestate fuit, id est, ab hostibus captus. Nam *trāsfugis nullum credendum est beneficium tribui, quibus denegatum est postliminium.* Po*terant tamen qui in hostium potestate essent, & illa parte edicti contineri, quæ loquitur de ijs qui in seruitute fuerint.*

Quod

Quod ſequitur verbum Hoſtiúmve poteſtate, interpretatur ordine Calliſtratus, vt ij demum qui capti ſunt, & poſtliminiũ habent, impetrent huius edicti beneficium: non etiã ij qui deficiunt à ſuis, & in numerum hoſtium ſe conferunt: quibus ius quod vſuſcapione amiſſum non eſt, poſtliminio non reſtituitur: [a] tantùm abeſt vt amiſſum, priuilegio huius edicti reſtituatur. Potuit autem Prætor contentus eſſe illis generalibus verbis in ſeruitute, ſed maluit ſpeciem exprimere, & contrahere genus ad ſpeciem: veluti cùm dicitur inſtitutio, & ſubſtitutio, vel adoptio & adrogatio, &c.[b]

a. l. poſtliminiũ. ĵ. de capti. l. amiſ. ſ. de cap. mi.
b. not. l. 1. ſ. de adop.

L. XV. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Ab hoſtibus captis poſtliminio reuerſis ſuccurritur, aut ibi mortuis: quia nec procuratorem habere poſſunt, cùm alijs ſupraſcriptis etiam per procuratorem poſſit ſubueniri: præter eos qui in ſeruitute detinentur. Ego autem etiam nomine eius qui in hoſtium poteſtate eſt, ſi curator (ut plærumque) fuerit bonis conſtitutus: auxiliũ competere exiſtimo. Non minùs autem ab hoſtibus capto, quàm ibi nato, qui poſtliminium habet, ſuccurſum uidetur. Si damni infecti miſſum ſit in ædes militis: ſi quidem præſente eo iuſſit Prætor poßideri, non reſtituitur, ſin uerò abſente eo, dicendum ſubueniri ei debere.

Sed quod ſimpliciter Prætor edixit Poſteáue, ita accipiẽdum eſt, ut ſi inchoata ſit bonæ fidei poſſeſſoris detentio ante abſentiam: finita autem eo reuerſo, reſtitutionis auxilium locum habeat, non quandocunque, ſed ita demum, ſi intra modicum tempus quàm redijt, hoc contingat, id eſt, dum hoſpitium quis cõducit, ſarcinulas componit, quærit aduocatum. Nam eum qui differt reſtitutionem, non eſſe audiendum Neratius ſcribit.

Vlpianus ad hoc edictum eandem partem interpretatur quam Calliſtratus: atque hoc etiã adijcit, hęredibus mortui apud hoſtes ſubueniri: [a] cùm intelligatur mortuus liber fictione legis Corneliæ, [b] & hæredibus integri reſtitutio competat. [c] Et hanc reſtitutionem Vlpianus à comparatione minorum colligit. Si enim qui procuratorem conſtituere poſſunt, reſtituuntur: multò magis qui non poſſunt, digni ſunt hoc priuilegio reſtitutionis. Sanè qui procuratoré conſtituerunt per quem defendi potuere, non reſtituentur ferè. [d] Ait, Ego autem. Hoc etiam addit Calliſtrato ex Vlpiano Iuſtinianus, vt qui ab hoſte captus ſit, reſtituatur: licet curator bonis eius cõſtitutus fuerit, qui agere vtiliter potuit. [e] Nam in procuratorem mandati actionem habet, nec reſtitui ferè ob id poteſt. [f] Hoſtium autem potitũ dicit Vlpianus, exemplo Plauti in Captiuis: [g] & alij conſulti alijs in locis ſimiliter locuti ſunt. [h] Coniunge porrò Etiam cùm Si, hoc ſenſu: Ego autem nomine eius qui hoſtium potitus eſt, etiamſi curator, [i] &c. ne cogaris cum Accurſio ſi pro licet vſurpare. Ait, Non minùs. Accurſius figuratè hoc dictum putat: ego aliud argumentum à comparatione eſſe autumo hoc modo: Natus apud hoſtes, qui ex ſua perſona poſtliminiũ nõ habet, priuilegio vtitur: [k] ergo & captus ab hoſte qui ſuo nomine habet poſtliminium. Natum auté apud hoſtes, priuilegio vti, receptum innuit Vlpianus. Ait, Si damni. Imputare ſibi debet (vt dixi[l]) miles, quòd non cauerit damni infecti. Ait, Sed quod ſimpliciter. Verbum Poſteáve, interpretatur Vlpianus ex voluntate Prætoris, qui impeditis ſuccurrere voluit, nõ negligentibus. [m] Finge annum poſt edidiſſe, deinde abfuiſſe decem & nouẽ ferè, iudex æſtimabit vtrúmne reuerſus intra tantillum temporis agere potuerit, compoſitis antè rebus. Obſerua detentionem pro poſſeſsione Vlpianum dixiſſe, licet tenere, & poſsidere interdum diſtingantur.[n]

a. l. qui mitt. ĵ. b. l. lege. ĵ. de teſta. l. ſi is. de vſucap.
c. l. non ſolũ. ſ. de in integ. reſti.
d. l. is qui. ĵ. vb. not.
e. l. 2. ĵ. de cura. bo.
f. l. is qui. ĵ. eo.
g. vt hîc. & l. facere. ĵ. de teſta. milit.
h. l. in bello. ĵ. de capti. l. bona. eo.
i. l. ſed & ſi per. §. itẽ. ĵ.
k. l. diuus. ĵ. de capti. l. 1. C. eo.
l. l. milites. ſ.
m. ĵ. l. ſeq.
n. l. ſtip. iſta. ĵ. de ver. ob.

L. XVI. PAVLVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Non enim negligentibus ſubuenitur, ſed neceßitate rerum impeditis. Totumque illud arbitrio Prætoris temperabitur, id eſt, ut ita demum reſtituat, ſi non negligentia, ſed temporis anguſtia non potuerunt litem conteſtari.

Rationem reddit ſupraſcriptæ interpretationis, quæ verba coanguſtat. Conſtat autem ex hoc loco, cùm dolo alterius dies exijt actionis, hoc edictum non competere: ſed ita demum ſi impedimentum differat actionem. [a]

a. l. 1. ſ. de dol. §. idem Pom.

L. XVII. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Iulianus lib. 4. ſcribit, non ſolùm aduerſus poſſeſſorem hæreditatis ſuccurrendum eſſe militi, uerùm aduerſus eos quoque qui à poſſeßore emerunt, ut uendicari res poßint, ſi miles hæreditatem agnouerit, quòd ſi nõ agnouerit, ex poſtfacto uſuſcapionem proceßiſſe manifeſtatur. Eum quoque cui ſic legatum ſit, in annos ſingulos, quibus in Italia erit: reſtituendũ ut capiat, atque ſi in Italia fuiſſet, Labeo ſcribit: & Iulianus libro quarto, &

to, & Pomponius lib. 31. probant. Nō enim dies actionis exijt, ut Prætoris auxilium necessarium sit: sed conditio in caussa est.

Sequentia vsque ad caput. 21. generaliter ad clausulam, Earum rerum actionem, &c. spectant: quæ claudit edictū. Vti ergo metū passus, & minor, in rem restituuntur interdum, [a] ita & maior absens, aut alioqui impeditus. Ait, Eum quoque. Legatum in annos singulos, nō vnum est, sed tot quot anni sunt: & ideò dies non cedit, quibus annis in Italia non fuit legatarius in hac specie, nec actio eo nomine competijt: vt meritò dies eius exire non posit. Quapropter nō in hoc restituitur, vt actio amissa competat vtiliter: sed in hoc vt actio legatorum instituatur. [b] Estq; interpretatio voluntatis, cessantibus verbis edicti, quo actionis restitutionem Prætor nobis pollicetur: nisi malis pertinere ad clausulam, Item si qua alia, &c. [c] Erat autem hæc conditio adiecta in fauorem hæredis, nec per hæredem stabat quò minùs impleretur, sed per alia legatarij impedimenta: [d] ideò restitutione Prætoria opus est.

a. l. metū. §. q. met. l. in cau. §. de mi. &. s. seq.
b. l. quāuis. §. ad S.C. Vell.
c. l. & siue. §.
d. l. illis. §. de cond.

L. XVIII. PAVLVS. Lib. 12. ad edictum.

Sciendum est quòd in ijs casibus restitutionis auxilium maioribus damus, in quibus rei duntaxat persequendæ gratia queruntur: non cùm & lucri faciendi caussa ex alterius pœna uel damno, auxilium sibi impartiri desiderant.

Minoribus in lucro quidem subuenitur: [a] non tamen in exemptionibus pœnarum, [b] aut vt alieno incommodo lucretur: [c] quod & in maioribus obseruatur. [d] Nam vt capiat legatum restituitur sine iniuria hæredis, ex testatoris voluntate, [e] &c. non item vt acquirat vsu rem alienam, quam statuto tempore non detinuit, vt mox subijcit Iustinianus ex Papiniano. [f]

a. l. ait. §. de mi.
b. l. auxilium. eo.
c. l. nā nat. §. de cond. indeb.
d. vt. hîc. & l. & siue. §.
e. § l. Iulia.
f. l. deniq.

L. XIX. PAPINIANVS. Lib. 3. Quæstionum.

Denique si emptor priusquàm per usum sibi acquireret, ab hostibus captus sit: placet interruptam possessionem postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non constitit. Possessio autem plurimùm facti habet: caussa uerò facti non continetur postliminio.

Possessio aliquid facti habet, nimirum rei vsum quæ detinetur: & aliquid iuris, quando fructus bona fide & dominia acquirantur, &c. [a] Et quidem hoc loco nunc pro possessione, quæ ius continet, vsurpatur: nunc pro facti possessione, & ipso rei vsu. Placet, inquit, interruptam possessionem, id est, vsucapionē postliminio non restitui, quasi amissa sit per absentiam necessariā, id est, non cōpleta: vt paulò antè, non quæsita legati actio pro amissa habita est per interpretationem. Subijcit rationē: Quia hæc sine possessione non cōstitit, [b] hoc est, vsucapio sine possessione quæ plurimùm facti habet, & in vtendo cōsistit, &c. Atqui postliminiū ea quę iuris sunt restituit, non ea quæ in faciendo consistunt: vt dominium rerum, patriam potestatem, ius patronatus, ciuitatem Romanam, &c. recipit postliminio reuersus: [c] non item vsum rei interruptum captiuitate, [d] traditionem rei, ædificationem insulæ, & cætera quæ vel in mero facto consistunt, vel factum cōtinent. [e] Vnde fit vt iure postliminij non restituatur vsucapio interrupta, vt directa actio in rem competat vendicanti emptori. Ex his constat non factum restitui cùm fingitur in ciuitate fuisse qui seruus hostium fuit, [f] sed ius ciuitatis Romanę semper retinuisse: vt alibi Romę morari ad ius respicit, non ad factum: [g] qua in re cæcutiunt plærique omnes miserrimè.

a. l. bonæ. §. de acq. dn. l. §. §. de vsucap.
b. l. vsucapionē. §. de vsuc.
c. l. postli. §. de cap.
d. vt hîc.
e. l. stip. no. §. de ver. ob. l. in con. §. si eo.
f. §. si ab. insti. quib. mod. ius pa.
g. l. caus. §. de Senat.

L. XX. IDEM. Lib. 12. Questionum.

Nec utilem actionem ei tribui oportet: cùm sit iniquissimum auferre dominium quod usus non abstulit. Neque enim intelligitur amissum, quod ablatum alteri non est.

Prætor vtilem actionem reddit pro amissa quidem, [a] non tamen hoc casu: cùm præsertim amissum non sit absenti, quod præsenti per vsum ablatum non est, id est, vsu captum. Nec æquitas suadet hoc casu vt actionem instituat Prætor, vt in legato paulò antè, [b] quòd lucrum quæreretur alieno damno, &c.

a. l. vlt. C. eo.
b. l. Iulia. & seq. §.

L. XXI. VLPIANVS. Lib. 12. ad edictum.

Item ait Prætor: Si quis quid usu suum fecisse, aut quod non utendo sit amissum, consecutus esse: actionéue qua solutus est, ob id quòd dies eius exierit, cùm absens nō defenderetur. Quam clausulam Prætor inseruit, ut quemadmodū succurrit supradictis personis ne capiantur: ita & aduersus ipsas succurrat ne capiant. Et erit notandū quòd plùs Prætor expressit, cùm aduersus eos restituit, quàm cùm ipsis subuenit. Nam hic nō certas personas enumerauit aduersus quas subueniat, ut suprà, sed adiecit clausulam qua omnes absentes qui non defenduntur, complexi sunt. Hæc autem restitutio locum habet, siue per se, siue per subiectas sibi personas usu acquisierint qui absentes nō defendebantur,

bantur, & id si nemo eorum defensor. Nam si fuit procurator: cùm habueris quem conuenias, non debet inquietari. Cæterùm si non existebat defensor, æquissimum erit subueniri: eò potiùs, quòd qui non defendũtur (si quidem latitent) Prætor pollicetur ex edicto in bona eorum mittere, ut si res exegerit, etiam distrahantur: si uerò non latitent, licet non defendantur, in bona tantùm mitti. Defendi autem non is tantũ uidetur, cuius se defensor ingerit, sed & qui requisitus ab actore, nõ est defensioni defuturus. Plenáque defensio accipietur, si & iudicium non detrectetur: & Iudicatum solui satisdetur.

Adducit secũdi capitis edicti clausulã tripertitã, & ordine interpretatur post primũ caput. Ait, Quam clausulam. Priore capite absentibus, &c. succurritur aduersus præsentes: posteriore præsentibus aduersus absentes, aut qui alioqui conueniri non possunt: ne vel prosit, vel obsit quod euenit: id quod in præfatione ad edictum, suprà idem Vlpianus expressit. [a] Ait, Et erit notandum. Priore capite absentibus metu, aut reip. caussa, aut alioqui necessitate impeditis subuenitur: [b] Hoc capite quacunque de caussa absentes complexus est Prætor illis verbis, Cùm absens non defenderetur: quæ ad omnia tria suprà dicta respiciunt. [c] Nam fauor præsentium hic spectatur, non absentium vt capite priore: vt meritò non referat hic ex qua caussa absentes fuerint. [d] Ait, Hæc autem. Absens rem mobilem præsentis secum ferre potest, & per se vsucapere, hoc iure anno, hodie triennio: rem soli per seruos, & liberos suos, vsu acquirere potest biennio hoc Vlpiani seculo, hodie decennio, aut viceennio. [e] Ait, Si nemo. Defensor generaliter est qui vel mãdato, vel absque mãdato defendit: specialiter qui vltrò defendit sine mãdato. [f] Igitur si sit vel procurator absentis, vel qui sine mãdato eum defendat, nõ competit aduersus eum reuersum in ciuitatem restitutio: cùm sit imputãdum præsenti, quòd non egerit in defensorem. Ait, Cęterùm si nõ. Argumẽtatur à comparatione. Nam cùm in bona eorum qui nõ defendũtur, mittatur aduersarius, & si latitent, iubeatur etiam possidere, & vendere bona: si non latitent, tantùm mittatur in possessionem custodiæ gratia: [g] æquum est restitutionem competere, si non sufficiat in possessionem bonorum missio. [h] Ait, Defendi autem. Defendere est id facere quod dominus, & præter hoc satisdare Iudicatum solui. [i] Debet autem requiri defensor, vt mox ex Paulo subijcitur.

a. l. 1. ff. b. l. non enim sup. c. l. sed & si per. ff. §. deinde. d. l. sed & si per. in prin. ff. e. §. itẽ nobis. insti. p. q. per. nob. acquitur. insti. de vsuc. in prin. vb. not. f. not. ff. de procur. in rub. g. l. fulc. ff. qui. ex. c. in poss. l. tam. ff. de in ius voc. h. l. ait. ff. i. l. sed & hæ. & l. qui prop. ff. de procur.

L. XXII. PAVLVS. *Lib. 11. ad edictum.*

*Ergo sciendum est non aliter hoc edictum locum habere, quàm si amici eius interrogati fuerint an defendant: aut si nemo sit qui interrogari potest. Ita enim absens defendi non uidetur, si actor ultrò interpellat, nec quisquam defensioni se offerat, eaq; testatione * complecti oportet. Sicut igitur damno eos affici non uult: ita lucrum facere non patitur. Quod edictum etiam ad furiosos & infantes & ciuitates pertinere Labeo ait.*

* Aliàs compleri.

Præsens debet requirere amicos absentis an defendere eum velint, aut si nullus sit qui interrogari possit, debet testatione hoc complecti, vt probare possit se interpellasse amicos, & nullos fuisse qui defendere vellent, [a] &c. Ait, Quod edictũ. Aduersus furiosos, infantes, & ciuitates, hoc edicto restituimur si non defendantur. Possunt enim vsu acquirere per alios. Sed lege noua Iustiniani, ad Ioannem PP. remedium præsentius nobis datur: nimirum vt denunciatione interrumpamus dominij acquisitionem, atque ita nulla restitutione opus sit. [b] Nam hoc Pauli & Vlpiani seculo, nec contestatione quidem, vlla vsucapio interrumpebatur: [c] vtcũque alij distinguant.

a. ar. l. vt perf. C. de an. ex. b. l. vt perf. C. de an. excep. c. l. sed &. ff. l. si post. ff. de rei vendi.

L. XXIII. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Ait Prætor, Inúe uinculis esset, secúmue agendi potestatem non faceret. Hæc particula meritò adiecta est. Fieri enim poterat ut quis in uinculis præsens esset, ueluti in publica uel in priuata uincula ductus. Nam & eum qui in uinculis est, si modò nõ sit in seruitute, posse usu acquirere cõstat. Igitur & is qui in uinculis est: si defendatur, cessat restitutio. Is autem qui apud hostes est, nihil sibi per usum acquirere potest: nec cœptã possessionem poterit implere dum est apud hostes. Hoc amplius, nec postliminio reuersus recuperabit per usum dominij acquisitionem. Item ei qui per captiuitatem fundi possessionem, uel ususfructus quasi possessionem amisit, succurrendum esse Papinianus ait: & fructus quoq; medio tempore ab alio ex usufructu perceptos, debere captiuo restitui, æquum putat. Hi planè qui fuerunt in potestate captiui, usu rem acquirere possunt ex re peculiari. Et æquum erit ex hac clausula, præsentibus, id est, qui non sunt in captiui-

tate, subueniri, si cùm nõ defenderentur, usucaptum quid sit. Sed & si dies actionis quæ aduersus captiuum competebat, exierit: aduersus eum succurritur. Deinde adijcit Prætor, Secúmue agendi potestatem nõ faceret: ut si dum hoc faciat, per usum acquisitio impleta sit: uel quid ex suprascriptis contigerit, restitutio concedatur. Meritò, nec enim sufficit semper in possessionem bonorum eius mitti: quia interdum species esse potest ut in bonis latitantis mitti non possit, aut nõ latitet. Finge enim dũ aduocationem postulat, diem exisse: uel dum alia mora iudici contingit.

Hactenus de ijs absentibus qui vsu acquirunt, qui & vsucapere generaliter inferiùs dicuntur: [a] nunc ordine edicti, de ijs qui in vinculis sunt etiam præsentes, si non defenduntur. De ijs qui in seruitute, aut hostium potestate sunt, hac parte edicti nihil exprimitur: quia hi, cùm sint in aliena potestate, vsu acquirere non possunt. [b] Ait, Si defendatur. Illa verba Neque defenderetur, ad vinctum quoque pertinent. [c] Ait, Hoc amplius. Papinianus superiùs possessionem dixit, [d] quam hic Vlpianus dominij acquisitionem, id est, vsuscapionem, [e] Ait, Item ei. Possessionem fundi pro dominio hîc accipe, [f] cùm ex superiore loco constet, dominij acquisitionem non recuperari. Pertinet autem hic locus ad priorem partem edicti, & per aduersatiuam cõcipi potuit hoc sensu: quãuis acquirere alienum non possit captiuus, aut recuperare possessionem interruptam: tamẽ fundi sui possessionem recipit ex hoc edicto. Ait, Hi planè. Licet per se, vel per suos, captus ab hoste non vsucapiat quod possidebat cùm caperetur: tamen quod serui, &c. emerunt cùm apud hostes esset dominus, vel alioqui ex re peculiari possederunt, vsucapere domino possunt. [g] Et ideò cùm seruus qui vsu cœpit, pulsari non possit, æquum erit interpretatione huius clausulæ, præsentibus subueniri: commistis præsertim duabus particulis huius clausulæ: vt alibi Scæuola ait in re nõ absimili. [h] Nam in vinculis etsi non sit, absens tamen non defenditur. [i] Ait, Sed & si dies. Captus ab hoste liberari potest actione in personam, licet vsucapere propriè non possit: & ideò aduersus hunc tanquam absentem succurritur ex hac clausula, quæ incipit, Item si quis quid vsu: cuius particulam hic interpretatur. Ait, Deinde adijcit. Per vsum acquisitionem, angustiùs hic dicit quàm suprà: [k] quod accidit vbi generali verbo contentus nõ est qui scribit: sed adijcit verba quibus alias species complectatur: [l] vt hîc vel quid ex suprà scriptis contigerit, inquit, id est, vel nõ vtẽdo amissum consecutus sit, vel actionis dies exierit. Ait, Quia interdum. Quid enim si non habeat bona, vel inundata sint? &c. [m] Ait, Aut non latitet. Latitare est in fraudem aduersarij se occultare. [n]

L. XXIIII. PAVLVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Sed & ad eos pertinet, qui conuenti frustrantur: & qualibet tergiuersatione & solertia efficiunt ne cum ipsis agi possit.

Seculo Pauli conuentio iudiciaria non interrumpebat silentium longi temporis, [a] nec cõtestatio vsuscapionem: [b] præscriptio longissimi temporis inaudita fuit. Sed in Codicem constitutiones relatæ sunt, quibus sola conuentione interrumpitur longissimi temporis præscriptio, & perpetuatur actio personalis. [c] Quinimò noua Iustiniani lege, nouum remediũ aduersus eos qui non defenduntur, propositum est: vt per denunciationem omnis vsuscapio, præscriptióve interrumpatur, manentibus tamen veteribus auxilijs, si quis fortè ijs malit vti. [d] Quare litis contestatio longi temporis possessionem interrumpit, [e] quæ mota quæstio Antonino & Vero appellatur: [f] temporalem actionem perpetuat, [g] & quidem in annum quadragesimũ Iustiniani constitutione: [h] actiones in personam, quæ seculo consultorũ perpetuæ fuerũt, in triginta, vel quadraginta annos durant: [i] si longissimo silẽtio earum dies exierit, aut quæ prætoriæ sunt, breuiore tẽpore tollantur, quòd nec cõuentio iudiciaria, [k] nec denũciatio, [l] nec litis cõtestatio interuenerit, [m] hoc edictum vtile erit. [n] Illud quæritur, cùm vsuscapio temporibus Pauli anni, vel biennij fuerit, & per legem nouam Iustiniani transformata sit in triennalem, & longi temporis vsuscapionem: [o] vtrúmne lite cõtestata interrumpatur, an id minùs. Nam Pauli & Vlpiani seculo, nulla vsuscapio interrumpebatur mota lite, vt dixi: [p] præscriptio longi temporis, vel potiùs longa possessio interrumpebatur etiã Mar. Philosophi seculo, ante Pauli tempora. [q] Et puto ex Iustiniani voluntate, longam possessionem omnimodò interrumpi lite contestata, etiam quantum ad vsuscapionem pertinet, tractis prioribus constitutionibus ad Iustiniani transformationem: [r] quod de vsucapiendo post litem contestatam in Pãdectis extat, ad vsuscapionem triennalem referendum esse: licet iureconsulti ad anni, & biennij vsuscapionem respexerint. Hoc enim melius est, quàm nullam vsuscapionem interrumpi lite contestata, [s] & longam alioqui possessionẽ, quæ ad excipiendum præscribendúmve duntaxat vtilis est, [t] interrumpi. [u]

L. XXV. CAIVS. *Lib. 4. ad edictum Prouinciale.*

Quod quidem simili modo ad eum quoque pertinere dicimus, qui non frustrãdi gratia

a. l. sed & si. §. deinde. b. l. ho. liber. ff. de acq do. l. sic. de adul. c. l. sed & si. ff. d. l. deniq. e. l. 3. ff. de vsucap. f. l. si de vi. ff. de iudi. g. l. si is qui p. empt. ff. de vsucap. & hîc. h. l. gall. ff. de lib. & posth. i. §. l. item ait. k. l. itẽ ait. l. l. doli clau. ff. de verb. ob. m. l. cũ vnus. in fi. ff. de bo. autẽ. iudi. n. l. fulci. ff. ex quib. cauf. in poss. a. vt hîc. b. l. si post. ff. de rei vendi. l. 2. & l. alienã. ff. pro ẽpt. c. l. sicut. & l. cũ notiss. C. de præs. 30. an. d. l. vt perfect. C. de an. exc. e. l. moræ. C. de rei vendi. f. l. 1. de præs. 10. an. g. l. fi. §. de eo p. q. h. l. fi. C. de præs. lõg. tẽp. 30 i. ff. l. si is. inst. de perp act. k. l. cũ. oot. l. sunt. de præs. 30. an. l. d. l. vt perf. m. d. l. fi. §. de eo p. q. l. 1. C. de præs. 10. an. n. d. l. vt perf. o. insti. de vsucap. in prin. Paul. in Rec. sent. l. 1. C. de vsucap. trans. oot. insti. de vsucap. p. d. l. si post. ff. de rei vendi. d. l. 1. p emp. q. d. l. 1. C. de præs. 10. 20. r. l. oon est. & ll. seq. ff. de ll. arg. s. d. l. si post. t. oot. insti. de vsucap. u. d. l. 1. C. de præs. 30. l. moræ. C. de rei vend.

tia id faceret: sed quòd multitudine rerum distringeretur.

Non refert vtrùm dolo, an occupatione debitoris, possessorísve contingat, vt actor experiri non possit: quòd per actorem non stet quominùs agat, & perpetuet actionem, [a] vel possessionem interrumpat longi temporis, [b] aut denique cœptam vendicationem persequatur, licet triennali possessione completa, res vsu capta sit. [c] Actori enim Prætor subuenit, non fraudem rei coërcet, quod & verba ipsa edicti significant Secúmve, &c. [d]

a. d.l.fi.§. de eo.p.q.
b.d.l.motæ.
c.d.l.si post.
d.l.ait.§.& l.i.

L. XXVI. VLPIANVS. *Lib.12.ad edictum.*

Sed & si per Prætorem *steterit, restitutio indulgebitur. Aduersus relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula* Pomponius *ait: sed nō & ipsi concedendam: quia potuit procuratorem relinquere.* Ex *caussa tamen puto etiam ipsi succurrendum.*

Ait Prætor: *aut cùm inuitum eum in ius uocare non liceret. Hæc clausula ad eos pertinet, quos iure magistratus sine fraude in ius uocare non licet: ut* Consulem, Prætorem, *cæterosque qui imperium potestatémue quam habent. Sed non ad eos pertinet hoc edictum, quos* Prætor *prohibet sine permissu suo in ius uocari: quoniam aditus potuit permittere: patronos puta & parentes. Deinde adijcit: neque deffenderetur, quod ad omnes suprascriptos pertinet, præterquàm ad eū qui absens quid usu cœperit: quoniam plenè suprà de eo cautum est. Ait* Prætor, *siue cui per magistratus factum sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur. Hoc quoque, ut si per dilationes iudicis effectum sit ut actio eximatur, fiat restitutio. Sed & si magistratus copia non fuit,* Labeo *ait restitutionem faciendam. Per magistratus autem factum, ita accipiendum est, si ius non dixit: alioqui si caussa cognita denegauit actionem, restitutio cessat, & ita* Seruio *uidetur. Item magistratus factum uidetur, si per gratiam aut sordes magistratus ius non dixit, quo casu & hæc pars locum habebit, nécnon & superior, secúmue agendi potestatem non faceret. Nam id egit litigator, ne secum agatur: dum iudicē corruperit.* Actio *exempta sic erit accipienda, si desijt agere posse. Et adijcitur sine dolo malo ipsius: uidelicet ut si dolus eius interueniat, nec ei succurratur.* Ipsis *enim delinquentibus* Prætor *non subuenit. Proinde si dum uult apud sequentem* Prætorem *agere, tempus frustratus est: non ei subuenietur. Sed & si dum decreto* Prætoris *non obtemperat, iurisdictionem suam ei denegauit: nō esse eum restituturū* Labeo *scribit, ideq́; si ex alia iusta caussa non fuerit ab eo auditus. Si feriæ extra ordinem sint indictæ, ob res puta prosperè gestas (uel in honorem* Principis*) & propterea magistratus ius non dixerit:* Caius Cassius *nominatim se dicebat restituturum: quia per* Prætorem *uideretur factum. Solenniū enim feriarum rationem haberi non debere: quia prospicere eas potuerit & debuerit actor, ne in eas incideret, quod uerius est, & ita* Celsus *lib. 2. Digestorū scribit. Sed cùm feriæ repentinæ tempus eximunt, restitutio duntaxat ipsorum dierum facienda est, non totius temporis, & ita* Iulianus *lib. 4. Digestorum scribit. Ait enim rescißionem usucapionis ita faciendam, ut ij dies restituantur quibus actor agere uoluit, & interuentu feriarum impeditus est. Quoties per absentiam quis aliquem non toto tempore exclusit: utputa rem tuam possedi uno minùs die statuto in usucapionibus tempore: deinde* Reipu. *caussa abesse cœpi, restitutio aduersus me unius diei facienda est. Itē inquit* Prætor: *si qua alia iusta mihi caussa uidebitur, in integrū restituam. Hæc clausula edicto inserta necessaria est. Multi enim casus interuenire potuerunt, qui deferant restitutionis auxilium, nec singulatim tamen enumerari potuerūt: Vnde quoties æquitas restitutionē suggerit, ad hanc clausulā erit descendendū: utputa legatione quis pro ciuitate functus est, æquißimū est eū restitui, licet* Reip. *caussa non absit. Et sæpißimè constitutū est, ad-*

iuuari eum debere, siue habuerit procuratorē, siue non. [a] *Idē puto & si testimonij caussa sit euocatus quis ex qualibet prouincia uel in urbē, uel ad Principem. Nā & huic sæpissimè est rescriptum subueniri. Sed & ijs qui cognitionis gratia uel appellationis peregrinati sunt, similiter subuenitur. Et generaliter quotiescunque quis ex necessitate, nō ex uoluntate abfuit: dici oportet ei subueniendum.*

Illa verba Secūmve agēdi potestatē non faceret, etiā ad eū pertinent; qui per dilationes iudicis nō potest ad litigādum cōpelli: licet inferior particula hunc casum cōplectatur, siue cui per magistratus factum, &c. Ait, Aduersus relegatū. Ex generali clausula huius secundi capitis edicti, [a] subuenitur aduersus relegatum, cùm absens non defenditur. Nam & hic per vsum acquirere potest, cùm sit ciuis. [b] Contrà ipsi ex primo capite non omnimodò succurritur, quia potuit relinquere procuratorē: ex caussa necessaria alioqui absentes adiuuantur, licet potuerint relinquere, & cōstituere procuratorem. [c] Sed cur potius in vincula publica coniecto succurritur quàm relegato? An non quòd hic damnatus est, ille nō est? Et Vlpianus benignius interpretatur quàm Pomponius: vt his omnibus ex caussa subueniatur. [d] Quid enim si non potuerint relinquere procuratorem, vel quem reliquerunt mortuus sit? [e] quid si per eum defendi alioqui nō potuerint, [f] vel salua res esse eis non possit si in procuratorem experiantur? [g] Non enim æquum est ad pœnam relegationis, iacturam fortunarum accedere, quas sententia nō ademit: & alios locupletari damnatorum absentia. [h] Illud dubium non est, quin si à Principe restituti sint in integrum, quod captū sit ex bonis restituendū sit. [i] Ait, Aut cùm inuitum. Imperium potestatémve aliquā habent magistratus, qui vel mistū imperiū habēt: [k] magistratus municipales quæ imperij sunt non habent, sed quæ iurisdictionis. [l] Alibi non quicquid est permissum potestati, subiectum est necessitati, [m] &c. Igitur magistratus qui imperiū habēt, sine fraude, id est, damno in ius vocari nō possunt, [n] quòd in factum actio detur à Prætore in eum qui vocet: [o] vt meritò ei succurratur, qui metuēs pœnam edicti non vocauit. Nā patronum, &c. petita venia vocare licuit. [p] Ait, Neque defenderetur. Breuiter Vlpianus appellatione eius qui quid vsu cœpit, eū complectitur (vt dixi [q]) qui non vtēdo amissum consecutus est, vel actione est liberatus. Ait, Siue cui per. Per magistratum exempta actio intelligitur nō iure, ex voluntate Prætoris, qui læsis succurrere voluit. [r] Sed & si iniuriā fecit denegando actionē, &c. prouocare licet, [s] nec opus est restitutione actionis. Siue igitur per dilationē, siue per absentiā, siue per gratiā, aut sordes, id est, auaritiā magistratus, siue per ferias repētinas ab eo indictas in sua prouincia, [t] ius redditū non sit in tempore, & ita exempta actio, restitutio fit. Cōtrà si magistratus ius dicendo denegauit actionē, id est, caussa cognita nō admisit ad agēdū: vt si tale ius in aliū statuerit, [u] &c. aut cùm decreuisset vt qui quid faceret caussa caderet, nō obtemperauit decreto litigator, [x] denegauit iurisdictionem, id est, audientiā, &c. aut denique si per ferias solēnes, & anniuersarias effectū sit, vt dies actionis exiret, nō restituetur. Veluti si dolo proprio amiserit actionē, [y] &c. Ait, Sed cùm feriæ. Duo tēpora in hisce cōmentarijs distinguēda sunt: tēpus agendi actione quæ exempta dicitur, quod restituitur excluso: [z] & tēpus petēdæ restitutionis, id est, annus vtilis qui datur ad petendā restitutionem. [a] Vt cùm fundum meū possedisses biennio tribus minùs diebus, & Præses illis diebus ferias indixerit, quibus acturus erā: tres tātū illi dies mihi restituentur ad vendicationē fundi proponendā, vt hîc ait. Nō negar tamen quin intra annum vtilem petere possim horum dierum restitutionem, & actionem vtilem pro directa quæ perijt. [b] Ait, Quoties per absentiā. Simili ratione fulcitur ei, quam paulò antè de ferijs tempore excludentibus dixi. Nam si abesse nō cœpissem, vno die complessem vsucapionem, quo potuisti vendicationem proponere: & ideò vnus tantùm dies tibi restituēdus in hoc erit vt vendicationem instituas. [c] Ad petendam tamen huius diei restitutionem, annum vtilem habebis post reditum meum. Priùs illud tempus Prætor significat illis verbis edicti, Actionem in integrū restituam. [d] Nam in integrum restituere est in eadem caussa restituere, vt tantùm habeat temporis quātū ei supererat ad proponendam actionem, &c. [e] Posterius tēpus illa verba demōstrant, Intra annū quo primùm experiundi potestas erit: [f] de quo alibi Vlpianus generaliter dixit. [g] Datur autem annus ad petendam restitutionem, & eā litē finiēdā: [h] certè per actorē stare nō oportet quominùs finem accipiat. Sed actio vtilis quæ restituitur, intra tēpus illud in integrū restitutionis, id est, quod restituitur, intendi debet. [i] Est & modicū tempus, quo cōpleta vsucapione post reditū absentis, succurritur ei quasi adhuc absit: [k] quod illis verbis demōstratur, Posteáve. In eadē caussa sunt tempora quibus reuertitur, [l] qui finito officio desijt abesse. Et in his quidem deteriorem sententiam Bulgari Accursius probat, reiecta aliorum opinione quæ verior est. Illud rectè, implorationem restitutionis intra quadriennium pro anno vtili, non perpetuari per litis contestationem: [m] actionē vtilem restitutam alioqui annalem, lite cōtestata perpetuari, vt cæteras temporales. [n] Ait, Item si qua alia. Clausula generalis est ad vtrumque caput edicti pertinens: & licet exempla subijciantur restitutionis quæ conceditur absenti ex caussa necessaria, vel probabili, idem tamen intelligendum, si iusta alia caussa sit restituendi: vt inundatio fundi, [o] tolerabilis ignorantia,

a. l. item. §. b. l. cog. ff. de var. cog. inst. de cap. demi. c. l. ab hostib. §. d. vt hîc. & d. l. ab. ff. ea. l. 4. item inquit. e. l. necnon. ff. f. l. is qui. ff. g. l. cū mādat. §. de mi. arg. h. l. nā nat. ff. de cōd. inde. i. l. si qua. ff. k. l. 1. §. q. quis. iur. l. l. ea. ad mu. ff. l. iubere. §. de iurisd. m. l. nō quicq. ff. de iudi. n. l. 2. §. de in ius. l. pars. ff. de iudi. o. l. pen. §. de in ius. p. l. 4. §. de in ius vo. l. pen. eo. q. §. l. itē. & l. ait. r. l. 1. §. & l. nō enim. s. l. 1. ff. de app. t. l. à nullo. C. eo. u. §. q. quisq. iur. l. 1. x. l. diffa. C. de ing. ma. l. mācip. ff. de opt. leg. arg. l. eōi. ff. de re iudi. y. l. si ex caussa. §. de mi. ar. z. vt hîc. l. nec nō. ff. a. l. 1. §. b. l. 1. §. l. intra. & l. Pap. §. de mi. c. l. si §. de mi. & ff. l. nec. d. l. 1. §. e. d. l. fi. f. d. l. 1. g. l. 1. ff. de diuer. præs. h. l. intra. §. de mi. i. l. interdū. & d. l. intra. §. de mi. k. l. ab host. §. l. l. si cui. ff. m. l. petendæ. & l. fi. C. de temp. in inte. resti. n. l. fi. §. de eo p. q. not. §. l. sed & ad. l. Papi. § de mi. o. l. 1. ff. de iti.

ignorantia,[p] factum alterius quàm aduersarij aut iudicis,[q] intercessio eius qui in integrũ restitutus est,[r] &c. Ait, Licet reip. caussa. Publicum est prima significatione, quod populi est Romani, vt alibi adnotaui.[s] Ait, Cognitionis gratia. Cognitionem Principis, aut magistratuũ accipe, de qua alibi.[t] Ait, Peregrinati sunt. Pro abesse à patria vsurpatur:[u] cæterùm peregrini sunt, qui eiues Romani non sunt: inter quos sunt fœderati, licet hi extranei non habeantur.[x]

p. l. pannon. ĵ. de acq. her. q. l. vlti. §. de eo p.q. r. l. si apud. & l. si. §. de mi. l. quãuis. ĵ. ad Vell. s. l. vlti. §. de asses. t. §. de asses. u. §. si. instit. de hær. instit. aut. om. C. cõ. de succ. x. l. sed si. §. de in i°. l. nõ du. ĵ. de capti. no. §. de stat. ho.

L. XXVII. PAVLVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Et siue quid amiserit, siue lucratus non sit: restitutio facienda est, etiam si non ex bonis quid amissum sit.

In lucro succurritur quidem maioribus, vt minoribus: non tamen ex alieno damno & pœna lucrifaciendi eis auxilium indulgetur.[a] Datur autem ex hac clausula generali non solùm actionis restitutio, sed interdum institutio, vt hîc significat Paulus, & suprà ostendi.[b]

a. l. sciẽdũ. §. b. l. Iulia. §.

L. XXVIII. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Nécnon & si quis ex caussa probabili abfuerit, deliberare debet Prætor an ei subueniri debeat, puta studiorum caussa, fortè procuratore suo defuncto: ne decipiatur per iustissimam absentiæ caussam. Item si quis nec in custodia, nec in uinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione: & dum propter hoc quòd recedere non potest, captus sit: & restituetur, & aduersus eum dabitur restitutio. Quod eis (inquit Prætor) per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta Principum licebit. Quæ clausula non illud pollicetur, restitturũ scilicet, si leges permittãt: sed si leges non prohibeant. Si quis sæpius Reipublicæ caussa abfuerit: ex nouissimo reditu tempus restitutionis esse ei computandum, Labeo putat. Sed si omnes quidem absentiæ annum colligant, singulæ minùs anno: utrùm ei annum damus ad restitutionem: an uerò tantùm temporis, quantùm eius nouissima absentia occupauit: uidendum. Et puto annum dandum. Si cùm in prouincia domicilium haberes, esses autem in urbe: an mihi annus cedat, quasi experiundi potestatem habeam? Et ait Labeo non cedere. Ego autem puto hoc ita uerum esse, si ius reuocandi domum aduersarius habuit: si minùs, uideri esse experiundi potestatem: quia & Romæ litem contestari potuit. Exemplo rescissoriæ actionis, etiã exceptio ei qui Reip. caussa abfuit, competit, fortè si res ab eo, possessionémue nacto uendicetur. In actione rescissoria quæ aduersus militem competit, æquissimum esse Põponius ait, eius quoq; temporis quo absens defensus non est, fructus eum præstare, ergo & militi debebunt restitui: & utrique actio erit.

Priore capite edicti nominatim casus Prætor complexus est, quibus ex caussa necessaria succurrit: ex generali clausula etiam de probabili caussa absentibus subuenitur caussa cognita, vt studiorum gratia peregrinantibus. Idem ius in mercatoribus locum habere autumo, qui vtilem publicè negociationem exercent, vt si procurator defunctus sit, his quoque succurratur eadem ratione.[a] Ait, Item si quis. Qui sub fideiussorum satisdatione sunt, nec ob id recedere possunt, quasi in vinculis habentur: vt inclusi latomijs, & asseruati à militibus,[b] &c. Certè clausula generali, omnibus his, & aduersus hos, danda est restitutio.[c] Nihil enim vetat diuersis clausulis edicti, eosdem casus complexos esse.[d] Ait, Quod eius per leges. Leges, &c. prohibent ea quæ sunt facti restituere, veluti interruptam possessionem: & ex alieno damno lucrifaciendi gratia indulgere auxilium:[e] vel dolo alterius finitam actionem restituere,[f] &c. Ait, Si quis sæpius. Tempus restitutionis pro eo quod restituitur absenti, ad instituendam vtilem actionem, hîc accipiẽdum, versus sequens arguit: & ideò annum ex Hypothesi Vlpiani accipio, non pro anno vtili petendæ restitutionis hoc iure. Pone ergo intra bienniũ ad vsucapiendum rẽ immobilem hoc tempore statutum, me sexies per bimestre spacium abfuisse: ex nouissimo reditu tempus mihi computandum absentiæ, quo proponam actionem vtilem mihi restitutam. Et cùm sexies bimestre annum colligati, intra annum agere potero: modò intra quadriẽnium à reditu, actio mihi vtilis restituta sit.[g] Ait, Si cùm in prouincia. Hic versus ad eum referri potest annum qui hoc seculo ad petẽdam restitutionem dabatur, & ad illa verba edicti, Intra annum quo primùm experiundi potestas erit:[h] nisi quis malit annum collectum ex absentia intelligere. Sed nihil refert, cùm vterque cedat, si sit experiundi potestas. Illa verba tamen Quia & Romæ, &c.[i] posteriorem interpretationẽ arguũt: nimirum ad impediendam actionis exemptionem, litem Romæ contestari licere. Igitur si vterq; Romæ est, & reus conuentus ius reuocandi domũ habet, quòd legationis caussa ibi sit, experiũdi

a. vt hîc. b. l. succur. §. & seq. c. vt hîc. d. l. sed & si per. §. itẽ magi. §. e. l. sciendũ. & l. seq. §. f. l. arb. §. de dol. l. sed & si per. §. g. not. l. sed et si per. §. quoties. §. h. l. i. §. i. ĵ. ea. l.

k. l. 2. ȷ. de iudi. — l. l. Roma. ȷ. ad municip. — m. pro Cor. Balb. — n. l. fi. C. eo. — o. l. fi. ȷ. de eo p. q. — p. not. §. rursf. de actio. — q. l. quod fi. ȷ. de mi. in fi. — r. d. l. fi. de eo. l. metum. §. q. met. not. d. §. rursf. — s. l. quamuis. ȷ. ad Vell. — t. oot ȷ. l. Iulia. — u. l. fi is. ȷ. — z. l. 1 ȷ. de superfi.

cum eo potestas non est: [k] si non potest reuocare domum, *demander son renuoy*, experiri licet, & tempus cedit aduersario, id est, procedit, & fluit, cùm Roma sit communis patria cunum Romanorũ, [l] & (vt Cicero ait) patria iuris. [m] Ait, E templo rescissoriæ. Rectè hîc interpres rescissoriã actionem vocat vtilem restitutam, [n] quæ & restitutoria appellatur: [o] & hanc præcedit cognitio magistratus, quod officium rescindens vulgò appellant. [p] Non est autem propria actio, qualis est De dolo, vel Quod metus: [q] sed generaliter omnis actio tam in rem, quàm in personam, quæ rescissa vsucapione, acceptilatione, alienatione, longi temporis possessione, &c. vtiliter datur, rescissoria dicitur, & restitutoria: [r] licet vno casu magis institutoria sit, quàm restitutoria, [s] quòd Prætor instituat actionem quæ non competijt. [t] Igitur exemplo rescissoriæ actionis receptum est, vt exceptio ex hoc edicto cõpetat: si fortè cuius res per vsum ab alio acquisita sit, nactus sit eius possessionem sine vi. [u] Cui enim datur actio, multò magis exceptio cõceditur. [x] Ex hoc quidẽ ex verbis edicti colligit Vlpianus, Si qua alia iusta caussa, &c. Non enim actionem duntaxat restituturum se pollicetur Prętor, sed in integrum se restituturum. Ait, In actione. In hoc iudicium rescissorium fructus veniunt temporis absentiæ, &c. vt in restitutionem minorum. [y] Nam verbum restituendi plenam habet significationem, &c. [z]

L. XXIX. APHRICANVS. *Lib. 7. Quæstionum.*

Videlicet ut ne cui officium publicum uel damno, uel compendio sit.

Ne propter officium capiantur, vel capiant: néve prosit, vel noceat quod euenit. [a]

L. XXX. PAVLVS. *Lib. 12. ad edictum.*

y. l. quod si. §. restitutio. ȷ. de mi. — x. l. videa. 2. ȷ. de vsur. l. itẽ si. sup. quod met. — a. l. 1. & l. sed & si per ȷ.

Cùm miles qui usucapiebat, decesserit: & hæres impleuerit ususcapionem: æquum est rescindi, quod postea usucaptum est: ut eadem in hæredibus qui in ususcapionem succedunt, seruanda sunt: quia possessio defuncti quasi iniuncta descẽdit ad hæredem: & plærumque nondum hæreditate adita completur. Si is qui Reipublicæ caussa abfuit, usuceperit, & post ususcapionem alienauerit rem, restitutio facienda erit: & licet sine dolo malo abfuerit, & usuceperit, lucro eius occurri oportet. Item in reliquis omnibus caussis restitutio facienda erit: ueluti si aduersus eum pronunciatum sit.

a. §. diutio2. insti. de vsuc. — b. l. nunquã. §. vacuum. ȷ. de vsuc. — c. l. sine poss. eo. — d. l. cùm hęredes. ȷ. de acq. poss. — e. d. l. cũ hær. — f. d. l. oũquã. — g. l. ab hosti. ȷ. — h. §. capite. ad l. Aquil. — i. l. regula. & l. iuris. ȷ. de iur. ign. — k. l. hispano. ȷ. de acq. hær. — l. l. Iulia. ȷ. — m. ool. l. fi. ȷ. de in integ. re.

Hæredibus tempora vsuscapionis cõtinuantur, quæ à defuncto inchoata est. [a] Quod vsque eò verum est, vt vacuum tempus ante aditam hæreditatem, ad vsuscapionẽ hæredi procedat. [b] Quãquam sine possessione corporali ab initio non procedat vsuscapio: [c] nec possessio acquiri possit ab initio absque corporali appræhensione. [d] Quamob rem licet ab hærede completa sit vsuscapio inchoata à milite absente, rescindi poterit: vel quòd cum hęrede agere non posit in rem qui non appræhenderit possessionem rei vsucaptæ, [e] vel quòd nondum etiam adierit hæreditatem. [f] Nam quod Bulgarus apud Accursiũ ad modicum tempus hoc refert, nullam rationem habet. Reuertẽti enim primo capite edicti, meritò datur modicum tempus quasi adhuc absenti: [g] præsenti verò contra pręsentem quem sciat vsucapere, cur detur? Nec verò verbum Posteáve, prioris capitis, in posteriore repetitum intelligitur, cùm nõ sit eadem ratio. [h] Sanè si mortuo milite ignoret tempus ad vsuscapionem hæredi procedere, ignorãtia iuris est, quæ prodesse non solet acquirere volenti: [i] si mortuum ignoret, & hęredem posidere præsentem, tolerabilis error facit locum restitutioni: [k] quò tamẽ consultus respicere non videtur. Ait, Si is. Restitutio ex hoc edicto fit & in rẽ, & in personam. [l] Ait, Item ex reliquis. Si aduersus absentem, inquit, pronunciatum sit, etiam restitutio ei competit: [m] cùm & hoc modo actione excludatur per exceptionem rei iudicatæ.

L. XXXI. IDEM. *Lib. 4. ad edictum.*

Si is cuius rẽ usuceperit Reipublicæ caussa absens, possessionẽ suæ rei ab illo usucaptæ nactus sit, & si postea amiserit: non temporalem, sed perpetuam habet actionem.

a. l. ȷ. & l. in ho. ȷ. de actio — b. l. oẽ postea. ȷ. de iureiur.

Actio in rem rescissoria, temporalis est ex hoc edicto: [a] si tamen nactus sit possessionem prior dominus restitutus, & postea amiserit possessionem, perpetuata intelligitur actio, vt per litis cõtestationem, & iusiurandum. [b]

L. XXXII. MODESTINVS. *Lib. 8. Regularum.*

Abesse Reipublicæ caussa intelligitur, & is qui ab urbe profectus est, licet nondum prouinciam excesserit, sed & is qui excesßit, donec in urbem reuertatur: & hoc etiã ad proconsules, legatosque eorum, & ad eos qui prouincijs præsunt, procuratorésue Principum qui in prouincijs tenentur, pertinet: & ad Tribunos militũ & præfectos, & comites legatorum, qui ad ærarium delati, aut in commentarium Principis relati sunt.

Redit Iustinianus post declaratum totum edictum per commẽtarios ad edictum, ad quasdam species, regulas, sententias, opiniones, &c. quæ lumen dant edicto. Abesse ergo in hoc edicto accipitur

cipitur pro impedimento iusto rem suam defendendi: quod in eo qui ab vrbe profectus est reip. caussa locum habet:quāuis alioqui absentia ea exigatur, qua prouinciam quis excedit, vt in vsucapione:quòd ei qui in eadem prouincia sit, non occupato reip. caussa, nihil sit indulgendum, si rem suam tanto tempore ab alio possideri passus sit. [a] Alibi aliter vsurpatur pro subiecto argumento. [b] Ait, Et hoc etiam. Proconsules & legati eorum Roma in prouinciam mittebantur, tū reuersuri cùm successor mitteretur. [c] Sic præsides, & Procuratores rerum ad Principē, vel Cæsarem pertinentium, qui in prouincijs eas res procurabant. Nam comites rerum priuatarum sub Cæsaribus ætati nostræ propioribus, his erāt superiores, vt alibi suprà dixi. [d] Ait, Tribunos militum. Tribunos militū & Præfectos ad ærarium se detulisse, Cicero Imperator scripsit ad Torquatum. [e] Sunt autem Tribuni militum hoc loco non illi qui potestatē Consularem habuerunt, sed chiliarchi mille præfecti militibus in legione. Præfecti verò militum sunt, quos *Mareschaulx* Franci vocāt, aut ab his præfecti *les preuostz des mareschaulx*: vel Præfecti legionum, qui ius reddūt, &c. [f] Ait, Qui ad ærariū. Hic videtur desiderari verbum delati, in Haloädrinis Codicibus. Nam nomina eorum actis publicis inscripta, quæ in ærario adseruabantur, delata ad ærarium intelligimus. [g] Commentarius Principis Diarium, & ephemeris eius fuit. Qui igitur in regestum vel publicum, vel priuatum Principis relati erant, reip. caussa abesse intelligebātur: nō etiam ij qui sponte sua profecti essent *sans estre enregistrez*.

a inst. de vi... ca.iis prin. b. l. 4 1 de ... int. l ... de procu. c. not. §. de o: ffi procon. d. §. de offic. proc. Cæsa. e. Cicer. in epist 7. f. not. l. 2. sup. de orig. iur. instu. de milita. testa. g. not. sup. de orig.

L. XXXIII. IDEM. *Lib. singulari de enudeatis casibus.*

Inter eos qui ex generali clausula adiuuantur, & fisci patronus cōnumeratur. Eos qui notis scribunt acta præsidum, Reipublicæ caussa non abesse certū est. Militū medici (quoniam officium quod gerunt, & reipublicæ prodest, & fraudem eis afferre non debet) restitutionis auxilium implorare possunt.

Fiscus Principis ærarium est, non reip. nisi abusiuè: [a] ideò reip. caussa Patronus fisci non occupatur: vt meritò non nisi ex generali clausula Item si qua, adiuuetur. Ait, Eos qui notis. Exceptores alij notis breuiter scribunt, alij perscribunt acta, &c. Notis exceptæ fuerunt plærumque oratorum actiones: vt oratio pro Milone, authore Fabio, alia notis excepta fuit, alia perscripta. Eiusmodi exceptores notarij, sui commodi caussa (vt fit) excipientes acta Præsidum, non restituuntur: quia in commentarios Principis, &c. relati non sunt. [b] Nam quod aiunt prouinciales fuisse, nec ideò absuisse, mihi non placet: cùm & prouinciales reip. dantes operam, abesse intelligantur. [c] Ait, Militum medici. Medici militum in commentarium non referebantur, sed tamen probabili de caussa absentes restituuntur, vt scholares: qua ratione & mercatores publicè vtiles adiuuari, suprà adnotauimus. [d]

a. l. eum qui. §. de ver. sig. l. inter eos. b. l. abesse. §. c. l. qui mitt. l. hi qui. & l. si cui. §. d. l. nec nō. §.

L. XXXIIII. IABOLENVS. *Lib. 15. Ex Cassio.*

Miles commeatu accepto si domi suæ est, Reipublicæ caussa abesse non uidetur. Qui operas in publicum quod uectigalium caussa locatum est, dat: Reipublicæ caussa non abest.

Miles commeatum, id est, licentiam abeundi, & reuertēdi ad statum diem, à Duce, vel Tribuno, &c. accipit: [a] qui cùm domi suæ est, non adiuuatur hoc edicto: cùm possit rei suæ superesse. [b] Ait, Qui operas. Operantes mercede accepta in publicum, non intelliguntur abesse: quia volētes occupantur, [c] &c.

a. l. deserto. §. de re milita. b. l. qui. §. in fin. c. l. reip. infr.

L. XXXV. PAVLVS. *Lib. 4. ad l. Iuliam & Papiam.*

Qui mittuntur ut milites ducerent aut reducerent, aut legendi curam gererent, Reipublicæ caussa absunt. Hi quoque qui missi sunt ad gratulandum Principi. Item procurator Cæsaris, non solùm cui rerū prouinciæ cuiusq; procuratio mandata erat: sed & is cui rerū, quāuis non omnium. Itaque plures ibi procuratores diuersarum rerum, Reipublicæ caussa abesse intelliguntur. Præfectus quoque Aegypti Reipublicæ caussa abest, quúue aliam ob caussam Reipublicæ gratia extra urbem abierit. Sed & in urbanis militibus idem diuus Pius constituit. Quæsitum est & de eo qui ad compescendos malos homines missus est, an Reip. caussa abesset. Et placuit eum Reipub. caussa abesse. Item paganum qui in expeditionem consulari iussu transierat, ibique in acie ceciderat, hæredi enim eius succurrēdum est. Qui Reip. caussa Romā profectus est, abesse Reipub. caussa uidetur. Sed & si extra patriam suam Reipublicæ caussa profectus sit: etiam si per urbem ei iter competit: Reip. caussa abest. Similiter qui in prouincia est,

 ut pri-

ut primùm aut domo sua profectus est, aut cùm in eadem prouincia degit, Reip. caussa administrandæ: simulátque agere Remp. cœperit, ad similitudinem absentis habetur. Et dum eat in castra ac redeat, miles Reip. caussa abest: quòd & eundum sit in castra militaturo, & redeundum. [*] *Viuianus scribit Proculum respondisse, militem qui cum commeatu absit, dum domum uadit aut redit, Reip. caussa abesse: dum domi sit, non abesse.*

* aliàs Iulianus.

In summa omnes milites qui magistratum gerunt, vel togati seu pagani qui similiter in aliqua potestate, vel officio sunt: item qui priuati, missi sunt authoritate publica in prouinciam, reip. caussa absunt. Procuratores Cæsaris diuersos fuisse in prouincia, & ex hoc loco constat, & suprà notaui. [a] De Præfecto quoque Aegypti, dixi suo loco. [b] Ait, Hæredi. Hęredes in integrum restituuntur, [c] sed intra tempus statutum: [d] quibus tamen ob ignorantiam mortis, &c. succurri etiam potest. [e] Ait, Romam profectus est. Quia non potest rei prouinciali superesse, nisi aduersarius quoque Romæ sit, & ius reuocandi domum non habeat. [f] Ait, Extra patriam suam. Abest enim (vt dixi) qui occupatus est in administranda rep. vt rei superesse non possit suæ: veluti milites in rebus vrbanicis, non etiam magistratus. [g] Ait, Similiter. Eadem ratio horum est, cùm rebus suis commodè superesse non possint.

a. sup. de offi. pro. Cæsa.
b. sup. de offi. præf. augu.
c. l. nõ solùm ẽ. de in integ.
d. l. interdum sup. de mi.
e. l. pãno. inf. de acq. hære.
f. l. necnon. sup.
g. sup. l. 3. & seq. & ẽ. ca. l.

L. XXXVI. VLPIANVS. *Lib. 7. ad L. Iuliã & Papiã.*

Reipublicæ caussa abesse eos solos intelligimus, qui non sui commodi caussa, sed coacti absunt.

Vide l. tertiam suprà, & l. non verè inferiùs.

L. XXXVII. PAVLVS. *Lib. 4. ad L. Iuliã & Papiã.*

Hi qui in prouincia sua ultra tempus à constitutionibus concessum assident, Reipublicæ caussa abesse non intelliguntur.

Tempus statutum fuit quatuor mensium, quibus assessores in prouincia sua assidere magistratui potuerunt: ijdem consiliarij magistratuum dicuntur. [a]

a. l. in cõsil. C. de asses. not. sup. de assess.

L. XXXVIII. VLPIANVS. *lib. 7. ad L. Iuliã & Papiã.*

Si cui in prouincia sua Princeps assidere speciali beneficio permiserit, puto eũ Reip. caussa abesse. Quòd si non ex permissione hoc fecerit, consequenter dicemus, cùm crimen admiserit, non habere eum priuilegia eorum qui Reip. caussa absunt. Tandiu Reip. caussa abesse quis uidebitur, quandiu officio alicui præest: quòd si finitum erit officium, iam desinet abesse Reipu. caussa. Sed ad reuertendum illi tempora computabimus statim atque desijt Reip. caussa abesse, quibus reuerti in urbem potuit: & erit moderatum, tempora ei dare quæ lex reuertentibus præstitit. Quare si quid tempus [*] *excesserit suæ rei caussa, non dubitabimus id tempus ei non proficere: habitáque dinumeratione temporis quo reuerti debuit, statim eum dicemus desiisse Reip. caussa abesse. Planè si infirmitate impeditus, cõtinuare iter non potuit: habebitur ratio humanitatis: sicuti haberi solet & hyemis, & nauigationis, & cæterorum quæ casu contingunt.*

* aliàs extra fluxerit.

Delinquentibus non subuenitur, sed captis. [a] Ait, Sed ad reuertendum. Vicena milia passuum singulis diebus peragenda, alibi dictum est. [b] Ait, Planè si. Infirmitas, & alij casus fortuiti, quibus quis impeditur ne suis rebus supersit, aut procuratorem constituat, inter iustas caussas restitutionis in integrum referuntur ex clausula generali. [c] In eadẽ caussa habetur probabilis ignorantia, vt facti alieni, non etiam proprij. [d]

a. l. sed etsi per. sup.
b. l. 3. infr. de verb. sig. l. j. sup. si quis cau.
c. l. j. infr. de iti. act.
d. d. l. pãno j. de acq. hær. l. vlti. pro suo. l. qui 10. de reg. iur.

L. XXXIX. PAVLVS. *Lib. 1. Sententiarum.*

Is qui Reip. caussa absuturus erat: si procuratorem reliquerit, per quem defendi potuit: in integrum uolens restitui, non audietur.

Caput hoc ità accipiunt, vt aduersus absentem nemo restituatur, si procuratorem reliquit absuturus. [a] Quæ interpretatio syntaxin huius sententiæ peruertit. Adde eùm aduersus absentem quis restituitur, non referre ex qua caussa absit: [b] vt meritò ad primum caput edicti hæc sententia referenda sit. Non enim simpliciter ait audiendum non esse absentem reuersum, qui procuratorem reliquit, sed si per eum defendi potuit: vt suprà notaui.

a. Bart.
b. l. itẽ sup.
c. l. sed & si p l. necnon.

L. XL. VLPIANVS. *Lib. 5. Opinionum.*

Si qua militi accusatio competat eo tempore quo Reipublicæ operam dedit, non perimetur.

rimetur. Quòd eo tempore quo in insula quis fuit ex pœna ei irrogata, cuius restitutionem à Principe impetrauit, ab alio usurpatum ex bonis quæ non adempta erant, probatum fuerit: suæ caussæ restituendum est.

Accusationes ferè viginti annorum spatio perimuntur, præscribentibus reis: a sed restituuntur milites absentes, vt non perimatur accusatio quæ competebat. b Ait, Quòd eo temp. Princeps restituit damnatos in integrum, aduersus pœnam relegationis, &c. c qua restitutione, quæ per vsurpationem amittuntur, non restituuntur suæ caussæ: Prætoris ergo erit restituere aduersus vsuscapionem, officio iurisdictionis. d Nec moueor quòd pœnam passus sit. Quid enim commune habet pœna relegationis, cum vsuscapione? &c. e

a. l. querela C. de fal. b. vt hic. c. C. de sen. pass. d. l. sed & si p. sup. in prin. l. j. de postul. e. l. Papi. sup. de mi. arg.

L. XLI. IVLIANVS. Lib. 35. Digestorum.

Si quis Titio legauerit, si mortis suæ tempore in Italia esset: aut in annos singulos quòd in Italia esset: & ei succursum fuerit, quia ob id quòd Reip. caussa absfuit, exclusus fuerit à legato: fideicommissum ab eo relictum præstare cogitur. Et Marcellus notat: Quis enim dubitauerit, salua legatorum & fideicõmissorum caussa, militi restitui hæreditatem quam ob id perdidit, quòd Reipublicæ caussa abfuit?

Addit Vlpiano, a actionem legatorum ità institui per restitutionem, vt non sit melioris conditionis quàm si captus non fuisset: hoc est, cum onere vtilem actionem dari. Quod & in stipulatione locum habet: nimirum vt instituatur actio cuius dies non extitit, magis quàm restituatur. b Ait, Quis enim. Eadem est ratio in hærede restituto à quo legatum est, quæ in legatario. Hùc nihil pertinet testamentum quod ipso iure rescinditur, vt legata exteris relicta, meritò non præstentur. c

a. l. Iulia. sup. b. l. quamuis inf. ad Vell. c. l. Papi. j. de inoff. test. l. 3. j. de leg. præ.

L. XLII. ALPHENVS. Lib. 5. Digestorum.

Non uerè dicitur Reipublicæ caussa abesse qui sui priuati negocij caussa in legatione est.

Hùc pertinent & alia capita generalia suprà, de ijs qui proprij commodi gratia absunt. a

a. l. 3. & l. reip. sup.

L. XLIII. APHRICANVS. Lib. 7. Quæstionum.

Si quis stipulatus sit in annos singulos: quòd in Italia esset uel ipse, uel promissor: & alteruter Reipublicæ caussa abesse cœperit: officium Prætoris est introducere utilem actionem. Eadem dicemus & si ita concepta stipulatio fuerit: Si quinquennio proximo Romæ fuerit: uel ita, Si non fuerit, centum dare spondes?

Ecce introducitur, instituitúrve vtilis actio, cùm deficiente cõditione obligationis, directa dari non possit. a

a. not. sup l. si quis. & l. Iulia. sup.

L. XLIIII. PAVLVS. Lib. 2. ad Sabinum.

Is qui Reipublicæ caussa abest, in aliqua re læsus non restituitur, in qua etiam si Reipublicæ caussa non absuisset, damnum erat passurus.

Pone militem antè quàm abesset, deliquisse, & si in ciuitate egisset, bona adimenda. Is aduersus vsucapionem eorũdem bonorum qui restitui possit, cùm non sit captus absentia? a

a. l. j. sup.

L. XLV. SCAEVOLA. Lib. 1. Regularum.

Milites omnes qui discedere à signis sine periculo non possunt: Reipublicæ caussa abesse intelliguntur.

Milites qui in aliquo numero sunt, à signis discedentes, vt desertores puniuntur. a Sunt autem milites qui solenni more nomen militiæ dederunt, cæteri ciues pagani dicuntur, b vt vetustiori nomine togati. Creandorum verò militum potestatem, Imperator Zeno sibi peculiariter adscripsit. c

a. l. deserto. j. de re milita. l. tribu. C. de re milit. b. sup. l. qui mitt. Sueto. c. l. nemini. C. de re milit.

L. XLVI. MARTIANVS. Lib. 2. Regularum.

Qui Reipublicæ caussa abfuerit, etiam aduersus eum qui pariter Reipublicæ caussa abfuerit, restituendus est, si aliquid damni iustè queritur.

Vt minor læsus aduersus minorem illæsum restituitur: a ità maior contra maiorem, qui illæsus læsit. Quid enim si miles rem militis in alia prouincia absentis vsu cœpit? quid si legatus rem legati? Sed & aduersus eum qui eadem in prouincia militat, restitui miles potest: cùm pro absente habeatur, b &c.

a. l. verò. sup. de mi. insi. b. l. qui mitt. sup. & l. 1.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Lex Regia de rescissione cõtractuum, & distractuum, hùc pertinere videtur: a quæ ob dolum, metum,

a. Lud. 12. 46.

metum, vim, fraudem, circũuentionem, deceptionem ſupra dimidium iuſti precij, intra decennium releuandi facit poteſtatem. Circũuenti enim & decepti intelligũtur, qui abſentia, vel alia neceſſaria cauſſa, aut probabili, inciderunt in captionem.[b] Quod & Franciſcus Rex (ſub quo agimus) ſignificare videtur ſua conſtitutione ad reſtitutionem minorum, & maiorum pertinente.[c] Qua conſtitutione antiquetur apud Gallos Romana lex, quæ ſilentio quinquẽnij alios cõtractus, decennij taciturnitate vel vicennij donationem in ætate minore factam confirmat,[d] quæritur. Et quidam antiquari opinantur, quibus ſubſcribo: quòd eò reſpicere videãtur illa verba, *Soit par voye de nullité, pour eſtre alienation de biens immeubles faicte ſans decret ne auctorité de Iuſtice.* Et ſi probabiliter diſputari poſsit, eam conſtitutionem vetare ne vſque ad vicennium inter abſentes competat reſtitutionis imploratio, vt iure ciuili: non indulgere decenniũ pro quinquennio iuris ciuili[c]. Nam in quibuſdã regionibus, quibus Regia illa lex recepta eſt, maiores ſunt qui viginti annos compleuerunt:[e] nec ſupra decennium poſt eam ętatem reſtitui poſſe videntur ex cõſtitutione Ludouici,[f] quam regionis eiuſdẽ mores probant.[g] Sed verius eſt & illa regione decennium poſt vigeſimumquintum annum currere, ex Franciſci conſtitutione. De magiſtratibus qui Luteciæ Pariſiorum ſunt, déque militibus qui inibi militant,[h] alio loco diximus: quos cum Romanis conferes. Bona fide ſeruientes apud Gallos, ad hoc edictum pertinere nõ poſſunt, cùm ius agendi habeant.[i] Vſusfructus verò non minore tempore amitti poteſt moribus ferè, quàm longiſsimo, vt nec actionum quarumlibet dies exire ſolet.[k] Sunt tamẽ qui vſuſcapionem triennij, & longi tẽporis præſcriptionẽ etiam probant,[l] vt ad Inſtitutiones notamus.[m] Iniuſti magiſtratus in ius vocantur, vt priuati homines.[n] Relegatos Franci *releguez*, appellãt, *ou banys à certain temps:* exules quibus bona adimuntur, *banys à perpetuel, & deportez.*[o] Ex Pauli commentario illud in mores noſtros venit, *Le mort ſaiſiſt le vif ſon hoir plus proche, & habille à luy ſucceder:*[p] quæ poſſeſsio apud nos non ſolùm perficit longam, vel longiſsimam poſſeſsionem, aut triennij vſuſcapionem, ſed etiam ad interdicendum valet, &c. Addiderunt tamen quidam mores, *en droicte ligne:*[q] quaſi ita conciliare oporteret capita legum quæ videbantur contraria:[r] qua de re quod iureconſulti ſenſerunt, ſuprà dixi. Eſt autem hæc poſſeſsio iuris, non facti: id quod quibuſdam legibus municipalibus expreſſum eſt.[ſ] Ciuilis eſt enim poſſeſsio, quæ ad interdicẽdum ſufficit, nõ tamen apprehenſionem alterius corporalem remoratur, qui in poſſeſsionem ire cupit: *ſaiſine de droict, non de faict.*[t] Tribuni militum ſub hoc titulo, Francis *Colonnelz* vocãtur, *& Capitaines de mil homes.* Præfectos legionum, qui ius dicerent ſinguli ſingulis legionibus, Franciſcus Rex conſtituit, *Preuoſtz des legions.*[u] Comeatũ militibus dare ſolẽt Tribuni,[x] *congé d'aller à leurs maiſons*, &c. Notis excipere quicquid cauſſidici, & Præfecti prætorio agunt, decernũntve, exceptores quidã ſolẽt in Senatu Pariſiorum. Aſsidere in prouincia ſua lex Regia non vetat, ſed ne quis magiſtratum gerat, Philippus Pulcher inhibuit.[y] Apud quoſdam accuſationi præſcriptio quinquennij opponitur, modò accuſatus vitæ ſuæ honeſtatem oſtendat,[z] &c. Reſtitutionem Principis, quæ ſupra officium iuriſdictionis prætoriæ eſt,[a] *rappel de ban* vocamus. Milites in locũ demortuorum, aut dimiſſorum, per Tribunos militum ſtati, referũtur in album, matriculámve, *par les commiſſaires de guerre.*[b] Rex Tribunos ipſos facit. Sed hæc, & alia quã plurima in hunc titulũ incidentia, ad alios titulos ſpecialiter pertinent: vbi bona fide à nobis tractantur. Nunc ſatis ſit leui, ac ſimplici via, quæ huius tituli propria ſunt iuuentuti indicaſſe.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI *cauſſa facta.* Titulus VII.

Edictum vel Proconſulis (quod interpretatur Caius)[a] vel Prætoris vrbici (quod Vlpianus & Paulus lib. 12. ad edictum interpretati ſunt)[b] ad hunc modum reſtitues. Ne qua alienatio iudicij « mutandi cauſſa fiat.[c] Si quæ dolo malo ceſsio,[d] quæve alienatio iudicij mutãdi cauſſa facta fue- « rit:[e] neque arbitrio iudicis priſtina iudicij cauſſa reſtituatur:[f] ei ad quem ea res pertinebit, in « eum qui id feciſſe dicetur, quanti ea res erit, intra annum quo primùm experiundi poteſtas erit, « iudicium dabo.[g] Complectitur autem Vlpianus cauſſam reſtitutionis ex hoc edicto, calliditatis generali appellatione, ſub titulo generali.[h]

L. I. CAIVS. *Lib. 4. ad edictum prouinciale.*

OMnibus modis Proconſul id agit, ne cuius deterior cauſſa fiat ex alieno facto. Et cùm intelligeret iudiciorum exitum interdum duriorẽ conſtitui oppoſito nobis alio aduerſario: in eam quoque rem proſpexit: ut ſi quis alienando rem, alium nobis aduerſarium ſuo loco ſubſtituerit, ídque data opera in fraudem noſtram fecerit: tanti nobis in factum actione teneatur, quanti noſtra interſit alium aduerſarium nos non habuiſse. Itaque & ſi alterius prouinciæ hominem,

aut

b. l. 2. l. dũm. ſup. de in integ. reſti. c. de bre. lit. 134. d. l. ſi C. ſi ma. fa. ali. rat. ha. e. Britan. des mi. j. f. Lud. 12. 46. g. Britan. des approp. & pſ. vlti. h. de offi. pf. vigil. ſup. l. 3. & ll. ſeq. ſup. i. oota. ſup. de ſta. ho. k. Biturig. des præſcr. l. Meldu. Carnut. m. inſti. de vſuca. n. oot. ſup. de io ius voc. o. Aruer. 29. cap. not. inſti. quib. mod. ius pat. pot. Senon. j. p. Pariſ. 132. Melden. 40. Biturig. des ſucc. 28. q. Britan. des ſucc. j. r. d. l. cum miles. ſ. eo. l. cũ hæredes. j. de acq. hær. l. 2. infr. pro hær. ſ. Meldu. 71. Pyćto. 213. t. oot. inſti. de bo. poſſ. u. Franciſ. des legion. x. Franciſ. de la gendar. y. 17. z. Britan. de appro. 10. a. l. j. ſup. de de poſtul. b. Franciſ. de la gendar. & des legion. a. l. j. & 3. inf. b. l. 2. 4. 8. inf. c. l. vlti. inf. d. l. 4. inf. e. l. ex hoc. j. f. d. l. ex hoc. & l. 3. in fi. g. l. 4. in fi. & ll. ſeq. h. l. j. ſup. de in integ.

aut potentiorem nobis opposuerit aduersarium: tenebitur.

Caussam edicti Caius refert, & duobus exemplis illustrat: vt si quis mihi, cedẽdo alienandóve dolo malo rem quam petiturus sum, alium aduersariũ opponat, vel alterius prouinciæ, a vel potentiorẽ, is ex hoc edicto mihi teneatur actione in factum proponenda, quanti mea intererit nõ habuisse alium aduersarium. Sed cur in factum appellat? quia proprium nomen nõ habet, sed facto apud Prætorem exposito, actionem dabat olim pro facti modo, & natura: quod & de exceptione in factum Theophilus ait. b Quod verò ait Habuisse, significat hãc actionem demũ mihi competere, postquàm contra eum egero quem mihi aduersarium suo loco substituit. c Sed hoc iudicium euitabit, si paratus sit vtile iudicium pati, &c. d Pooe ergo fecisse me maiores sumptus litigando contra alium, quàm aduersus priorem possessorem agendo facturus eram: tanti mihi hoc iudicio damnabitur arbitrio iudicis. e

a. l. iuris. C. de iurid.
b. insti. de excep.
c. inf. ea. l.
d. l. 3. in fi. j.
e. l. 4. in fi. j.

L. II. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Aut alium qui uexaturus sit, aduersarium.

Ex Vlpiano tertium exemplum adhibet Iustinianus: vt si hominem litigiosum, quãuis alioqui tenuis fortunæ, aduersariũ alienãdo rem, mihi opposuerit: qui me litibus vexaturus sit, & sumptibus maioribus quàm ipse facturus erat.

L. III. CAIVS. *Lib. 4. ad edictum Prouinciale.*

Quia etiam si cum eo qui alterius prouinciæ est, experiar: in illius prouincia experiri debeo: & potentioribus pares esse non possumus. Sed & si hominem quem petebamus, manumiserit, durior nostra conditio fit: quia Prætores fauent libertatibus. Item si locum in quo opus feceris, cuius nomine interdicto Quod ui aut clam, uel actione aquæ pluuiæ arcendæ tenebaris, alienaueris: durior nostra conditio facta intelligitur: quia si tecum ageretur, tuis impensis id opus tollere deberes. Nũc uerò cùm incipiat mihi aduersus alium actio esse quàm qui fecerit, compellor meis impensis id tollere: quia qui ab alio factum poßidet, hactenus istis actionibus tenetur, ut patiatur id opus tolli. Opus quoque nouum si tibi nunciauerim, túque eum alienaueris locum, & opus emptor fecerit: dicitur hoc te iudicio teneri, quasi neque tecum ex operis noui nunciatione agere poßim, quia nihil feceris: neque cum eo cui alienaueris id, quia ei nunciatum non sit. Ex quibus apparet quòd Proconsul in integrum restituturũ se pollicetur: ut actione hac, officio iudicis tantùm consequatur actor, quantùm eius intersit alium aduersarium non habuisse: fortè si quas impensas fecerit, aut si quam aliam incõmoditatem passus erit alio aduersario substituto. Quid ergo si is aduersus quem talis actio competit, paratus sit utile iudicium pati, perinde ac si poßideret? Rectè dicitur denegandam esse aduersus eum ex hoc edicto actionem.

Rationem reddit Iustinianus ex Caio, duorum exemplorum ex eodem transscriptorum. Ait, Sed & si. Quartum exemplum est, quo ostendit Caius manumissionẽ serui, quem petiturus erã, ad hoc edictum spectare: quòd in re dubia Prætor, vel alioqui de caussa liberali cognoscentes, libertati fauere soleant: a aduersus quàm nec minores quidem lapsi, restituuntur. b Ait, Item si. Ex edicto Prætoris Quod vi aut clam, interdictum competit io eum qui quid operis vi aut clam fecit, vt suis sumptibus tollat: qui si alienauerit, ad sumptus prestãdos duntaxat tenebitur, qui possidet rem, ad patientiam: quæ res litem mihi in plures partitur, & incommodat. c Actio quoque aquæ pluuiæ, mihi competit in eum qui manu factum opus habet, quo efficiatur vt aqua noceat fundo meo inferiori. Qui si fecit, tollere cogitur suo sumptu: si non fecit, patientiam præstat, &c. d Ait, Opus quoque. Nunciato nouo opere, id est inhibito, si quid posteà aduersus edictum fiat, qui fecit, si possidet, sumptibus suis tollere cõpellitur. Si emptor sit, vel hæres ignorans nunciatum opus, solùm tenetur ad patientiam præstandam. e Iure ergo meritóque qui alienauit vẽditor, quanti intersit nunciatori tenetur ex hoc edicto. Ait, Ex quibus apparet. Restitutio hæc, non id quod gestum est rescindit, sed actionem dat quaoti iotersit: vt interdum ex edicto De dolo. f Et expende verba Habuisse, & Passus erit. g Ait, Quid ergo. Cessat enim hoc casu ratio edicti, cùm nihil intersit actoris. h

a. l. quoties. j. de reg. iur.
b. l. fi. C. si aduer. lib.
c. l. j. & l. 6. p. inf. quod vi. aut.
d. l. j. j. de aq. plu. l. ẽptor. & seq. eo.
e. l. vim. infr. quod vi. l. fi. j. de no. op.
f. l. arb. sup. de dol.
g. vt sup. l. j.
h. l. ex hoc. j. l. 4. inf. § hæc actio.

L. IIII. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Item si res fuerint usucaptæ ab eo cui alienatæ sunt, nec peti ab eo poßint, locum ha-

bet

bet hoc edictum. Itémque fieri potest ut sine dolo malo quis possidere quidem desierit, uerùm iudicij mutandi caussa id fiat. Sunt & alia complura talia. Potest etiam aliquis dolo malo desinere possidere: nec tamen iudicij mutandi caussa id fecisse: nec hoc edicto teneri. Neque enim alienat, qui duntaxat omittit possessionem. Non tamen eius factum improbat Prætor, qui tanti habuerit re carere, ne propter eam sæpius litigaret. Hæc enim uerecundia & cogitatio eius qui lites execratur, non est uituperanda: sed eius duntaxat, qui cùm rem habere uult, litem ad alium transfert: ut molestum aduersarium pro se subijciat. Pedius lib. 9. Non solùm ad dominij translationem hoc edictum pertinere ait, uerùm ad possessionem quoque: alioqui & is cum quo in rem agebatur, inquit, si possessione cesit, non tenebitur. Si quis autem ob ualetudinem, aut ætatem, aut occupationes necessarias, litem in alium transtulerit: in ea caussa non est, ut hoc edicto teneatur: cùm in hoc edicto doli mali fiat mentio. Cæterùm interdictum erit per procuratores litigare, dominio in eos plærũque ex iusta caussa translato. Ad iura etiã prædiorũ hoc edictum pertinet, modò si dolo malo fiat alienatio. Hæc actio in id quod interest, competit. Proinde si res non fuit petitoris: aut si is qui alienatus est, sine culpa decesserit, cessat iudicium: nisi quid actoris præterea interfuerit. Hæc actio non est pœnalis, sed rei persecutionem arbitrio iudicis continet: quare & hæredi dabitur: in hæredem autem.

Pone malę fidei possessorem, rem soli, vel mobilem vendidisse bona fide ementi: atque hunc vsu cœpisse completo anno, vel biennio, intra annum vtilem, temporibus Vlpiani. [a] Ait, Itémq;. Exempla inferiùs subiecit. [b] Ait, Potest etiã. Exigit Prætor dolum malum, & alienationẽ transferentem iudicium. Quare si quis ne vexetur litibus, omittat possessionem, non in alium transferat, [c] ex hoc edicto non tenebitur: quod non solùm liberale est, sed fructuosum nonnunquam.[d] Qui verò dolo malo desinit possidere: puta rem corrumpens, non in alium transferens, ex hoc edicto quidem non tenetur, sed rei vendicatione tenetur. [e] Sed & qui dolo malo in alium transferens desinit possidere, rei vendicatione tenetur: sed hæc actio melior est, in qua in litẽ iuratur, cùm sit arbitraria, & rei restitutionem cõtineat. [f] Ait, Pedius. Alienationis verbum latiùs vsurpatur, vt translationem iuris etiam contineat. Nam & quod venditum, aut alioqui iusta caussa transferendi dominij traditũ est, &c. abalienatum hîc accipitur, licet nõ propriè alienata sint. [g] Ait, Si quis autem. Hic paragraphus ad actorem iuxtà ac possessorem alienãtem, referri potest. Qui ergo ob valetudinem, &c. procuratorem in rem suam constituit ad litigandum, [h] nõ tenetur hoc edicto, quòd fraude careat. Quod Vlpianus colligit argumento ad absurdum ducente. Cæterũ, inquit, id est cæteroqui, vel alioqui interdictum erit, &c. quod est absurdum. [i] Et huius verbi similem vsum, non vno in loco ostendimus in edictis, & cõmentarijs. [k] Porrò ex hoc loco adieci illa verba edicto: Si quæ dolo malo cessio. Ait, Ad iura etiam. Si fundum qui mihi seruitutẽ debebat vendidisti, ne confessoria tecum agerem, ex hoc edicto teneris: vel si solam seruitutem vendidisti ei, qui me prohibiturus est ire, agere, &c. [l] Ait, Hæc actio. Si res non fuit petitoris, nec alioqui eius interfuit non esse alienatam, cessat hæc actio: quia nihil interest. Sed & si homo qui alienatus est, sine culpa vẽditoris decessit, qui bonæ fidei erat, nõ tenebitur. Quid enim si naturali interitu perijt? ex qua caussa nec malæ fidei quidẽ possessor, lite iã cõtestata, obstringitur. [m] Bonę verò fidei possessor ante litẽ omnimodo liberatur interitu. [n] Ait, Hæc actio nõ est pœnalis. Pœnalis actio bifariàm accipitur: & quæ omnimodò pœnalis est, & ex vtraque parte: [o] & quę tãtùm ex parte rei pœnalis est, licet actor rẽ familiarẽ persequatur. [p] Priore modo hic accipe. Ecce actiones ad vindictam, vt Iniuriarum, & ex edicto De in ius vocãdo, pœnales sunt, & hæredi nõ cõpetunt, nisi contestatæ sint à decessore: quia nihil eius pecuniariter interest. [q] Hæc actio cõtrà ad rem familiarẽ pertinet, & hæredi cõpetit, ad quem tantùm peruenisset, quantùm abest decessori ex facto alienantis. Ait, arbitrio iudicis. Significat arbitrariam esse actionẽ, vt inferiùs Paulus. [r] Ait, In hæredem autẽ. Iniquum visum est hæredem coërceri ciuiliter ob alienũ delictum: [s] si quid tamẽ ad eum peruenerit ex facto decessoris, id auferri debet. [t]

a. inst. de vsu. cap. in prin. b. §. si quis. ea. l. inf. c. l. §. inf. de rei vẽd. & hîc versi. non tamen. d. Cice. 2. offi. e. l. qui peti. j. de rei vendi. & hic. versi. neq. enim. f. l. in actio. j. de in lit. g. l. alienatũ. j. de verb. sig. h. l. procurato re. sup. de pc. i. d. l. proc. k. l. Põp. §. de neg. ge. l. j. j. de remis. l. qđ di. j. de impẽ. l. j. si ser. veo. m. l. itẽ si. sup. quod met. vb. not. n. l. illud. inf. de pet. hær. o. sup. ne q. eũ q. in l. pen. p. l. j. sup. de eo. p. q. q. inst. de per. actio. r. l. ex hoc. §. præterea. de act. vb. not. f. §. j. de tẽp. actio. t. l. j. de eo p q. fa. sup. s. not. sup de in integ. l. nõ solum.

L. V. PAVLVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Vel similem.

Hæres successor ciuilis est bonorum possessor, &c. prætorius hæres, vel quasi hæres. Sic pater qui peculium aufert, successor est in vniuersum, [a] &c.

L. VI.

L. VI. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Vel post annum, non dabitur.

Ex edictis Prætorum passim constat, actiones ex maleficijs venientes, intra annum vtilem inrendendas: a quem illis verbis significant, Intra annum quo primùm, b &c. Actio tamen ex edicto Quod quisq. iuris, in hæredem competit: c ne ex dolo decessoris locupletetur, &c.

a. insti. de pp. actio.
b. sup. ex q. cau. l. 1.
c. l. pen. sup. quod quisq.

L. VII. CAIVS. *Lib. 4. ad edictum Prouinciale.*

Quia pertinet quidem ad rei persecutionem: uidetur autem ex delicto dari.

Ratio ex regula iuris subiecta est, a qua ex maleficio descendentes actiones, in hæredem non dantur. Satis enim visum est, rem familiarem licere persequi, aduersus eum qui deliquit experiendo.

a. insti. de pp. actio.

L. VIII. PAVLVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Ex hoc edicto tenetur etiam qui rem exhibet: si arbitratu iudicis pristinam caussam iudicij non restituit. Ait Prætor: Quæue alienatio iudicij mutandi caussa facta fuerit: id est, futuri iudicij caussa, non eius quod iam sit. Abalienare intelligitur, & qui alienam rem uendiderit. Sed hæredem instituendo, uel legando si quis alienet: huic edicto locus non erit. Si quis alienauerit, deinde receperit: nō tenebitur hoc edicto. Qui uenditori suo redhibet rem, non uidetur iudicij mutandi caussa alienare.

Ex hoc capite transtuli in edictum illa verba, Neque arbitrio iudicis, &c. & illa, Queve alienatio, &c. Vti ex superioribus capitibus illa verba, Et ad quem ea res pertinebit, in eum qui id fecisse dicetur, quanti ea res erit, intra annum, &c. Ait, Futuri iudicij. Si iam iudicium sit, qui alienat rem litigiosam eam perdit, a &c. Ait, Abalienare. Interpretatio est ex latiore vsu verbi, nō propria significatione. b Ait, Sed hæredem. Hic in fraudem non alienat, sed quòd moriturus sit. Ait, Si quis alienauerit, deinde receperit c. Alienare cum effectu accipiendum est, c quòd aliòqui non interfit aduersarij: quò Prætor respexit. d Ait, Qui venditori. Qui rem vitiatam reddit recepto precio, nō præsumitur in fraudem alienare, sed quòd deceptus sit à venditore, omnia retrò, &c. e

a. l. fi. C. de litig. l. fi. j. eo.
b. d. l. alienatū. de ver. si. j.
c. arg. l. j. sup. q. quisq.
d. l. 4. sup.
e. l. j. & l. redhibere. inf. de ædil. & infr. l. seq.

L. IX. PAVLVS. *Lib. 1. ad edictum Aedilium curulium.*

Quia redhibito homine, omnia retroaguntur: & ideò non uidetur iudicij mutandi caussa alienare qui redhibet, nisi fortè propter hoc ipsum redhibet, non redhibiturus aliàs.

Rationem subijcit ex alio loco Pauli, quam temperat distinctione.

L. X. VLPIANVS. *Lib. 12. ad edictum.*

Nam & si obligatus soluero quod à me petere uelles, huic edicto locus non erit. Si tutor pupilli, uel agnatus furiosi alienauerit, utilis actio competit: quia consilium huius fraudis inire non possunt.

Similis coniectura est animi eius qui alienat: quòd facere videtur, vt se liberet, non in fraudē. Ait, Si tutor. Pupillus ex facto tutoris interdum tenetur, & adultus, vel furiosus ex facto curatoris: a & ideò ex hoc quoque edicto vtiliter conueniuntur.

a. infr. q. ex fact. tut.

L. XI. IDEM. *Lib. 5. Opinionum.*

Cùm miles postulabat suo nomine litigare de possessionibus quas sibi donatas esse dicebat: responsum est, si iudicij mutandi caussa donatio facta fuerit, priorem dominum experiri oportere: ut rem magis quàm litem in militem transtulisse credatur.

Quamuis exempla consultorum in hunc locum, ad reum alienantem respiciant omnia: tamen verba edicti communia sunt, & hic locus cum sequenti capite arguunt idem ius in actore fraudulenter alienante obseruari. Nam miles si agat de re ab actore donata, actor ex hoc edicto tenetur: ideò consilium est Vlpiani vt prior dominus agat, perinde quasi non alienasset, vt denegetur hæc actio. a Nec actione cadere debet ex constitutione, quasi potentiori actionem cesserit. b Etenim cùm offerat se ad accipiendū iudicium, & restituat pristinam caussam iudicij arbitrio iudicis, rem magis quàm actionem transtulisse videtur, c & pœnā constitutionis effugit.

a. l. 3. sup. in fi.
b. l. fi. C. ne lic. poten.
c. vtile.

L. XII. MARTIANVS. *Lib. 14. Institutionum.*

Si quis iudicij communi diuidundo euitandi caussa rem alienauerit: ex lege Licinia interdicitur ei, ne communi diuidundo iudicio experiatur: uerbi gratia, ut potentior emptor per licitationem uilius eam accipiat: & per hoc iterum ipse recipiat. Sed & ipse quidem qui partem alienauerit: communi diuidundo iudicio si agere uelit, non audietur.

I

audietur. Is uerò qui emit, si experiri uelit, ex illa parte edicti uetatur, qua cauetur ne qua alienatio iudicij mutandi caussa fiat.

a. l. in trib. ij. de iudi.
b. vt hic.
c. l. 3. & l. ex hoc. sup.

Communi diuidundo iudicium eius naturæ est, vt vterque in eo agat, & pulsetur. [a] Si igitur socius partem suam in fraudem socij alienauerit, ne pulsetur iudicio: agere tamen uelit, ex lege Licinia denegatur actio. Quòd si emptor experiatur (quod hoc edicto sub conditione vetitum est) in venditorem agetur ex hoc edicto. [b] Non enim simpliciter Prætor, vel Proconsul vetuit, sed adiecit, Si quæ dolo malo cessio, &c Et est hic casus, quo qui alienanit, non potest euitare hãc actionem suscipiendo iudicium: [c] idque propter legem Liciniam quæ denegat actionem. Ex hoc capite transcripsi primum caput edicti, quod vnà cum præcedente, obscurant interpretes.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

a. Car. 5. art. 4. d. l. fi. C. ne lic. pot.
b. Lud. 12. des pri. des esc. 4.
c. Lud. 12. 46.
d. d. l. arbitr.
e. Lud. 12. 46.
f. Brit. 9. tit. j.
g. i. de sta. ho.
h. Bituri. des præs.
i. not. insti. de vsu. ap
k. Britan. des appro. 18.
l. 46.
m. des parta.

Carolus hujus nominis quintus districtè interdixit actiones cedere potentioribus, vt magistratibus: & personis priuilegium habentibus, vt scholasticis. Etsi contrà factum esset, cedentes cadere actione, cessionarios pro arbitrio iudicantis multari constituit, & in damna, & quod alioqui aduersarij debitoris interesset, damnari. [a] Sed huic sanctioni Ludouicus duodecimus pòst derogauit, & cedere actiones scholasticis permisit sine fraude: modò à patre filio, fratre fratri, aut patruo, auunculóve fratris filio, cessio facta esset. Adiecit vtrumque adigendum iureiurando, cessionem animo donandi, & sine fraude aduersarij esse factam, &c. [b] *Il n'est permis de faire cession ou transport de debte à personne plus puissante, ou aulcun officier Royal: ne aussi à personne priuilegiée comme escholiers, pour tirer le debteur hors de sa iurisdiction ordinaire, en uertu dudict priuilege, si le transport n'est faict de pere à filz*, &c. Illud quæritur, vtrúmne lex Regia de rescissione contractuum, &c. [c] ad hoc Prætoris edictum pertineat. Nam hic rescissio nulla fit, vt nec ex edicto De capite minutis, fieri solet: sed actio datur quanti interfit, rem non esse alienatam. Sed veriùs est pertinere, cùm arbitratu iudicis restituatur pristina caussa iudicij, & rescindatur alienatio: aut si non pareatur, quanti intersit, reus condemnetur. Nam & cùm ea dolo alioqui agitur, non nisi in effectu (vt dicitur) rescissio fit, cùm dolosus, quanti intersit damnatur: [d] quò tamen pertinet Regia constitutio. [e] Actor apud Gallos forum rei sequitur, qui vbi domicilium habet rectè pulsatur actione personali, *de meuble.* [f] Manumissiones seruorum fiunt (qui tamen planè serui non sunt) & *manumys* appellantur manumissi, vt suo loco meminimus. [g] Forma nunciationis noui operis extat inter Regias constitutiones. Vsucapi ferè nihil potest moribus nostris intra decennium restitutionis petendæ. [h] Sunt tamé qui vsuscapionem triennij probant, vt Meldunenses, & Carnutenses. [i] Rescissionem contractus de re mobili, quibusdam moribus intra vigintiquatuor horas denunciantes aduersario, petere possunt. [k] Nam Ludouici lex de rebus soli lata est: [l] quam ijdem mores probant. De communibus rebus diuidundis, lex municipalis Biturigum, pluribus verbis statuit. [m] Sed hæc, & alia quæ hic extra caussam attigi, suo loco diligentiùs ex iure nostro adhibebo.

DE RECEPTIS, QVI ARBITRIVM RECEperunt ut sententiam dicant. Titulus. VIII.

a. l. Pópo inf.
b. infr. naut. cau. l. j.
c. l. 3. inf.
d. l. licet. infr.
e. l. j. C. eo. l. quid. ta. & l. nó dist. j. eo.
f. l. 2. inf. l. cú pœna.

Titulus hic sequentem complectitur. Recipere enim quis dicitur, cùm aliquid faciendum suscipit, & pollicetur: vt finem imponere controuersijs, [a] vel merces saluas fore. [b] Verba autem huius edicti talia fuerunt: Qui arbitrium, pœna compromissa receperit: [c] sententiam dicere « cogam. [d] Dictæ ab arbitro sententiæ, qua de re rectè compromissum erit, [e] nisi pareatur, pœnam « compromissam solui iubebo. [f]

L. I. PAVLVS. *Lib. 1. ad edictum.*

¶ In húc locú Cic. in orat. pro Roscio Comœdo.
a. l. Pópo. inf.
b. l. quid. ta. j. l. sed &.
c. l. nó ea. inf
d. l. Pompo. j.
e. l. litiga. inf.
§ interdum. l. fi. C. eo.
f. l. rem nó. C. de iudi.

COmpromissum, ¶ ad similitudinem iudiciorum redigitur: & ad finiendas lites pertinet.

Ad similitudinem iudiciorum cõpromissum redactum ait Paulus, quòd quibus diebus iudex non dicat sentétiam, arbiter dicere non cogatur: [a] quòd vterque ad se vocet, & certo die adesse iubeat: [b] quòd testes producantur apud vtrumque: [c] quòd vterque dicat sententiam de re controuersa dirimendæ litis gratia, [d] &c. Dictum est autem compromissum, quòd litigantes vltrò citróque promittant pœnam, si non steterint arbitri sententiæ: quæ promissio per stipulationem nisi fieret, hoc Pauli seculo pœna condici non potuit: [e] sed pacti exceptio competijt. Idem receptum Iustinianus vocat, quòd à compromissario iudice compromissum litigatorum recipiatur, [f] non quòd litigantes arbitrium recipiant, vt mendosi codices significare videntur: in quibus De receptis arbitris, pro re-

ceptis

ceptis arbitrijs, scriptum est. [g]

L. II. VLPIANVS. *Lib. 4. ad edictum.*

Ex compromisso placet exceptionem non nasci: sed pœnæ petitionem.

Exceptio rei iudicatæ, ideò hoc iure non nascebatur ex compromisso dicta sententia, quòd non absolutè compromitteretur stari sententiæ, sed sub alternatione stari, aut pœnam compromissam solui. Sed & cùm simpliciter stari promittitur sine pœna, non aliud ex stipulatione faciendi peti potest, quàm quanti interfit. [a] Exceptio pacti conuenti, loco pœnæ dabatur, vt dixi, quando inter debitores conueniebat ne solueretur, si sententiæ statum non esset. [b] Eadem ratione actio rei iudicatæ, vel executio, nulla est ex compromisso: quando ex compromissione sententia arbitri dependeat, [c] nec compromitti soleat stari sententiæ, sed vel stari, vel pœnam dependi. [d] Vnde constat si non stetur pœnam committi, & ex stipulatione pœnali condici, non ex re iudicata. Et hæc quidem insignis est iudiciorum, & arbitriorum differentia. Sunt & aliæ permultæ. Nam arbiter nisi compromissum sit, non cogitur dicere sententiam: [e] non appellatur ex sententia ab eo dicta, [f] licet Doli exceptio vice appellationis esse interdum possit: [g] non cauetur sisti apud arbitrum, vt in iudicio, [h] cùm satis sit pœnam committi: ad arbitrũ adeamus neque nihil, neque totam litem consecuturi. [i] Sunt & aliæ complures. [k]

g. C. co. in re.
a. l. si quis ab. inf. de re iud. l. diem inf.
b. d. l. litiga.
c. l. nõ di. inf.
d. inf. l. seq.
e. inf. l. 3.
f. l. 1. C. de re. arb.
g. l. nõ dist. §.
h. §. in ius vo.
i. Cicer. pro Rosc. Com.
k. l. 1. iũ. infr. l. nõ distin. inf.

L. III. IDEM. *Lib. 13 ad edictum.*

Labeo ait: si compromisso facto sententia dicta est, qua quis à minore uigintiquinque annis tutelæ absolueretur, ratum id à Prætore non habendum: neque pœnæ eo nomine commissæ petitionem dari. Tametsi neminem Prætor cogit arbitrium recipere: (quoniam hæc res libera & soluta est, & extra necessitatem iurisdictionis posita) attamen ubi semel quis in se receperit arbitrium, ad curam & ad solicitudinem suam hãc rem Prætor pertinere putat: ¶ *non tantùm quòd studeat lites finiri: uerùm quoniam nõ debeant decipi qui eum quasi uirum bonum disceptatorem inter se elegerunt. Finge enim post caussam iam semel atque iterum tractatam, post nudata utriusque intima, & secreta negocij aperta, arbitrum uel id gratiæ dantem, uel sordibus corruptum, uel alia ex caussa nolle sententiam dicere. Quisquam ne potest negare, æquissimum fore, Prætorem interponere se, ut officium quod in se receperit, impleat. Ait Prætor, Qui arbitrium pœna compromissa receperit. Tractemus de personis arbitrantium. Et quidem arbitrum cuiusque dignitatis coget officio quod susceperit perfungi, etiam si sit cõsularis: nisi fortè in aliquo magistratu positus uel potestate (Consul fortè, uel Prætor) quoniam in hoc imperium non habet.*

¶ nõ iã quòd studeret, verùm quoniã deberet deci. pi. P. Fl.

Minores aduersus compromissum suum restituuntur, etiam tutore authore compromittentes. [a] Si arbiter ergo iussit actione tutelæ tutorem absolui, Prætor id ratum non habebit, sed minorem in integrum restituet, vt & tutelæ agat, & excipiat aduersus pœnæ stipulationem. [b] Ait, Tametsi. Iudicandi munus necessariò obeundum est, iubente magistratu qui imperium habet: [c] sed ex sola priuatorum voluntate arbitrum eligentium, æquum non est cogi aliquem ad dicendam sententiam, nisi suus consensus accesserit. Ait, Qui eum quasi virum bonum Sed à persona eius non receditur, [d] vti nec in stipulatione: [e] licet benigniùs in bonæ fidei negocijs interpretemur, quasi in quemlibet bonum virum arbitrium conferri. [f] Ait, Qui arbitrium. Verba sunt edicti, quod suprà perfeci. Ait, Tractemus de personis. Interpretatur primùm verbũ Qui. Ait, Etiam si sit consularis. Dignitas in consularibus manet ex consulatu priùs gesto: consul adhuc magistratum gerit. Sic Prætorius, & Prætor differunt, &c. [g] Ait, Vel potestate. Latiùs hoc verbum patet quàm magistratus appellatio, vt alibi noto. [h]

a. l. si minor. sup. de mi.
b. vt hîc.
c. l. si. §. de mu. & hn. l. eũ q. sup. de iurisd.
d. l. in cõpr. §.
e. l. si q. arb. §. de ver. ob.
f. l. societa. §. pro so. l. hæc vend. infr. de contrah.
g. not sup. de senato.
h. sup. quod quisq. iur. l. j.

L. IIII. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Nam magistratus superiores, aut pari imperio qui sunt, nullo modo possunt cogi. ¶ *nec interest: antè, an in ipso magistratu arbitrium susceperint: sed inferiores possunt.*

Nemo parem, aut superiorem cogit, sed inferiorem. [a]

¶ Huc ptinet quod de Nonio quæstore refert Sueto. in Iulio.
a. l. ille à quo. inf. ad Treb.

L. V. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Sed & filiusfamiliâs compelletur.

Filiusfamiliâs in publicis caussis pro patrefamiliâs habetur, & magistratum gerere, [a] iudicare, [b] tutelam suscipere potest: vt meritò ex recepto, cognitione Prætoris sentẽtiam dicere compellatur. [c]

a. l. filiusfa. §. de his q sui.
b. l. cũ prætor inf. de iudi.
c. vt hîc.

L. VI. CAIVS.

Quinetiam & de re patris dicitur filiumfamiliâs arbitrum esse. Nam & iudicem eum esse posse plærisque placet.

In priuatis, siue ciuilibus negocijs, pater filio iudex esse potest, & contrà: [a] sed petẽte eo nominatim à magistratu dari nõ debet. Qua ratione ex consensu aduersarij, & iudex cõpromissarius, vt delegatus esse poterit. [b] Sanè magistratus hoc sibi inuerecundè adrogabit, vt filio, vel in eũ ius dicat, &c. [c] & meritò recusabitur: quod & in eo cui mandata est iurisdictio locũ habet. Nã & hic iurisdictioni præesse dicitur, & potestatem habere, licet iure alieno. [d]

a l. in pri. & l. obser. inf. de iudi.
b. vt hîc.
c. l. qui iurisd. sup. de iurisd.
d. l. more. eo. l. j. de offi. e. s.

L. VII. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Pedius lib. 9. & Pomponius lib. 33. scribunt parui referre, ingenuus quis, an libertinus sit: integræ famæ quis sit arbiter, an ignominiosus. In seruum Labeo compromitti non posse, lib. 11. scribit, & est uerum. Vnde Iulianus ait, si in Titium & seruum compromissum sit, nec Titium cogendum sententiam dicere, quia cum alio receperit: quãuis serui (inquit) arbitrium nullum sit. Quid tamen si dixerit sententiam Titius? Pœna non committetur: quia non ut recepit dixit sententiam.

In dignitatibus ambiendis, in alia caussa sunt libertini, quàm ingenui: [a] ignominiosi, quàm integræ famæ homines. [b] Sed in procuratione, cõpromisso, iudicio, &c. hæc personarũ differentia non obseruatur, cùm præsertim voluntate litigatorũ iudicent, [c] &c. Sanè iure nouissimo libertini absque iure aureorum annulorũ ad honores admittuntur. [d] Ait, In seruum. Seruus iure ciuili, pro nullo habetur: [e] vt meritò iudex compromissarius esse non possit. Ex quo colligitur, si in alterũ liberum, & alterum seruum coniunctim sit compromissum, nec liberum cogendũ dicere sentẽtiam, nec si dicat valere. In duorum enim arbitrium litigatores consentire voluerunt, nõ vnius: ex quorum voluntate pendet arbitri omnis potestas. [f]

a. l. j. C. ad l. Visel.
b. l. j. C. de di. lib. 12.
c. §. fi. de exc. & hic. l. cum pretor. inf. de iud. l. j. j. ad l. Iul. de vi pri.
d. autẽ. vt lib. de.
e. l. quod ani. j. de reg. iur.
f. l. nõ dist. j. l. item. inf.

L. VIII. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Sed si ita compromissum sit, ut uel alterutrius sententia ualeat: Iulianus scribit Titium cogendum.

Sic in rescriptis, voluntas rescribentis, [a] & pluribus caussam delegantis, cum clausula Et si non omnes: obseruanda est. [b]

a. c. sciscita. de rescrip.
b. l. nõ dist. j.

L. IX. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Sed si in seruum compromittatur, & liber sententiam dixerit: puto si liber factus receperit, consentientibus partibus ualere. Sed neque in pupillum, neque in furiosum, aut surdum, aut mutum compromittetur: ut Pomponius libro trigesimotertio scribit.

Si quis iudex sit, arbitrium recipere eiusdem rei de qua iudex est, inúe se compromitti iubere prohibetur lege Iulia. Et si sententiam dixerit, non est danda pœnæ persecutio. Sunt & alij qui non coguntur sententiam dicere: utputa si sordes aut turpitudo arbitri manifesta sit: Iulianus ait, si eum infamarunt litigatores, non omnimodo Prætorem debere eum excusare: sed caussa cognita. Idem & si spreta authoritate eius, ad iudicium.

Nouum cõpromissum rectè factum intelligitur, durante post manumissionẽ consensu. [a] Ait, Sed neque Hi iudices dari nõ possunt, ideò nec arbitri eligi: [b] cùm præsertim vel iudicio careãt, vel alioqui ad sententiam ferendam, & audiendas allegationes litigatorum idonei non sint. [c] Ait, Si quis iudex sit. Iudex ad arbitrium relatus, est qui alioqui iudicare potest, siue magistratus sit, siue mãdata ei sit iurisdictio, siue datus sit iudex: [d] arbiter iudex cõpromissarius appellatur. [e] Ideò autẽ hunc lex Iulia vetat recipere arbitriũ, ne litigatores vexẽtur frustrà litibus, & sumptibus. Nã cùm Prætor studeat lites finiri, [f] & minore negocio à cõmuni amico plerũq; dirimi possint, quàm à iudice: cõpromissa ꝓbat. Quæ ratio in eo cessat, qui eiusdẽ rei iudex est: cùm præsertim pœna commissa quòd arbitrio eius nõ pareatur, idẽ ipse iudex maneat. Sanè experiri potest ante iudiciũ, an patiatur litẽ discuti absque iudicio: [g] quod amicè litẽ cõponere vocamus. [h] Nã hoc modo sumptibus parcitur, illo duplicãtur. Iure pontificũ ideò in iudicẽ cõpromittitur, opinor, quòd pœna nõ cõpromittatur, sed sentẽtiæ pareri fides præstetur: [i] vt appellare nõ liceat, & ità sumptibus parcatur. Nam cũ iureiurãdo cõpromissum firmatur, vel sentẽtia homologatur à partibus, verius est appellari nõ posse: [k] vtcũque Bartolus leui ratione ab alijs dissentiat. [l] Qui

a. arg. l. j. C. si rect. ꝑ. l. minorẽ infr. de rit. nup.
b. l. cũ pretor. j. de iud. l. j. §. ã.
c. arg. l. vt gradã. j. de mu. & ho.
d. l. pen. infr. de iudi.
e. d. l. rẽ non.
f. l. 3. sup.
g. l. Põp. inf.
h. autẽ. vt dif. fe. iudi.
i. c. ex parte. c. cũ tẽp. & c. cũ olim. de arb.
k. l. pen. & l. ne. C. de arb.
l. l. 2. sup.

enim bomologat sentētiā, nō cōtradictutū se pollicetur: qui appellat, & si sentētiā valere fateatur, ei tamen contradicit appellando tanquam iniquæ.[m] Iure autētico tandem in vno articulo nouis Iustiniani legibus derogatum est,[n] quòd iureiurando cōpromissum firmare non liceat:[o] cæterùm quod hic dicitur, & dictis Iustiniani legibus, ratum manet: quarum prior,[p] & si Decio Cos. emissa, noua tamē ex subscriptione, & Codicis prioris euulgatione dignoscitur.[q] Ait, Sunt & alij. Tametsi simpliciter edixerit Prætor de omnibus qui recipiunt arbitriū, tamen ex voluntate eius ducitur interpretatio, vt cogantur qui idonei sint:[r] & ideò seruus, pupillus, &c. nō coguntur.[s] Sed & si iusta caussa sit cur non cogatur arbiter, eius Prætor habebit rationem, vt in procuratore qui mandatum suscepit.[t] Ait, Manifesta sit. Si post cōpromissum vir bonus esse nō videatur, meritò cogendus non est, ne decipiātur qui talem eū putarunt.[u] Nam si scienter ignominiosum elegerūt, cogetur: quòd vir bonus habeatur, licet olim infamatus ex aliqua caussa fuerit.[x] Ait, Sed caussa cognita. In caussæ cognitione versatur, vtrúmne litigatores reconciliauerint arbitrum post infamationem, nécne: & vtrùm grauis sit infamatio,[y] &c. Ait. Idem & si. Ratio est contumelia arbitro facta, vt sequitur.[z]

m. l. j. ǰ. de ap. n. d. l. pen. & l. ne in. C. eo. o. aut. de iudi. p. d. l. pen. q. C. de confir. C. r. arg. l. vt gra. inf. de mu. & ho. s. sup. l. Pedius ea. l. sup. t. l. filiusfa. & ll. seq. ī. de p. & hic. ǰ. eo. l. licet. & ll. seq. u. l. 3. sup. arg. x. l. Pedius. s. y. l. licet. ǰ. d. l. filiusfa. & ll. seq. ī. de pc. inf. ll. seq. z. l. litiga.

L. X. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Vel ad alium arbitrum.

L. XI. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Litigatores ierunt, mox ad eundem arbitrum redierunt: Prætorem non debere eum cogere inter eos disceptare: qui ei contumeliam hanc fecerint, ut eum spernerent, & ad alium irent. Arbitrum cogendum non esse sententiam dicere, nisi compromissum interuenerit. Et quod ait Prætor, pœna compromissa accipere nos debere, non si utrinque pœna numaria, sed & si alia res uice pœnæ (si quis arbitri sentētiæ nō steterit) promissa sit, Pomponius scribit. Quid ergo si res apud arbitrum depositæ sint eo pacto ut ei daret qui uicisset: uel ut eam daret si non pareretur sententiæ: an cogendus sit sententiam dicere? Et puto cogendum. Tantundem est & si quantitas certa ad hoc apud eum deponatur. Proinde & si alter rem, alter pecuniam stipulanti promiserit: plenum compromissum fit, & cogetur sentētiā dicere. Interdum (ut Pomponius scribit) rectè nudo pacto fiet compromissum: utputa si ambo debitores fuerunt, & pacti sunt ne petat quod sibi debetur, qui sententiæ arbitri non paruerit. Idem Iulianus scribit non cogendum arbitrum sententiam dicere: si alter pœnam promiserit, alter non. Idem dicit & si sub conditione fuerit pœna compromissa, ueluti si nauis ex Asia uenerit, tot milia. non enim priùs arbitrum cogendum sententiam dicere, quàm conditio extiterit: ne sit inefficax deficiente conditione: & ita Pomponius lib. 33. ad edictum scribit.

Ait, Arbitrum non. Interpretatur verba edicti, Pœna cōpromissa.[a] Non est, inquit, cogēdus arbiter, nisi cōpromissum interuenerit: quinimò nisi pœna cōpromissa sit, ex verbis edicti:[b] licet si sententiā dixerit non districtus, quanti intersit agatur.[c] Hoc enim regulare est, vt ex stipulationibus faciēdi, si contrà fiat quàm cautū sit, quāti intersit promissor condemnetur.[d] Porrò nihil interest pœna sit nūmaria, an species vice pœnæ cōpromittatur: vel ex vna parte pecunia, ex altera res, id est, species.[e] In hoc enim cōpromittitur, vt metu pœnę stetur sentētiæ. Ait, Quid ergo. Hoc casu arbiter suā sententiā exequitur: quia rē controuersam ei dabit qui potior iure videbitur, aut qui iussus certo die adesse paruerit, altero nō parēte. Idē erit si vtrinque decē deponātur, vt ei det qui pareat: cui nō absimile est quod Varro lib. 2. de lingua latina ait de cōtendētibus sacramēto. Ait, Interdū. Promittere etiā nudā promissionē absq; stipulatione cōtinet,[f] nō tantū sponsionē, id est, stipulanti factam responsionē. Valet autē nudū pactum ad excipiēdū, cùm rem tenemus: licet nō valeat ad agēdum in eos qui rem tenent.[g] Ait, Alter non. Quia is qui non promisit, nō pareret sententiæ metu pœnæ quam non promisit: & ità inefficax esset sententia, vt in specie sequenti. Sed summam rei, & plenam distinctionem inferiùs obseruabis.[h]

a. l. 3. sup. b. d. l. 3. c. l. die. inf. & l. seq. d. l. si quis ab. ǰ. de re iudi. l. stip. nō di. de ver. ob. e. ǰ. ea. l. versi. proinde. §. si eadem. insti. de leg. vb. no. f. l. sciendum inf. de ædil. g. l. iurisg. sup. de pact. h. l. nō distin. inf. §. summa.

L. XII. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Quo casu ad Prætorem pertinebit, in eo forsitan solo, ut si posit dies compromissi proferri, proferatur.

Pone cōptomissum in Titiū vt Calēdis dicat sentētiā, & pœnā sub cōditione cōpromissam si nō pareatur: Deinde adiectum vt Titius diē proferre posit ad dicendā sententiā.[a] Nā si Titius velit sententiam dicere ante conditionem existentem, sub qua pœna compromissa sit: Prætor coget proferre diem, ne sententia inefficax fit non existente conditione.[b]

a. l. non di. in fi. inf. b. l. aut si. inf.

L. XIII. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Pomponius ait, & si alteri accepto lata sit pœna compromissi, non debere eum compelli sententiam dicere. Idem Pomponius scribit: Si de meis solus controuersiis sit compromissum, & de te pœnam sim stipulatus: uidendum ne non sit compromissum. Sed cui rei moueatur, non uideo. Nam si ideò, quia de unius controuersiis solùm compromissum sit, nulla ratio est. Licet enim & de una re compromittere. Si uerò, quia ex altera duntaxat parte stipulatio interuenerit: est ratio tanquam si petitor sit qui stipulatus est, possit dici plenum esse compromissum: quia is qui conuenitur, tutus est pacti exceptione: is uerò qui conuenit, si arbitrio non pareatur, habet stipulationem. Sed id uerum esse non puto. Neque enim sufficit exceptionem habere ut arbiter sententiam dicere cogatur. Recepisse autem arbitrium uidetur (ut Pedius lib. 9. dicit) qui iudicis partes suscepit: finémque se sententia sua controuersiis impositurum pollicetur. Quòd si (inquit) hactenus interuenit ut experiretur, an consilio suo uel authoritate discuti litem paterentur: non uidetur arbitrium recepisse. Ex compromisso arbiter iis diebus non cogitur sententiam dicere, quibus iudex non cogeretur. nisi dies compromissi exitura sit, nec proferri possit. Pro inde si fortè urgeatur à Prætore ad sententiam: æquissimum erit, si iuret sibi de caussa nondum liquere, spacium ei ad pronunciandum dari.

Vtrinque pœna promissa sit oportet, ne eludatur sententia: [a] quare ea altera parte pœna accepto lata, non est cogendus arbiter. [b] Ait, Si de meis. Compromissum valet de vna re, & de omnibus controuersijs, &c. [c] Sed vtrinque pœnam promissam esse oportet, aut deberi aliam pecuniã vtrinque quam nudo pacto remittant compromittentes nisi pareatur. [d] Nam si actor pœnam sit stipulatus, reus non sit, stipulator non pareret sententiæ metu pœnæ: quia exceptio non datur ea compromisso de re cõtrouersa, sed de alia quæ certò debetur. [e] Et hoc quidem lege noua verum est: hoc iure fortassè exceptio pacti competit, si arbiter dicat sententiam: sed ideò non cogitur, quòd pœna nulla sit ea exceptio, si fortè ius agendi actor non habeat: & Prætor eaigat pœnam compromissam: [f] quod locum habet in exceptione pacti de re certò debita. [g] Et hoc magis conuenit verbis Vlpiani: quod & Azo apud Accursium probat. Ait, Recepisse. Interpretatur verbum Receperit. Qui enim amicè litem componere studet, & hoc se facturum recepit, non cogitur: quia nulla pœna committeretur ea hoc consilio. Pone enim ità dicere: nolle diffinire litem inter eos qui compromittunt, ità vt nisi pareatur, pœna committatur: sed experiri velle, an suo consilio velint à lite discedere: quem amicabilem compositorem litium vulgò appellant, [h] & arbitratorem interdum. [i] Ait, Arbiter ex compromisso. Pone compromissum esse in Titium, ità vt intra Calendas dicat sententiam: & hunc distulisse sententiam vsque ad ferias vindemiales, &c. Si compromissi temporalis dies exitura sit, cogetur ferijs dicere sententiam: alioqui non cogetur, cùm ad similitudinem, [k] &c. Sed pone vnum tantùm diem superesse, & diem compromissi exiturum nisi eo die dicatur sententia. Quamuis actum non sit vt dies proferri posit, tamen ea æquo proferetur, si iuret arbiter sibi de caussa N. L. id est, non liquere: quòd obscura sit, vel quòd acta litis non inspexerit, &c. [l] Hoc loco quæri potest, vtrúmne iudex posit defungi iudicatu, pronunciando N. L. Quòd A. Gellius iudex datus, se fecisse aliquando, scripsit: [m] & in iudicijs publicis sententia tabellaris eiusmodi valuit olim: vt ex M. Cicerone, & Asconio Pediano constat. [n] Et quidem hic arbiter iudicatu nõ soluitur, sed caussa ampliatur, & dies diffinditur, id est, differtur in aliud tempus pronunciatio: quod tamen Gellius fecit, æquitate non caret, si de caussa omninò ex actis, & probationibus liquere non posit. [o]

a. l. litig. sup.
b. vt hic.
c. l. quid ta. j.
d. l. litig. sup.
e. l. litig. sup. l. pen. C. eo. l. 2. sup.
f. l. 3. sup.
g. l. litiga. sup.
h. autẽ vt di.
i. not. hic. f
k. l. j. sup.
l. l. quid. §. papi. inf.
m. li. 14. ca. 2.
n. in Diuina.
o. l. Pomp. j. de re iudi.

L. XIIII. POMPONIVS. *Lib. 11. ad Q. Mutium.*

Sed si compromissum sine die confectum est: necesse est arbitro omnimodò diem statuere, partibus consentientibus: & ita demum caussam disceptare. quòd si hoc prætermissum sit, omni tempore cogendus est sententiam dicere.

Si arbitrium receptum sit sine die quo dicatur sententia, Prætor arbitrum consentientibus partibus iubebit diem statuere: alioqui ipse statuet, & sententiam dicere coget ex edicto. [a]

a. l. 3. sup.

L. XV. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Licet autem Prætor districtè dicat sententiã se arbitrum dicere coacturum, attamẽ interdum rationem eius habere debet, & excusationẽ recipere, caussa cognita: utputa si fuerit

si fuerit infamatus à litigatoribus, aut si inimicitiæ capitales inter eum & litigatores, aut alterum ex litigatoribus intercesserint: aut si ætas, si ualetudo, quæ postea cõtingit, id ei munus remittat: aut occupatio negociorũ propriorũ, uel profectio urgens, aut munus aliquod reip. caussa. Et id Labeo.

Hæc capita assui debuerunt similibus caussis suprà relatis: [a] Sed nihil refert, cùm caussas persequatur Iustinianus, ex quibus arbiter non cogatur, vel contrà. Ait, Si fuerit infamatus. Si grauis sit infamatio, nec recõciliatio secuta sit, vt diximus. [b] Ait, Aut si. Similes caussæ excusant procuratorem, qui mandatum suscepit. [c]

a. l. sed si in fer. vsq. ad §. arbi. in l. litig. b. l. sed si in. §. c. l. filiusfa. & ll. seq. ĩ. de p. cur.

L. XVI. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Aut si qua alia incõmoditas ei post arbitrium susceptum incidat. Sed in caussa ualetudinis similibúsue caussa cognita differre cogitur. Arbiter iudicij sui nomine, quod publicum uel priuatũ habet, excusatus esse debet à compromisso, utique si dies compromissi proferri non potest. Quòd si potest, quare non cogat eum, cùm possit proferre? quod sine ulla districtione ipsius interdum futurum est. Si tamen uterq; uelit eum sententiam dicere: an (quamuis cautum non sit de die proferenda) non aliàs impetret (quia iudicium habet, ne cogatur) quàm si consentiat denuo in se compromitti? Hæc si dies exitura est.

Similes caussæ in procuratore neque passim admittuntur, neque districtè, id est, valdè strictè, & rigidè denegandæ sunt: sed caussa cognita temperantur. [a] Ait, Proferri non potest. Finge diẽ compromissi à litigatoribus præstitutum, & occupationes arbitri in eum diem nec opinatò incidisse. Si dictum sit vt proferri possit dies, nec arbiter id velit, vt soluatur compromissum die: [b] Prætor coget, vt cùm sub conditione pœna compromittitur. [c] Ait, Districtione ipsius. Arbiter ipse hoc facere potest absque Prætoris districtione, id est, non coactus à Prætore: [d] vt meritò cogatur, præsertim cùm de integro recipere arbitrium die solutum cõpellatur ex iusta caussa. [e] Sanè in specie sequenti non cogitur recipere, quòd per eum non steterit cur non dixerit sententiã, sed per occupationes, &c. Verbum Impetret, compromissorem respicit, non arbitrum, vt perperàm Accursius putat, & cogi posse dicit hoc casu, aduersus Iureconsulti sententiam: apud quem An non, hoc loco negat: quod verba sequentia demonstrant,

a. l. sed hæc. ĩ. de proc. b. l. nõ distin. ĵ. c. l. litiga. ĩ. d. l. nõ di. ĵ. in fi. e. l. aut si. ĩ. l. quid. ĵ. §. Pap.

L. XVII. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Item si unus ex litigatoribus bonis suis cedat, Iulianus lib. 4. Digestorum scribit non esse cogendum arbitrum sententiam dicere: cùm neque agere neque conueniri possit. Si multò pòst reuertantur ad arbitrum litigatores: non esse cogendum dicere sententiam, Labeo scribit. Item si plures sunt qui arbitrium receperunt, nemo unus cogẽdus erit sententiam dicere [*] *sed aut omnes, aut nullus.* Inde Pomponius lib. 23. ad edictum *quærit: si ita sit compromissum ut quod Titio disceptatori placet, id Seius pronũciet: quis sit eorum cogendus? Et puto arbitrium tale nõ ualere, in quo libera facultas arbitri sententiæ non est futura. Sed si ita sit compromissum, arbitratu Titij aut Seij fieri: Pomponius scribit (& nos putamus) compromissum ualere, sed is erit cogendus sententiam dicere, in quem litigatores consenserint. Si in duos fuerit sic compromissum, ut si dissentirent, tertium assumant: puto tale compromissum non ualere. Nam & in assumẽdo possunt dissentire. Sed si ita sit ut tertius assumeretur* Sempronius, *ualet cõpromissum: quoniam in assumendo dissentire non possunt. Principaliter tamen si in duos arbitros sit compromissum, non debet* Prætor *eos cogere sententiam dicere: quia res ferè sine exitu futura est, propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem. In impari enim numero idcirco compromissum admittitur, non quoniam consentire omnes facile est: sed quia (& si dissentiant) inuenitur pars maior, cuius arbitrio stabitur. Sed tamen usitatum est etiam in duos compromitti, & debet* Prætor *cogere arbitros, si non consentiant, tertiam certam eligere personam, cuius authoritati pareatur.* Celsus quoque lib. 3. *Digestorum scribit: si in tres fuerit compromissum, sufficere duorum consensum, si præ-*

[*] Hæc in nõnullis nõ leguntur.

 sens

sens fuerit & tertius: alioqui absente eo licet duo consentiant, arbitrium nō ualere: quia in plures fuerit compromissum, & potuit præsentia eius trahere eos in aliā sententiam.

a.l.litiga.§. Prætor non cogit arbitrum sententiam dicere, quæ inefficax sit. [a] Atqui bonis cedens, nec agere, nec cōuenīri potest, cùm sit fortunis omnibus nudatus, & actionibus. Quod de eo accipiē-
b.§.decef. bo. &.§.fi.de act. dum est, quem mox non pœnitet antè quàm bona veneant, [b] &c. Ait, Si multò. Compromisimus
c.l.sed fi.§. in Titium sine die, [c] & multò pòst ad eum reuersi postulamus vt dicat sententiam: Vlpianus ait eum nō cogendum. Nam probabile est ita recepisse, vt non multò pòst diceret sententiam: quod multò ita à iudice æstimabitur, ne post Epimenidis somnū reuertentes, audire cogatur arbiter,
d.l.Pedius.& seq.§.c.inno. &c. Ait, Item si plures. Si coniunctim compromissum sit in plures, locum habet quod hic dicitur, nisi adiecta sit clausula Quòd si nō omnes, [d] &c. Idē in iudicibus datis obseruatur, vt omnes iudi-
tuit.eo.cap. fcifcitatus.de cent. [e] Ait, Inde Pompo. Arbitrium recepisse non videtur, qui quod alij placeat se dicturum pollicitus est: [f] qui verò se disceptatorem pollicetur, sententiam ferre non debet: neuter ergo ex his
refcr. e.l.duo.§.de re iudi.a. cogetur ex edicto Prætoris. Ait, Sed si ita. Compromissum in duos alternatiuè confectum valet: vt arbitrio Titij aut Seij facere promittis? Sed is cogetur, in quem consenserint tādem litigātes.
f.l.Pompo.§. Ait, Si in duos. In iudicijs inter pares iudices statur ei, quæ pro libertate, prǒve reo est, sententiæ.
g.l.inter pares.§.de re iu di. [g] In compromissis idem ius non est, quòd respectu pœnæ committendæ, neuter magis reus alterò videatur, quodque iudex confirmare sententiam non possit. Et ideò vel in impares compromittere oportet, vel si in pares compromittatur, potestatem eis facere alium certum adsumendi,
h.l.non di.§. l.duo.§.de re iudi. vt sic impares fiant. Si vt adsumant quem velint compromissum sit, non valebit compromissum: tamen receptum est, vt Prætor cogat duos, in quos sit compromissum ad eligēdam certam personam, cuius authoritati pareatur, siue accedat alterutrius sententiæ, siue non: nam duorum con-
i.vt hic.& l. Pompo.§.de re iudi. sensus, aut alioqui maioris partis exigitur, [i] & alij accedunt huius sententiæ. Ait, Celsus quoque. Præsentes omnes esse oportet, quòd possit vnus alios in suam sententiam, aut in aliam trahere,
k.c.cū tēp.eo. reuocando in memoriam leges, mores, &c. Qua ratione consilium sapientium requirere oportet, licet non oporteat sequi. [k] Sed quid si omnes dissentiant, & diuersas dicant sententias? Pone enim vnum de nuda proprietate, alterum de vsufructu, tertium de plena proprietate fundi controuersi sententiam dicere. Nam hic non inuenitur pars maior, cuius sententiæ stetur, licet impares sint arbitri. Similis quæstio in iudicibus locum habet, & in consilijs de re aliqua censentium. Eius rei exemplum Plinius iunior epistola quadam ad Aristonem huiusmodi adfert. Alij ex senatoribus censentibus de morte Dextri Consulis, libertos eius post quæstionem absoluendos: alij relegandos, alij vltimo supplicio adficiendos censebant. Qua in re vetus lex de discessione, & diuidendis sententijs extitit: Qui hæc sentitis, in hac partem: qui alia omnia, in illam partem ite
l.Cice.epi.a. qua sentitis: quam idem Plinius, & Cicero non vno in loco adducit. [l] Et in hac quidem contro-
m.l.non dift. §.l.diem.§. n.vt hic. uersia variant interpretes. Ego puto arbitrorū sententias inefficaces, quòd Prætoris partes non sint confirmare vnam. [m] Poterit tamen cogere arbitros ad eligendum cuius authoritati pareatur, vt cùm in duos compromittitur: cùm eadem ratio suadeat. [n] Et huic permittent arbitri, vti
o.l.inter pares.§.de re iu di.& l.duo.a. vel eam sententiam confirmet, quæ potior videatur, vel nouam dicat: quādoquidem non vt arbiter, sed vt author eligatur. In iudicijs, & consilijs censentium, quæ pro libertate est, vel pro reo
p.l.duo.i.eo. q.d.l.inter.& l.duo.a.l.in offerēdis.C. de appell. sententia, obtinet inter pares numero, qui in duas sententias cōueniant, vel plures in summa diuersas. [o] Vt si alius in decem, alius in quindecim, alius in viginti reum condemnet. Sed tamen diuersæ sententiæ in pendenti erunt, donec cōmpetens iudex vnam confirmet, [p] qui debet confirmare mitiorem. [q] Sententiam diuidere (vt hoc obiter dicamus) est diuersa capita eiusdem senten-
r.Cice.d.epi. a.& pro Milo.vb.Afco. s.Pli.d.epi. t.Caro.7.117. Ludo.12.76. Fran.l.125. tiæ dirimere, & quod conueniat aliorum sententijs coniungere: [r] sententias verò diuidere, est duorum, vel plurium diuersa censentium in Senatu, &c. sententias velut singulas habere, [s] quo modo testes singulares vulgò dicuntur diuersa testificantes, & consiliariorum opiniones partiri processum, [t] &c. *partager, ou partir le proces pour la diuersité d'opinions des conseilliers.*

L. XVIII. POMPONIVS. *Lib.17. [illegible]*

Sic & tribus iudicibus datis quòd duo ex consensu absente tertio iudicauerunt, nihil ualet: quia ita demum quod maior pars omnium iudicauerit, ratum est: cū & omnes iudicasse palàm est.

a.l.duo.§.de re iudi. b.l.Pomp.eo. In hoc conuenit inter arbitros, & iudices, quòd absente vno alij non iudicent: [a] & præsentibus omnibus, maioris partis sententia valeat, etiam si vnus ex tribus iuret sibi N. L. id est, non liquere. [b]

L. XIX. PAVLVS. *Lib.13. ad edictum.*

Qualem autem sententiam dicat arbiter, ad Prætorem non pertinere Labeo ait: dummodo dicat quod ipsi uidetur. Et ideò si sic fuit in arbitriū compromissum, ut certam sententiam dicat: nullum esse arbitrium, nec cogēdum sententiam dicere, Iulianus lib. 4. Digesto. scribit. Dicere autem sententiam existimamus eum qui ea mente quid pronunciat,

nunciat, ut secundum id discedere eos à tota controuersia uelit. Sed si de pluribus rebus sit arbitrium receptum: nisi omnes controuersias finierit, non uidetur dicta sententia, & adhuc erit à Prætore cogendus. Vnde uidendum erit an mutare sententiã possit. Et aliàs quidem est agitatum, si arbiter iussit dari, mox uetuit: utrùm eo quod iussit, an eo quod uetuit, stari debeat? Et Sabinus quidem putauit posse. Cassius uerò sententiã magistri sui bene excusat: & ait de ea sententia Sabinum non sensisse, quæ arbitrium finiat: sed de præparatione caussæ: utputa si iusserit litigatores calendis adesse, mox idibus iubeat, nam mutare eum diem posse. Cæterùm si condemnauit uel absoluit: quando arbiter esse desierit, mutare sententiam non posse.

Arbitrium recipere non videtur, nisi qui pro arbitratu, & voluntate sua, sententiam dicturus est: [a] ideò nec Prætor, nec litigantes præscribere legem arbitro possunt. Ait, Dicere autem. Qui experitur an consilio suo, & authoritate componere litem posit, non dicit sententiam: [b] sed qui ea mente, &c. [c] Vtrúmne iudex dilato paulisper officio iudicis, communis amicitiæ, & quasi pacificatoris partes recipere debeat, cognita iam iudicij caussa, apud veteres quæsitum est: [d] quod Bartolus [e] negat, Iustinianus lege autentica permittit. [f] Ait, Sed si arbitri officium ex compromisso dependet: [g] & nisi vt recepit arbitrium, sententiam dicat, cogi debet à Prætore ex verbis edicti. [h] Ait, Vnde videndum. Qui dixit pro parte sentẽtiam, mutare quidem potest: sed qui dixit sententiam quæ arbitrium finiat, id est, diffinitiuam sententiã, non potest mutare, vt iudex. [i] Nã quod ante sentẽtiam iussit, vetuítve vterque, mutare potest: quas interlocutiones, [k] præparationes caussæ, [l] & sententias interlocutorias interdum appellamus: quod & Paulus hîc innuit.

a. l. Pompo. ï. b. d. l. Pompo. c. vt hîc. d. Gell. lib. 14. cap. 2. e. l. Pompo. ï. f. autẽ. vt diffe iudi. g. l. non dist. j. h. l. 3. ï. i. l. quod iussit. j. de re iudi. k. C. de sen. & inter. l. vt hîc.

L. XX. CAIVS. *Lib. 5. ad edictum Prouinciale.*

Quia arbiter & si errauerit in sententia dicenda, corrigere eam non potest.

Vt iudex non corrigit sententiam quæ litem finiat, [a] ita nec arbiter.

a. l. Paulus. & l. iudex. j. de re iudi.

L. XXI. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

*Quid tamẽ si de pluribus controuersijs sumptus est nihil sibi communibus: & de una sententiam dixit, de alijs nondum: nunquid desijt esse arbiter? Videamus igitur an in prima controuersia possit mutare sententiam de qua iam dixerat. Et multùm interest, de omnibus simul ut dicat sententiam compromissum sit, an non. Nam si ut de omnibus poterit mutare, nondum enim dixit sententiam. Quòd si ut separatim, quia plura sunt cõpromissa, & ideò (quantùm ad illam controuersiam pertinet) arbiter esse desijt. Si arbiter ita pronunciasset, nihil uideri Titium debere Seio: tametsi Seium non uetuisset petere, tamen si quid petisset, uideri contra sententiam arbitri fecisse, & id Offilius & Trebatius responderunt. Solutioni diem posse arbitrum statuere puto: & ita etiam Trebatius uidetur sentire. Pomponius ait inutiliter arbitrum incertam sententiam dicere: utputa, quantùm ei debes, redde. Diuisioni uestræ stari placet. Pro ea parte quã creditoribus tuis soluisti, accipe. Item si arbiter ex compromisso pœnam peti uetuerit: in lib. 33. apud Pomponium scriptum habeo non ualere, & habet rationem: quia non de pœna compromissum est. Pomponius lib. 3. quæstionum ait, Si cùm dies compromissi finiretur, prolato die litigatores denuo in eum compromiserint: nec secundi compromissi arbitrium receperit: non esse cogendum recipere, si ipse in mora non fuerit quominùs partibus suis fungeretur. Quòd si per eum factum sit: æquissimum esse cogi eum à Prætore sequens recipere. Quæ quæstio ita procedit, si nihil in priore compromisso de die proferendo cauebatur. Cæterùm si cauebatur, & ipse protulit, mansit arbiter. Plenũ compromissum appellatur, quod de rebus omnibus controuersiisue compositum est, nam ad omnes controuersias pertinet: sed si fortè de una re sit disceptatio, * licet plenum compromissum factum sit, tamen Martianus ex cæteris caussis actiones superesse ait. Id enim uenire in compromissum, de quo actũ sit ut ueniret. Sed est tutius, si quis de certa re cõpromissum*

* Aliàs licet cõpromissum au-ctum sit.

promissum facturus sit, de ea re sola exprimere. In compromisso autem non debent obtẽperare litigatores, si arbiter aliquid inhonestum iusserit. Si intra diem compromissi arbiter aditus, post diem compromissi adesse iusserit, pœna non committitur. Si quis ex litigatoribus ideò nõ adfuerit, quòd ualetudine, uel reipublicæ caussa absentia impeditus sit: aut magistratu, aut alia iusta caussa, pœnã cõmitti Proculus & Atilicinus aiunt: sed si paratus sit in eundem compromittere, actionem denegari, aut exceptione tutum fore. Sed hoc ita demum uerum erit, si arbiter recipere in se arbitrium fuerit paratus. Nam inuitum non esse cogẽdum Iulianus lib. 4. Digestorum rectè scribit, ipse autem nihilominus pœna absoluitur. Si arbiter iusserit (puta) in prouincia adesse litigatores cùm Romæ esset in eum compromissum: an ei impunè non pareatur, quæritur. Et est uerius (quod Iulianus ait lib. 4.) eum locum compromisso inesse, de quo actũ sit cùm compromitteretur. Impunè igitur ei non parebitur, si alio loco adesse iusserit. Quid ergo si non appareat de quo loco actum sit? Melius dicetur eum locum cõtineri, ubi compromissum est. Quid tamen si eò loci qui sit circa urbem, adesse iusserit? Pegasus admittit ualere iussum, quod puto uerum esse, si eius sit authoritatis arbiter, uel in secessibus soleat agere, & litigatores facilè eò loci uenire possint. Sed & si in aliquem locum inhonestum adesse iusserit, puto in popinam, uel lupanarium (ut Iulianus ait) sine dubio impunè ei nõ parebitur, quam sententiam & Celsus lib. 2. Digesto. probat. Vnde eleganter tractat: si is sit locus, in quem alter ex litigatoribus honestè uenire non possit, alter possit: & is nõ uenerit, qui sine sua turpitudine eò uenire possit: & is uenerit, qui inhonestè uenerat: an committatur pœna compromissi, quasi opera non præbita. Et rectè putat non committi. Absurdum enim esse iussum in alterius persona ratum esse, in alterius non. Intra quantùm autem temporis, nisi ~~detur quod~~ arbiter iussit, committatur stipulatio, uidendum est. Et si quidem adiectus dies non sit, Celsus lib. 2. Digesto. scribit messe quoddam modicum tempus: quod ubi præterierit, pœna statim peti possit: ut tamen (inquit) si dederit ante acceptum iudicium, agi ex stipulatu non possit.

Interest vtrùm de pluribus controuersijs simul arbiter ex compromisso sentẽtiam dicere debuit, an separatim de singulis. Si separatim: quasi plura sunt compromissa, &c. Haloander excudit, Quia plura, sed expungere debuit, Et ideò. Ait, Si arbiter. Qui pronunciat non videri debere, satis vetat petere: & ideò qui petit, non paret arbitri sententiæ. Nam discedere à tota controuersia vult arbiter.[a] Ait, Solutioni. Arbiter ita rectè dicit sententiam, Solue Calẽdis, licet dies compromissi Calendas præcedat. Nõ enim diem compromissi profert, sed statuit diem solutioni.[b] Ait, Pomponius ait. Vt incerta sententia iudicis non valet, nisi referatur ad certum:[c] ita nec arbitri. Est autem omninò incerta, quando generaliter complectitur quod natura sui in infinitũ decrescit: vt Solue quod debes. Nam debere tãtillùm potest, vt solutio inutilis sit. Quòd si hominem dare iusserit, valebit sententia. Ait, Item si. Sententia arbitri non nisi de ea re dici potest, de qua cõpromissum est.[d] Ait, Papinianus. Obserua distinctionem, in mora fuerit arbiter antè quã dies compromissi exiret, an non. Nã priore casu cogi potest ad recipiendũ iterũ arbitrium, prolato dic à litigãtibus:[e] posteriore nõ potest.[f] Ait, Et ipse protulit. Ad proferẽdũ etiã cogi potest.[g] Ait, Plenum compromissum. Plenum cõpromissum superiùs dicitur, quod perfectũ est, & vtile. Hoc loco plenũ est, quod de omnibus cõtrouersijs generaliter confectũ est: quod verbis generale sit licet, tamẽ coangustatur ad id de quo actũ intelligitur.[i] Sed ob difficultatẽ probãdæ voluntatis, tutiùs est compromitti nominatim de certis rebus. Ait, Non debent. Generalia verba compromissi de stando sententiæ, hanc recipiunt ex voluntate interpretationem, si honestũ sit quod iubeat arbiter. Nam & legatum relictũ, nisi quid fiat quod contra bonos mores sit, non valet.[k] Ait, Si intra. Diem quidem solutioni statuit arbiter post diem compromissi faciẽdam: sed post diem sententiam dicere non potest: vt nec præparationi parendũ sit, qua post diem adesse iubet. Ait, Si quis ex Si iudex sententiam dixerit, Iulianus hoc casu denegandam actionẽ iudicati scripsit,[l] aut partam iudicati executionem: Vlpianus sub alternatione aut denegandam à Prætore actionẽ de pœna ipso iure commissa, aut addẽdam in iudicium exceptionem hic ait: vt alibi exceptionẽ doli com-

a.l. qualem. ff. b.not. ff. l. ea. §. si intra. c.l. in summa. ff. de re iudi. l. 3. C. de sen. q. si cer. §. curare. de actio. vbi not. d.l. non dist. ff. eo. e.l. Pompo. §. f.l. aut si. in fi. g.l. quo casu. & d.l. aut si. h.l. litiga. & l. Pompo. i.arg. l. s. ff. de transf. k.§. viti. de lega. l.l. si Prætor. ff. de iudi.

competere. m Denegare ergo actionem, nō est ipso iure non competere, vt Accursius significat: sed in iure apud Praetorem non dare actionem, cùm de excusatione constet: si non constet, exceptionem addet Praetor in iudicium, Si non reip. caussa absens, &c. Ait, Nam inuitum. Soluto die compromisso, si per arbitrum non stetit, &c. non tenetur secundū recipere. n Ait, Si arbiter iusserit. Potestas arbitri, ex voluntate partium dependet, vt de alia re statuere non possit, alio tempore, vel loco, quàm de quo actum sit. o Ait, Sed & si. Notandum popinam locum honestum non esse ad dicendam sententiam, quem gulosi, & helluones arbitri, statuere plærūque solent. Ait, Vnde eleganter. Si alter ex litigatoribus non tenetur parere, alter meritò excusabitur, qui non videtur contempsisse iussum, sed parcere sumptibus frustrà faciendis in veniendo, quò alter venire non tenebatur. p Ait, Intra quantùm. Suprà de non parendo in præparatione arbitrij: hic de non parentibus sententiæ, quæ finem imponit arbitrio. q Igitur si diem solutioni statuerit arbiter, nisi pareatur statuto tempore, pœna committetur: certè si per eum qui damnatus est stet, quò minùs paritum sit. r Si verò dies adiectus non sit, inest modicum tempus intra quod nisi detur, aut alioqui sententiæ pareatur, pœna commissa peti possit extra iudicium interpellādo. Veluti cùm quis penum dare iussus est, & si non dederit, decem: si interpellatus penum non dederit, committetur decem obligatio. s Oportet autem ante interpellationem prætereat tātùm temporis, quo dare penum hæres potuerit: t quod à iudice æstimabitur, cùm definitum non sit. u Porrò pœnam commissam mora facta, effugere licebit ante acceptum iudicium de pœna, parendo arbitrio: si modò nihil interfuit citiùs paritum esse arbitrio: qua de re ad Institutiones satis. x

m l. apud. §. de exc. dol.
n §. ea. l. §. Pa.
o l. nō di. §. de offi.
p. arg. l. a. §. si q. in iure vo.
q §. l. Pompo.
r l. Celsus. §.
s l. 1. §. de pen. leg. l. si penū. §. q. dies leg.
t l. quod di. §. de sol. §. si. de inuti. stip.
u l. cōti. §. de ver. ob.
x §. vlti. de societ.

L. XXII. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Vtique nisi eius interfuerit tunc solui.

Purgatio moræ non solùm liberat reum interitu rei, a sed à pœna post moram ipso iure debita. b Estque mobile hoc caput ex Paulo huic loco insertū, in hac disputatione de moræ emendatione: ex quo constat vsque ad litem contestatam moram purgari, non solùm ex faciendi obligationibus, c sed etiam dandi: si modò non interfit priùs datum, vel factum esse. Sed latiorem eiusmodi quæstionum tractatum, consultò in aliam Digestorum partē reiecimus: d ne inter τὰ πρῶτα, tanta rerum multitudine oneremus iuuentutem. e

a l. interdū. §. de ver. ob.
b l. si fine. §. q. de ver. ob. l.
c l. si insulā. §. de ver. ob. l. conti. eo.
d l. & si post. §. si q. cau.
e §. his. insti. de iusti.

L. XXIII. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Celsus ait: Si arbiter intra Calendas Septembris dari iusserit, nec datum erit: licet postea offeratur, attamen semel commissam pœnam compromissi non euanescere: quoniā semper uerum est intra Calendas datum nō esse, si autem oblatum acceperit, pœnam petere non posse, aut doli exceptione remouendum. Contrà, ubi duntaxat dari iussit. Idē ait: Si iusserit me tibi dare, & ualetudine sis impeditus quò minùs accipias, aut alia iusta caussa: Proculum existimare, pœnam non committi, nec si post Calendas, te parato accipere nō dem. Sed ipse rectè putat duo esse arbitri præcepta: unum, pecuniam dari: aliud, intra Calendas dari. Licet igitur in pœnam non committas, quòd intra Calēdas non dederis, quoniam per te non steterit: tamen committis in eam partem, quòd non das. Idē ait, nihil aliud esse sententiæ arbitri stare, quàm id agere (quantùm in ipso sit) ut arbitri pareatur sententiæ. Idem Celsus ait: Si arbiter me tibi certa die pecuniam dare iusserit, tu accipere noluisti: posse defendi, ipso iure pœnam non committi.

L. XXIIII. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Sed si postea ille paratus sit accipere, non impunè me non daturum. Non enim antè feceram.

Conditionalis obligatio, quæ certum diem habet, non admittit moræ purgationem: a qua ratione ex compromisso, Si arbitri sententię non parebis, decem dabis? die solutioni per arbitrum adiecto, non emendatur mora offerendo post diem. Si tamen oblatum quis acceperit, pœnā cōmissam ipso iure non petet, aut doli mali exceptione excludetur. Nam renunciare pœnæ cēmisse videtur, qui oblatum accipit. b Ait, Contrà vbi. Quia diem nō habet, & conditionem obligatio, c vt dixi. Ait, Idem ait. Cùm mora sit iniusta debiti præstandi dilatio, & iustè differat solutionem, qui laboranti, & c. soluere non possit: d dubium non est quin nulla mora hoc casu fiat. Sanè si post diē paratus sit accipere, nec des: negari non potest quin per te stet quò minùs arbitrio pareas, & in mora sis. e Non enim calendis tantùm dare, sed dare calendis arbiter iubet: nec qui calendis dare debet, ideò liberatur quòd Calendis non dederit, nisi ita actum sit. f

a l. traiecti. §. de act. l. thais. §. de fi. lib.
b l. post diē. §. de l. cōmiss. l. a. §. si q. cau. in prin. arg.
c §. l. quid. in fi.
d l. sciendū. §. de vsur. l. mora. eo.
e l. quod te. §. si cer. pe.
f l. obl. ferè. §. de actio.

L. XXV. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Labeo ait: Si arbiter, cùm in compromisso cautum esset, ut in eadē die de omnibus sententiam

tentiam diceret, & ut posset diẽ proferre: de quibusdam rebus dicta alioquin sentẽtia, de quibusdam non dicta, diem protulit: ualere prolationem diei, sententiæque eius posse impunè non pareri. Et Pomponius probat Labeonis sententiam. Quod & mihi uidetur: quia officio in sententia functus non est. Hæc autem clausula, Diem compromissi proferre, nullam aliam dat arbitro facultatem, quàm diem prorogandi. Et ideò cõditionem primi compromissi neque minuere, neque immutare potest. Et ideò cætera quoque discutere debet, & pro omnibus unam sententiam ferre. Sed si per fideiussores fuerit cautum in primo compromisso: & sequens similiter proferendum Labeo ait. Sed Pomponius dubitat utrùm ijsdem, an & alijs tam idoneis. Quid enim (inquit) si ijdem fideiubere noluerint? Sed puto, si fideiubere noluerint: tunc alios non absimiles adhibendos.

a. l. qualẽ. & l. quid. in pri. j.

b. l. illud. §. q. met. arg. l. fi. §. de pact.

Dicere sententiam non videtur, qui non dicit de rebus omnibus de quibus cõpromissum est: [a] & ideò prolato die ex voluntate compromittentium, sententiam de omnibus dicet, nec priori de quibusdam rebus dictę sententiæ parendum erit. Ait, Hęc autem. Verba sunt cõpromissi, Cõuenitque inter eos vt Titius diem supraſcriptum proferre posſit: quæ clausula potestatem facit arbitro prorogandi diem compromisſi, pœna manente eadem, &c. vti compromissum est. Ait, Sed si per. Cùm dies compromisſi proferri potest, duo quodam modo sunt compromissa eodem tempore confecta: & si fideiussores adhibiti fide sua esse iusserunt pœnam, nisi pareretur sententiæ die compromisſi prioris dictæ: die exeunte liberati sunt, qui iterum nisi velint non obligantur: & ideò æquè idonei adhibendi erunt prolato compromisso.[b]

L. XXVI. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Ne in potestate sit fideiussorum, postea se non obligantium, ut pœna committatur. Idemque & si decesserint.

a. §. l. Labeo.

Si arbiter proroget compromissum, in eadẽ caussa adesse iubebit alio die: [a] qui si fideiussores iterum non dent, arbitro proferenti compromissum non parebunt: vt nisi alij fideiussores dari posſint, in potestate priorum fideiussorum sit vt pœna committatur.

L. XXVII. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Diem proferre uel præsens, uel absens, uel per nuncium, uel per epistolam potest. Si hæredis mentio uel cæterorum facta in compromisso non fuerit, morte soluetur compromissum. Nec utimur Labeonis sentẽtia, qui existimauit, si arbiter aliquam pecuniam dare iusserit: & is decesserit antè quàm daret, pœnam cõmitti, licet hæres eius paratus sit offerre. Stari autem debet sentẽtiæ arbitri quam de re dixerit, siue æqua, siue iniqua sit: & sibi imputet qui compromisit. Nam ut diui Pij rescripto adijcitur, Vel minùs probabilem sentẽtiã æquo animo ferre debet. Si plures arbitri fuerint, & diuersas sententias dixerint: licebit sententiæ eorum non stari, sed si maior pars consentiat, ei stabitur: alioqui pœna committitur. Inde quæritur apud Iulianum, si ex tribus arbitris unus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent, num sententiæ stetur? Et Iulianus scribit quinque debere præstari: quia in hanc summam omnes consenserunt. Si quis litigatorum defuerit: quia per eum factum est quominùs arbitretur, pœna cõmittetur. Proinde sententia quidem dicta non coram litigatoribus, non ualebit: nisi in compromisso hoc specialiter expressum sit, ut uel uno, uel utroque absente sentẽtia promatur. Pœnam autem is qui defuit committit: quia per eum factũ est quominùs arbitretur. Coràm autem sententiam dicere uidetur, qui eam sapientibus dicit. Cæterùm coram furioso uel demente non uidetur dici. Item coram pupillo non uideri sententiam dictam, nisi tutor præsens fuerit (& ita de alijs omnibus) Iulianus lib. 4. Digestorum scribit. Et si quis præsens arbitrum sententiam dicere prohibuit, pœna cõmittitur. Sed si pœna non fuisset adiecta compromisso: sed simpliciter sententiæ stari quis promisisset, incerti aduersus eum foret actio.

Ait, Vel

Ait, Vel præſens. Sic procurator conſtitui poteſt, & pacta componi,[a] &c. Licet in ſtipulatione præſentia opus ſit.[b] Ait, Si hæredis. Si hæredis, vel aliorum ſucceſſorum, vt quibus bonorum poſs. datur, vel reſtituitur hæreditas ex S.C.[c] mentio non fiat in compromiſſo, ſoluitur morte litigatoris. Nam fieri poteſt vt arbiter amicus ſit litigatorum, qui hæredum futurus non ſit: vt meritò compromiſſum perſonas non egredi compromittentium, & arbitri, intelligamus.[d] Certè actio ex arbitri ſentẽtia, qua pœnam petimus, hæredi, & in hæredem competit niſi pareatur ſententiæ: quòd obligationes ad hæredes tranſeant,[e] nec ratio vlla ſit, cur perſonam non egrediatur obligatio, dicta iam ſententia. Ait, Stari autem. Iudicis ſententiæ non ſtatur ſi iniqua ſit, ſed prouocatur:[f] arbitrio ideò ſtatur, vel pœna ſoluitur, quòd ita placuerit litigatori, qui non niſi de ſe queri poteſt. Nec appellari poteſt,[g] ſed interdum doli exceptio locum habet.[h] Ait, Si plures. Hunc locum ſuperiùs explicaui.[i] Ait, Quia in hanc ſummam. Idem in iudicijs locum habet, vt pro reo dicta ſententia confirmetur à competenti iudice.[k] Sed tamen hoc intereſt, quòd vbi non in ſumma diuerſæ ſunt ſententiæ, ſed alioqui diuidendæ, reo fauendũ ſit in iudicijs:[l] in compromiſsis ſtandum non eſt ſententiæ, nec pœna committitur,[m] quòd reus neuter magis quàm alter ſit. Pone enim vnum de vſufructu, alterum de proprietate nuda, tertium de plena proprietate, ſententiam dixiſſe. Sed num cogi poterunt à Prætore, vt certam perſonam eligant, cuius authoritati ſtetur? quod verius eſt, ſi litigatores velint.[n] Ait, Si quis litigatorum. Non parere arbitro intelligitur, non ſolùm qui ſententiæ non paret quæ arbitrium finit, ſed etiam qui præparationi cauſſæ non obtemperat, quaſi non præbita opera.[o] Ait. Proinde. Sententia coram litigatoribus dici debet, ſtatuto die adeſſe iuſsis, niſi aliter actum ſit:[p] ſed ſi vnus defuerit, ſententia dicenda non eſt eo abſente, cùm iam pœna commiſſa ſit non præbita opera in veniendo: & ideò ſubijcit, Pœnam autem is qui defuit committit. Ait, Coràm autem. Coràm dicere is demum intelligitur, qui coram intelligente dicit.[q] Interpretatur autem Vlpianus verbum Dicere, vt coram litigatoribus dicere oporteat ſapientibus quod agitur: & ideò qui in tutela, vel curatione ſunt, non tenentur ex compromiſſo, niſi coram adminiſtratoribus ſententia dicatur: ſiue ſapientes ante tutorem, &c. compromiſerint, ſiue curatores, vel tutores.[r] Nam pupillus abſque authoritate tutoris non compromittit vtiliter, vt ipſe teneatur.[s] Ait, Etſi quis. Eadem ratione hic non paret, qua qui defuit adeſſe iuſſus. Ait, Sed ſi pœna. Generaliter ex ſtipulatione faciendi, ſi factum non ſit, quanti interſit actio datur, quæ incerti dicitur, quòd certi condictio non competat, ſed ex ſtipulatu incerti agatur.[t] Sed num is qui promittit ſtare ſententiæ, vi ipſa dare promittit, ſi arbiter dare iubeat? Quod ſi verum eſt, ad dandũ diſtrictè tenetur, nec liberatur ſi quãti interſit dederit, ſi modò dari poſsit.[u] Sed verum nõ eſt dare promiſiſſe, qui ſtare ſentẽtiæ promiſit: ſed dare vel facere quod arbiter iuſſerit. Vt taceam quòd ad exemplum pœnæ compromiſſæ, quanti interſit committatur hæc ſtipulatio, licet arbiter dare iuſſerit. Nam in edicto, pœnæ duntaxat mentio fit, non etiam compromiſsi, quo ſtari ſimpliciter compromittitur: ſed Vlpianus producit ad conſequentiam, vt ſi dicatur ſententia, quanti interſit agatur ad ſimilitudinem pœnæ, niſi pareatur.[x]

a. l. 1. ſ. de pc. l. a. ſ. de pact.
b. l. 1. ſ. de ver. ob.
c. l. non ſolũ. ſ. de reſti. in integ. vb. not.
d. l. in cõpr. ſ.
e. l. ex contra. ſ. de actio.
f. l. 1. ſ. de app.
g. l. 1. C. eo.
h. l. nõ diſt. ſ.
i. l. itẽ ſi vnus.
k. l. inter. & l. duo. a. ſ. de re iudi.
l. d. ll.
m. not. d. l. itẽ ſi vnus. ſ.
n. arg. d. l. itẽ. ſ. ſed tamen.
o. l. quid. ſ. l. non ex. ſ.
p. arg. l. de vnoquoq. ſ. de re iudi.
q. l. corã. ſ. de ver. ſig.
r. l. ſi cõpro. & ll. ſeq. ſ.
s. l. ſi pupill.
t. l. ſi quis ab. ſ. de re iudi. l. vlt. ſ. ſi q. in ius voc.
u. l. vbi. in ſi. ſ. de verb. ob. & l. ſi ſeruum. ſ. pen.
x. vt hic.

L. XXVIII. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Non autem intereſt, certa an incerta ſumma promiſſa ſit: utputà quanti ea res erit.

Hæc Pauli verba ad edictum, quod interpretatur, referenda videntur: vt pœna compromiſſa intelligatur, ſiue certa ſumma ſit, ſiue incerta, vt quanti ea res erit: atque vtroque modo arbiter dicere ſententiam cogatur ex verbis edicti.[a] Sed num dicere cogitur, etiam cùm ſimpliciter ſtari compromiſſum eſt? quod Vlpianus non dicit, ſed tantùm incerti agi poſſe ſi non pareatur: & Paulus inferiùs id innuit, vtcumque ſcribatur, Nam cogetur, vel Nõ cogetur, &c.[b] Alibi Vlpianus ex Pomponio ſignificare videtur, ſatis eſſe compromiſſum interueniſſe, vt cogi arbiter poſſit:[c] ſed ex ſequentibus, de pœna ſentire cognoſcitur. At cur magis cogitur arbiter, cùm quanti ea res erit compromittitur, quàm ſi omninò pœna compromiſſa non ſit? An non quòd fauẽdum magis ſit ſibi nominatim ſtipulantibus? Vtcumque ſit, ita edictum ſcriptum eſt, à quo in re dubia non recedendum.[d] Præſertim cùm id cõſtet, ſi ex vna parte ſimpliciter ſtare, ex altera pœna promiſſa ſit, non cogendum arbitrum.[e]

a. l. 3. ſ.
b. l. nõ diſt. ſ.
c. l. litiga. ſ.
d. l. 1. ſ. de exe.
e. d. l. litiga. & l. Pomp. ſ.

L. XXIX. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Aduerſus ſententiam arbitri fit, ſi petatur ab eo à quo arbiter peti uetuit. Quid ergo ſi à fideiuſſore eius petatur? an pœna committatur? Et puto committi: & ita Sabinus ſcribit. Nam τῇ δυνάμει à reo petitur: ſed ſi cum fideiuſſore compromiſi, & à reo petam: niſi interſit fideiuſſoris, pœna non committetur.

Fideiuſſor compromiſſo accedere ſolet:[a] qui conuẽtus, Mandati, vel Negociorum geſtorum in reum pœnæ compromiſſę obnoxium, agere poteſt ferè:[b] & ideo τῇ δυνάμει, id eſt, vi ipſa, *en effect* à reo petit, qui à fideiuſſore petit. In exemplari vetuſto manu ſcripto (quod apud me eſt)

a. l. Labeo. ſ.
b. l. quod dictũ. ſ. de pact. vbi not.

K ſcriptor

scriptor λ literam ante μ scripsit hoc pacto, [illegible] Sed hi librarij ferè indocti fuerũt: vt hodie qui componunt typos apud caleographos.

L. XXX. PAVLVS. *Lib.13.ad edictum.*

Si quis rem de qua compromissum sit, in iudicium deducat: quidam dicunt Prætorem non interuenire ad cogendum arbitrum sententiam dicere: quia iam aduersus eum qui compromissum in iudicium deducit, pœna non potest esse, atque si solutum est compromissum. Sed si hoc obtinuerit: futurum est, ut in potestate eius quem pœnitet compromisisse, sit compromissum eludere. Ergo aduersus eum pœna committenda est, lite apud iudicem suo ordine peragenda.

a.l.diem.§. b.vt hîc. c.l.non di.j. d.l.sin.§.l.pen. C.eo.

Qui post compromissum confectum de lite, eam in iudicium deducit, spreto arbitro, non parere intelligitur: a quia per eum stat quò minùs arbitretur. Nec debet esse penes alterum, soluere compromissum impunè: b licet iudicio, pacto, &c. soluatur. c Ergo ad iudicem quidem adibit de re controuersa cogniturum: sed pœnam committet, quæ in hoc compromittitur, vt metu eius pareatur. d

L. XXXI. VLPIANVS. *Lib.13.ad edictum.*

Ita demum autem committitur stipulatio, cùm aduersus eam quid fit: si sine dolo malo stipulantis factum est. Sub hac enim conditione committitur stipulatio: ne quis doli sui præmium ferat. Sed & si quidem compromisso adijciatur, si quid dolo in ea re factum sit: ex stipulatu conueniri qui dolo fecit, potest. Et ideò siue arbitrum quis corrupit uel pecunia, uel ambitione: uel aduocatũ diuersæ partis, uel aliquem ex ijs quibus caussam suam commiserat: siue aduersarium callidè circumuenit. Et omninò si in hac lite dolo uersatus est: locum habebit ex stipulatu actio. Et ideò si uelit de dolo actionem aduersarius exercere non debebit, cùm habeat ex stipulatu actionẽ. Quòd si huiusmodi clausula in compromisso ascripta non est, tunc de dolo actio uel exceptio locum habebit. Hoc autem compromissum plenum est: quod etiam doli clausulæ habet mentionem.

a.l.litiga.§. b.l. insti. de ver.ob.in pri. c.l.1.§.de dol. d.l. Pompo.l. quid ta.§. & hîc.

Qui stipulatur pœnam compromittendo, ita demum eum effectu petet, si dolo malo nihil fecit: alioqui doli ei exceptio nocebit pœnam condicenti: aut si rem dolo acceperit ab arbitro, doli actione pulsabitur. a Solet & huius doli nomine stipulatio adijci compromisso, his verbis, Si quid dolo in ea re factum sit, dabis? quo casu ex stipulatu agetur, id est, certi condictione ex stipulatu, si certum stipulatus sit: vel ex stipulatu specialiter, si quanti ea res erit, in stipulationem deductum sit. b Et cessabit de dolo actio, cùm sit ex stipulatu. c Est autem quodam significatu hoc compromissum plenum, quod doli mali clausulam habet: alibi suprà aliter. d

L. XXXII. PAVLVS. *Lib.13.ad edictum.*

Non distinguemus, in cõpromissis minor an maior sit pœna, quàm res de qua agitur.

*Si P.Fl.

*Non cogetur arbiter sententiam dicere, * nisi pœna cõpromissa sit. Si mulier alieno nomine compromittat: non erit pœna cõpromissa propter intercessionẽ. Summa rei est, ut Prætor se nõ interponat: siue initio nullum sit cõpromissum, siue sit, sed pendeat an ex eo pœna exigi possit: siue postea deficiat pœna compromisso soluto die, morte, acceptilatione, iudicio pacto. Sacerdotio obueniente, uidebimus an cogatur arbiter sententiam dicere: id enim non tantùm honori personarum: sed & maiestati Dei indulgetur: cuius sacris uacare sacerdotes oportet. Cæterùm si postea susceperit, iste quoq; omnimodò sententiam ferre debet. Item non est cogendus, si de negocio trãsactum est: uel homo mortuus est de quo erat compromissum: nisi si posteriore casu aliquid litigantium intersit.*

Iulianus indistinctè scribit, Si per errorem de famoso delicto ad arbitrum itum est, uel de ea re de qua publicum iudicium cõstitutũ est, ueluti de adulterijs, sicarijs, & similibus: uetare debet Prætor sententiam dicere, nec dare dictæ executionẽ. De liberali caussa cõpromisso facto, rectè non compelletur arbiter sentẽtiã dicere: quia fauor libertatis est, ut maiores iudices habere debeat. Eadem dicenda sunt, siue de ingenuitate, siue de libertinitate quæstio sit, & si ex fideicõmissi caussa libertas deberi dicatur. Idẽ dicẽdum

dum est in populari actione. Si seruus compromiserit, non cogendum dicere sententiam arbitrum: nec si dixerit, pœnæ executionem dandam de peculio, putat Octauenus*. Sed an si liber cum eo compromiserit, executio aduersus liberum detur, uideamus. Sed magis est, ut non detur. Item si quis* Romæ *compromiserit, mox Romam in legationem uenerit, non est cogendus arbiter sententiam dicere, non magis quàm cogeretur, si litem antè contestatus esset, nunc eam exercere. Nec interest, tunc quoque in legatione fuerit: an non. Sed si in legatione compromittat, puto cogendum arbitrum sententiam dicere: quia & si iudicium sponte accepisset, cogeretur peragere. Sunt tamen qui de isto non rectè dubitant: qui utique nullo modo dubitabunt, si de ea re in legatione compromisit, quam in legatione contraxit: quia & iudicium eo nomine accipere cogeretur.*

*Illud in prima specie potest dispici: an si antea compromisit legatus, cogendus sit arbiter sententiam dicere, si ipse legatus postulet. Quod prima ratione poterit uideri iniquum, ut in ipsius potestate sit, sed hoc tale erit, quale si actionem uelit dictare, quod facere ei licet. Sed compromissum illud comparauimus ordinariæ actioni: ut non aliàs audiatur desiderans, ut arbiter sententiam dicat, quàm si se defendat. Si is faciat controuersiam hæreditatis qui cum defuncto cõpromiserat: futurũ est præiudicium hæreditati, si arbiter sententiam dicat. Ergo interea inhibendus est arbiter. Dies compromissi proferri potest non ex conuentione, sed cum iussu arbitri eam proferri necesse est, ne pœna committatur. Si arbiter sese celare tentauerit, Prætor eum inuestigare debet: & si diu non apparuerit, multa aduersus eum indicenda est. Cùm in plures compromissum est ea conditione, ut quam quilibet uel unus dixisset sententiam, ei staretur: absentibus cæteris, nihilominùs qui præsens est, cogetur. At si ea conditione, ut omnes dicant: uel quod de maioris partis sententia placuerit, non debet singulos separatim cogere: quia singulorum sententia ad pœnam non facit. Cùm quidam arbiter ex alijs caussis inimicus manifestè apparuisset: testationibus etiam conuentus ne sententiam diceret, nihilominùs nullo cogente dicere perseuerasset: libello cuiusdam id querentis, Imperator Antoninus subscripsit, posse eum uti doli mali exceptione. Et idem cùm à iudice consuleretur, apud quem pœna petebatur, rescripsit: etiam si appellari non posset, doli mali exceptionem in pœnæ petitionem obstaturam. Per hanc ergo exceptionem quædam appellandi species est: cùm liceat retractare de sententia arbitri. De officio arbitri tractantibus, sciendum est omnem tractatum ex ipso compromisso sumendum esse. Nec enim aliud illi licebit, quàm quod ibi ut efficere possit, cautum est. Non ergo quidlibet statuere arbiter poterit, nec in re qualibet, nisi de qua re compromissum est, & quatenus compromissum est. Quæsitum est de sententia dicenda: & dictum est non in quolibet, licet à quibusdam uariatum sit. Et puto * de re non committi, si dicat ad iudicem de hoc eundum: uel se, uel alium, uel etiam in alium compromittendum. Nam &* Iulianus *ait impunè ei non pareri, si iubeat ad alium arbitrum iri, ne finis non sit. Sed nec si hoc modo dixerit, ut arbitrio* Publij Mæuij *fundus tradatur, aut satisdatio detur, parendum esse sententiæ. Item* Pedius *probat, ne propagentur arbitria, aut in alios interdum inimicos agentium transferantur: sua sententia finem controuersiæ eum imponere oportere, non autem finiri controuersiam cùm aut differatur arbitrium, aut in alium transferatur: partemque sententiæ esse, quemadmodum satis ei detur, quibusque fideiussoribus, idque delegari non posse, nisi ad hoc compromissum sit, ut arbiter statueret cuius arbitratu*

* aliàs uerè

bitratu satisdaretur. Item si iubeat sibi alium coniungi, cùm id in compromisso non sit, non dicit sententiam. Nam sententia esse debet de re compromissa, de hoc autem compromissum non est. Si domini qui inuicem stipulati sunt, per curatores suos apud arbitrum agere uelint, potest iubere ipsos etiam adesse. Sed si & hæredis in cōpromisso mentio fit: potest iubere etiam hæredem eorum adesse. Arbitri officio continetur & quemadmodum detur uacua possessio. An & satis rem ratam dominum habiturum? Sextus Pedius putat: quòd nullam id rationem habeat. Nam & si ratum non habeat dominus, committetur stipulatio. Arbiter nihil extra compromissum facere potest. Et ideò necessarium est adijci de die compromissi proferenda. Cæterùm impunè iubenti non parebitur.

Res controuersa valet decem, pœna compromitti & maior, & minor potest. Ait, Nō cogetur. In Tusco codice aiunt scriptum esse, Si pœna cōpromissa sit: quod si verú est, oportet legi Nam cogetur, vt caussa, & αἰτιολογία sit præcedentis sententiæ. Et quidē ita magis cohærebunt Pauli omnia. In exemplari nostro apud Bituriges reperto eadem lectio est quæ in Tusco: vt vbique ferè à vulgari lectione deficit ad Floren. Sed alia manu plærūque ad vulgares libros redigitur: quod euideos est argumentum, ante deprauatos vel scriptorum incuria, vel audacia interpretum codices, scriptum fuisse. Quod verò in paucis à Florentino lib. transfugit ad vulgares typis excusos, arguit vel Florentinum, vel eum vnde noster hic descriptus est, corruptum esse in quibusdam locis: cuius rei exemplum inferiùs obseruabis. [a] Vulgaris lectio vera est, sed sequentia respicit magis quàm præcedentia. Ait, Si mulier. Mulier habet exceptionem ex S.C. si intercesserit pro alio, & pœnam compromiserit: [b] ideò inefficax est compromissum, vt meritò Prætor non cogat arbitrum, quasi pœna promissa non sit. [c] Nihil enim refert vitiosè quid facias, an omoinò non facias. [d] Ait, Summa rei est. Paulus omnia quæ suprà de soluendo compromisso obseruare licet, ad edictum summatim complectitur. Aut enim plenum nō est compromissum: [e] aut oullú est propter exceptionem: [f] aut morte soluitur: [g] aut est cōditiooale: [h] aut die exeunte finitur. [i] aut acceptilatione: [k] aut iudicio accepto de re: [l] aut pacto de non petendo pœnam: [m] aut alioqni commissa pœna, soluitur. [n] Ait, Sacerdotio. Paulus de sacerdotio ethnico sensit, Iustinianus de Christiano. Qui igitur laicus recepit arbitrium, factus pòst sacerdos excusatur: si sacerdos receperit, cogitur. Sed hodie per antistitem, nō per Prætorē, cogēdus videtur. [o] Mooachi exemplo seruorum non cogentur dicere sententiam. [p] Ait, Item noo est. Si de negocio transigatur post cōpromissum, non cogitur arbiter, quasi de pœna transactum sit, vel pacto solutum cōpromissum. [q] Si homo, de quo lis erat, moriatur post compromissum, interitu eius possessor liberatus esse intelligitur, nisi culpa interuenerit, [r] vel præter ipsum hominem aliquid in cōtrouersia positū sit, vt partus, [s] &c. Ait, Iulianus. Siue extra ordinem de crimine, [t] siue publico iudicio agendum sit, ad arbitrum non itur, quòd publicè intersit delicta per iudicem puniri. Nam ciuili actione ex delicto apud arbitrum rectè agitur, cuius sententia non infamat. [u] Ait, De liberali caussa. Caussa liberalis tantum fauorem meretur, vt cognatis eius qui libertatem defendere suam oon vult, ius litigandi concessum sit. [x] Eadem de caussa constitutum est, vt Præsides ipsi, non pedanei iudices, de liberali caussa, ingenuitate, & libertinitate disceptarent. [y] Sed & si ex fideicommissi caussa libertas deberi dicatur, oon cogetur arbiter dicere sententiam. Licet enim ipso iure liberi non sint, dum mora fiat, [z] &c. tamen fauor libertatis præstandæ, maiores iudices requirit. Ait, Idem dicendum. Popularis actio non est in bonis alicuius dum litem cōtestatus sit, & ius populi tuetur: [a] vt meritò oon cogatur arbiter ex priuatorum compromisso sententiam dicere. Ait, Si seruus. Seruus in iudicio esse non potest ferè, [b] ideò nec eius compromissum valet: cùm præsertim eadem ratio sit. Ait, Item si quis. Legati nisi io ea legatione contraxerint, vel cōtra alios agant, non coguntur se in legatione defendere: [c] & compromissum actioni ordine apud iudicē intentādæ comparatur. [d] Romæ autem compromisisse in prima specie accipimus, vel in alia legatione, vel certè aote hanc legationem, cuius gratia iterum Romam venerit. Ait, Si is faciat. Petitio hęreditatis caussa centumuiralis fuit: cui hoc priuilegij concessum est, ne per alias lites de rebus singulis præiudicium ei fieret. [e] Quapropter oec ex cōpromisso sentētia dici debet, donec de hæreditate quæstio finiatur. Porrò io proposita hîc specie, oportet compromissum ad hæredem transire, [f] & de ea re compromissum esse, quæ in hæreditate sit. Et suprascriptis quidem casibus, arbiter non cogitur, licet Prætor districtè dicat se coacturum. [g] Ait, Dies compromissi. Dubium oon est quin ex cōuentione litigatorū arbiter diem proferat: quod nec aliter facit, quàm si ioter eos conuenerit. [h] Sed quia alia conueotione opus non est, vt arbiter iubeat alio die adesse, hîc ait Nō ex conuentione. Nam ex prima conuentiono diem compromissi proferre arbitrum posse, [i] inuitis litigatoribus, diem arbiter prorogabit: & nisi pareatur, committetur pœna. Ait, Si arbiter.

a. l. si duo. ĵ. in si.
b. ĵ. ad Vell.
c. arg. l. liti. s̄.
d. l. quoties. s̄. qui satisda.
e. l. litiga. s̄.
f. vt hic.
g. l. diem. s̄.
h. d. l. litiga.
i. l. quod. §. Papi. s̄.
k. l. Pompo. s̄.
l. l. si quis. s̄.
m. vt hic.
n. l. diem. s̄. l. si duo. ĵ.
o. aut. vt cleri.
p. l. Pedius. s̄.
q. l. 2. s̄. si q. cau. s̄. ea. l.
r. l. itē. si. ĵ. de re. vendi.
s. l. 4. s̄. de ali.
t. l. si. ĵ. de pri. deli.
u. l. quid ergo. s̄. de infa.
x. l. 1. 2. & 3. ĵ. de lib. caus.
y. l. 2. C. de peda.
z. l. cum verò. ĵ. de fi. lib.
a. l. si cui. ĵ. de verb. sig. l. qui & l. pen. de pop. act. & l. 1.
b. l. vix. ĵ. de iudi. l. 1. s̄.
c. l. 2. ĵ. de iud.
d. l. 1. s̄.
e. l. si quis. ĵ. de petu. hær. l. fi. C. eo.
f. l. diem. s̄. ĵ. si compro.
g. l. licet s̄.
h. l. Labeo. s̄. & ĵ. hac. l. §. de offi. l. arbiter. ex. ĵ.
i. d. l. Labeo.

Remedium

Remedium Prætorium est in cogendo, vt multam indicat Prætor non parenti.[k] Ait, Cùm in plures. Cùm plures electi sunt arbitri, omnes cogendi sunt, nisi aliter conuenerit.[l] Vel vnus, id est, etiam vnus, hoc loco dicitur. Ait, Cùm quidam. Sicut arbiter non cogitur dicere sententiam ob inimicitias:[m] ita reijci à litigatoribus potest exemplo procuratoris.[n] Et si dicere sententiam perseueret, pœnam petenti ex compromisso, doli exceptio nocebit, licet appellari non possit.[o] Ait, De officio. Tantam arbiter habet potestatem, quantam ei litigatores compromisso fecerint.[p] Et ideò de ea re sententiam dicet, de qua compromiserunt, non de alia: & sententiam dicet, non ad alium mittet iudicem, vel arbitrum,[q] &c. Cæterùm ei impunè non parebitur. Ait, Si domini. Ipsos etiam, id est, dominos, non solùm procuratores: licet pœna non committatur, si procuratores adfuerint[r]. Ait, Sed & si. Compromissum transit ad hæredem, si eius mentio facta sit.[f] Ait, Arbitri officio. Arbiter de aliqua re controuersa, potest iubere vt vacua possessio rei detur alterutri, cùm sentétiam quamlibet de re dicat:[t] sed si per procuratores apud eum litigetur, partes eius non sunt iubere satisdare dominum ratum habiturum: quia nisi ratum habeat, ex compromisso pœna committetur.[u] Ait, Arbiter nihil. Resumit quod superiùs alijs verbis dixit:[x] vt inferat arbitrum diem prorogare non posse, nisi ita compromissum sit.[y] Et si iusserit alio die adesse, impunè non paretur.[z]

k.C. de mod. mult. l.l. sed si.l. itē si.l. diem.§. m.l. licet.§. n.l. post.§. de proc. o.l. 2.§. not.l. 1.C.eo. p.not.l. qualē §. q.l. Pompo.& d.l. qualē. r. insti. per q. age. f.not.§.l. diē. j.l. si cōpro. t.d.l. qualē. u.l. quid ta.§. & l. ita. x.§. de offi. y.l. ea.§.§. dies l. Labeo.§. z.l. diem.§.l. quid ta.§. si intra.

L. XXXIII. PAPINIANVS. *Lib. I. Quæstionum.*

Arbiter ita sumptus ex compromisso, ut & diem referre poßit, hoc quidem facere poteſt: proferre autem contradicentibus litigatoribus non poteſt.

Vt proferre diem non potest arbiter, nisi ex compromittentium consensu, ita referre diem, id est, iubere ante diem adesse, non potest. Etsi alterum potest ex compromisso, non consequitur alterum posse: nisi ita compromissum appareat.[a]

a.d.§. de offi.

L. XXXIIII. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Si duo rei sint aut credendi aut debendi, & unus compromiserit, isque uetitus sit petere, aut ne ab eo petatur: uidendum eſt, an si alius petat, uel ab alio petatur, pœna committatur. Idem in duobus argentarijs quorum nomina simul erunt. Et fortaſſe poterimus ita fideiuſſoribus cōiungere, si socij sint, aliàs nec à te petitur: * *licet ego petam, nec meo nomine petitur, licet à te petatur. Semel commiſſa pœna, solui compromiſſum rectiùs puto dici, nec ampliùs poſſe committi: nisi ut actum sit ut in singulas cauſſas toties committatur.*

* Aliàs nec ego peto.

Vti à reo vi ipsa petitur cùm à fideiussore petitur:[a] ita à socio petitur, si petitur à socio: & contrà socius petit, &c. Et ideò si rei credendi, vel debendi socij sint, & vnus compromiserit, si alter petat, stare sententiæ non videbitur, cùm per socium petere videatur. Vt contrà si ab eo petatur, à socio quoque peti videtur. Quod & in argentarijs socijs simili ratione locum habet. Sed de differentia inter socios reos, vel argentarios, & eos qui socij non sunt, alibi suprà pluscula diximus.[b] Ait, Semel commissa. Vbi semel commissa est pœna, quòd arbitri sententiæ, vel interlocutioni paritum non sit:[c] soluitur compromissum. Nec cogendus est arbiter sententiam dicere, nisi actum sit in compromisso, vt toties committatur, quoties paritum non sit.[d] In codice Florentino aiunt ita scriptum, Quòd si compromissum soluitur, cum arbitro nihil est quod agatur: in meo exemplari est vt Haloander excudit. Et hæc lectionum quidem varietas non est ex librariorum errore, vel incuria profecta: sed interpretum iuris castigationibus, qui locum fortè hunc, cùm ob vetustatem membranæ, & atramenti, legi non posset, variè repleuerunt. Nam & lectio Tusci codicis habet quò se tueatur.[e]

a.l. aduersus. §. b.l. si vnus. §. de pact. c.l. diem. & l. quid.§. d.l. si sic stip. j. de verb. ob. e.l. iā tamē. & l. cū quereba-tur. j. iudi. sol.

L. XXXV. CAIVS. *Lib. 5. ad edictum Prouinciale.*

Si pupillus sine tutoris authoritate compromiſerit, non eſt arbiter cogendus pronunciare: quia & si contra eum pronunciatur, pœna non tenetur: præterquàm si fideiuſſorem dedit, à quo pœna peti poſſet, idq́ue & Iulianus sentit.

Pupillus ciuiliter non obligatur absque tutoris authoritate: sed fideiussor accedens naturali eius obligationi, ciuiliter tenetur.[a] Et ideò compromissum cum pupillo factum, plenum non est, aduersus quem agi non potest. Quinimò solutum potest repetere.[b] Si fideiussorem dederit, à quo peti possit, quòd scienter pro pupillo interuenerit, &c. compromissum efficax erit.[c]

a.l. stich.§. natur. j. de solu. b.l. quod pup. j. de cōd. indeb.

L. XXXVI. VLPIANVS. *Lib. 27. ad edictum.*

Si feriatis diebus cogente Prætore arbiter dicat sententiā, & petatur ex cōpromiſſo pœna: exceptionem locum non habere conſtat, nisi aliqua lege eadem feriata in qua sen-

c.l. in causſæ. §. de mi. vb. not.

tentia dicta est, fuerit excepta.

a.l. Pompo. §. b.l. in emptio. § de pact. c.j. de lege cō miss.

Prætor non cogit diebus feriatis arbitrum, a si tamen coëgerit, parendum erit sententiæ: nisi aliqua lege, id est, pactione, dies feriata fuerit excepta. Excipere enim pro pacisci frequens est, b & lex pro pactione. c

L. XXXVII. CELSVS. *Lib. 2. Digestorum.*

Quamuis arbiter alterum ab altero petere uetuit: si tamen hæres petit, pœnam committet: non enim differendarum litium caussa, sed tollendarum ad arbitros itur.

a.l. diem. §.

Licet compromissum non transeat ad hæredem, cuius mentio non fit, actio tamen pœnæ cōmissæ transit, & hæres eam committit. Differentiæ rationem suprà adhibui. a

L. XXXVIII. MODESTINVS. *Lib. 6. Differentiarum.*

Cùm pœna ex compromisso petitur, is qui compromisit damnandus est: nec interest, an aduersarij eius interfuerit sententiæ arbitri stari, nécne.

a.l. 3. j. de ver. ob.

Vbi de pœna in stipulationem deducta quæritur, nō refert an stipulatoris intersit alioqui, sed an pœna promissa sit. a

L. XXXIX. IABOLENVS. *Lib. 11. ex Cassio.*

Non ex omnibus caussis ex quibus arbitri paritum sententiæ non est, pœna ex compromisso committitur: sed ex ijs duntaxat, quæ ad solutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertinent. Siquidem & contumaciam litigatoris arbiter punire poterit, pecuniam eum aduersario dare iubēdo, quo in numero haberi non oportet, si testium nomina ex sententia arbitri exhibita non sint. Cùm arbiter diem compromissi proferri iussit, cùm hoc ei permissum sit: alterius mora ad pœnam committendam prodest.

a.l. quid. l. nō di. §. quæsitū. b.l. Pompo. §. c.l. quid. §. d.l. diem. §. e.l. quid. in fi. & l. seq §.

Suprà dictum est, non ex omni sentētia arbitri, pœnam committi: a sed cùm non paretur sententiæ quam de re controuersa dixit, vel quam in præparatione caussæ pronunciauit. b Illam de soluenda pecunia, hanc de opera præbenda dici, hic significat. c Ait, Siquidē & contumaciam. Licet pœna committatur, si non pareatur arbitro iubenti adesse certo die: d tamen & contumaciam illam punire potest sententia dicta, si hoc actum sit, vt altero absente pronunciet. Ait, Quo in numero. Hæc sententia ad pecuniam soluendam, vel operam præbendam non spectat. Ait, Cū arbiter. Arbiter diem compromissi prorogauit, & sententiam dixit: qui moram fecit in parendo commisit pœnam. e

L. XL. POMPONIVS. *Lib. 11. ex uarijs lectionibus.*

Arbiter calendis Ianuarijs adesse iussit, & ante eum diem decessit: alter ex litigatoribus non adfuit. Procul dubio pœna minimè commissa est. Nam & Cassium audisse se dicentem Aristo ait, in eo arbitro qui ipse non uenisset, non esse commissam: quemadmodum Seruius ait, si per stipulatorem stet, quò minùs accipiat, non committi pœnam.

a.l. Celsus. §. b.l. 2. §. si q. in ius voca.

In tribus hisce speciebus per promissorem pœnæ non stetit, quò minùs paruerit: sed per arbitrum, vel aduersarium. a Certè & si venisset, sententiam arbiter non dixisset in primis speciebus: vt meritò qui non venit, pœnam non committat. b

L. XLI. CALLISTRATVS. *Lib. 1. edicti monitorij.*

Cùm lege Iulia cautum sit, ne minor uiginti annis iudicare cogatur, nemini licere minorem uiginti annis compromissarium iudicem eligere: ideóque pœnam ex sententia eius nullo modo cōmitti. Maiori tamen. 20. annis, si minor. 25. annis sit, ex hac caussa succurrendum, si temerè auditorium receperit, multi dixerunt.

a l. quidā. j. de re iudi. b. l. 34. §. de mi.

Iudex datus minor viginti annis, iudicare non cogitur à magistratu: ideò nec ex compromisso sententiam dicere cogitur: & si dixerit, pœna non committetur: licet iudicis sententia valeat, nisi minor decē & octo annis sit. a Maior viginti annis cogitur, sed restitui potest, si vigintiquinque annis minor sit. b

L. XLII. PAPINIANVS. *Lib. 2. Responsorum.*

Arbiter intra certum diem seruos restitui iussit, quibus non restitutis, pœnæ caussa fisco secundum formam compromissi condemnauit. Ob eam sententiam fisco nihil acquiritur: sed nihilominùs stipulationis pœna committitur, quòd arbitrio statuto non sit obtemperatum.

Cùm

Cùm de seruis controuersia esset, compromissum est vt Titius sententiā diceret de restituēdis seruis, aut pœna fisco dependenda: & nisi pareretur sententiæ, alia pœna in stipulationem deducta est, parti præstanda. Fisco pœna nō acquiritur, sed parti committitur. Nam actio ex re iudicata non competit, sed ex stipulatione pœna petitur.[a] a.l.2.§.

L. XLIII. SCAEVOLA. *Lib.1.Responsorum.*

De rebus controuersijsque omnibus compromissum à Lucio Titio & Mæuio Sempronio factum est: sed errore quædam species in petitione à Lucio Titio deductæ non sunt: nec arbiter de his quicquam pronunciauit, quæsitum est an species omissæ peti possunt. Respon. peti posse: nec pœnam ex compromisso committi: quòd si malignè hoc fecerit, petere quidem potest, sed pœnæ subiugabitur.

Plenum cōpromissum, ad verba quod attinet, ex eo quod actū est coangustatur ad certas species.[a] Si verò de omnibus actum sit, malignè tamen quædam species expressæ non sint apud arbitrum: peti quidem poterunt, sed pœna committetur, quod non pareatur arbitro.[b] a.l.quid.§.plenū.§. b.l.quid.§.in fi.

L. LXIIII. IDEM. *Lib.2.Digestorum.*

Inter Statillianum * *& Seium controuersia de finibus orta est: & arbiter electus est, ut arbitratu eius res terminetur, ipse sententiam dixit præsentibus partibus: & terminos posuit. Quæsitum est, an si ex parte Statilliani arbitrio paritum non esset: pœna ex compromisso commissa esset? Respon. si arbitro paritum non esset, in eo quod utroque præsente arbitratus esset, pœnam commissam.* * Aliàs Castellianum.

Qui de finibus regundis compromittunt, intelliguntur de terminis ponēdis, pro natura negocij compromittere:[a] licet prima ratione videri possit, ad pecuniæ solutionem nihil hoc pertinere.[b] Est enim pecunia quicquid in patrimonio est.[c] a.l.2.§.fi.regund. b.l.non ex.§. c.l.rei.§.de verb.sig.

L. XLV. VLPIANVS. *Lib.25.ad Sabinum.*

In compromissis arbitrium personæ insertum, personam non transgreditur.

Sicut in persona litigatoris, ita in persona arbitri, compromissum personale est: cuius rei rationem suprà reddidi.[a] a.l.diem.

L. XLVI. PAVLVS. *Lib.12.ad Sabinum.*

De ijs rebus & cōtrouersijs & rationibus iudicare arbiter potest, quæ ab initio fuerunt inter eos qui compromiserunt: non quæ postea superuenerunt.

Non potest videri in iudicium venisse, quod post iudicium à Prætore olim in iure acceptum accidisset:[a] ideò nec arbiter de ijs controuersijs potest dicere sententiam, quæ post compromissum superuenerunt. In pignoribus obligandis, & alijs quibusdam negocijs aliter obseruatur.[b] a.l.nō potest.§.de indi. b.l.fi.C.quæ res pig.obl. interdū.§.de verb.obl.l.itē§.q.cu.vni.no.

L. XLVII. IVLIANVS. *Lib.4.Digestorum.*

Si compromissum ita factum sit, ut præsente utroque, aut hæredibus eorum, arbiter sententiam dicat: & alter ex litigatoribus decesserit pupillo hærede relicto: non aliter uidetur sententia dicta esse, nisi tutoris authoritas interposita fuerit. Item si alter ex compromittentibus furere cœperit.

L. XLVIII. MODESTINVS. *Lib.4.Regularum.*

Arbiter ad ferendam sententiam non compellitur.

Compromissum transit ad hæredes ex conuentione: sed coram sapientibus dicere sententiam oportet, a aut tutoribus, curatoribúsve eorum. a.l.diem.§.

L. XLIX. IVLIANVS. *Lib.4.Digestorum.*

Sed & interpellatur quò minùs sententiam dicat: quia nihil coram furioso fieri intelligitur. Quòd si furiosus curatorem habeat, uel habuerit adhuc litigio pēdente: potest quidē præsente curatore sententia dici. Arbiter adesse litigatores, uel per nuncium, uel epistolam iubere potest. Si ab altera duntaxat parte hæredis mentio comprehensa fuerit, compromissum soluetur morte cuiusuis ex litigatoribus: sicut solueretur altero mortuo, si neutrius hæredis persona comprehenderetur.

Ait, Arbiter adesse. Sic diem proferre potest: licet sententiam qua finiat litem, corā dicere debeat.[a] Ait, Si ab altera. Satis non est ab altera parte, hæredis mentionem factam esse: vti non suf- a.d.l.diem.

b.l litiga.§. c.l.non di.§. ficit pœnā ab altera parte promissam esse. b Et ideò morte alterutrius soluetur compromissum cùm in persona hæredis non valeat.c

L. L. ALPHENVS. *Lib.6.Digestorum.*

Arbiter ex compromisso sumptus, cùm ante eum diem qui compromisso constitutus erat, sententiam dicere non posset: diem compromissi proferri iusserat, alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerat, consulebatur, possétne ab eo pœna ex compromisso peti? respondi non posse: ideò quòd non esset arbitro in compromisso permissum ut id iuberet.

a.l.non di. in fi. b.l. Pompo.l. quid.§.Pap.§. Satis iam ex superioribus constitit, arbitro parendum non esse extra compromissum iubenti. a Simul illud apparet, diem cōstitutum compromisso, prorogare non posse, nisi facta ei sit potestas à litigatoribus, & si cogi possit à Prætore ad proferendum diem caussa cognita.b

L. LI. MARTIANVS. *Lib.2.Regularum.*

Si de re sua quis arbiter factus est, sententiam dicere non potest: quia se facere iuberet, aut parere prohiberet: neque autem imperare sibi, neque prohibere quisquam potest.

a. C. ne q. in sua cau.iudi.l. 1.§. b.l. in re.C. manda. c.l. arb.§. qui satisdal.soci.§. pro so.l. vlti.§.de iudi. Compromissum de re propria non valet, ad similitudinem iudicij. a Absurdū enim est si quis sibi imperet, vel prohibeat. Sanè arbitrio suo de rebus suis statuere quilibet potest, qui alia significatione arbiter dictus est. b Sub hoc enim titulo de compromissario iudice sermo est, nō de iudice dato, bono viro, c &c.

L. LII. IDEM. *Lib.4.Regularum.*

Si quis iussus ab arbitro est ex compromisso soluere pecuniā, & moram fecit: pœnam ex compromisso debet: sed postea soluendo, pœna liberatur.

a.l.quid. in fi. & seq.§. Mora facta in parendo sententiæ arbitri, pœna cōmittitur: sed moræ emendatio ante acceptū iudicium indulta est.a

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

De compromisso extat apud Gallos Regia constitutio, qua ita ius sanctum est, ne cui post litem cœptam liceat compromissum allegare retardandæ litis gratia: nisi ex tempore autentico instrumento, aut aduersarij iureiurando, eiusmodi compromissum ita confectum esse, fuerit in iudicio probatum. Sed & intra diem proximæ actionis, expeditionísve, arbitri testificationem apud iudicem proferre oportet, ex qua solenni formula concepta, appareat arbitrium receptum a.consti.ad fi. consu. Brita. 108. esse: cæterùm nullius momenti erit compromissum: a *de non alleguer compromis pour retarder la cause encommencée, s'il n'est uerifié promptement, &c. & d'apporter certification de l'arbitre dedans les prochains plaits en forme, faisant foy de l'acceptation dicelle charge de compromis: autrement sera le compromis nul.* Moribus etiam quarundam regionum, iuris communis illa particula nominatim probatur, qua permissum est litigatoribus liberè arbitrum in quem compromitrant, eligere: iudice ordinario exb. l. sed si in ferunm.§. c. Britan.18. tit.1. cepto, qui arbitrium recipere non potest: b *les parties peuuent librement compromettre de leurs differentz en telles personnes que bon leur semble, excepté leur iuge ordinaire, qui ne peult estre arbitre entre ses subiectz.* c Illud quoque eisdem moribus scripto nunc constantibus, additum est ex Vlpiano, ne alter arbitri sententias suas exequantur, quàm si res controuersæ apud eos depositæ sint, vt ei darent d.l.litig.§. e.Brita.19.eo. titu. qui vinceret: d *& ne peult l'arbitre executer sa sentence, s'il n'a les choses contentieuses entre ses mains, pour bailler à la partie qui obtient gaing de cause.* e An autem ex suprà adductis motibus, minor viginti annis, sacerdos, fœmina, iudex delegatus, aut alius qui iure communi non cogitur dicere sententiam, arbitrium recipere posit: ad eum morem in commentarijs breui edendis, scripsimus. *De f.Lite.§. non partir proces, &c.* suprà dixi. f Sed quæ huius tituli propria non sunt, & extrinsecùs à iureconsultis adhibentur, consultò in suum locum reijcimus, cum nostro iure conferenda.

NAVTAE, CAVPONES, STABVLARII, VT *recepta restituant.* *Titulus IX.*

a.j.l.1. b.j.l. pe. & fi. c.l.3.an fi.j. d.l. quia.§. de ali.l.fi.j. e.l.3.j. f.j.l.1.in fi. & seq. g.l. pe.j.l.1.j. fur.aduer.na. Sub hoc titulo duo capita edicti perpetui interpretantur iureconsulti: quorū alterum extat apud Vlpianū, a alterū desideratur. b Ex priore edicto, actio honoraria in factū De recepto datur: quæ & rei persecutionem continet, & in hæredē cōpetit.c Ex posteriore, actio honoraria in factū datur ex quasi delicto: quæ pœnā etiā persequitur: & perpetua est quidē, sed in hæredē non intēditur, quòd descēdat quasi ex delicto.d Et hæc actio capite penultimo, & vltimo huius tituli memoratur: non actio de recepto, quæ ex contractu, vel quasi contractu descēdit.e In altero iudicio, vectorum, viatorumq; factū præstatur: f in altero non præstatur. g Caput alterū edicti ita restitues: Si furtum

" Si furtum factum, damnúmve iniuria datum ab ijs quorum opera, & ministerio, nautæ, caupo-
" nes, stabularij, in naue, caupona, stabulo vtuntur, esse dicetur, vectoribus, & viatoribus, in exer-
" citores, caupones, stabularios in duplum iudicium dabo: nisi vt quisque res suas seruaret prædi-
" xerint, & in hoc consensum sit. Fuit & alibi in edicto perpetuo hoc caput repetitũ, quod de furto est duntaxat aduersus nautas, caupones, & stabularios. Nam Paulus libro. 13. ad edictum, de damno iniuria dato, & furto verba facit: [h] lib. 38. de furto tantùm inter priuata delicta Vlpianus tractat. [i] Nisi quis malit hac parte edicti, de dãno iniuria dato: illa, de furto aduersus nautas, &c. Prætorem edixisse, sed Paulum obiter hic & de furto meminisse. [k] Certè Vlpianus damni tantùm meminit sub hoc titulo, [l] alibi furti. [m] Est & aliud edictum de exercitoria actione ex contractu magistri in exercitorem, [n] vt Institoria ex contractu institoris in dominum. [o]

h. l. pen. inf. i. l. j. inf. fur. ad. nau. k. l. pen. inf. l. l. vlt. inf. m d. tit. furt. aduer. n. j. de exerci. o. l. j. infr. de insti. actio.

L. I. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*



It Prætor, Nautæ, caupones, stabularij, quod cuiusque saluum [*] *fore receperint, nisi restituant, in eos iudicium dabo. Maxima utilitas est huius edicti: quia necesse est plærũque eorum fidem sequi, résque custodiæ eorum committere. Nec quisquam putet grauiter aduersus eos hoc constitutum.* ¶ *Nam est in ipsorum arbitrio, ne quæquam recipiãt. Et nisi hoc esset statutum: materia daretur, cum furibus aduersus eos quibus recipiunt, coëundi: cùm ne nunc quidem abstineant ab huiusmodi fraudibus. Qui sint igitur qui teneantur, uidendum est. Et ait Prætor, nautæ. Nautam accipere debemus eum qui nauem exercet: quamuis nautæ appellantur omnes, qui nauis nauigandæ caussa in naui sunt. sed de exercitore solummodò Prætor sentit. Nec enim debet (inquit Pomponius) per remigem aut mesonautã obligari: sed per se, uel nauis magistrum: quãquam si ipse alicui ex nautis committi iussit, sine dubio debeat obligari. Et sunt quidam qui in nauibus custodiæ gratia præponuntur: ut* ναυφύλακας. *Si quis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is qui eos huiusmodi officio præponit, committi eis permittit. quanquam ipse uel nauicularius uel magister id faciat, quod Græci* χειρέμβολον *appellant. Sed & si hoc non extet, tamen de recepto nauicularius tenebitur. De exercitoribus ratium, item lintrarijs nihil cauetur: sed idem constitui oportere, Labeo scribit, & hoc iure utitur. Caupones* ¶ *autem & stabularios æquè eos accipimus, qui cauponã uel stabulum exercent, institorésue eorum. Cæterùm si quis opera* [*] *mediastini fungitur, nõ cõtinetur: utputa atriarij, & focarij, & his similes. Ait Prætor. Quod cuiusque saluum* [*] *fore receperint. Hoc est quãcũque rem siue mercẽ receperint. Inde apud Iulianum relatum est, ad eas quoque res hoc edictum pertinere, quæ mercibus accederent: ueluti uestimenta quibus in nauibus uterentur: & cætera quæ ad quotidianum usum habemus. Item Pomponius lib. 35. scribit, parui referre, res nostras, an alienas intulerimus: si tamen nostra intersit saluas esse. Etenim nobis magis quàm quorũ sunt, debent solui. Et ideò si pignori merces accepero, mihi magis quàm debitori nauta tenebitur, si à me eas susceperit. Recipit autem saluum fore. Vtrùm si in nauim res missæ, ei aßignatæ sint, an & si non sint aßignatæ: hoc tamen ipso quòd in nauim missæ sunt, receptæ uidentur? Et puto omnium eum recipere custodiam quæ in nauim illatæ sunt: & factum non solùm nautarum præstare debere, sed & uectorum.*

* Aliàs. forte cœperint.
¶ In hãc sententiã pulchrè Cicer. actiõe 4. in Verrẽ.
j. nauiũ custodes.
idest. immissionẽ manus. nam iniectio manus apud Paulũ de seruis exportãdis & cæteros, aliud est.
¶ Caupones an reipublicæ vtiles, Plato dialog. 2. de Leg.
* Aliàs, media.
* Alias, fortè cœperint.

Ait, Prætor. Saluum fore scriptum est in exemplari nostro, quæ vera lectio est: cùm præsertim in rubrica, & alibi sub hoc titulo, verbum Recipere frequens sit: [a] & Vlpianus interpretetur saluum fore recipere, [b] &c. Ait, Nam est in ipsorum arbitrio. Alibi Vlpianus caupones non posse repellere iter agentem dicit: [c] quæ sententia ad humanitatem, authore Accursio, referenda est, non ad necessitatem recipiendi. [d] Bartolus cauponem cogi posse ait, licet ab initio nõ cogatur esse caupo: [e] quod sine dubio in ijs cauponibus habet æquitatem, qui singuli plęrũque longo itinere interiecto cauponantur in pagis ad viam publicam: & ea lege interdum domus eis locatur,

a. l. 3. & vlti. inf. l. 5. b. inf. ea. l. c. l. j. inf. furt. aduer. d. glo. j. furt. aduer. naut. e. Bart. hic.

vt cauponam exerceant. Nec minùs in ijs locum habet, qui singuli pontonibus traijciunt vectores in plerisque locis. Ait, Nautam. Interpretatio est voluntatis, ad quam coangustat Vlpianus nautarum appellationem, quæ latiùs patet. [f] Ait, Remigé. Remiges sunt qui scalmis, id est, labro nauis hæret, & remos ducunt: mesonautæ viles serui sunt in naui, vt mediastini domi: [g] ναυφύλακες nauium custodes. Ait, Quanquam ipse. Nauicularius, & nauiculator, exercitor est qui nauiculariam facit, nauémve exercet: & ad quem nauis meritoriæ emolumentum pertinet, siue sit dominus, siue conductor nauis: [h] magister est, cui totius nauis cura data est ab exercitore, [i] &c. χειρέμβολον manus immissionem vertes. Significat autem exercitorem teneri si res dentur custodi, licet ipse exercitor, vel magister nauis præsens sit, & immittat manum signum dans introducentibus: vectores, &c. Videri enim poterat, quòd cùm præsenti ei res adsignatæ non sint, non teneri. Ait, Non extet. In exemplari meo, Sed & si hoc non est, tamen de recepto nauicularius tenebitur: id est, quamuis non faciat χειρέμβολον, si modò merces in nauem missæ sint, vt mòx subijciet. Aliæ lectiones eòdem recidunt. Ait, De exercitoribus ratium. Producit edictum ad consequentiam interpretatione sua, vt quod scriptum est de naui, in ratibus, & lyntribus, locum habeat: [k] atque itá receptum esse: scribe autem Et hoc iure vtimur. Ait, Caupones. Sicut exercitor per mesonautam, itá caupo vel stabularius per mediastinum non obligatur, sed per se, vel per institoré. Sunt autem mediastini dicti, quòd in media domo excubent, cuiusuis parentes imperio: [l] vt mesonautæ in media naui. Illorum appellatione seruos atriẽses, [m] & focarios hic complectitur, qui atrium & focum curant. Ait, Quod cuiusque. Ex verbo ducitur interpretatio, vt omne quod receperint, restituere teneãtur. [n] Ait, Res nostras. Actio hæc in personam est: & ei cõpetit cuius interest, vt Furti actio. [o] Ait, Et puto. Consensisse intelligitur, & recepisse saluum fore, qui patitur in nauem mitti. Ait, Et factum. Qui custodiam recipere intelligitur, à furto, & dãno defendere debet, & aduersus quosuis. [p] Ait, Vectorum. Vectores sunt qui vehuntur, & traijciuntur, vt mercatores: [q] nec ob aliud in naui sunt quàm vt vehantur: alibi qui vehit vector appellatur. [r]

f. l. scire. sup. de ll. arg.
g. Hermo. Barb.
h. Cice. Taci.
i. l. j. inf. de exercit.
k. l. nõ pos. & l. neq. ĩ. de ll.
l. Cice. Colu. l. itẽ ap. j. de inur. l. cũ de. inf. de op. ser.
m. Cicer. in Parad.
n. l. j. sup.
o. l. cuius. inf. furt.
p. l. naute. inf.
q. Quintil.
r. Cicer.

L. II. CAIVS. *Lib. 5. ad edictum Prouinciale.*

Sicut & caupo uiatorum.

Viator hic est qui iter facit generaliter: interdum pro nuncio magistratuum, & administro, specialiter accipitur. [a]

a. l. si. j. de iu.

L. III. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Et ita de facto uectorum etiam Pomponius *lib. 35. scribit. Idem ait, etiam si nondũ sint res in nauim receptæ, sed in litore perierint, quas semel receperit: periculum ad eũ pertinere. Ait enim* Prætor, *Nisi restituant: in eos iudicium dabo. Ex hoc edicto in factum actio proficiscitur. Sed an sit necessaria, uidendum est: quia agi ciuili actione ex hac caussa poterit. si quidem enim merces interuenerit: ex locato & conducto. Et si tota nauis locata sit: qui conduxit, ex conducto etiam de rebus quæ desunt, agere potest. Si uerò res perferendas nauta conduxerit, ex locato cõuenietur, sed si gratis res susceptæ sint (ait* Pomponius*) depositi agi potuisse. Miratur igitur cur honoraria actio sit inducta, cùm sint ciuiles: nisi fortè (inquit) ideò, ut innotesceret* Prætorem *curam ageret reprimendæ improbitatis hoc genus hominum: quia in locato & conducto culpa, in deposito duntaxat dolus præstatur. At hoc edicto omnimodò qui receperit, tenetur etiã si sine culpa eius res perierunt, uel damnum datum est: nisi quid damno fatali contigerit.* Inde Labeo *scribit, Si quid naufragio aut per uim piratarum perijt, aut damnum datũ est, non esse iniquum exceptionem ei dari. Idem erit dicendum & si in stabulo aut in caupona uis maior contigerit. Eodem modo tenentur & caupones & stabularij, si quod exercentes negocium suum recipiunt. Cæterùm si extra negocium receperint, non tenebuntur. Si filiusfamiliâs aut seruus receperit, & uoluntas patris dominíue interuenerit: in solidum erit conueniendus. Item si seruus exercitoris surripuit, uel damnũ dedit, noxalis actio cessabit: quia ob receptum dominus suo nomine conuenitur. Si uerò sine uoluntate exerceant, de peculio dabitur. Hæc autem actio rei persecutionẽ continet: ut* Pomponius *ait, & ideò in hæredem, & perpetuò datur. Nouissimè uidendum an eiusdem rei nomine, & de recepto honoraria actione, & furti agendum sit. Et*

Pomponius

Pomponius dubitat: sed magis est, ut uel officio iudicis, uel doli exceptione alterutra esse contentus debeat.

Ait, In nauem receptæ. Interpretatur verba, Saluum fore receperint, vt siue in nauem receperint, siue in littore, teneantur: & verbis edicti id probat. [a] Ait, Ex hoc edicto. Hoc loco significat Vlpianus, hanc actionem ex contractu descendere, cum qua Ex locato, & Depositi actio concurrere potest. Sed ideò hæc prætoria vtilis est, quòd in hoc iudicio non solùm de dolo, vt in Depositi: [b] aut de dolo, lata culpa, & leui, vt in Locati, [c] sed de leuissima culpa, & in custodiẽdo negligentia, reus teneatur. Est enim culpa simpliciter lata, vel leuis plerumque: [d] non etiam ea quæ leuissima vocatur. Ait, Et si tota. Notandum est exercitorem locare totam nauem, & conducere merces vehendas: vt generaliter qui mercedem accipit, locat rem vtendam, vel conducit faciendam. [e] Ait, Damno fatali. Damnum fatale latiùs pro casu fortuito accipe, inter quem & culpam leuẽ, media est leuissima culpa, cùm diligentia non adhibetur, quæ pené modum excedat. [f] Ait, Exceptionem. Stricto iure recipiendo saluum fore, casum fortuitum in se suscepisse videtur, sed ex æquo bono exceptio ei datur. Cæterùm qui nominatim casus fortuitos recipit, exceptionem non habet. [g] Ait, Vis maior. Hãc Græci θεοῦ βίαν appellant. [h] Ait, Non tenebuntur. Ex hoc edicto, sed alioqui Depositi, vel Ex locato, pro modo contractus. [i] Ait, Si filiusfa. Dominus ex contractu serui, & pater ex contractu filijfamiliâs de peculio duntaxat tenentur, [k] nisi eos præposuerint alicui officio: quo casu pro modo negocij actiones prætoriæ dantur, Exercitoriã, Institoria, [l] De recepto. [m] Ait, Item si seruus. Dominus ob noxam serui, noxali actione tenetur: [n] quæ tamé cessat, quando directa actione ipse conueniri potest: vt De peculio agẽdum non est, cùm insolidum agi potest. Nam stultissimus est, [o] qui cùm solidum persequi posit, agat noxaliter, vel de peculio, &c. Neque verò quicquam refert, vtrùm hi magistri sint, institorés ve, aut ναυφύλακες, an dãnũ alioqui dederint, vel furtum fecerint, cùm dominus receperit saluum fore. Satis est enim domini, vel patris voluntatem interuenisse, vel ipsum recepisse saluum fore: cùm per se, vel per alium quem præposuit, recipere intelligatur. [p] Ait, Hæc autem actio. Ex regula colligit hanc actionem perpetuam esse, quòd sit rei persecutoria. [q] Quod infert, in hæredẽ dari, non ex eo quòd rei persecutionem duntaxat contineat, sed quòd ex contractu, vel quasi contractu descendat etiam, accipiendum est. [r] Sunt quædam rei persecutoriæ annales actiones, quòd ius ciuile impugnet, vt rescissoriæ. [f] Ait, Nouissimè. Duæ actiones, altera pœnalis, altera rei persecutoria, de eadem re dantur, vt Furti actio, & condictio, vel Rei vendicatio: [t] sed interdum altera alteram consumit exceptione. [u] Quod verò ait, vel officio iudicis: alibi dicit, vel deneganda est actio, [x] &c. Illud cõtrouersum est, vtrúmne Furti actio (quod hîc significare videtur) ciuilis sit. Nam alibi disertè ait, iure ciuili experiendum de furto: [y] nec distinguit furtum, vt vulgò fieri solet in hac quæstione. Equidem vtranq; Furti actionẽ, ad meram prætoriam cùm refertur, ciuilem dici puto, [z] quòd ciuilem, legitimámque originem habeat: licet pœna à Prætore pecuniaria introducta sit, nõ lege duodecim. Nõ ignoro Solonis lege dupli pœnam statutam fuisse, sed hãc in duodecim tabulas relatam negare videtur Gellius: qui lege prætoria à decemuirali in vtroque furto coercenda discessum esse, disertè scribit. Quapropter ad meras ciuiles actiones relatæ, prætoriæ sunt Furti actiones. [a] Hùc pertinet quòd pené prætoriæ, vel ferè legitimæ, quædam actiones dicantur à Iustiniano: [b] qua de re ad Institutiones aliquot locis notas reliquimus. [c]

a. l. j. sup. b. l. quod oer. inf depo. c. l. cõtra. inf. de reg. iur. d. l. à procur. C. mãda. not. oost. de socie. §. fi. e. l. 2. j. loca. f. oot. § . fi. de socie. g. l. j. j. dep. l. contr. de reg. iur. h. l. si merces. iof. loca. Pli. lib. 28. i sup. ea. l. k. inf. de peculi. inf. ea. l. si verò. l. iof. de exer. inf. de insti. m. vt hic. n. j. de noxal. o. §. cæterum insti. q. cũ eo. p. l. j. sup. q. l. in hono. j. de actio. 10. sti. de p. acti. r. l. quia. sup. de alt. inst. de perp. vb. not. s. d. l. 10 ho. t. l. si pro. j. de cond. furt. u. l. si merces. §. culpæ. j. loca. & hic. oot. §. fi. si quadr. x. l. quid. sup. de arb. vb no. y. l. j. inf. furt. aduer. z. d. l. j. furt. aduer. a. insti. de pp. actio. b. §. pœnales. & §. præiudi. de actio. c. §. funt autẽ. de oox. §. vlt. de ob. ex q. deli.

L. IIII. PAVLVS. *Lib. 22. ad edictum.*

Sed & ipsi nautæ furti actio competit, cuius sit periculo, nisi ipse surripuit: & postea ab eo surripiatur: aut alio surripiente ipse nauta soluendo non sit. Si nauta nautæ, stabularius stabularij, caupo cauponis res receperit: æquè tenebitur. [*] Viuianus dixit etiam ad eas res hoc edictum pertinere, quæ post impositas merces in nauem, collocatásque, inferentur: etsi earum uectura non debetur (ut uestimentorum penoris quotidiani) quia hæc ipsa cæterarum rerum locationi accedunt.

[*] aliàs Iulia.

Non solùm ei qui intulit merces in nauem vectori, [a] sed & ipsi exercitori Furti actio competit, cùm eius intersit. [b] Excipit tamen exercitorẽ qui furatus est, ne ex suo delicto acquirat actionem: [c] & eum qui soluendo non est, cuius periculo esse nihil intelligitur: [d] & ideò vector hoc casu Furti aget, non exercitor. Ait, Si nauta. Exercitor qui res committit exercitori, vector habetur, non exercitor: sic caupo viator, &c. [e] Ait, Viuianus dixit. Vestiméta, & penus quotidianum vectorum recipi intelliguntur, si merces receptæ sint, quòd eis accedant: ità vt qui locet merces vehendas, tacitè egisse credatur, vt vestimenta, & cætera vehãtur quæ quotidiani vsus sunt, nec pro eis separata vectura, id est, naulum debeatur. Ex hoc loco mendosè colligunt, vectigalia non capi earum rerum nomine, quæ quotidiani vsus sunt. Non enim hoc consultus dicit, sed locationi merciũ accedere: vnde colligas à contrario, si hoc actum non intelligatur, naulum, vecturæue precium deberi. [f] Sed de vectigalibus portus, &c. suo loco opportuniùs.

a. sup. l. 3. b. l. cuius. j. de furt. & hic. c. l. qui vas. & l. cũ qui. infr. de furt. d. l. itaq. eo. e. inf. l. vlt. f. l. j. sup. de offi. e. arg.

L. V.

L. V. CAIVS. *Lib. 5. ad edictum Prouinciale.*

Nauta, & caupo, & stabularius mercedem accipiunt non pro custodia, sed nauta ut traijciat uectores: caupo ut uiatores manere in caupona patiatur: stabularius ut permittat iumenta apud eum stabulari: & tamen custodiæ nomine tenentur. Nam & fullo, & sarcinator non pro custodia, sed pro arte mercedem accipiunt: & tamen custodiæ nomine ex locato tenentur. Quæcunque de furto diximus, eadem & de damno debent intelligi. Non enim dubitari oportet, quin is qui saluum fore recipit, non solùm à furto, sed etiam à damno recipere uideatur.

a. l.j. & l.quê ner j. depo.
b. l. si merces inf. loca.
c. l.3. sup.
d. §. vlti. de soci.
e. l.3. inf. cõmod.

Custodiam aliam debet depositarius, aliam conductor, vt fullo: vterque tamẽ custodiam debet. Nam ab illo satis est latam negligentiam abesse: [a] ab hoc oportet abesse etiam leuem. [b] Ex hoc edicto, qui recepit debet custodiam exactissimam: & penè modum excedentem, [c] cui leuissima culpa opponitur: qua de re alibi satis diximus. [d] Ait, Quæcũque. Restituere rem debet ex hoc edicto, qui recepit saluam fore: vt siuè furto, siue damno dato restitui non possit, in eadem caussa damnari debeat. [e] Nam reddi non videtur, quod deterius redditur.

L. VI. PAVLVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Licet gratis nauigaueris, uel in cauponam gratis diuerteris: non tamen actiones tibi in factum denegabuntur, si damnum iniuria passus es. Si seruo meo in naui uel in caupona utaris, & damnum mihi det, uel furtum faciat: quãquam furti actio, & damni iniuriæ mecum sit noxalis: hæc tamen actio quæ in factum est, etiam serui mei nomine aduersus te competit. Idem dicetur, & si communis seruus sit, tu tamen quod mihi præstiteris eius nomine, uel communi diuidundo, uel pro socio actione: aut si partẽ eius, uel totum conduxisti: etiam ex conducto habebis me obligatum. Sed si damnum in eo datum sit ab alio qui in eadem naui uel caupona est, cùm id factum Prætor æstimare soleat: non putat Pomponius eiusdem nomine hanc actionem utilem futuram. In factum actione caupo tenetur pro ijs qui habitandi caussa in caupona sunt. Hoc autem nõ pertinet ad eum qui hospitio repentino recipitur, ueluti uiator. Possumus autem furti uel damni iniuriæ actione uti etiam cum nautis, ut certi hominis factum arguamus: sed una contenti esse debemus. Et si cum exercitore egerimus, præstare ei debemus actiones nostras: quamuis ex conducto actio aduersus eos cõpetat exercitori. Sed si absolutus sit exercitor hac actione, deinde agatur cum nauta: exceptio dabitur, ne sæpius de eiusdem hominis admisso queratur: & contrà si de admisso unius hominis actum sit, deinde in factum actione agatur, exceptio dabitur.

a. l. cũ in plu. §. seruum. inf. locat.
b. d. l. cũ in.
c. l. pen. j. cõmod. arg.
d. l. cuius. inf. de fur.
e. §. si. insti. de de l. Aquil.
f. inf. ead. l. 4. poss.
g. inf. l. si.

Paulus interpretatur secundum caput huius edicti quod desiderari diximus, & ex hoc commentario, & sequenti Vlpiani ad idem edictum, restituimus. Ex cuius verbis apparet non referre, gratisne quis in diuersorio apud cauponẽ sit, an nõ, &c. Nam si furtum factum, ant damnum datum esse dicetur ab ijs quorum opera nautæ, caupones, stabularij vtuntur, in factum actio dupli est: vt meritò serui mei nomine, nauta vel caupo mihi teneatur: quo casu si à me conduxit seruum, ex conducto habebit me obligatum. [a] Qua ratione si seruus communis mihi sit cum nauta, communi diuidundo, vel pro socio actione, partem à me consequetur eius, quod hoc iudicio in factum mihi præstiterit: aut si partem conduxit, ex conducto aget. Et quidem si ego vel totũ vel partem locaui, dolum & culpam præstabo: si ipse se locauerit, tenebor De peculio, id est, ex conducto De peculio. [b] Quòd si culpa mea nõ appareat, noxali duntaxat actione tenebor, [c] vel Furti, vel Damni iniuria: quò Paulus hic respexit, non quò Accursius putat. Nam cùm intersit nautæ, furtum mihi factum non esse, cur Furti noxali actione non experietur? [d] & cùm damnum datum iniuria, cur Aquilia noxali, vel In factum in me non aget? [e] Ait, Sed si damnum. Hic locus suspectus est ob varietatem lectionis. Haloander vulgarem lectionem secutus est ferè, cuius hæc sententia videtur: Si in seruo meo quo nauta vtebatur, damnum mihi datum sit ab alio, quo in naui idem nauta vtebatur: hanc actionem mihi non competere in duplum, sed factum æstimandum à Prætore, & condemnandum mihi eum qui damnum dederit lege Aquilia, [f] &c. Nam vectori hæc actio datur in exercitorem, ob damnum datum in rebus receptis, nõ in seruo nauta. [g] Sed & si locaui seruum exercitori, damnum datum dolo vel culpa, mihi præstabit æstimatione

iudicis

iudicis bonæ fidei. [h] In exemplari meo In ea, scriptum est, nõ In eo. cuius sententia est: Si damnũ in naui datũ sit ab alio quàm cuius opera exercitor vtatur, cessare hanc actionem. Sed desideratur verbũ Enim in sequẽti versu, & hic pro Non putat Pomp. scribẽdũ fuit, Nec putat Põp. Ait, In factum enim. Subijcit generalẽ rationẽ ex edicto, cur in specie præcedẽti (si vera est nostra lectio) actio in duplũ ex hoc edicto nõ detur. Ait enim Prætor, Ab ijs quorum opera, &c. Si aliã lectionẽ malis, nõ respicit superiora. Ait, Hospitio repẽtino. Hospitiũ est vbi gratis amici peregrè agẽtes recipiũtur, & quod amicis & libertis gratis habitandũ datur, quæ & hospitalia Vlpiano dicuntur. [i] Diuersoriũ, vel caupona, vbi mercede accepta viatores recipiuntur: licet viator in cauponam excipiatur interdum tanquam hospes gratis. Illud constat ex hoc loco, pro his qui habitandi caussa in caupona sunt, teneri cauponem: siue id expressum fuerit in edicto, siue quòd eadem ratio sit, &c. [k] Ait, Possumus autẽ furti. Si nauta qui furtum fecit, vel damnum dedit vectori, liber homo sit, Furti, vel legis Aquiliæ actione pulsari poterit à vectore: [l] si seruus sit, noxaliter dominus conuenietur, [m] si hoc vector elegerit: ità tamen vt alterutra actione vector cõtentus sit. Licet enim aduersus eundem hominem duæ actiones pœnales ex delicto concurrẽtes, non consumant se quatenus ampliùs est in altera, [n] quòd lex ità lata sit, vt maiore pœna multari possit: tamen cùm aduersus diuersos homines cõcurrant, altera ex maleficio, altera ex quasi maleficio, æquum est alteram per alteram cõsumi, exceptione opposita, ne de eiusdem hominis facto sæpiùs queratur, quasi re iam iudicata. [o] Prætor enim qui hanc actionem proposuit ex quasi maleficio, viatoribus, & vectoribus prospexit, ne caupones, &c. cum furibus coirent, quos plærumq; deprẽhendere non liceret. [p] Et ideò si ex quasi maleficio egerimus, cedere debemus actiones Furti, & Damni iniuria, exercitori, cauponi, aut stabulario: aduersus quem si eùm ageremus, absolutus sit, non est æquum de eodem admisso aduersus eum qui deliquit queri, vt contrà absoluto eo qui deliquisse dicatur, non debet aduersus eum qui quasi deliquisse dicitur, queri: cùm præsertim idem factum arguatur in vtroque, & si alter non deliquit, alter quasi deliquisse non videatur, & contrà. [q]

b. d. l. cum in plu. — i. l. si verò. ʃ. de ijs qui deiec. — k. l. j. inf. furt. aduer. — l. ʃ. de furt. & ʃ. ad l. Aquil. — m. ʃ. de nox. — n. l. nunquam. infr. de actio. l. 2. inf. vi bo. — o. vt hic. — p. l. j. sup. — q. vt hic.

L. VII. VLPIANVS. *Lib. 13. ad edictum.*

Debet exercitor omnium nautarum suorum, siue liberi sint, siue serui, factum præstare. Nec immeritò factum eorum præstat, cùm ipse eos suo periculo adhibuerit. Sed non aliàs præstat, quàm si in ipsa naui damnum datum sit. Cæterùm si extra nauim, licet à nautis, non præstabit. Item si prædixerit ut unusquisque uectorum res suas seruet, neque damnum se præstaturum, & consenserunt uectores prædictioni: non conuenietur. Hæc actio in factum in duplum est. Sed si quidem nautæ inter se damnum dederint: hoc ad exercitorem non pertinet. Sed si quis sit nauta & mercator, debebit illi dari. Et quid si quis [*] sit ex ijs quos uulgo [illegible], *Græci* ναυτεπιβάτας *dicunt? & huic tenetur, & huius factum præstat, cùm sit & nauta. Si seruus nautæ damnum dederit: licet seruus nautæ non sit, æquissimum erit, in exercitorem actionem utilem dare. Hac autem actione suo nomine exercitor tenetur, culpæ scilicet suæ imputaturus qui tales adhibuerit: & ideò etsi decesserint, non releuabitur. Seruorum autem suorum nomine noxali duntaxat tenetur. Nam cùm alienos adhibet, explorare eum oportet cuius fidei, cuius innocentiæ sint. In suis uenia dignus est, si qualescunque ad instruendam nauim adhibuerit. Si plures nauim exerceant, unusquisque pro parte qua nauim exercet conuenitur. Hæc iudicia quamuis honoraria sint, tamen perpetua sunt. In hæredem autem non dabuntur. Proinde cùm seruus nauim exercuit, & mortuus est: de peculio non dabitur actio in dominum, nec intra annum. Sed cùm uoluntate uel patris uel domini, seruus uel filius exercet nauim, uel cauponam, uel stabulum: puto etiam hanc actionem insolidum eos pati debere: quasi omnia quæ ab illis contingunt, insolidum receperint.*

[*] Si qs quos vulgo ναυτεπιβάτας dicunt? & huic P. FL. — id est, quasi ex parte nec omnino nautas. — id est, remum pro naulo & vecturæ pcio ducentes.

Ait, Debet exercitor. Quædam sunt Prætorum edicta, quibus liberi etiam hominis factum præstare debemus: veluti De deiectis & effusis, [a] De publicanis, [b] Furti aduersus nautas, & hoc edictum in vtroque capite. Quorum omnium ratio non obscura est. Nam nautæ, caupones, stabularij, coire cum furibus, quos in famulitio habent, plęrumque deprehenduntur: [c] publicanorum familiæ temeritate, & audacia insigni in mercatores esse solent: [d] qui deiecit, aut effudit in

a. inf. de ijs q. deie. l. j. — b. inf. de pub. & vectig. — c. l. j. sup. eo. — d. l. quantæ. ʃ. de vectiga.

cum

eum locum quà vulgò iter fit, cognosci vix potest, & publicè vtile est tutò per itinera posse cõmeari:[e] vt meritò ijs audiendum non sit, qui ad cuiuíuis magistratus apparitores in officio suo delinquentes, aut aliorum patrumfamiliâs famulitia, edicta eiusmodi producunt.[f] Et ità nuper ex facto consultus, cuidam antistiti respondi, de cuius famulitio viatores magistratuum querebantur: & vt vel exhiberet, vel iudicium susciperet postulabant. Ait, Sed non aliàs. Ratio edicti cessat, si extra nauẽ, cauponam, vel stabulum, famulitium deliquerit: vti in primo capite, si extra negocium proprium quid receperint.[g] Ait, Item si prædixerit. Si postquàm recepit, furtum, aut damnum fiat, tenetur exercitor, caupo, stabularius, nisi prædixerit, & consenserint vectores, & hospites, viatorésve. Nam qui recepit, non liberatur prædicendo, nisi aliorum quibus restituere oportet, consensus accedat. Antequã recipiat, ità pacisci oportet, & nisi consentiant, repellere.[h] Ait, Hæc actio. Demõstrat actionem hanc ex secundo capite edicti, quam differre significat à superiore De recepto, quòd in duplum sit, illa in simplum. Ait, Sed si quidem. Hoc edictum vectoribus, & viatoribus prospicit, non nautis quibus exercitor vtitur in naui: & ideò inter se agent Furti, &c. si liberi sint:[i] si serui, in dominum noxalis actio erit, nõ ex hoc edicto.[k] Ait, Sed si. Vectori datur ex verbis edicti, licet & nauta sit alterius nauis.[l] Ità enim accipio, ne quod sequitur malè cohæreat. Ait, Et quid. Hîc perperàm Haloander illa verba excudit Vulgò μεσονάυτας: nam mesonautæ à nautepibatis differunt. Ait, Græci ναυτεπιβάτας. Sunt qui & vectores sunt, & nautæ, pro vectura remũ ducentes: quibus tenetur nauicularius, & factum eorum præstat, cùm opera vtatur. In præcedenti versu, non dixit nautę factum præstari, sed actionem ei cõpetere si sit mercator: & ideò nautam in alia naui interpretatus sum. Ait, Si seruus nautæ damnum dederit, licet seruus nauta non sit. Sic legendum est, non vt Haloander excudit, licet seruus nautæ. Est autem sententia eiusmodi, vt si nauta cuius opera exercitor vtatur, seruum in naui habeat qui damnum dederit, exercitor teneatur: licet ille seruus nauta non sit. Nam verbis edicti licet non cõtineatur Quorum opera, & ministerio, &c. tamen vtilis actio danda est, quasi opera eius vtatur, cùm vtatur opera domini in naui, & dominus opera serui, licet nauis nauigandæ caussa in naui non sit seruus.[m] Et hunc locum Accursius non percepit, opinor, quod alij iudicent. Ait, Hac autem actione. Hanc actionem à noxali differre significat, cùm suo nomine quasi ex maleficio exercitor teneatur: noxali actione verò ex noxia seruorũ, quibus mortuis dominus releuatur actione noxali.[n] Ait, Seruorum autem suorum. Ità interpretatur verba edicti Quorum opera, &c. vt suos seruos noxæ dedendo liberetur ex alio edicto de proprijs seruis generaliter proposito:[o] quod velut quadam exceptione hoc corrigit.[p] Rationẽ verò differentiæ inter suos seruós & alienos, vel liberos homines, Vlpianus reddit.[q] Publicani bonos seruos ad ministerium vt adhibeant, sine noxæ deditione specialiter tenentur.[r] Ait, Si plures. Qui contraxit cum exercitore vno, alterius voluntate exercentis, insolidum eum obligatũ habet: ne in plures aduersarios distringatur, qui cum vno contraxit.[s] Sed tamen ex quasi maleficio æquum est pro parte singulos conueniri:[t] cùm præsertim vnum delictum sit ex quo conueniuntur,[u] licet suo nomine. Cæterùm ex delicto plures insolidum pulsantur, quòd plura admissa sint:[x] nisi fortè à familia furtum, &c. admissum dicatur, quòd non sit æquum dominum pro singulis pœnam dependere, vel tota familia carere.[y] Ait, Hæc iudicia. Hæc iudicia dicit, quòd in exercitores, caupones, & stabularios dentur, quãuis ex eodem capite edicti. Nam iudicium De recepto, in hęredem cõpetit.[z] Ait, Quãuis honoraria. Honoraria iudicia, quæ ex Prætoris iurisdictione pendent, plærumque intra annum duntaxat viuunt: quod ex Prætorum edictis constat, quibus additum est, Intra annum quo primum experiundi potestas erit.[a] Ea clausula huic edicto inserta non fuit: ideò perpetua hæc iudicia esse Vlpianus colligit. Ait, In hæredem autem. Ex maleficijs descendentes actiones in hæredẽ non cõpetunt, siue ciuiles sint, siue prætoriæ.[b] Maleficiorum verò appellatione, quasi maleficia etiam in ea regula continentur, vt aliàs sæpe.[c] Lucrum tamen hæredi auferri potest:[d] & ideò ex lege Iulia repetundarum, in hæredem agitur intra annum, vt bona decessoris qui deliquit, ei auferãtur.[e] Ait, Proinde. Si seruus sine voluntate domini in re peculiari nauem exerceat, & seruus vicarius cuius opera vtebatur in naui, furtum fecerit, vel dederit damnum iniuria: seruo mortuo, nõ dabitur De peculio in dominum actio: quamuis alioqui actio De peculio ex negocio seruorum, intra annum post mortem serui, in dominum competat.[f] Nam ex hoc capite edicti, non De peculio ex negocio serui, sed ex quasi maleficio agitur:[g] quæ actio post mortem serui exercitoris, in dominum successorem serui[h] non datur, vt in hæredem non competit.[i] Ait, Sed cùm voluntate. Non solùm actio De recepto ex priore capite edicti,[k] sed etiam hæc in duplum, ex posteriore capite in patrem, & dominũ datur insolidum, non noxaliter, vel De peculio: si modò ex voluntate eorum nauis exerceatur. Et ideò dicit, Puto etiam hanc actionẽ, &c. Omnia enim quæ ibi contingunt, id est, in naui, caupona, &c. insolidum recepisse videntur, non aliter quàm si ipsi exercuissent.[l]

e. l. j. infr. de deic. & ll. se. f. Bart. Bald. &c.
g. l. 3. sup.
h. l. j. sup.
i. inf. de furt.
k. j. de noxa. & inf. ea. l.
l. arg. l. sed &. sup.
m. l. j. sup. arg. l. pen. infr. si quod. &c.
n. inf. de nox.
o. inf. de nox.
p. arg. l. in toto. j. de reg. iur.
q. hic. & infr. furt. aduer.
r. l. j. infr. de pub. & vecti.
s. l. j. 2. & 3. j. de exerc.
t. vt hic.
u. sup. l. pen.
x. l. si quis. ĩ. de iurisd. l. si plures. inf. de iniur.
y. inf. si furt. à fa. fa. l. illud j. ad l. Aquil. not. l. si fa. ĩ. de iurisd.
z. l. 3. sup.
a. l. itẽ si cum. sup. q. met. l. j. sup. ex q. cau. ma. insti. de perp. actio. vbi not.
b. insti. eo.
c. inst. de obl. ex q.
d. l. j. ĩ. de eo. p. q. l. in hæredem. ĩ. de cal.
e. l. 2. inf. ad l. Iul. rep. l. ex iudi. j. de acc.
f. l. j. infr. qu. act. de pecul.
g. sup. ea. l.
h. l. nõ solũ. ĩ. de in integ.
i. sup. ea. l.
k. l. 3. sup.
l. vt hic. & d. l. 3. §. fi. insti. quod cũ eo.

IVS GALLICVM AD EVNDEM TIT.

Lege Regia apud Gallos, maris Præfecto (quem Admiraldum vocamus) iurisdictio in nautas attributa